





FR XVII/38





1000380495







# VOCABVLARIVM

VTRIVS QVE IVRIS,

emendatiùs & auctiùs quàm

vnquam antea,

O P E R A

ALEXANDRI SCOT.

IVRISCONSULTI.

Accesserunt præterea Observationes quædam Elij  
Antonij Nebrissenſis in Accuſium :

*Iuris ciuilibis Compilatio : Legum Romanarum, quæ de  
Iure publico erant, Index, ex variis Auctorum  
lucubrationibus collectus.*



*Sellie. J. Mo  
Pud. J. de vno*

LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LV.

REVUE DE LA LITTÉRATURE

REVUE

REVUE DE LA LITTÉRATURE



REVUE DE LA LITTÉRATURE

REVUE DE LA LITTÉRATURE



REVERENDISSIMO

Domino D.

G V L I E L M O

C H I S O L M E ,

Episcopo Vaisonensi

dignissimo,

S. P.



VSQVAM equidem  
illos laude dignos ar-  
bitratus sum, Præsul  
ornatissime, qui mo-  
rem antiquitus rece-  
ptum, vt quisque ingemij lucubra-

## EPISTOLA

tionúmque suarum opera, quæ in publicum prodire velit, illis nuncupet, quos amet, colat, aut reuereatur, tanquàm insulsum & parùm liberalem criminentur. Cùm enim Plato tum demum rempublicam optimè habituram pronunciauit, cùm aut philosophando Princeps, aut imperando Philosophus ingenij neruos intenderit, rerum publicarum curam gerentium auspicis priuatorum hominum otia diciari cœperunt, partim quoniam ita nos eis plurimum debere testamur, partim etiam vt ad philosophandum hoc modo abhorrentes multorum mentes alliciantur. Eóque laudata hæc manauit consuetudo, vt cæteris etiam hominibus aliquod doctrinæ opus inscribere, amicitia, humanitatísque signum

DEDICATORIA.

signum reputetur non ignobile. Cæ-  
 terùm, vt hoc VOCABVLARIUM  
 IVRIS VTRIVSQUE, nunc rimumæ  
 opera nostra ab infinitis, quibus an-  
 tè scatebat, mendis vindicatum,  
 & plus mille non infimæ notæ di-  
 ctionibus auctum, tibi potissimùm  
 nuncuparem, ad communem hanc  
 amicitiaë rationem, recens mihi na-  
 tæ causæ accesserunt. Cùm enim fe-  
 riis hisce Paschalibus salutandi gra-  
 tia apud te diuettissem, politior qua  
 me amplexus es humanitas, men-  
 seque vno apud te posito vix ægrè  
 tandem dimisisti, tam arctis offi-  
 cij vinculis coarctasti, vt iniuriâ me  
 ipse afficerem, ni pro summa &  
 præstanti tua in me liberalitate, gra-  
 tæ saltem mentis meæ indicia ( quod

re nequeo ) rependerem. Gratius autem naturæque tuæ magis consentaneum litterario hoc munusculo vbinam, quæso, gentium inueniam? Tu enim, quem moderatrix humanarum rerum prouidentia, in altissimo dignitatis gradu collocatum perpetua grauissimorum munerû procuratione districtum teneri voluit, inter tot, tam graues, tam multiplices curas, quotidie tamen aliquid temporis harum artium tractationi tribuis. Nimirum, & vnusquisque nostrum naturæ suæ, vt ait Poëta quidam, femina sequitur. Et quibuscum diu ac familiariter vixit, eorum mores & instituta viuendi facilè ac libenter imitatur. Tu enim scilicet, qui virtutis & honesti speciem affiduè animo contemplaris, acerri-

mîsque

## DEDICATORIA.

misque mentis oculis contueris, eius  
 incredibili amore inflammatus, nihil  
 præterea admiraris, non emolumentum,  
 non gloriam inanem, non auram  
 popularem, non cætera, quæ cuius  
 de populo contingere queant: vsque  
 adeo vt illud, quod ex Platone Ora-  
 tor præclarè dictum transtulit, Virtu-  
 tis speciem oculis corporis non cer-  
 ni: quod si cernatur, mirabiles sui  
 amores excitaturam, in te comproba-  
 tum & confirmatum esse videatur.  
 Parce nec cogitanti in tuas laudes, quas  
 ipse lubens non audis, prorumpenti.  
 Porrò, cùm bonorum omnium hu-  
 manorum honos sit maximum: cùm-  
 que diis immortalibus ( quorum in  
 hominum genus beneficia longè sunt  
 & plurima & maxima ) nihil maius

## EPISTOLA

tribuere aut soleamus, aut possimus, quàm honorem gratamque eorum, quæ ab iis accepimus, memoriam: cùm denique, etiamsi quæ vicissim à nobis accipiunt, pro multitudine & magnitudine suorum erga nos munerum pauca, & parua esse intelligant, nihil maius tamen à nobis requirant, idque quod à nobis sedulò redditur, æqui boni faciant: quemadmodum ego, cùm tuorum erga me meritorum admiratione obstupescam, gratiam tibi qualemcumque possum referre, aut certè gratam voluntatem remetiri debeo: Ita te naturam in hoc tuam, quæ veram & solidam gloriam, non inanem gloriæ imaginem semper expetiuit, ducem secutum, tuorum benefactorum conscientia



## DEDICATORIĀ.

tiā fretum, nullam præterea aliam mercedem, quàm liquidissimam & sincerissimam voluptatem, ex tua in homines benignitate natam ac profectam flagitare, aut expectare, ipsaque honestate ( quod facis ) contentum esse decet, Neque enim beneficia tua fceneraris, sed ad bene merendum de hominibus natura factus, honestatem, ac pulchritudinem virtutis, vnicum & verum tuæ beneficentiæ, omnisque virtutis fructum esse putas. Quod reliquum itaque, oro, hoc qualecumque monumentum, pignus, ac testimonium gratitudinis, & reuerentiæ erga te meæ, tibi quidem, qui intima diuini iuris penetralia ipse calles, non necessarium, adolescentibus tamen, qui idem ingrediuntur

a s stadium

EPIST. DEDICAT.

stadium, satis per se laudatum, eodem  
animo quo à me offertur, grato vide-  
licet, & candido, accipias, & tenearis.  
Vale. Lugduni Pridie Kalendas Ju-  
nij, Anno partus Virginiei MD. ICXCI.

**CELSITVDINI**

*Tue dicatissimus*

AL. SCOT.



ADVERSUS INFANTES  
Iurisperitos, Verborum cultum  
non esse aspernandum.



**V**OCVM proprietates, significatio ac interpretatio, quanti in civili prudentia sit momenti, hoc ipso manifestum est: quòd Iurisconsulti ferè simul ac edictum aliquod propositum est, mox ad verborum interpretationem properant: nec in edictis modò id observant, sed in ceteris quoque ferè omnibus iuris tractatibus. Hinc Labeo Antistius, teste Gellio, iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de iure publico responsitavit: ceterarumque bonarum artium non expers fuit: & in Grammaticam sese, atque Dialecticam, litterasque antiquiores penetrauerat, Latinarumque uocum origines rationesque percalluerat: eaque praecipuè scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur. Hinc M. Fabius Quintilianus, Romanae togae gloria, quem omnibus

bus sine controuersia ingenis anteposit L. Val-  
lensis, exactissimi vir iudicij, quæstionem om-  
nem iuris verborum proprietate, aut æqui di-  
sputatione, aut voluntatis coniectura contineri  
asserit. Sic quodam loco Cicero, tantus ille vir, ut  
Romanum forum similem nunquam habuerit,  
proprietatem sermonis Iurisconsultorum pecu-  
liarem esse affirmat. Et planè Iurisconsulti om-  
nes, qui inter manus versantur, hoc est, hi de  
quorum scriptis excerpta sunt Pandectæ (ne quid  
de priscis illis dicamus, quorum ad nos scripta  
non peruenerunt) nihil est mea sententia, inquit  
Valla, quod addi adimive posse videatur, non  
tam eloquentiæ (quam quidem materia illa non  
magnopere patitur) quàm Latinitatis atque ele-  
gantia, sine qua cæca omnis doctrina est & illibe-  
ralis, præsertim in iure civili. Ut enim Quintilia-  
nus inquit, omne ius, aut in verborum interpre-  
tatione positum est, aut in æqui præuicque discrimi-  
ne. Quod igitur leguleij isti dicunt, pruden-  
tiam in rerum esse cognitione, orationis faculta-  
tem nihil ad rem pertinere, videamus qualiter  
constitui possit M. Tullius libro tertio de Oratore,  
de eloquentia loquens: Neque verò, inquit, hoc  
fugit sapientissimum Regem Philippum, qui  
hunc Alexandro filio doctorem accierit (de Ari-  
stotele loquens) à quo eodem ille & agendi præ-  
cepta

cepta acciperet, & loquendi. Nunc, siue quis vo-  
let cum Philosophum, qui copiam nobis rerum  
orationisque tradat, per me appellet oratorem li-  
cet: siue hunc oratorem, quem ego dicam sapien-  
tiam iunctam habere eloquentia Philosophum  
appellare malit, non impediam, dummodò hoc  
constet, neque infantiam eius, qui rem norit, sed  
eam explicare dicendo non queat: neque insci-  
tiam eius, cui res non suppetat, verba non desint,  
esse laudandam. Item in Oratore perfecto, Res sic  
se habet, compositè & ornatè sine sententijs di-  
cere, insania est: sententiosè autem sine verbo-  
rum & ordine & modo, infantia. Et rursus ali-  
bi, Illud verius, inquit, neque quenquam in eo di-  
sertum esse posse, quod nesciat; neque si id optimè  
sciat, ignarusque sit faciendæ ac poliendæ oratio-  
nis, disertè quod ipsum sciat dicere posse. Phœnix  
item apud Homerum, ad Achillem loquens, ita  
inquit, Pater tuus Peleus, cum te primùm ex  
Phthia patria ad Agamemnona misit paruulum  
adhuc & bellicarum rerum ignarum, me tibi  
ideo adiunxit, ut utroque in genere instituen-  
dum te susciperem. Censuit enim te & dicendi  
precepta accipere debere, & agendi. Ut iam ma-  
nifestum sit, iungendam esse cum eloquentia re-  
rum prudentiam, & contrà, si quis modò non  
aut infans, aut insanus dici velit. Proinde  
miramur

miramur nostri temporis Iurisperitos tam ab elo-  
quentia alienos, in quibus vel peculiare esse de-  
buerat, disertè atque ornatè dicere: ut qui in ma-  
xima reipublicæ luce versantur, atque omnium  
oculis: qui se consultos, prudentes, peritos deni-  
que iuris dici volunt, dignosque solos omnium  
litteratorum hominum existimant: qui rerum  
humanarum diuinarumque arbitrium discepta-  
tionemque habeant: quique viros principes,  
& supra humanum fastigium euectos, solue-  
re & illigare legibus interpretationibus suis  
possint. Non me fugit quid Lactantius libro quin-  
to sextoque de eloquentia disputauerit, vir ipse  
loquendo lautissimus: sed nos de Latinitate, &  
elegantia, & sermonis puritate loquimur, ne sci-  
licet illotis manibus (quod Caius Iurisconsultus  
vetat) diuinarum humanarumque rerum scien-  
tiam aggrediantur, sed Latinitatis modò ac pro-  
prietatis verborum notitia instructi, non de di-  
serta illa & oratoria eloquentia, quæ iuris studio-  
sis nostro sæculo necessaria non est, tametsi olim ut  
quisque iuris erat peritissimus, ita etiam in dicen-  
do præstantissimus. Sed nunc, proh pudor, nullam  
isti verborum rationem habendam autumant,  
dum sensus assequantur: sanguinem scilicet le-  
gum, non autem (ut eorum verbis utar) atramen-  
tum: non florem, sed frugem scientiæ consecran-  
dam

Lactantius  
Simianus lib.  
5. de  
eloquentia

nam arbitrantur. Atque hæc ita dicunt, quasi aut  
verba, rerum imagines esse nesciant, & sensuum  
inuolucra, quæ quàm maximè effingi congruenter  
& accommodatè rebus debent, aut quasi Bart. &  
Baldus, & reliqui eiusdem ordinis, quos isti ver-  
borum contemptores pro numinibus colunt, &  
quorum scripta inter sacrorum vatum oracula in  
larariis habent, verba non ipsi appendere quasi  
ad Critolai libram soleant. Ut enim ille quadam  
solertia in altera libra sua lance animi bona im-  
ponens, in altera corporis & externa, multum ad-  
modum propendere illam animi lancem depre-  
hendebat: sic isti Iurisperiti unumquodque ver-  
bum, atque adeo syllabam, in quibus commodum  
sit locis ad constituenda sua dogmata, ponderanda  
solerter admonentes, verborum vires excutere se,  
& scrupulari etiam differentia aestimare credi  
volunt. Quos se sibi imitandos isti (id quod faten-  
tur) proposuerunt, nisi manifestè cum ratione in-  
sanire velint, sibi que pugnare, verba quoque ipsi  
curent necessum est, non sensum modò: quando qui-  
dem ex verbis sensus dependent. In hoc enim  
comparatæ sunt voces, ut id, ad quod sunt institu-  
tæ & audientibus & legentibus insinuent: alio-  
qui frustratoria esset verborum institutio, si non  
suo munere fungantur, sed vel audientis vel le-  
gentis arbitrio deseruiant. Frustranei essent ti-  
tuli

*tali illi integri de Verborum significatione , non  
in iure modo civili , sed etiam pontificio. Sed  
age , viuant isti suo more , & iniquissima ty-  
rannide venerandam illam priscam maiestatem  
legum conculcent , opprimant , euertant : nos  
quod institutum est nostrum persequamur , recti  
fiducia subnixi. Nec enim debet ob hoc à virtute  
quis desistere , quòd paucior sit numerus eorum,  
qui rectè viuunt : sed eò magis ad probitatem  
contendere. Hæc habui qua huic Lexico prapo-  
nerem , poscente loco , quo peruicaciam eorum  
refellerem , qui se verborum contemptores ex  
professo iactitant , ne quis verborum proprieta-  
tem ac significationem , quæ est huius libelli ma-  
teria , negligendam , ab illis falsò persuasus cre-  
dat. Vale , Lector candidissime , & nostram  
diligentiam his quoque minutis benigno fauore  
prosequere.*

PROOE





# PROOEMIUM

Vocabularij vtriusque Iuris.



**Q**UONIAM iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat, ff. de iustitia & iure. l. j. in princ. & (ut ait Philosophus primo Elenchorum) qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, id est, decipiuntur. Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit, secundum Isidorum. Turpe etiam videtur Patrio, & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo versatur, ignorare. ff. de orig. iur. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius, & de Heret. cum ex iniuncto. xxxviij. distinct. sedulo. Ex quibus omnibus habetur, quod nemo debet ignorare scientiam, in qua versatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit, Bene est, priusquam ad verborum interpreta-

Voc. Iur.

b

11

tionem perueniamus, pauca de ipsius significatio-  
 ne tituli referre. ff. si certum petatur. l. j. Idcirco  
 quorundam terminorum, qui in iure utroque ma-  
 xime frequentantur, necessarium fore duxi des-  
 criptiones & significationes clariùs exponere, tam  
 ex sommis AZO. & Goff. quàm aliunde collecto-  
 rum, propter iuuenes maxime iuris utriusque can-  
 didatos. Et hoc breui & alphabetico ordine (ut eò  
 meliùs memoriæ commendentur, & citiùs inue-  
 niantur) perstringendo etiam cum allegationibus  
 in locis suis: ut in iure modicam perfecti per ig-  
 nota minimè procedentes, his cognitis principiis,  
 & terminorum significationibus, accessum faci-  
 liorem habeant ad utriusque iuris notitiam, quia  
 omnium habere memoriā, & in nullo penitus  
 peccare, potiùs est diuinitatis, quàm mortalitatis.  
 C. de Veter. iur. enucl. l. ij. §. si quid autem. ver. quia  
 omnium. Et notat Bern. de Rescript. c. cum ad eò in  
 gl. j. de confirm. util. vel inutil. c. porrecta. in gl. ij.  
 Ideoque, si lectori aliqua vocabula occurrerint,  
 quorum expositio hìc non inueniatur, de hoc non  
 miretur, quia nec omnium memoria potuit occurrere.

Voca

in nullo ex-  
 rare potius  
 diuinitatis e-  
 que diuina  
 mortalitatis.  
 in l. 2. §. 1. q. 1. 1. 1.  
 @ C. de veter.  
 in iure enucl.



# VOCABULARIUM

## vtriusque Iuris.

### De littera A.

**A**LITERA salutaris à Cicerone in ea pro Milone, quod vt scribit Afconius, si videbatur iudicibus bona causa, absoluebant reum: notamque absolutionis, A litteram in tabella, quam à Prætoribus accipiebant, scribebant. Cicero: [quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, cum videret non fateri, neque quæri vnquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando litteram, quam illam tristem dedisset.] Eadem nota fuit in suffragiis & comitiis legum, qua se cines repudiare rogationem significabant. Nam duz dari tabulæ solebant, quarum in altera V. R. id est, vt i rogas, scriptum erat: in altera A, id est, Antiquo, antiqua sequor, noua non placent: est enim, vt Festus primo libro scribit, Antiquare, in morem pristinum reducere. Hotom.

**A**CERTO hærede legare: certo hæredi vt legatum aliquod præstet, mandare, sic, vt ab illo debeat solo. Cicero in Topicis, [Si paterfamilias vxori ancillarum vsum fructum legauit à filio, neque à secundo hærede le-

gavit, mortuo filio mulier vsum fructum non amittet.] Idem pro Cluentio: Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio, si quis natus esset ab secundo herede nihil legat. Marcellus, l. 6. ff. de Auro & argento: [Seia ab hærede P. Mæuis ita legauit.] Iulianus l. quæsitum. 91. ff. de legat. & fid. 2. [Si filiusfamilias qui filium habebat. hæres institutus fuisset, an ab eo filio eius legari posset? Respondi cum possit à filio patri legari.] &c. Item: Si mihi seruus à te hærede legatus fuerit [Neracius leg. à Titio 64. de Furt.] A Titio hærede homo Seio legatus, ante aditam hæreditatem Titio furtum fecit. Hotoman.

**A**DVUMVIRO, pro Imperio, vel permisso Duumviri, Vlpianus l. si quis. 52. §. 6. ff. de Furt. [Si fugitiuum meum quis quasi suum à Duumviro, vel ab aliis qui potestatem habent, de carcere vel custodia dimitteret, an is furti teneretur?] In vulgatis libris, DIMITTERET, ACCIPERET: vt sic, potestatem dimittere: quod mihi non probatur. Nam ita hoc dictum est. vt alibi ab aliquo se liberare. Idem Hotoman.

**A LIBERIS**, pro quoadiu liberos habebit. Terentius, l. sed si, 62. §. 2. ff. de Condit. & demonstrat. [Cum vir uxori, si à liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulianus respondit, posse mulierem nubere, & legatum capere Quod si ita scriptum esset, Si à liberis impuberibus non nupserit, legem locum non habere: quia magis cura liberorum, quam viduitas iniungeretur:] id est, Quoadiu liberi erunt impuberes. Papinianus l. cum tale 72. ff. eod. cum tale legatum relicum esset Titiz, si à liberis non decesserit: Similiter Paulus libro Sententiarum II. c. xxix. [Potior quis esse debet, inquit, non solum à gradu generis, sed & à substantia rei familiaris.] Similiter in Cluentiana Cicero dixit: [non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidem potestas erat: id est, pro reo.]

**AS PRÆDIA** nulla venundari, vetustè Imperatores dixerunt, in l. i. C. Debitor. vendit. pig. pro A sua familia nulla sua prædia. [Scriptura, inquit, testamenti complexus est debitor, nulla à se prædia venundari] id est, Caut ne vlla sua prædia vendantur. Accursus, autem AS, id est, ab ipso creditore, quod absurdum est. Hotom.

**A T M D O** Aio te mihi dare oportere: vt Valerius Probus testatur: quæ personalis actionis fuit formula, quia persona rei nominatum in agendo notabatur: & stricti iudicij, quia simpliciter, ait Cicero, Asperè & directò oportere, de certa definitaque summa dicebatur. Aio verò antiqui pro affi mo & conuendo dicebant, auctore Nonio:

Vnde Aientia Cicero appellatur quæ Græci forensi & litigioso verbo *κατηγορικῆ*. Hotoman.

**A T T I O** persoluerè, de Titij nummis persoluere. Cicero ad Artic. lib. v. & pro Plancio. Plautus Menæchm. [Da sodes à te, postea reddidero tibi Mem. Imo da abs te] Interdum tamen ab aliquo solui dicitur, cum exacta à debitore pecunia numeratur. Vt Epist. ad Attic. viij. [Quintus laborat vt tibi quod debet ab Egnatio soluat,] id est, exactam ab Egnatio debitore suo. Hinc nata illa sunt pratorum formulæ ab aliquo possidere, pro, alicuius certi hominis possessionem obtinere, Prætor, l. i. Vti possid. Ab aliquo vti re quapiam, qui illi præcise rei suæ vsum ademit, eumque quoquo modo retinet. Prætor, l. i. ff. de Itin. actiue priu. Ab aliquo aquam ducere, id est, ex illius qui præcise nominatur fundo deductam habere. Prætor in l. i. ff. de Aqua quot. Ab aliquo absolui, vide vocem [Absolui.]

**QVANDO** facit separationem, & quando includit, & quando excludit, net. Io. Andr. de præb. c. statutum li. vj. & Archi. de Elect. cap. j. eodem lib. Et à, & ab, in simili not. Archidiacon. xxxj. distinet aliter. Et de à, in cap. provt. de dolo & contu. Et etiam à, & ab denotat separationem. C. de nupt. l. à Caligato. & ibi per Cy. in gl. f. ij. l. ordinata. ff. de Liber. cau. & ff. de duob. re. l. si ex duobus. vbi textus cum glo. ff. de actio. emp. l. iij. §. fin. Item A, vel AB, est dictio significatiua primi termini à quo, sicut dictio [vsque] termini ad quem. Hic autem terminus à quo significat exclusiue vel inclusiue, de quo Bart. in l. patronus.

aus. ff. de leg 3. Vnde A, vel AB, significat exclusiue dicendo in statuto, A pulsu campanæ, desero nullus vadat per vicos sub pœna tali. Nam hoc statutum intelligitur pulsata campana. Ideo si quis vadat quando pulsatur, non incidit in pœnam: inclusiue significat, ibi, A pulsu campanæ, de mane quisque potest domum exire, quia statuens sic videtur intellexisse, &c. Et vide plenius de istis dictionibus per Ioannem de Ferra in sua practica in forma capituli, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam. Adde hic quod aliquando hæc præpositio A, ponitur pro fine: vt l. j. ff. de Legatis iij. §. hi quibus. & ibi gloss. super versi. Apolides. & gloss. in l. quidam decedens. in princip. super verbo, [alogistas.] de Administr. tuto. & de Edil. edict. l. si quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. super verbo asylum. Aliquando ponitur causatiue, xxvij. questione ij. cõiuges. & cano. coniunx. & c. sic §. ex his. Aliquando pro [ex.] vt ff. de Acquirendo rerum dominio. l. adeo. §. quod si ex vno. & xvj. questio iij. post quingentos. §. item si de rebus. & can. si sacerdotes. Aliquando ponitur pro [per,] C. ad legem Fab. de Plag lege prima: ibi, [à quo,] id est, per quem & l. seruo legato. §. primo, ff. de Legatis j. Aliquando subauditur à iure, vt ff. de Remilitari. l. milites ibi, [militia,] id est, à militia. & de Negotiis gestis. l. liberto. §. litem. ibi, [sententia,] id est, à sententia.

**D**e istis dictionibus A, vel A, B, an includant vel excludant, vide Bartol. in l. paronus. §. j. in fin. ff. de Legatis iij. & an separationem denotent, Bartol.

in l. meminisse. de Officio procon. & in l. si ex duobus. de Duo. reis. ff.

**ADD**, quod præpositio A, exponitur aliquando pro post. l. ij. §. quod ad magistratus. de Orig. iur.

### De A, ante B.

**A B** aliquando ponitur pro [contra,] vt l. commissa. ff. de Publica. ibi, [Ab hæredibus.] id est, contra hæredes: ibi est AD non AB, Aliquando ponitur pro O B. C. Si quis Impera. male. l. j. ibi, [ab iniuria,] id est, ob iniuriam. Aliquando pro [Per] Extrã. de Appo. A. ab eo, qui libro sexto. Et differunt A, & AB, vt his versib. continetur.

*Quod facit A, facit AB: sed in hoc differre videntur,*

*AB cum vocali, reliquis vult A sociari.*

de AB no. ff. de Aqua quoti. & arsi. l. j. §. arstatem & Cod. de temp. appellat. l. final in princip. & lv. distinct. c. qui partem. & lxxvij. distinct. in veteri xxxv. q. vj. ab isto. xxxvij. distinct. à quibusdam. & per Archidia. xxxvj. distinct. aliter.

**AB**, aliquando denotat separationem: vt est gloss. expressa in cap. statutum. de præben. in vj. gloss. in l. si ex duobus. in verbo [ab altero] ff. de Duob. reis. & in l. iij. §. fin. in verbo [à Brundusio.] ff. de Actio. empt. & vend. Bald. & Alexander de Imol. in l. prima. ff. Si quis cautio. Ioan. de Imol. & Domin. in capitul. frequens. supra gloss. in vers. xv. [arstatempus.] de Restit. spol. libro sexto, cum concor. ibidem positus.

**INTERDVM** ponit pro [post] gloss. in l. neminem. C. de decurio. Quandoque pro [sine,] veluti cum dicitur **ABRE**, id est, sine causa l. si quis ad finem. C. de Fort.

**ABACUS** erant repositoria vasorum pretiosorum. l. hæres. §. penultim. de leg. iij. Alciat. tamen libr. Parer. iij. capitul. ij. legit bases.

**ABAX**, is. [siue abæus abaci] tabula est, in qua escaria, & potoria vasa collocantur, quæ sunt mensæ ministerio parata. Iuuen.

*Lectus erat Codro Procula minor, Urceoli sex,*

*Ornamentum abaci.* Ausonius.

*Fictilibus fama est coenasse Agathoclea regem,*

*Atque abacos Samio saepe onerasse luto.*

Cicero v. Tusculan. quæstione [Abacos complures ornauit auro & argento celato.] Idem in Verrè: [Abaci vasa omnia vt exposita fuerant sustulit.] Sed [abacus] ab eo quod est *ἀβῆκος* Græcè, est inclinatum, quod teste Priscia. lib. vij. de octo partibus orationis, penultimam genitiui breuiavit, quod significat præterea vasa quædam viliora, in quibus pretiosiora reponuntur, [ataisor] Pæni vocant, de quibus Iauolenus Iurisconsultus li. xxxij. Dig. qui est de Legatis tertius l. hæres. §. pen. [Cui Corinthia, inquit, vasa legata essent, abaces huic quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius respõdit, Pro quo in codicibus recentioribus mendosè [bases,] a littera disjuncta legitur. Accursius non ratione aliqua, sed verisimilitu-

dine ductus, capsulas esse interpretatur bases. Quod, cum sit nihil verbum, interpretamentum quoque erit inane. Philippus Beroaldus quodam in loco suarum commentationum, bases legit vocem vulgi sequutus. Sed de hoc lege verbum, [Corinthia vasa] Nebr.

**ABACTOR** secundum Isid. lib. x. etymon. est fur iumentorum vel pecudum, quem vulgò vocamus abigeum. Nam abigeus est qui crimen abigeatus committit, & propriè ille qui pecora alicuius à pascuis & armentis subducit, abigendi studio, hanc rem exercens, vt per aliquod signum, quod facit, ipsa animalia fugiant, separentur & dispergantur, & ea sic recipiat. s. cum panno rubeo: vel alias oues quascum ad nemora fugando, vt alius accipiat, & deprædetur. Et est abigeatus crimen capitale C. de abigeis. l. vnica. Et maximus orator apud Græcos Demosthenes differentiam ponit inter furem, & abigeum dicens quòd ille, qui vnâ solam pecudem surripit, fur est, & vt fur coërebitur: sed qui totum gregem subtrahit, abigeus est, & crimine abigeatus tenebitur. Et sine inscriptione recipitur huiusmodi criminis accusatio, vt d. l. vnica, C. de abigeis.

**ABACTORES** ab oratoribus & historicis appellantur, quos Iuriconsulti vocant abigeos. Dicitur vtrumque nomen à verbo [abigo, is,] quod inter alios sensus significat etiam à grege siue armèto pecudem furto subducere: hinc abactores & abigei dicti huiusmodi fures. Quod genus hominû in Hispania maximè inuenitur dicente Virg. in 3, Geor.

*Aut impacatos à tergo horrebis  
Iberos.*

Quod Seruius interpr. abactores, & subdit: [nā omnes ferē Hispani, qui iidem sunt & Iberi, acerrimi abactores sunt.] Apeleius 7. de aino aureo: [Abactorem indubitatum cruentumque percussorem criminans.] Ambr. in sermone de hostibus carnalibus non metuendis, [Armenta diripiet: istud damnum abactorem tolerando iam didicit.] Sed quemadmodum diximus, à Iuriconsultis potius abigei dicuntur, de quibus titul. est lib. xlvij Dig. In cuius prima lege Vlp. his verbis scribit: [Abigei propriè ij habētur, qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, & quodammodo de prædantur, abigendi studium quasi artem exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes: [Ceterum si quis oues aberrantes aut alias quadrupedes abduxerit, non erit reus crimine abigeatus, sed potius furti. Est enim abigeatus ipsam abigei crimen, quod in Hispania grauius quàm alibi gentium debere puniri Hadrianus Cæsar proconsulti Beticæ rescriptis: [Abigei, inquit, cum durissimè, non ubique, sed ubicunque frequentius est id genus maleficij. l. i. ff. de Abig. Atqui diximus ex auctoritate Virgilij & Seruij Hispanos maximè hoc crimine laborare. Neb.

**ABALIENARE**, vetus verbum est ciuili iuris, hoc est, ciuium Romanor. proprium, peregrinis hominibus non ita commune: quo perfecta rei alicuius alienatio significabatur. Itaque Vlp. l. Abalienatum 67. ff. de Verb. signific. [Abalienatum, inquit, non præ-

priè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen certè dicitur.] Abalienatio verò est, eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt: ut scribit Cicero in Top. Quo ex loco tria notanda & obseruanda sunt: primum, cum lex fiat acquirendarum rerum modi, quos Vlpianus in Institutiunculis enumerat, Emancipatio, traditio, vsucapio, in iure cessio, adiudicatio, lex: duos tantum solos esse, quibus res à dominio nostro in alienum traducantur, mancipationem scilicet, & in iure cessionem. Quod tamen Paulus, homo Græcus, iugiosus, natura controuersus, & hostis antiquus, Iuriconsultis additus, suo more canillatur: in l. abalienationis. 28. ff. de Verbor. signific. [abalienationis verbum, inquit, etiam vsucapionem continet: vix est enim ut non videatur alienare, qui patitur vsucapi.] Quasi verò quis sciens prudens rem suam vsucapi patiatur: aut si fortè quis eo animo sit, res ex maiore parte iudicandæ non sint: aut si iudicandæ non sint, qui patitur vsucapi, non pro derelicto rem suam haberet. ac proinde alienare non dicatur, quia verbum hoc certam & alienantis, & eius in quem alienatio fit, personam complectatur. l. in omnibus. ij. ff. de Oblig. & action. Tametsi vsucapionem tertium esse modum, quo res perfectè alienantur, constet ex eodem Vlpiano cap. i. & xix. Secundo, ex hac definitione intelligitur, ab alienationem earum tantum rerum dici, quæ mancipi sunt: non etiam earum quæ sunt nec mancipi. Sed cum Vlpianus

in Institiunculis traditionem dicit propriam esse rerum nec mancipi, quid est quod Cicero ait, Abalienationem traditione fieri? Subdificilis nodus hic videtur, quem tamen explicare conabimur. Nam Cicero non simpliciter traditionem dixit, sed traditionem nexu: quo verbo mancipationem significari Boëtius, non aperte ille quidem, ac nominatim, sed tamen ita significat, ut satis intelligatur. Cum enim nexu formulam, ritumque ex Caio l. C. describit, indicat nexum ad mancipationem pertinere. Ex quo intelligitur, Abalienationem mancipatione & in iure cessione fieri: traditione autem nuda, hoc est, sine nexu & libra, fieri non potuisse. Postremo ex eo loco constat, Abalienationem propriam civium Rom. fuisse, non etiam peregrinorum.

**ABAMITA**, est soror abai. ff. de Grad. l. Iuriscons. §. auunculus.

**ABARSACORAS** lib. 8. C. tit. 41. l. 13. vide Barsacoras.

**ABAVIA**, est mater proavi vel proavia ff. de Grad. l. Iurisconsultus. §. quarto gradu.

**ABAVNCVLVS**, est frater abaviae secundum Isidorum. l. 3. ff. de Grad.

**ABAVVS** est pater proavi vel proaviae. Abavus, inquit Festus, dicitur qui abest ab avo. & est avus avi. Hinc quartus pater à Virgilio nominatur, Aeneid. 10.

*Ille tamen nostra deducit origine nomen:*

*Pilumnusque illi quartus pater.*

Hot.

**ABBAS** ante benedictionem appellatur abbas: secus in Episcopo, Ita Felin. in c. eare. de Rescript. col. v. vers. ij. [restringitur] & ibi

quæ sit differentia inter Episcopum & Abbatem, vide ibidem Felin.

**ABBAS** habet dignitatem, cap. vt Apostolica. de Privileg. in vj. & in Clement. & si principalis. de Rescript. & ibidem Car. j. quæst. imò Abbas omnibus praelatis post Episcopum debet præteriri, de quo per Fel. in d. c. meminimus. de accus.

**ABBATISSA** habet dignitatem. cap. indemnitatibus. de Elect. in vj. in §. verum. & l. generali. C. de sacros. eccles. Domi. de sancto Gemi. in c. indemnitatibus. Felin. in C. meminimus. de accus. vers. [ulterius quæro.]

**ABBREVIATURA** dicitur, instrumentum notarij non extensum. Bar. l. chirographis. in princ. in ij. not. ff. de admin. tut.

**ABDICARE**, inquit Nonius, est familia abicere: sumptum autem à Græcis videtur, qui patrem ἀφικειν, filium autem ἀποφικειν dicebant: Itaque Quintilianus lib. 3. c. 6. interpretatur Abdicatum, qui à familia patris alienatus est, quod per præconem fieri solitum Græca illa Platonis locutio lib. xj. de legibus satis indicat.

**ABDICARE** se magistratu, est ante tempus magistratum deponere. Pompon. l. 2 §. 13 ff. de Orig. Jur. Patinian. l. penult. ff. de Offic. præf. hoc Græci ἀφικειν ἑαυτοῦ dicunt. Plato lib. xj. de legibus Moris enim erat, ut quibus imperium certa de causa abrogatum erat, ij dignitati & existimationi suæ consulentes, per se, & quasi sua sponte magistratum deponerent, seseque priuatos redderent.

**ABDICARE**, decreto recusare ac denegare, Pomp. l. 2. §. 13. ff. de Ori,



Orig. Jur. Abdicandi verbo pro  
abiegare scriptores Latini vtur-  
tur Suetonius in Agrippa. Abdi-  
care pro exheredare, Cicero in  
Oratore.

**ABDICARE**, in solidum dare, lib. 5.  
C. tit. 22.

**ABDICATVS** quis libro 8. Cod. tit.  
47. l. 6.

**ABDICATIO** quid fit, vide l. ij. § &  
cū placuisset ff. de Orig. iur. in l.  
liber hom. de Statu hom. & l. pen.  
de Offic. præsid. & l. abdicato. C.  
de Pa. pro.

**ABDICATIONVM** formæ sunt duæ:  
altera criminis perfecti, vt si ab-  
dicetur raptor, adulter: altera im-  
perfecti, veluti adhuc in condi-  
tione positi, quales sunt, in quibus  
abdicatur filius, qui non pareat  
patri: quæ abdicatio apud magi-  
stratum fieri solita.

**ABDITAS**, i. absconditas. l. vnic. C. de  
Thesaur. lib. x.

**ABDVCI**, est à veritate separari Item  
not. quod abduxisse non solum is  
dicitur, qui per vim abduxit, sed  
etiam qui persuasit alicui vt ab  
alio discederet l. item apud. §. ab-  
duxisse. de Iniur.

**ABDVCI** mulier dicitur à marito,  
cū diuortium fit. Donat. in illud  
Terentij in Hecyra,

*Et filiam abduxit suam.*

Sic Virgil.

*Eo gremio abducere pactus.*

**ABDVCHRE** furto, lib. 6. C. tit. 2. l. 10.  
Plagio eo. Abduxisse. ff. lib. 47. tit.  
10. l. 15. §. 20 Abducendi potestas  
lib. 4. C. tit. 56 l. 1. Hot.

**ABEAT** sine h. i. recedat. ff. de In-  
diem addic. l. j.

**ABESSE** quandoque dicitur qui in  
iure non est, vt l. iij. §. abesse. ff.

de Dam. infec. Quandoque qui à

tribunali abest. l. non tantum. §.  
Senatus. de fidei om. lib. alius  
quoque modis quis abesse intelli-  
gitur, vt infra in ver. [absens.]

**ABESSE** non dicitur res, quæ casua-  
liter abest. Bar. in l. quæsitum. v. fi.  
ff. de l. iij. & qui commodi causa,  
ac dolo malo abest, pro presente  
numeratur. l. 4. §. 5. ff. Ex quibus  
causis maior Et abesse quoque in-  
terdum dicitur, qui adest. Nam  
miles qui Romæ militat Reipubl.  
causa, pro absente numeratur. leg.  
militis. ff. de quibus causis maior,  
& furiosus absentis habetur loco.  
l. 2. §. 2. ff. de Iure Codicil. & tu-  
tor, qui dum pupillus contrahit,  
præsens est, sed quid agatur nom-  
multum. ff. de Auctor. tut.

**ABESSE** causa Reipubl. dicitur quis  
quandiu durat officium, & finito  
officio quandiu redire potuerit  
secundum qualitatem suæ perso-  
næ, sc. à die recessus vsque ad re-  
ditum, si ob commodum suum non  
abfuit Bart. l. abesse. ff. Quibus ex  
caus. maior.

**ABESSE** Reip. causa qui non videan-  
tur, lib. 4. tit. 6. l. 4. §. 1. l. 6. 33. §. 1.  
l. 44. 37. 38. §. 1. in fin. lib. 42 &  
qui videantur, l. 7. 32. 33. in prin.  
& §. 2. l. 35. 36. 38. & 45.

**ABESSE** arbitrio voluntatis suæ, C.  
7. t. 43. l. 10. Ex iusta. l. 40. t. 5. l. 28.  
§. 3. l. 26. §. 1. l. 5. §. 5. longe, C. 6.  
tit. 60. l. 8. §. 3. Mala conscientia,  
C. 3. tit. 1. l. 15. Mortis causa, lib. 4.  
tit. 6. l. 3. Reip. causa, ff. 26. tit. 2. l.  
30. ff. 49. tit. 16. l. 1. lib. 50. tit. 7.  
l. 14. abesse voluntarie, C. 7. tit. 35.  
lib. 8. Hotoman

**ABIECTA** persona quæ dicitur, vide  
C. lib. 5. tit. 5. l. 7. Pudicitia, C. 8.  
tit. 56. l. 7. abiectus homo, C. lib. 9.  
tit. 4. l. 1.

**ABHINC** aliquando ponitur tempo-  
raliter, & respicit futurum tem-  
pus, vt abhinc, id est, ab hoc tem-

- pore in antea Cod. de Sacrosanct. eccles. l. placet.
- ABHOC**, i. posthac. ff. de Orig. iur. l. ij. §. & cum placuisset.
- ABHORRERE** aliquando ponitur pro differre l. si tibi areæ. §. sed si puerum, de Præscr. verb.
- ABIGEATVS** crimen quod abigendo committitur, leg. 2. ff. eod. leg. 5. §. qui de ertionis. ff. de re militari.
- ABIGI**, inquit Vlpianus, proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium tanquam artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes. leg. 1. §. 1. ff. de Abigeis. [vide Abator.]
- ABIGERE**, est à se expellere, vel crimen abigeatus exercere.
- ABIGERE** partum, est abortionem eicere. l. Cicero, de Pœn. Vlp. l. si mulierem. §. ff. de Sicar. Vsurpatur etiam simpliciter à Marciano, leg. 4. ff. de extraord. criminib. [Sed quæ data opera abegit, à Præside in exilium dandam.] Hinc,
- ABACTVS** venter dicitur à Paulo lib. 4. Sent. c. 9. pro factu venenis & medicamentis eiecto. [Aborsus, inquit, vel abactus venter, partum efficere non videtur.]
- ABICERE** est spernere, vt in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. sit igitur.
- ABIRE** in creditum, non omnino idem quod credere, sed tantum eas res credere, quæ accipientis sunt, hoc est, quæ functionem non in specie sed in genere recipiunt, veluti pecuniam, frumentum, oleum, ff. lib. 14. tit. 4. leg. 5. §. 6. de Tribut. action. & tit. 6. leg. 3 §. 3 Abire rem longè, ff. 42. tit. 2. l. 15. §. 7.
- ABINTESTATO**, i. sine testamento. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. in rubr. & in nigro
- ABIUDICARE** & [adiudicare] differunt. Nam abiudicare idem est quod remouere & abdicare, adiudicare autem idem est quod applicare: facit text. & ibi not. in c. cum venerabilis. in vers. quæ vero: ibi; [eidem episcopo adiudicauimus.] de Except. & in cap. auditis in ver. adiudicantes. de præscr. & cap. cum causa. in vers. [adiudicare enrauit.] de Re iud.
- ABIUDICATIO** proprie habet locum in his, quæ habent causam mixtam. id est, in communibus iudiciis. l. si quis fundum. §. officio. ff. Comuni diui & l. sed & si res. in princip. ff. de Publicia. Aliquando exponitur adiudicare, id est, iudicare ad se spectare. vide Ioan. Mo. Archi. & doct. in cap. abbate sane. in princip. & ibi Domi. de sancto Gemi. in versic. [Nota quod præcedit conclusio, cum seq. ver. de Repub. iudic. lib. vj.] Quandoque ponitur pro confirmare, vt in c. vt quis duas. in fin. de election. lib. vj. & vide Alberic de Rosa. in suo diction. in vers. [adiudicatio.]
- ABIURARE**, est, vt Seruius Æneid. 8. scribit, rem creditam periurio negare. Cicero tamen primo ad Atticum, abiurare dixit, pro sponsonem factam iureiurando negare.
- ABLATIVVS** casus aliquando resoluitur in accusatiuum & præpositionem [propter,] vt mandato, id est, propter, ff. Mand. l. si Mandato. §. si. & l. cotem ferro. §. eam rem. de Pub. Aliquando in accusatiuum, & præpositionem IN, vt quiete, id est, in quiete. C. de Primicer. l. j. lib. xij Item ablatiui absoluti in contractibus non dispo

disponunt, sed resoluuntur in conditionem. patet, quia agi non potest ita not. Bartolus & Bald. in l. prima C. Quando li. ab emp. discedere. facit l. euisis agris. ff. de Vfur. l. euisa re. de Euiso. l. acceptis. ad legem Falcidiam. Itē in vltimis voluntatibus, l. à testatore. vbi Bartolus & alij, ff. de Conditio. & demonstrationibus. nisi verba referantur ad eum quē testator potest grauare, lege fideicommissa. §. cum esset. vbi plenius Bartol. ff. de Legatis iij. & ibi latē per Iasonem. Item adde quod aliquando ablatiui absoluti nihil important, vt est text. in l. ij. §. planē & si posthumis. in versiculo [sed si extraneū] iuncta glo. in verbo [filio præcedente.] de Vul. & pupil. & l. adoptare. ff. de Adoptionibus. Item adde, quod ablatiui absoluti faciunt conditionem expressam: secundum Bartol. in l. j. in vlt. col. ff. de Conditio. & demonstratio.

**ABMATERTERA** est soror abauiz. Institut. de Gradib. §. sexto gradu.

**ABNEPOS** est filius nepotis.

**ABNEPTIS** est filia pronepotis, vel proneptis. l. 10 §. 8. de Gradib.

**ABNOCTARE** significat per totam noctem abesse. l. illud. de Offic. præsid.

**ABNOCTARE**, est extra urbem noctem traducere. Marcianus l. illud. 15. ff. de Offic. præsid.

**ABNVTARE**, est sæpē abnuere, Festus lib. i.

**ABNVTIVVM**, dissentio, voluntas contraria, sed sine actione ad expediendum exprompta. Paul. l. 83 ff. de verb. oblig.

**ABOLERE** quid ad S. C. Turpil. l. i. §. 10. lib. 48. ff. l. 16.

**ABOLITIO** est accusationis institutione peremptio, vel absolutio,

qua quis nomen alicuius accusauit, cum, omni inscriptione iam facta in totum aboletur, remissa necessitate accusandi, & debet impetrari à principe, vel iudice, ab illo scilicet qui aliquam accusationem instituerat, & in ea se inscripserat: talis enim citra infamiam desistere non potest nisi absolutionem impetrauerit: sed quando talis impetrat quod desistat, & quod illud quod per accusationem inchoatum erat, deleatur, ritē sit. Est autem duplex abolitio, scilicet generalis & specialis. De generali habetur C. de Abolit. genera. l. vlt. & ff. ad Turp. & de abol. l. abolitio. Et per hanc eximitur reus, quod non incidit in Turpillianum si non deserat accusatum. ff. de Abol. eri. l. si interueniente Et si infra triginta dies post abolitionem generalem causa proposita non potest probari, ad eam redire non potest. C. de abolitio. generali l. prima.

**ABOMINARI** est omen auersari. Cicero, quod omen Deus auertat. Sczuola l. Lucius. 85. ff. de hæred. insti. & l. Lucius 88. §. filiam, de lega. 2.

**ABOMINATIO** appellatur seruitus idolorum secundum Hieronymum. in homilia. Largius tamen sumitur in communi vsu loquendi, pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicitur abominatione populi, extra, de Cleri. ægrot. c. tua nos. Vel abominatione est Deo elemosyna facta de rapina, simonia, vel vsura. j. q. j. non est putanda. xiiij. quæst. v. scriptum est.

**ABOMINATIONEM** etiam ritē appellabimus quam dicimus excommunicationem, & eum abominatum qui est excommunicatus.

catus. Sic enim plerumque eum appellat Alciarius noſter.

**ABORTIVVS** eſt, puer vel alter fœtus ante præſinitum, tempus natus, & idè ſic dicitur, quòd non oriatur ſed abortiatur, & excidatur ſecundùm Iſidorum lib. decimo Etymol. quid Abortio, ff. lib. 48. tit. 19. l. 38. §. 5. & Abortus C. lib. 6. tit. 29. l. 2.

**ABPATRVVS** eſt frater abau. vt Inſtitut. de Grad. cog. §. ſexto gradu.

**ABRE**, id eſt, ſine cauſa, vt habetur in l. ſi quis ſeruo alieno. C. de fur. & l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud.

**ABROGARE** legi idem eſt quòd tollere ſiue antiquare, quia à magiſtratu qui eam poteſtatem habet, populo interrogato, an velit iubèatque eam legem tolli, illo annuente, antiquatur tolliturque: quemadmodum eodem populo interrogato fuerat promulgata vnde & lex plerumque dicitur, Rogatio. Cic. lib. 2. de legibus: [Eas, inquit tu leges rogabis quæ nunquam abrogentur] Lilius lib. 22. [Plebſciturum primus ego antiquo abrogòque.] Eſt itaque abrogare legem idem prope quòd derogare. Iuriſconſultus tamen de Verborum ſignificatione, l. derogatur. inter vtrumque verbum nonnihil diſtare facit: [Derogatur, inquit, legi cùm pars detrahitur: abrogatur, cùm proſus tollitur.] Adde eu, quòd abrogatur legi cùm prioris legis inſirmanda cauſa promulgatur altera. Sermonis Latini ignari vulgari voce decepti, pro eo quòd eſſe debet abrogare ſiue derogare legem, ipſi reuocare dicunt, cùm ſit reuocare, vt auſtor eſt Varro de lingua Latina: ruruſ in cor vocare, hoc

eſt reuocare. Iuuenalis de Domitiano, qui legem Iuliam iam obliteratam dormientemque excitauerat, ſic inquit:

*Qui tunc leges reuocarat amaras,  
Omnibus atque ipſi Veneri Martique timendas.*

Virgil primo Æneid.

*Renocato à ſanguine Teucri.*

Id eſt, reuocato, quippe qui iam propemodum extinctus erat. Nebr.

**ABROGARE**, eſt deſtruere vel dele- re in totum: vnde dicitur lex abrogata, quando in toto eſt ſublata vel deſtructa Sed derogatur ei quando in parte tollitur vel ei detrahitur. ff. de Verborum ſignificatio. l. derogatur. Abrogare interdum eſt addere aliquid. Septem autem de cauſis aliquid abrogatur, vt not. diſtinct. 4. c. vlt. §. hæc & ſi legib.

**ABRVPTVM**, id eſt, turpiter acquiſitum vel aliter, vt ff. quar. rerum actio non dat. l. 1. §. ſi manu miſero.

**ABS** præpoſitio à Græco deducitur à ψ. ſignificat autem retractio- nem in partem poſtერიem. Feſtus lib. 1. In accepti tabulis hæc præpoſitio uſurpatur, ſerè eadem cum à & ab. Cicero de Orator. [vna præpoſitio eſt abs, eaque nunc in accepti tabulis manet.] Hotom.

**ABSCISE**, id eſt, fixè & determinate, l. ſemper. §. demonstratur. de Iur. immu.

**ABSENS** quis dicitur in iure multis modis, vt tradit Iaſ. in §. ruruſ. in princ. Inſtit. de actio. & poſt eum Alciat. in l. mulieris, §. vlt. & in l. abſentem de verb. ſignific de quo vide etiam proximè in verbo [abſentia.]

**ABSENTIA** eſt quintuplex, & quando

quando quis obtentu absentia in integrum restituatur: vide gl. l. fin. ff. de in integ. restitu. & l. in oralle. §. rursus. Absens autē propriè dicitur qui est extra provinciam, vt C. de Bon. au. iudic. poss. l. fi. §. vlti. Tamen quandoque accipitur pro eo qui præsens non est eo loco vbi petitur. ff. de Verb. sign. l. absentem. vnde absens multis capitur modis. Primò ille dicitur absens, qui alium audire & intelligere non potest: sic capitur ibi, cum dicitur, stipulatio non potest fieri inter absentes. Instit. de Inu. stip. §. item verborum. Secundò absens dicitur, qui non est in eadē provincia, vt C. de Long temp. præscrip. l. fin. Tertio absens dicitur, vt hinc, cum dicitur, testium productio non potest fieri parte absente, si velit adesse. Et sic dicitur absens qui nō videt producere vel iurare testes. l. si aliquando. C. de testib. Quarto absens est qui non est in domo, seu loco, respectu cuius nunciandum est nouum opus. ff. de No. oper. nunc. l. de pupiilo. §. si quis. Quintò dicitur ille absens, qui faciliter non potest inueniri, vt quia sicut præsente principali, fideiusor non potest conueniri: ita absente potest conueniri. C. de fideiuss. & man Auth. præsente. Sic etiam accipitur in l. præsens. ff. de procur. vbi dicitur, [ Præsens est qui in hortis est. ] id est, qui faciliter potest inueniri. Sextò absens dicitur qui ad lucrandas distributiones materiales præsentiariū abest. s. qui nō est in choro hora determinata, & ita licet sit in Ecclesia, tamen extra chorū, in certis horis. dicitur absens. **ABSENTEM** esse aliud est, quàm haberi, pro absente. Bart. in l. si

maritus. §. j. ff. de Adult. & quæ absentia profit, not. Bartol. ib. & quæ absentia iuuet absentem aduersus gesta contra eum. Bartol. in l. quia absente. C. de Procur.

**ABSOLVERE**, id est, reconciliare, xj. quæ. iij. c. ad mensam. §. penultimo.

**ABSOLVI** improprie dicitur creditor, cum sibi soluitur. l. in contraria ff. de Vfur.

**ABSOLVO**, i. absolutum esse ostendo, xxiiij. q. j. audiuius. de Iureiur. cap. ij & gloss. in c. ex diligenti. de simon. quæ exponit absolutum, id est, absolutum ostendimus.

**ABSOLUTA** dicuntur lecta & à partibus approbata, vel absoluta subscripta sic exponitur Instit. de Contrah. emp. §. j. & pro hoc C. de fid. instr. l. contractus.

**ABSOLVTE** exponitur, id est, ex toto, extra de regul. beneficium. lib. vj. vel absolute, id est, precise. extra, de Hæret. cap. contra Christianos. lib. vj. & in authen. vt fratrum filij §. j. Aliquando exponitur absolute, id est, liberè, vt in Authen. de Mand. prin. §. sed neque.

**ABSOLVERE** pignus, pro luere, Paul. lib. Sent. 2. c. 5. [ Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denunciare debitori suo debet, vt pignus absoluat, ne à se distrahat. ]

**ABSOLVTORIA** sententia, [ vide, sententia. ]

**ABSONANS** in princip. de Co.

**ABSOLVTIO** differt à reuocatione, nam absolutio fit à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, iuxta formam Ecclesiæ cum baculo, dicendo Psalms. [ Miserere ] & [ D e profundis, ] & sic cum solemnitate.

Sed

**Sed reuocatio**, est sententia verbalis sine solennitate. Etiam absolutio fit, si excommunicatio tenuit, & si non tenuit, fit reuocatio. Item absolutio reddit quod excommunicatio abstulit, præterquam fructus quos excommunicatus iustè perdidit, quia absolutionem tales non recuperat, vt in Auth. vt cum de app. cog. §. generalem. vers. [ si verò post hac. ] Et absolutio ex falsa causa super voto impetrata non tenet, sed est nulla, vt no. c. quod super his. de fid. instr. Et licè excommunicatio sit lata ex falsa causa: semper tamen timenda est. xj. q. iij. cap. j. & de Offic. or. ex parte. in gl. Et an pecunia possit peti vel dari pro absolutione, vide de simon. ad aures. & c. dilectus. & j. q. j. nullus Episcop.

**ABSQVA** est priuatiuum, vt in l. minus. C. de Acquir. pos. & quandoque ponitur exclusiue, & quandoque inclusiue not. Archid. de Procur. qui generaliter. lib. vj. Adde quòd ista dictio negat, & maxime in positionibus & articulis Bar. in l. inter stipulantes. ff. de Verb. oblig.

**ABSTINERE** hæreditate, est idem quòd repudiare hæreditatem. Hoc tamen differunt, quòd abstinere pertinet ad suos hæredes, repudiare autem ad extraneos. §. extraneis. vbi gl. Inst. de Hæred. qual. & diff.

**ABSUMERE**. C. lib. 5. tit. 38. l. 3. Absumere res hæreditarias. C. lib. 3. tit. 36. lib. 19. In rem aliquam C. l. 5. tit. 62. l. 14.

**ABSURDVS** intellectus, [ vide Intellectus. ]

**ABUNDANTIA** quæ, C. lib. 6. tit. 23. l. 28. in princ.

**ABVTI** veteres dicebant, pro eo quòd est vtendo cõsumere. Hinc

apud Iurisc. ex res in abusu non in vsu consistere dicuntur, quarum vsus, nisi pereant, nullus est. Vlp. l. 5 §. 1. de vsufr. rer. quæ v.

### De A ante C.

**A**C, aliquando ponitur præ, id est, vt C. de Sacros. eccl. l. decernimus. in princ. Aliquando ponitur copulatiue, C. de Summa Trinit. l. nullus in fin. Aliquando similitudinariè, in Clementin. j. de iudic. Institut. quibus non est per. §. ex hoc. in fine, & ff. de Acquir. rer. domi. l. qua ratione. §. literæ. Aliquando adicitur, & tamen pro nihilo ponitur. Inst. de Tutel. §. tutores autem. ibi, [ vim ac potestatem ] id est, violentam potestatem.

**ACAPNA** ligna dicuntur, quæ sunt in furno, aut ad solem exsiccata, ita vt cum focis admoventur, non fumigant, dicta ab *α'*, particula priuatiua, & *καπνός*, quod interpretatur fumus, quasi sine fumo. Apud Martialem in distichis, lemma est ligna acapna, & Straboni lib. 9. mellis quoddam genus acapnito appellatur: quod ita purgatum sit, vt non sapiat fumum Vlp. lib. xxxij. Dig. qui est de legatis tertius, l. ligni. §. vlt. [ Sed & titiones, inquit Iurisconsultus, & alia ligna coctane fumum faciant: acapna volens significare. ] Ant. Nebr.

**ACCEPTARE** est frequenter accipere, vel per acceptilationem liberare. ff. de pact. l. tales. §. post diuisionem.

**ACCEPTILATIO** est liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio, id est, dissolutio. ff. eod. tit. l. j. Vnde acceptum ferro, acceptum tuli, acceptilatum verbum

verbum compositum, à quo venit acceptilatio, i. imaginaria solutio, quæ simulat debitorem suum sibi soluisse quod non soluit, idque faciat animo remittendi, quia illa verba dicendo, [quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui habesne acceptum?] & tu respondeas, [habeo, ac: eptumque fero,] quasi dicas, perinde habeo ac si accepissem à te per veram solutionem. Et sic sicut vera solutione liberatus esses, ita hac acceptilatione liberaris, vt C. eo tit. l. j. in gl. ij. Item acceptilatio differt ab apocha. l. si accepto latum. eo tit. de Accept. Acceptilatio à I. C. bifariam intelligitur. Aut enim Vulgaris est aut Aquiliana. Vulgaris est, quæ vna stipulatione constat: cum is qui verbis obligatus est à suo creditore stipulatur sic, [quod tibi debeo habesne acceptum?] l. an inutilis. ff. de Accept. neque ad aliam quàm ad verborum obligationem hæc acceptilatio referri poterat. Aquiliana autem acceptilatio mutua & reciproca stipulatione constat: & ad omnes omnium generum obligationes extinguendas excogitata est, quæ & sola à Modestino definitur, l. 1. ff. eod. liberatio per mutuam interrogationem, quo vtriusque contingit ab eod. nexu absolutio Hotom.

ACCEPTVM ferre, scribere se ab aliquo accepisse. Scauola leg. 89 de Solut. ff. l. 6. ff. de Manum. l. 48. §. 1. de Iure dot. ff.

ACCEPTVM facere, idem quod acceptum habere, l. 7. de Acceptul. & alibi sæpe Hotom.

ACCEPTO liberare, est accepti rogatione liberare: cum ei qui stipulatus est, an id quod promisit acceptum creditor habeat, res-

pondetur habere. l. 8. §. 1. & 3. de Acceptil.

ACCEPTO vel acceptum rogare dicitur qui stipulatur, an id quod promisit creditor acceptum habeat, vt patet ex l. 6 & 8. §. 1. & 3. de Accept. Hotom.

ACCEPTO ferri, id est, approbari. C. de Sus. & arca. leg. securitates. lib. x.

ACCEPTORES rerum, id est, possessores. Cod. 6. tit. 48. authentic. Contra.

ACCERSIRE in discrimen capitis. C. 9. tit. 2. l. 17.

ACCERSITVS est, collectus, vocatus, vel circa se situs, lxij. dist. nct. quia igitur. xij. q. ij. quàm præposterum.

ACCSSIONVM nomine intelliguntur ea generaliter omnia, quæ tunc ex re, qua de agitur orta sunt, veluti fructus, partus, vsura: tum extrinsecus ei accesserunt, veluti id quod per alluionem accreuit, aut vsusfructus qui per consolidationem proprietati adiungitur. Proprie autem ea demum continentur, quæ extrinsecus accedant. Cum causæ appellatione generaliter hæc omnia comprehendantur. l. præterea. ff. de Rei vindic.

ACCSSIO dicitur aliquid adiacens alteri, vel omne id quod est accessorium & necessarium principali, vt capistrum equo, vel vestis seruo, vt ff. Depo. leg. r. §. quæ depositis. Si enim seruum emeris, vestem, in qua traditur, acquiris: etsi de ea mentio non sit facta.

ACCESSORIUM idem est quod accessio, & sequitur naturam sui principalis. Instit. de Re. diui. §. si tamen alienam. ff. Si quis caut. leg. si enim. §. qui iniuriarum & in regula accessorium. de Re. iur. lib.

- lib. vj** Et quando accessorium venit officio iudicis mercenario, tunc sublato principali tollitur & accessorium C. Depo. l. iij. Secus quando accessorium venit officio iudicis nobili. ff. de Cond. ind. l. fin. §. Lucius. in gl. alijs regulariter non tenet accessorium, vbi non tenet principale. l. cum principa. is. de Regul. iuris: nisi diuersam habeant rationem, vt ibi tradit Deci. de qua regula latissime Din. in d. c. accessorium. vbi videndum.
- ACCIDERE** interdum significat mori, l. in vulgari, §. final. de Verbor. signif.
- ACCIPERE** aliquando ponitur pro recipere, vt in Auth. de Depo. & denun. circa princip.
- ALIQUANDO** accipere exponitur, vt retinere, ibi, noli timere accipere Mariam coniugem tuam xxvij. quaestione 13 priusquam Accipere vel recipere dicitur quis verè, vel interpretatiuè: vt not. in gl. l. postulare. in fin. ff. ad Trebel.
- ACCIPERE** non inducit dominij translationem de necessitate Bar. in l. naturalis. §. & siquidem. ff. de Præscript. verb.
- ACCIPERE** & capere differunt: nam qui capit, rem suam facit: sed qui accipit non facit suam. Et qualiter intelligatur hoc verbum accipit, vide de acquirendo rerum dominio. l. in laqueum in gl. j. & ij. & ff. de fur. l. qui vas. in gl. ij. Aliquando accipere ponitur pro intelligere & cognoscere. §. cum que in proem. Instit.
- ACCIPERE** iudicium, pro litem contestari. l. is qui. de rei vendicatione.
- ACCIPIAT**, positum in substitutione, est verbum directum. Bart. in l. Centurio. ff. de Vulga. & pupil. subtit.
- ACCOLA** est qui colit terram non propriam: vnde,
- Accola non propriam, propriam colit incolam terram.*
- Et dicitur ab ad, & colo, quasi qui adueniens colit terram.
- ACCOMMODARE** apud Iustinian. §. pen. in proem. Inst. est tribuere. Gordianus in l. si qua. C. fam. hereticis. posuit pro impartire atque interponere.
- ACCOMMODANDI** verbo I. C. vtuntur, cum quid benignè ex æquo & bono contra summi iuris regulas concessum significant, veluti cum vtiles actiones accommodari dicunt in l. vxor. de donat. inter vir. & vxor. l. eleganter ff. de Piæ. act. l. 1. C. de inoffic. test. leg. vlt. ff. de trans. Inst. §. rarius de act. Itaque Cir. 2. in Verrem præclaram rem accommodationem magistratum dixit.
- ACCOMMODARE** i. multum commode, de Electione, vbi periculum, lib. vj.
- ACCRESCAT**, hoc verbum inducit fideicommissum. Bart. l. codicillis, de vsufr. l. per illum text.
- ACCUMBERE** pro iacere l. hæc verba. §. subdiuinctionuorum. de Verb. signific.
- ACCURATE**, id est, diligenter, studiosè, curialiter, vel compositè.
- ACCUSARE**, inquit Seruius, & incusare hoc differunt: Incusare propriè est superiorem arguere: vt in Terentio, quid me incusas Clitiphos? Pater ad filium. Accusare vel parem vel inferiorem, vt ibidem ad maritum vxor, quam ob causam accusare nescio: & hoc proprietatis est, licet vsus ista male corrumpat.



**ACCUSARE**, non à cudo, & cuso, vt Priscianus putat, sed à causa deductum coniugata verba ostendunt, recuso, excuso, incuso. Fictum est enim instar Græci, *αινα'ουαυ*. Et ad publica iudicia tantummodo accommodum est,

**ACCUSATIO**, est eius criminis, cuius quis reus legitime factus est apud iudicem cuius de ea re notio est, expositio. Quomodo autem differat à maledicentia declarat Cicero pro Cælio, ibi, [Aliud est maledicere, aliud accusare, &c.]

**ACCUSATOR** est ille qui aliquem coram iudice accusat, & criminalem sibi mouet questionem. Et dicitur accusator, quasi causator, quia ad causam vocat, eumque appellat, vt in cap. forus de Verb. sig. post medium. Accusator quomodo à delatore differat, vide C. 4 tit. 18. l. 3.

**ACCUSARE** iure mariti est in accusando certa habere specialia, de quibus in l. iure mariti, & in leg. quamuis. C. de Adul.

**ACEPHALVS**, id est, sine capite, ab *α*, quod est sine, & *κεφαλη* caput. xciiij. dist. nulla in Auth. de appellat. §. generalem.

**ACETVM** non continetur appellatione vini. ff. de Vi. & oleo leg. l. si quis vinum. Bartol. in leg. j. de Erogatione milit. annon. lib. xij. Cod.

**ACINACIUM** vinum, est quod ex vuarum folliculis aqua addita diffunditur Græci *δευτερον οινον*, id est, secundarium: Latini, tum loram, non loren, appellant. Varro in primo de re rustica: [Acinorum, inquit, folliculi in dolis coniciuntur, eoque aqua additur, eaque vocatur lora, quod lora acina: ac pro vino datur operariis hyeme.] Nonius quoque Marcellus: [Loram, inquit, dicebant in

vindemia quem expressissent mustum ex acinis, & folliculos in dolium coniecissent.] Plinius lib. 14. cap. 10. [Quæ Græci deuteria appellant, Cato & nos lorcem.] Scripsit autem id Cato in lib. de re rustica, dicens:

*Lorea erit familia quod bibat.*

Vlp. lib. xxxiiij. Dig. tit. de Vino & triti. lega. l. Si quis. [Vinum, inquit, acinacium planè vino non continebitur.]

Accursius acinaticium pro acinacio legit: interpretaturque esse vinum ad vsum comparatum. Quid vero per tale vinum ipse intelligat, ego non video. Nam si vinum quod est ad vsum comparatum vinum est, quid ineptius dici potest, quam appellatione vini vinum contineri? Atqui Iurisconsultus aliud prospiciebat, quod poterat in dubitationem venire, an scilicet lora siue lorea, hoc est, vinum illud secundarium quod ex vuarum acinis expresso musto, atque addita aqua maceratis conficitur, appellatione vini contineatur, cum præsertim maior pars aquæ sit in eo pexmixta Ant. Nebr.

**ACINATICVM** [vinum] appellatur vinum secundarium: hoc est, quod ex vuis expresso musto additaque aqua maceratis conficitur. leg. si quis vinum. de Vi. tri. & ol. legat.

**ACITANI**, populi in Lusitania. ff. de Censibus. lib. 50. tit. 15. & Cuiac. lib. 10. Obser. cap. 35.

**Α'ημ**, id est, ætas 25. annorum, sic dicta quod sit crescendi finis, qualis perfecta, plena ac integra ætas à I. C. dicitur Quæ sequitur ætas *α'ημ* dicitur. l. cum pater. §. 14. ff. de legat. 2.

**ACOLYTHI** Græcè dicuntur ceroserarij vel accedentes Latinè : à deportandis cereis quando legendum est Euangelium aut sacrificium offerendum, vt inquit text in c. clericos. ad fin 21. dist.

**ACONITVM**, species veneni. l. eiusdem. §. alio. ad leg. Cor. de sicar. l. 4. §. pen. ff. de Peric. & commo. rei vend.

**ACONITVM**, veneni genus quoddam est celebratissimum, dictum ab acone, quod interpretatur eos, quoniam, vt inquit Ouidius, ea herba ex cortibus colligitur : ait namque libr. 7. Metamorph,

*Qua quia nascuntur dura uinacia caute,*

*Agrestes aconita vocant*

Idem libr. 1.

*Lurida terribiles miscent aconita nouerca.* Iuuen.

*— Sed nullis aconita bibuntur Fictilibus.*

**A** Græcis quoque *πανθηριαχης*, sic dictum, quod pantheras enecat. Sed quod ferè ignoratur quæ sit ea herba, aconitum vulgò pro quocunq; veneno accipitur. Marcellus libr. 48. Dig. tit. ad legem Corn. de sicariis & veneficis. l. eiusdem [Si quis, inquit, temerè cicutam & Salamandram & aconitum, pityocampas & buprestin dederit, &c.] Ant. Nebr.

**ACOR** & mucor sunt vitia vini & panis quando mucescit.

**ACRIMONIA** est propriè acerbitas, sed secundum legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis, sicut incarcerationis vel exilium, vel relegatio, C. de Sacrosanct. Eccl. l. placet. quæ est canonizata 16. quæ-

stione prima, capite placet. sub §. nouarum. vbi etiam dicitur de hoc.

**Ακρόδρυα**, Caius in l. qui venenum. 236. ff. de Verb. significat scribit, apud Græcos omnes arborum species continere. Suidas tamen *ακρόδρυα* vocat *πέντρας ἐὼν ἴσῳ δένδρον καρπύς*.

**ACTA** dicuntur publicæ scripturæ negotiorum quæ in iudicio aguntur, ordinem earum, modum & figuram continentes. Vel etiã sunt processus siue gesta curiæ. glos. in l. acta. de Re iudic. & cap. quoniam contra. de Prob. Sunt autem acta triplicia. Nam quædam sunt acta iudicij ordinatiua, quæ valent ad ordinationem iudicij : vt est libelli oblatio, litis contestatio. Quædam valent ad veritatis indagacionem, & dicuntur indagatiua veritatis, vt depositio testium, editio instrumentorum, & confessio partium. Et quædam litis decisiva, quæ valent ad decisionem causæ. Item acta etiam quandoque dicimus locum in quo residet iudex instructus de causa cognoscens vbi acta deteguntur, vt quilibet factum suum audiat seu videat, & suum consequatur meritum : qui locus aliter etiam ius appellatur. de Iusti. & iure. l. pen. §. fin. Porro acta & gesta quemadmodum distent, ostendit Iurisc. in l. Labeo. de Ver. sign.

**ACTIO** significat tripliciter, strictè, late & latissime. Strictè significat ius procedendi quod oritur ex obligatione. Late significat dum significat iurisdictionem iudicis. & ita nedum significat personales, sed etiam reales actiones. Latissime, cum etiam significat officium iudicis, & hoc modo querela inoffic. testam. dicitur actio.

actio. ff. de Leg. 1. l. cum filius in princip. facit l. actionis verbo. de Verb. signific. & l. actionis verbo. ff. de Actio. & oblig. Et hoc verbum actio significat bene simul ius & factum, nec est inconueniens.

*dejn.* Actio ergo significat officium, id est, ius persequendi, licet officium sit facti, & ponatur differentia inter iurisdictionem & officium: Est enim actio, [ ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. ] Inst. de Action. in princ. Et addunt quidam [ quod factum est vel alienum, ] ita ut illa definitio includat omnem actionem tam in rem quam in personam: sed illa definitio præmissa solum comprehendit actionem personalem: illud autem quod tuum est, tibi non debetur. Si verò quod non tuum est, & quicquid est in iudicio, debet includi diuersimodè, quod petitur & concluditur in actione reali & personali, quia in personali peto mihi debitum, in reali verò actione peto aliquid ut meum. Quare hoc verbum [actio] sumitur aliter & aliter, ut præmissum est.

Et nota quòd hoc verbum, debet, quandoque largè sumitur, ut cum dicitur quicquid in iudicio tibi debetur, i. res, quam petis ut rem tuam, siue rei vindicatione, actione commodati, siue depositi, secundum Azonem in Sum. tit. de Edend. circa principium Olim dicebatur actio cœceptio verborum formata à magistratibus. l. 2. §. 1. deinde ex his. ff. de Orig. iur. Vnde dicebatur formula vulgaris. ff. de fur. l. si seruus nauè. Hodie autè sit sine interpretatione & cœceptione verborum solenniù. C. de formul. & impetrat. sublat. per totum. Nec hodie est aliqua differentia inter interdita &

actiones, cum interdictum nihil aliud sit quàm actio prætorialia. Dicitur ergo actio ius civile vel prætorium, quod debitum in iudicio à te exigere possum, vel petere re mihi restitui, secundum Azonem & Goff. & facit de Iud. c. dilecti actio. Est autem de iure civili. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. §. ius autem. Et secundum canones actio dicitur causa, c. forus. de Verb. sig. Et secundum leges actio debet poni in causa, quia nemo sine actione experitur. ff. de Neg. gest. l. si pupilli. in fi. c. examinata de Iud. prohibetur tamen attentius nimis subtiles actionum intentiones, ut in c. dilecti. de iudic. ADDE quòd [actionis] verbum modò sumitur generaliter, modò specialiter: Generaliter quidè accipitur pro omni actione, siue sit in rem, siue in personam. Specialiter, pro actione personali tantum. l. pecuniæ verbu §. actionis. de Verb. sig. Accipitur & multis alijs modis, quos annotauit gl. 2. Inst. de Actio. in princ.

Actio [ad exhibendum] datur contra possessorem, vel aduersus eum qui dolo malo possidet: ut rem exhibeat, id est, in publicum deducat: ut fiat aduersario copia vendicandi secundum Azonem in Sum. tit. ad Exhib. in princip. Nam exhibere, est rem in publicum deducere, & videnda tangendaque & apprehendenda rei facultatem præbere, & ostendere: ut aduersarius copiam habeat rem suam esse contendendi: ut cum quis dicit, hæc est res mea, quia tanta seu visa ab eo sibi sua videtur: ut ff. ad exhibendum. l. 2. cum ibi not. Et si erit instrumentum res ipsa exhibenda, debet fieri facultas legendi &

etiam describēdi. ff. Quemadmodum testa. aper. l. 1. & 2. §. inspectio. Et sic exhibere dicitur proprie, quasi extra secretum habere, & secundum Placentinum, quasi extra se habere.

*arborum*  
*furtim casarum*  
**ACTIO** [arborum furtim casarum] habet condemnationem aduersum eum, qui arbores furtim cedit, incio & inuito domino. Et competit contra ipsum damnantem ad duplum damni dati: in quo casu etiam competit huic actio legis Aquiliae, ita tamen ut deducere possit in condemnationem, quod actor consecutus est altera actione: ut ff. arborum furtim casarum. l. 1. & appellatione arborum etiam vites continentur. ff. de Arbor. cad. l. 1. §. Arboris. Item continetur hederā, quae improprie dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus haeret. ff. Arborum furtim casarum. l. vitem. & in gloss. Etiam, & arundo non male dicitur arbor. & idem de Saliceto, quando iam radices immisit: ut eadem l. vitem. iuncta glossa.

**ACTIO** [Caluisiana] est per quam renocantur ea, quae in fraudem crediti patroni libertus alienauit. ff. de Iure patron. l. si libertus.

**ACTIO** [commodati] est triplex, scilicet directa, utilis, & contraria. Directa competit ei, qui rem aliquam commodauit contra commodatarium ad repetendum ipsam rem: ut ei res & eius accessiones restituantur facta & expleto vsu, propter quem commodatum est ff. Commod. l. 1. secundum Placent.

**ACTIO** [commodati contraria] ei competit, qui commodatum accepit, in eum qui commodauit, ad

impensas in re commodata factas, veluti si agrum seruum curauit. Sed quod nomine cibariorum impendit, non reperit. ff. Commod. l. in rebus. §. possunt. cum §. sequenti.

**ACTIO** [commodati utilis] secundum Placentinum competit, ubi non est verè commodatum: sed interpretatiuè: ut si amicus ex confidentia rem amici ex propria auctoritate accepit. Et pone melius exemplum per l. 1. §. finale cum l. 2. & 3. in principio ff. commodati.

**ACTIO** [communis diuidendo] inter eos datur, qui sine societate nec ex causa hereditaria aliquid commune habent: ut id diuidatur: secundum Placent. & Azonem. Item si ex contractu societatis res illa sit communis, habet locum haec actio ff. communi diuid. l. 2. & de ista actione nor. ff. de Iudiciis. l. in tribus.

**ACTIO** [conducti] competit ei, qui conduxit à locatore fundum, vel praedium, vel domum: & competit ei ad hoc, quod liceat sibi inhabitare, vel in viu haberem conductam: etiam competit contra locatorem, si aliquis expensas utiles vel necessarias ibi fecerit.

**ACTIO** [confessoria] est quae competit ei, qui dicit se habere ius, vel seruitutem per fundum vicini eundi vel agendi, vel alius aedes suas leuandi, vel quamcumque aliam seruitutem in re ipsius, etiam inuito eo. Haec autem actio in rem dicitur, vel realis, quia rem tuam corporalem, scilicet ius eundi per fundum, petis, quamuis ipsa seruitus sit incorporalis: ut ff. Si seruitus vendic. l. 2. in princip. Et dicitur confessoria, quia verbis affirmatiuis constituitur, & eius contraria verbis

verbis negatiuis proponitur. quæ dicitur actio negatoria, secundum Placen. ff. si seru. vendic. l. si quando. §. cum in domo. & ibi not. Vnde actio negatoria competit ei, qui dicit aliquem non habere ius vel seruitutem ad aliquid, quod facere volebat alter, & ipsum per hanc actionem prohibet: vt quando dominus fundi intendat aduersus te solitum ire per fundum suum dicens, [ Non est tibi ius ire per fundum meum ] Et hæc actio similiter in rem dicitur, quia dominus fundi vendicat libertatem, dum ipsam intendit verbis negatiuis, dicens quod alter non habet ius eundi vel agendi per fundum suum, nec aliis ædificandi ædes, ne luminibus suis noceat, & sic per hanc dominus fundi ad hoc agit, vt fundus suus declaretur liber, & alter desistat & prohibeat, ne eum de cætero inquietet. ff. si seru. vendic. l. ij. & l. loci corpus. §. competit. & Institut. de Actio. §. æquè. versic. [contra.] Et Actio negatoria non competit de dominio, sed de iure prædiorum, sicut & confessoria: vt in præalleg. l. ij. in princ. Et licet secundum Placen. dicatur ideo negatoria, quia verbis negatiuis intentatur, tamen contrarium not. in l. ij. & d. versic. [contra] supra alleg. Nam quælibet earum, scilicet actio confessoria & negatoria, potest dari per verba affirmatiua, & etiam per negatiua. Non ergo sumunt differentiam per formam verborum, sed differunt ratione materiæ. Inde breuiter concludendo, siue per affirmationem, siue per negationem dentur, tamen in hoc differunt, quia confessoria datur ad tuendam sibi seruitutem debitam, &

negatoria datur ad tuendam sibi libertatem suam. Et notant Doctor. exempla in quibus confessoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis, in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propriet. vbi bona gloss. de his extra, de iisd. in c. examinata. & in d. l. ij. ff. si seru. vendic.

ACTIO [criminalis] dicitur ex qua pœna fisco est applicanda, licet penuria sit, gloss. & Bar. in l. iij. in princ. ff. de Sepulc. viola.

ACTIO [datiua] quæ require infra in vers. [actionum xij] species.]

ACTIO [depositi] est duplex, scilicet directa & contraria. Actio depositi directa competit depositori ad reperendum depositum & accessiones eius: & competit in simplicium, nisi fortè res sint ob incendium, ruina, naufragium, tumultum, depositæ. Hoc enim casu qui depositum sic receperit, inficietur, & de hoc conuincatur, in duplo condemnabitur: hæc probantur ff. Depositi l. prima. §. ait prætor. Sed actio depositi contraria competit ei, penes quem res deposita est, ad petendum impensas; si quas circa rem depositam impenderit, & illas reperit, vel damnum datum per seruum depositum, secundum Placen. De illa contraria actione habetur ff. Depos. l. si apud in pri. & l. actione.

ACTIO [de apposito, vel suspensio] quæ iter est vulgò, cuius casus nocere poterit] datur aduersus eum, qui in subgrunda vel prorecto habet id appositum vel suspensum quod nocere potuit: cuius condemnatio est decem solidorum, ff. de his qui deiec. vel es. sud. l. si vero. §. ait prætor.

ACTIO [de constituta pecunia] competit aduersus eum, qui sine sti-

pulatione constituit pro se vel pro alio solvere. C. de constit. pecunia. l. 2. Nam constituere largè dici posset quilibet qui pro alio se obligat. sed C. de Constitut. pecun. [constituere] ponitur pro eo tantum qui quod alius debet, se solviturum constituit: Nec distinguitur ex qua causa quis debeat, certa, vel incerta, vel civili, vel honoraria: dum tamen efficaciter debitum potuerit peti & exigi, vel saltem solutum retineri: ut quia tantum naturale erat debitum.

**ACTIO** [de dolo] competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum, vel si quis aduersus me versetur dolo se consulendo, vel malitiosè negotia mea administrando, nec superest aliqua alia actio qua possim expectari, ff. de Dolo l. 1. §. verba. sed non datur nisi duos aureos excedat. l. si oleum §. si iuncta. l. seq. ff. de Dol. ma. Hæc autè non datur liberis contra parentes. Ratio: quia odiosa est, & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos, nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, nec plebeio aduersus consularem receptæ auctoritatis, nec luxurioso vel prodigo, aduersus hominem vitæ emendatioris. Datur tamen hæc actio in factum contra prædictos, ut fiat mentio bonæ fidei, & verbis sic temperandis in conceptione libelli, in qua nulla est facienda mentio doli. hæc probantur ff. de Dolo. l. si oleum. §. finali, cum l. sequenti.

**ACTIO** [de dolo, & furto eorum qui sunt in ministerio cauponum, stabulariorum, vel nauem exercentium,] datur aduersus caupones, stabularios, & nautas, qui

quando officio malorum hominum vtuntur, in duplū tenentur, cum dolus vel furtum commissum est in his rebus quas saluas fore recepere. ff. Nau. cau. stab. l. 1. & infra. [actio in factum.]

**ACTIO** [de effusis, & eiectis] datur aduersum eū, ex cuius habitatione vel habitaculo aliquid effusum, vel eiectū est contra iter publicum, unde damnum datum alicui transeunti restaurandū est in duplum: & si liber homo inde periisse dicatur, in quinquaginta aureos hæc actio datur. Si verò viuat, nocitumque dicetur, datur ob eam rem quantum videtur iudici ex bono & æquo, compensatis impensis factis, & operibus, quibus est caritatus inutiliter. ff. de His qui deiec. vel effad. l. 1. in princip.

**ACTIO** [de in rem verso] datur aduersus dominum, vel patrem: si seruus vel filius pecuniam in rem patris vel domini impendit quam mutuo accepit. ff. de in rem verso. l. 1. in prin.

**ACTIO** [de pauperie] competit aduersus eū cuius animal damnum dedit contra naturā sui generis. v. g. si equus non ex loci angustia vel non instigatus calce percutiat, vel bos cornu petat ex naturali feritate. Secus tamen si instigatus vel ex loci angustia damnum dederit. In huiusmodi actionis condemnatione, venit dāni dati restitutio: aut in solutione venit ex lege duodecim tab. noxæ deditio. dominus enim noxali iudicio sui nomine conuentus, seruū actori noxæ dedendo liberatur: Insti de noxa acti. §. 1. & si animalia noxæ dedantur, proficiūt reo ad liberationē Insti si quad. paup. fec. dic. Et utrū malit, aut soluendo damnum sufferat, aut aliud pro noxa det animal hoc, si per eum fiat. Et

probatur hæc ff. Si quadr. paup. fec. dic. l. 1. in prin. & Inst. eod. tit. §. primo. Et noxia significat delictum: sed delinquens vocatur noxia, Inst. de noxa. in gl. super verbo [noxia] Vnde verius,

*Noxia delictum, delinquens noxia vocatur.*

tamen sæpe vnum pro alio accipitur: vt ibid. dicitur.

**ACTIO** [de peculio, vel peculio tenuis,] competit ei, qui cum filio familiæ, vel seruo peculiam habentibus contraxit. ff. quod cum eo. l. 1. cum seq. Quæ post mortem filij, vel serui est annalis, nec non post emancipationem, manumissionem, vel alienationem. ff. Quando actio de pe. est annalis l. 1. §. quando. vbi dicitur quando filius vel seruus in potestate est: de peculio actio perpetua est: post mortem autem eius, vel postquam emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, temporalis esse incipit, i. annalis: & cõpetit hæc actio aduersus dominum vel patrem: vt not. ff. de pec. l. 1. §. verba.

**ACTIO** [de rationibus distraendis] datur pupillo ad impugnandum rationem a tutore redditam, qui fortè res aliquas pupil. abstulit, nec illas in lib. rat. deseripit: dicta ex eo quod rationis redditio per tutorem facta, distrahenda i. dilanianda & incidenda veniat per eiusmodi actionem. l. 1. de Tut. & ratio. distrah.

**ACTIO** [de reb. Eccl. venditis] custodibus earum datur aduersus eos qui sacras res emerunt citra formam: nulla eis actione relicta contra sacrosanctas ecclesias de pretio quod dederunt repetendo. Hæc actio datur in factum, cum

res in aliam rem est mutata: vè cum ex phiala factus est scyphus. Si verò in forma sua sit, rei vindicatio locum habet, si alienetur: quod ex l. datur.

**ACTIO** [de superficie in rem] competit ei qui superficiem habet in alieno solo nomine conducti ad repetendum superficiem si possederat. ff. de super ff. l. 1. §. qui superficiem. in fine, & §. quod autem. versiculo. [& sane.]

**ACTIO** [de tigno innesto] datur ei cuius tignum ædificio alieno iunctum est ab eo qui existimabat suum tignum esse. Si verò sciens alienum is dolose fecerit id, tenetur de tigno immisso, & furti actione ad exhibendum: non quod tignum cogatur eximeri: sed quod intersit præstare. Et hæc probantur ff. de iniur. l. 1. & ff. de rei vindicatione. leg. in rem. §. 1. cum ibi notatis.

**ACTIO** [directa] est, quando aliquid directè petitur in ius: vt ex composito, vel deposito, & huiusmodi.

**ACTIO** [utilis] est quæ datur non ex iure aliquo directo, sed utiliter & ex æquitate competit: vt in Publiciana & huiusmodi, secundum Placem & Azo. de ista actione utilis habetur & notatur ff. de Negotiis gest. l. act. & ff. Si quadr. pauperiem fec. dicatur. leg. penult. Et nota, quod actio directa, & utilis eiusdem sunt effectus: vt in l. act. præal. & nihil differunt, licet secundum quosdam differant: vt not. in l. ex legat. C. de Legat. & plene per Cynum in lege prima; C. de Action. & obligat. vnde directa datur secundum verba & mentem, vt interdictum vnde videtur directum, quod datur tantum contra spoliantem, vel mandantem; seu ratam habentem spoliationem

suo nomine factam, quia verba & intentio prætoris hoc volunt in hoc interdicto: sed idem interdictum vtile datur ex mente tantum de æquitate quadam, non virtute verborum. Datur etiam contra eum qui alias ex iusta causa rem possidet: non tamen prædictis tribus modis, sed fortè possessionem vacuam intravit, vel rem in domo sua inuenit, credens esse suam, de quo in cap. cum ad sedem. de Restitut. spoliator. Et dicit Angel. quod habens ius vtile & intentans directum, male libellat, & quando in principio detecta fuit ineptitudo, succumbere debet.

**ACTIO [ ædilitia ]** competit multis modis. Et primò, si res vendita sit redhibita præter vitium siue morbum: sed tamen à venditore restituitur pretium emptori cum accessionibus & aliis quæ ædiles iubent, & hoc casu est perpetua. de hac habetur ff. de Ædil. edict. leg. ædiles. in principio. §. primo, & fin. & leg. illud. 2. responso. & leg. redhibitoria. eodem titulo. Secundò competit, quando fit, vt si res vendita non placet, quod reddatur: & nunc est temporalis vsque ad 60. dies: vt ff. eodem titulo, leg. quod si nolit. §. si quid ita venierit. Tertiò, competit si venditor non vult tradere feruum, vel mancipium, vel iumentum cum ornamento cum quo ostenderit tempore venditionis, pro ipso ornamento; vel vt fiat redhibitio rei principalis præter accessoria: & tunc competit etiam vsque ad 60. dies. ff. eodem tit. leg. ædiles in princ. & §. vendendi. Quartò verò competit quando eo loco quæ iter est vulgo habet quis canem, lupum, vulum, aprum, verrem, pantheram, leonem, &c.

vel animal aliud quòd nocere possit: siue sit ligatum siue solutum. ff. eo. tit. leg. hi enim §. deinde. & leg. sequenti. Et si homo liber perierit, solidi ducenti præstabitur: sin aliter ei noceatur, in id quod æquum videbitur condemnabitur: vt leg. quæ vulgo. ff. eodem titulo, sed plenius vide de his Guliel. Specul. in tract. libel. pro emp. & vend. §. nunc dicendum est.

**ACTIO [ empti ]** competit emptori ad rem petendam quam emerat: in qua venit commodum quod accessit. Et si quid in speciali pacto comprehensum sit, in hæc actione attenditur: prout quisque sibi paciscitur. ff. de acquirend. empt. leg. emptor. in princ. & Institut. de empt. & vend. §. sed nota. in fine. Huic contraria est actio venditi, quæ competit venditori ad petendum pretium, & interesse & vsuras tempore moræ, prout inter partes conuentum, seu contractum est, de ista habetur in leg. Iulianus §. ex vendit. eod. tit. & de empt. & vend. In Institut. in §. præallegato sed nostra.

**ACTIO [ æstimatoria, ]** i. actio præscriptis verbis, sic cognominata est actio, quæ æstimatio proponitur gratia dubitationis tollenda quando res æstimata vendenda datur. Dubitandum enim est an ex vendito sit actio: an ex locato an ex conducto: an mandati, vt si rem meam tibi do: & æstimo tibi eam decem, vt aut rem, aut decem reddas: si verò plus vendas, tuum sit, vt not. ff. de Æsti. act. in rubro & leg. 1. Institut. de actio. §. actio- num autem.

**ACTIO [ ex stipulatu ]** nascitur cum de re certa in genere, sed incerta in specie sit stipulatio, vt Institut.



de Verborum obligat. in princ. Nam si res esset simpliciter incerta, stipulatio non valeret. ff. eod. tit. l. ita stipulatus. in princ. Et stipulatio est verborum conceptio vt cum dico [spondes dare seruum?] vel [spondes te facturum domum?]& tu respondes, [spondeo.] Pertinent autem ad actionem in personam quæ oriuntur ex contractu verborum. Et hæc colliguntur ff. de Actio. & oblig. l. i. §. i. & l. actionum genera. §. in personam. & Instit. de Oblig. §. fin. & de actio. §. i. & vers. [namque.] cum simil.

**Actio** [ex testamento] non solum scripto hæredi competit ad petendum hæreditatem, sed etiam contra hæredem scriptum à legatariis & fideicommissariis, C. communia de legat. & fideic. l. i. Et sapit naturam actionis bonæ fidei. l. in minorum. C. ex quibus caus. in integ. restit. non est necessaria. Tamen dicit Bar. quod re vera est stricti iuris: cum non numeretur inter actiones bonæ fidei. in §. actionum. Instit. de Actio. vt not. in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de legat. i.

**Actio** [exercitoria] secundum Azo. in Sum. Cod. eod. tit. datur contrahentibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem contra exercitorem nauis qui magistratum nauis præposuit: quem æquum fuit teneri, vt tenetur qui insitorem tabernæ, negotio præposuit ff. de exercitoria actio. l. i. in princ. Hæc ergo actio non datur contra magistrum nauis: sed contra eum qui magistrum nauis præposuit, scilicet in eam causam, in quam præpositus est expresse vel tacite: vt in e. leg. i. §. non autem. & §. igitur præpositio. Est autem ma-

gister, cui totius nauis anchora & cura mandata est, lege i. §. magistrum nauis. ff. eod. qui vulgaræ Lombardorum, & prouincialium lingua [comitus:] & in Theutonico & in Alemanico [steuerman] dicitur. Nec distinguitur an iste magister sit liber vel seruus, maior vel minor: imputatus enim ei, qui eum præposuit, lege i. prælegata §. cuius autem conditionis. Sed exercitor dicitur is, ad quem obuentiones quotidianæ, aut redditus, quæstus & vtilitates nauis perueniunt & pertinent: vt eadem lege i. §. exercitorem, siue verus dominus nauis sit, siue à domino nauem conduxerit ad tempus, vel in perpetuum: vt dicitur ibid.

**Actio** [familix herciscundæ] inter eos competit, qui communem habent hæreditatem diuidendam. ff. familia herciscundæ. lege i. & 2. Et dicitur actio familia herciscundæ. id est, hæreditatis, vel substantiæ diuidendæ secundum Azo. in sum. vt not. ff. eod. tit. in rubro. Nomen enim familia quandoque ponitur pro substantia & hæreditate. vt ff. de Ver. sig. l. pronuntiatio. §. i. Sed hercisco est verbum Græcum, idem significans quod diuido: inde herciscundæ, i. diuidendæ: vt not. gl. ff. eod. tit. in rub. Tu cogita.

**Actio** [Fabiana & Pauliana] sic dicitur sunt ab auctoribus & earum inuentoribus: & habent locum quando debitor in fraudem creditoris alienauit ea quæ obligata fuerunt creditori vt reuocetur ipsa alienatio. Datur etiam actio Fabiana patrono ad reuocandum alienata per libertum vel per debitores in fraudem patris, vel creditoris, in qua veniunt fructus etiam post litem contest. præcep-

contest. præcepti: vt not. ff. quid in fraudem patroni. l. 2. & ibi per totum. Sed Pauliana datur proprie creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem, de qua ff. Quæ in fraudem credit. l. 1. §. final. & l. hac in factum. In qua etiam veniunt fructus: vt eod. tit. ait prætor. §. per hanc. & §. præterea. quod intellige iuxta l. fin. §. non solum. eod. tit. de quibus ambabus ff. de vsu. l. videamus 2. §. in Fauiana. & Instit. de Act. 6. Item si quis in fraudem.

**ACTIO** [finium regundorum] competit pro finibus ad distinguendum vel ad iudicandum, ff. finium regum. l. 2. §. iudici. & l. seq. & inter eos agitur qui agros confines habent vel prædia. Instit. de Action. §. item finium regundorum. & habet locum in rusticis prædiis tantum. ff. eod. titulo. l. 2. & non in vrbis: quia vrbana prædia non sunt confinia: sed vicina, quia parietibus distingui consueverunt: sed confinia dicimus, quæ adeo sunt proxima, vt nullus paries in medio interponatur. ff. eod. tit. l. sed & loci. §. hoc iudicium, cum ibi not. Vrbana prædia dicuntur omnia prædia quæ habent ædificia: etiam si sint in villa, quia vrbani prædium non fecit locus, sed materia habitandi causa facta. Vnde si in vrbe ædificium, causa non habitandi, sed gratia reponendorum fructuum fiat, dicitur præmium fructuum. Sed & horti in ædificiis constituti, nisi plurimum sint in reditu, vinearij fortè, vel etiam olitorij, continentur appellatione vrbani prædiorum, ff. de Ver. sig. l. Vrbana 2. Rustica autem prædia vocantur agri non habentes ædificia. Et si inter te & me. contra quem ego finium regundorum,

via publica vel publicum iter interuenit, non habet locum hæc actio: quia confinium non intelligitur: tunc si riuus priuatus interuenierit, quia finium regundorum agi potest contra dominum riuum. ff. eodem titulo, leg. sed & loci. §. fin. c. ml. seq. & ibi notat. Est autem hæc actio duplex, quia in ea vterque est actor, & vterque est reus, extra de Probat. ex litteris ff. eodem titulo, leg. iudicium communi diuidendo, & l. familiaria herciscunda, & l. inter coheredes §. si familia. ff. famil. herc. Item est mixta: quia est in rem, & in personam. Instit. de act. §. quædam actiones. & §. item finiunt. Item perpetua est, vt C. eod. l. vltim. & ff. eod. l. iudicium communi diuidendo. & Institut. de Actio. §. quædam. Quod tamen non sic intelligitur, vt si vicinus meus ampliores fines ei, qui vendiderat, ostenderit, non possit ille qui emit, longo tempore præscribere, hoc enim falsum est, vt ff. pro empto. lege 2. §. sed & si fundus, & lege qui fundum. §. si fundum. Sed sic oportet intelligi secundum Azonem, vt etiam post decem vel viginti annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandis, quamuis de meis finibus aliquid præscripseris. Nam & si ab initio sine aliqua præscriptione hoc constaret esse tuum, agere possent vt commodius termini imponantur agris, vt ita rixarum perimatur occasio, &c. Si queras quando incipiat currere præscriptio huic actioni, respondetur, ab eo tempore quo incepit posse hæc actio intentari. Et incipit posse intentari cum fines ceperunt turbari, & ex eo nascitur hæc actio secundum Azonem in sum. C. eod. tit.

**ACTIO** [funeraria] contra hæredem, bonorumve possessorem datur. ff. de Reli. & sumpt. sua. l. ac si quis. §. final. & datur ei qui funeravit, non vt hæres, defun-ctum, sed causa pietatis, vt d.l. ac si quis. §. sed interdū. & §. si quis. cūm ibi notat. Per hanc enim actionem veniunt reficiendæ expensæ ibidem à funeratore factæ.

**ACTIO** [furti manifesti] secundūm Azon. locum habet, quando furē tenēs visus vel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel à dominio, vel alio antequam perueniat ad locum quo perferre rem destinauit. Si talis deprehēdatur, vel cum re videatur, & ad eam deprehendendum occurristi ei, licet abiecto furto aufergit, furti manifesti tenetur, l. si quis. i. §. sed Celsus ff. de fur nisi subripientis mutetur status, vt mihi subripuisti in seruiture, & manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua, sed si tu pertuleris, quō destinabas, teneris furti non manifesti. cūm enim deprehenderis cum re furtiua prius quā eo loco pertuleris quō destinaueras illo die manere cum furto, tunc fur est manifestus. Hæc omnia dicuntur ff. de Furt. l. 3. & seq. & datur actio furti manifesti in quadruplum. Instit. de Obl. quæ ex deli. §. pœna manifesti. & §. vlt.

**ACTIO** [furti non manifesti] competit quādoquēque prædictis modis furtum non manifestum probatur. ff. eo. t. l. nec manifestum. & Instit. de Oblig. quæ ex deli. nas. §. nec manifestum. Et etiā si vidisti furtum fieri, te tamen abscondisti cūm furtum faceret, ne te occideret: non est manifestum. ff. eod. tit. l. si quis in seruitute. §. cæterū. & datur hæc

actio in duplum. Instit. de Obl. quæ ex deli. nas. e. pœna manifesti.

**ACTIO** [hypothecaria] vide Instit. de actio. §. item Seruiana. Et hæc actio aduocat nudā possessionem. ff. de Euic. l. si cūm venditor. §. i.

**ACTIO** [in factum] dicitur quatuor modis, vt not. glōf. in §. fin. Instit. de Actio. n.

**ACTIO** [in factum aduersus iudicem qui litem fecit suam] datur aduersus eum, qui per imperitiam malè iudicauit: & idco videtur quasi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam sustinebit: vt Instit. de Obligat. quæ ex quasi delict. nas. in prin. & ff. de var. & extraor. co. l. fin. Si verò dolo malo iudicauit, verè est ex maleficio obligatus actione in factū, vel actione de dolo ad omne interesse ei, quem læsit, & infamis est. Item tenetur crimine falsi: quod pœnam deportationis vel vltimi supplicij continet: vt ff. ad legem Cornel. de fals. l. i. §. & qui iudicem, & §. vlt. & ff. de iudic. l. si filius. Item & tenetur crimine concussionis: vt ff. de concuss. l. vlt. Item ciuilitè potest conueniri ex edicto de calumniatoribus in quadruplum ab eo, quem debebat dampare per pecuniam, vt ff. de calam. l. i. & 3. §. illud. secundūm Azon. probantur hæc C. de pœn. iud. qui malè iud. l. 2. & ibi not. in gl. fin. iuncta auth. nouo iure ibi posita, & l. si filius familias. ff. de Iud. Iudex autè ecclesiasticus malè inductus per gratiam, vel per sordes, ab executione officij per annum est suspensus, ad æstimationem parti quam læsit nihilominus condemnandus. Et si durante suspensione se diuinis iugesserit, irregularis est,

nec

nec cum eo nisi per sedem Apostolicam poterit dispensari, vt c. cum æterni, de re iud lib. vj.

**ACTIO** [In factum, de eo quod certo loco] datur vbi aliquid est promissum dari certo loco: si iudicium in illo loco constitutum non possit: introducta est enim quedam actio arbitraria, vt possit etiam in alio loco agi. Prætor enim iniquum esse arbitratur non posse conueniri debitorem in alio loco, quam in loco destinato solutionis, & hæc actio arbitraria ex sui natura est stricti iuris, in qua, habita consideratione aliarum actionum stricti iuris, quidquid esset ommissum, deberet haberi amissum: tamen in illa venit etiam, quicquid æquum & iustum visum fuerit religioni iudicantis: & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis, quia contra naturam aliarum actionum stricti iuris est, gl. in rub. ff. de eo quod certo loco.

**ACTIO** [in factum de dolo & furto eorum quorum ministerio quis cauponam, aut nauem, vel stabulum exercet] datur aduersus eos qui præsentunt cauponæ, aut nauis, vel stabulo: qui quoniam officio malorum hominum vtuntur: in duplo tenentur, quod dolo aut furto eorum commissum est in his rebus quas saluas fore receperunt. ff. nauit. caup. stab. l. j. in princ. & §. idem Pomponius. & l. & ita. §. idem. & §. ait prætor, iuncta l. fin. §. hac autem actione. & ff. Fur aduer. nauit. caup. stab. l. j. Inst. de Oblig. qua ex quasi delictis. §. item exercitor.

**ACTIO** [in factum ex edicto prætoris de alienatione iudicij mutandi causa facta] datur ei, in cuius fraudem & illusionem facta est alienatio, & suis hæredibus, ad-

uersus eum qui rem alienauit: quæ ad interesse conuenit, quanti interest actoris coram ordinatio vel delegato, de qua Goffr. in summa de Alien. iudic. mutand. caus. fact. cap. j. extra, eod. tit. In gl. Cessat autem hæc actio secundum Host. in sum extra, eod. quando is qui alienauit, eandem rem recuperauit ff. eod. l. ex hoc. §. si quis. Idem si res non erat petitoris: vel si mortua est sine culpa, nisi si quid actoris interlit ratione quaeritus, vel accessionum, vel expensarum, ff. eod. non solum. §. hæc actio. & de noxa actio. electio. §. si is. Itæ si reus paratus sit subire utile iudicium: quod est intelligendum, quando eandem causam promittit se præstaturum: puta promittit se restituere sub maxima pena: alias si diceret, rem non restitutam, quia nec habeo, sed quanti intererit tua: vel quanti in litem iuraueris, secus esset: nam & si hoc non offert, tenetur ad idem, cum dolo deserit possidere: vt ff. de Rei vend. l. fin. autem. §. j. & l. is qui dolo.

**ACTIO** [in factum ex iuramento, per quam requiritur, an actor iurauerit] secundum quosdam datur ei, qui cum peteret rem suam, delato sibi iureiurando ab aduersario, eam suam esse iurauit. Ab eo enim rem suam petit actione in factum, qui iurauit suam esse, ff. de iureiurand. l. nam & postea. §. j. & §. fin. Si verò rem suam sibi traditam postea amisit: & ille qui detulit iuramentum, eam nactus sit: aduersus eum Publiciana competit actio. ff. de Publiciana. actio. l. cum qui. §. si petenti. vbi dicitur, [Si petenti mihi rem iuramentum detuleris: iuraueroque rem meam esse, competit mihi Publiciana aduersus te dumtaxat,

rat.] tamen quomodo hoc debeat intelligi, ibi notatur plenè. Solet autem iusurandum referri ei qui detulit. C. de rebus cre. l. generaliter. §. omne igitur. vers. [ sed iuramento.]

**ACTIO** [in personam] dicitur conditio, quando contèdis aliquem dare, aut facere tibi oportere. Quando verò agis, vt restituatur tibi res tua, & speciale nomen accipit, vt in deposito dicitur simpliciter actio personalis. & nõ conditio. Hęc autem nomen [ conditio ] inde descendebat: quia o'ím iudicia erant ordinaria, & certis verbis concepta, & quæ oportuit cõdici, id est, simul dici, vt si quis caderet à syllaba, caderet à tota causa. Sed postea illæ solēnitates in desuetudinem abierunt, attamen nomen remansit: vt adhuc personales actiones, quæ solennibus verbis interpretabantur, conditiones vocentur, & hæc colliguntur ex Institut. de Actio §. appellamus. cum ibi not. & ff. eod. tit. l. actionum genera. Et harum actionum genera quædam nascuntur ex cõtractu, quædam ex quasi cõtractu, quædam ex maleficio & quasi maleficio. Inst. de Oblig. §. seq. & de Actionibus. §. omnium. Require de omnibus his, & in verbo [ actiones ex cõtractu.]

**ACTIO** [in rem] dicitur vindictio rei, scilicet quando dicis, rē, de qua agitur, tuam esse: & aduersarius dicit, vel ostendit ipsam rem esse suam. ff. de actionibus & obligation. l. actionum genera. & Institut. eodem tit. §. appellamus. Et harum actionum alia est directæ in rem actio, vt rei vindictio, actio confessoria & negatoria. Alia est actio in rem utilis, quæ sunt actiones de dominio: non

directæ, sed vtilis, quæ ex æquitate dantur, & quandoque non dominis, vt sunt Publicianæ quæ ex diuersis causis competunt. Et actio per quam queritur, an actor iurauerit, & actio in rem de superficie: & actio Fauiana & Pauliana, & Caluisiana: & actio in rem, quæ competit inter dominum tabulæ & pictorem. Sunt & alia in rem actiones, in quibus non de dominio, sed de pignore agitur, sicut Seruiana & quasi Seruiana: de quibus vide loco suo. Et nota, quòd actio personalis non sequitur fundum, ff. de Contrahend. empt. & vendit. l. Titus. §. Lucius Titius. ff. ad Trebellia. l. i. §. si hæres ff. de Iud. l. si fideicommiss. §. tractatum & ff. de Alien. iudic. mut. caus. fact. l. iij. §. opus. in gloss. per Dynum in l. final. ff. de Nou. oper. nunt. Item actio personalis est ita affixa ossibus creditoris, quod in alium transferi non potest, nisi fictione iuris. ff. de peculio. l. quis ergo.

**ACTIO** [iniuriarum] competit ei, qui iniuriam passus est: vt not. Institut. de Iniur. in rubric. contra eum qui intulit iniuriam, vel inferri procurauit. Inst. eod. tit. §. non solum. & pulsauit vel verberauit, vel famosum carmen ad alterius consumeliam scripsit, vel quoquo modo iniuria aliquem affecit. Institut. eodem tit. §. iniuria. In qua iudex condemnabit quanti actor iurauerit se nolle illam iniuriam sustinuisse: præmissa tamen iudicis taxatione. Inst. eodem tit. §. pona ff. eod. tit. l. Constitutionibus. Quidam enim dicunt, quòd iurare debet potiùs velle de suo perdidisse tantum, vel tantum, quàm talem iniuriam sustinuisse. Et hoc

hoc videtur probare Hostien. in Sum. titu. de Iniur. & dan. dato. & Specul. eodem tit. Alij dicunt quòd sufficiat eū iurare sic, quòd nollet lucrari tantū vel tantū pro eo quòd talem iniuriā sustineret vel sustinisset Primū tamen videtur verius. Et actio iniuriarum ex pacto nō nascitur, sed ex contumelia. l. sed si vnus. §. si pactum. ff. eo. tit. & dissimulatione aboletur lex. Nam si quis iniuriā reliquerit, hoc est, si statim passus ad animum non reuocauerit: postea ex penitentia remissam iniuriam non poterit recolare. l. nō solum. §. 1. ff. de Iniur. & neq; in heredem, neque heredibus datur. l. iniuriarum actio. ff. eod. tit.

**ACTIO** inofficiosa testamenti, inofficiosa dotis vel donationis, vide iuria in ver [Querela.]

**ACTIO** [Institoria] secundum Azon. datur contra illum, qui prapositionem aliquem stationi vel negotiationi gerendam contrahentibus cum prapositione in eam causam in qua expositus est expressim vel tacite ff. de Instit. act. l. 1. & 2. & l. quicumque. §. non tamen. cum ibi not. & dicitur institoria ab institore prapositione, quamuis exercitoria nominetur a prapponente. Institut. quod cum eo. §. exercitoria & §. seq. Nam institutor dicitur ex eo, quod negotio gerendo instet, nec refert an tabernis sit prapositione, vel cuique alteri: vt not. in d. l. quicumque. & l. inst.

**ACTIO** [legis] vel [legis actio] quid esset apud antiquos, exponit elegantè Alciat. in l. pecuniz verbum. §. actionis. de Verb. sign. & Bud. 4. de Adopt.

**ACTIO** [legis Aquiliae] duo continet capita, vel tria, licet vnum nō sit in vsu. vt ff. eod. tit. l. si seruus ser-

uum. §. huius legis, & Inst. eod. tit. Primum caput est de seruis occisis vel quadrupedibus, quæ numero pecudum continentur, vt in l. lege Aquilia. ff. eod. tit. vbi dicitur de animalibus, quæ gregatim habentur & pascuntur: sicut oves, capræ, & equi, muli, & boues, & asini, & secundum Labeonem sues, sed non canes. Et longè miuùs bestia, vrsi, fera, & leones, &c. sed elephantes, & cameli quasi mixti sunt. Et ideo primo capite eos contineri oportet, quo casu tanti fit cõdemnatio, quãti plurimi ipsa res valuit anno prapeterito: vt in d. l. lege Aquil. ff. eod. tit. & Instit. eod. tit. in princip. secundum caput in desuetudinem abiit. Sed tertium caput huius legis est de eis vulneratis, feris, bestiis occisis, ceterisque rebus ruptis, vt veste, vase, & similibus. Quo casu quis cõdemnatur, qui damnum dedit, quanti res fuit triginta diebus retrò: rei pretium & valorem æstimando, vt dicta l. si seruus seruum, §. tertio autem capite. & Institut. eod. §. capite tertio. cum §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse inficiatur, id est, negat, cõdemnatur in duplum. ff. eod. l. 2. §. 1. dicitur autem lex Aquilia ab Aquilio plebis tribuno.

**ACTIO** [mandati directa] competit mandatori & eius heredi. ff. eod. tit. l. si verò. §. final. & l. si mandato Titij. 1. responso, & §. 1. & contra mandatarium vel procuratorem post mandatum susceptum. ff. eodem, l. si verò non remunerandi. §. 1. Et in quantum intèrest id factum esse quod mandauit: puta, mandauit vt fundum emeret: si mea intererat emi, teneberis post mandatum

gum susceptum: tamen si eundem fundum ego ipse emo vel alius mihi, neque interest alius, cessabit hæc actio secundum Azonem. ff. eod. tit. l. si procuratorem. §. mandati actio.

**ACTIO** [mandati contraria] competit mandatario ff. eodem tit. l. si verò non remunerandi §. contrario: vel procuratori ad expensas aduersus mandatarium quatenus fines non est egressus. Si verò aliquid erogauerit vtiliter, in eo non habet mandati iudicium: sed tantum negotiorum gestorum secundum Mar. licet Ioan. & Accurs. contra, prout legi. & not. Instit. eodem tit. §. is qui. & ff. eodem l. si pro te cum l. sequenti. in princip. & C. de Negotiis gestis l. finali, in glossa vltima. Si verò mandauerim tibi vt mihi fundum emeris, etiamsi nondum pretium solueris, ages mecum mandati, vt suscipiam obligationem qua teneris venditori. Nam & ego agere possum vt cedas mihi actionem empti. ff. eodem titulo, si mandato meo. l. responso. Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum qui mandatum suscepit adimplendum, cum primis cogi non posset quin susciperet mandatum, in quantum interfuit mandatoris factum fuisse quod mandatur. Et rursus ipsi mandatario, qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria ad impensas, si quas fecit ratione mandati suscepti, si fines mandati non excessisset. Sed si mandati fines excessisset in expensis factis, non repetet ipsas per huiusmodi actionem.

**ACTIO** natia quæ. [vide Actionum 13. species] infra.

**ACTIO** negatoria. Require supra [actio confessoria.]

**ACTIO** [negotiorum gestorum] duplex est: scilicet directa, & contraria: Vnde negotiorum gestorum directa est, qua agit dominus rei gestæ contra eum, qui negotia eius gessit, vt administrationis rationem reddat, vt puta, si ego fui absens, & negotia mea cæperunt esse deserta, & malè se habebant, tu hoc videns absque mandato à me recepto mei contemplatione ex amicitia quam in me habes, gerebas negotia mea: mihi datur actio negotiorum gestorum directa, ad hoc vt reddas mihi rationem administrationis, vt ff. de Neg. gest. l. 2. & Instit. de Oblig. quæ ex quasi contract. nascuntur. §. 1. & §. sicut.

**ACTIO** [negotiorum gestorum] contraria competit illi qui sine mandato se immiscuit alienis negotiis gerendis aduersus dominum negotiorum gestorum, ad repetendum expensas negotiorum gestione factas. Et vindicat omnia quæ expendit de suo, necessario, vel vtiliter, non tamen voluptuose: & hæc colliguntur ff. eod. tit. l. 2. cum ibi not.

**ACTIO** noxalis secundum Azonem dicitur actio quæ nascitur vel oritur ex delictis feruorum, ff. eod. tit. l. 1. & Instit. eo. tit. in principi. Dicitur noxalis à noxia, quod significat ipsum delictum: vel à noxa, quod dicitur ipse delinquens. Versus,

*Noxia delictum: delinquens noxa vocatur.*

**ACTIO** Pauliana, vide supra [Actio Fabiana.]

**ACTIO** personalis, require infra in vers. [Actionum quædam.]

**ACTIO** pignoratitia directa competit debitori contra creditorem, Instit. Quibus modis retrah.

trah. oblig. §. fin. vel contra eius tutorem, vel curatorem, si pignora acceperunt. ff. eod. tit. leg. solutum. §. fin. & habet locum soluto debito, vel aliter satisfacto, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum: vt si pignora alia data sunt creditori, vt à primis recedat, vel fideiussores, siue res aliæ, vel pretium: vel etiam nuda conuentio sine pretio vel pacto. Quoties enim vult creditor recedere à pignore, videtur satisfactum, si vt ipse velit, vel voluit, cautum est: licet in hoc deceptus sit sui facilitate, secundum Azonem, vt ff. eod. tit. l. si rem. §. omnis. & l. si necessarias. §. si vnus.

**ACTIO** [pignoratitia contraria] datur creditori contra debitorem: & datur ad multa. Si enim decipiarur à debitore, vel ipsa re, vel eius proposito: quia obligauit ei rem alienam vel alij pignoratam: tenebitur ei debitor pignoratitia contraria, ff. eod. tit. leg. tutor. §. contrariam. iuncta leg. si quis in pignore. §. fin. & si debitor malitiosè versatus sit, obligando æs vel stannum pro auro vel argento, ff. eodem tit. leg. j. §. si quis & in §. præalleg. leg. si quis in pignore. 2. Resp. vel si obligauit seruum per quem damnum datum est: puta furtum, vel aliud huiusmodi, & hoc si sciuit, tenetur in solidum, id est, in totum: secus si ignorauit: quia tunc liberabitur noxæ deditio: scilicet, dando seruum pro noxa. In his competit hæc actio, secundum Azonem & alios. Hæc probantur ff. eodem tit. leg. si seruus pignori. Item secundum Azonem agit creditor actione pignoratitia: si seruos pignoratos artificijs instruxit: si coperant, imbui antequam sibi

pignorarentur: vel debitoris voluntate creditor eos instruxit. Sed si nihil horum intercessit: si quidem artificijs necessariis eos instruxit, secundum Azonem erit actio contraria. ff. eod. tit. leg. si seruus.

**ACTIO** [pignoratitia utilis,] secundum Placent. datur ei qui impignorauit rem alienam sine consensu domini: & postea dominus pignoris factus est. ff. eodem tit. ff. rem alienam. & ff. de pignor. l. i. §. i. & leg. si Titio. cum seq. & tam directa quam utilis dantur principali, & suis hæredibus, & contra hæredes creditoris: vt potest probari Institut. de Perpet. & tempo. act. §. non autem omnes. & ff. de Act. & oblig. leg. i. §. creditor. & Institut. Quibus modis re contrah. oblig. §. fin.

**ACTIO** [popularis] est, quæ ius suum populo tuetur, & competit vnicuique de populo. De actionibus popularibus vide gl. rub. ff. eod. tit.

**ACTIO** [præscriptis verbis, ex contractibus innominatis descendit:] vbi scilicet civilis causa subest sufficiens ad actionem introducendam: & cum negotium non cadit in certam & speciale nomen contractus, nec causa huiusmodi actionis exprimitur: sed hæ actiones exprimentur sic, do vt des, facio vt facias, do vt facias, facio vt des. Ex quibus nascitur actio præscriptis verbis nominata: alias civilis, quando mihi aliquid adest, vel abest, vel abfuturum est: nec tibi adest: nec adfuturum est: aut mihi non abest, nec tibi adest: aut si nec tibi adsit, nec mihi absit, & cesses implere quod conuenit inter nos: ego autem si feci, in subfidium intentatur actio de do-



16. Nam ubi vnus cessat implere quod in se est, quod promisit alteri implere, locum habet hæc actio.

**ACTIO** [præscriptis verbis,] quibus casibus competat, vide pulchram gl. in rubr. ff. eod. tit. & in §. actio- num autem. in versi. [ex permutatione.] Inst. de Act.

**ACTIO** [pro socio,] quæ ex vtraque parte directæ est, competit pro v- tufructu quem solus alter socior- um percepit, vel si dolum com- misit in rebus communibus. Nam locum habet. quando duo ineunt contractum societatis. Et si ali- quis sociorum male, & dolosè verferur, tunc alteri contra eum datur hæc actio. Nascitur autem actio demum, societate finita, quæ finitur pluribus modis, prout lo- quitur Azonius in Summa, eo. tit.

**ACTIO** [pro tutelæ directæ,] com- petit ei, cuius negotia gessit quis- piam, quasi tutor, qui tamen tutor non erat. Contraria datur illi, qui existimans se tutorem alicuius, tanquam tutor eius negotia ges- sit, ad repetendum si quid neces- sariò vel vtiliter in rem pupilli expenderit. l. i. & toto tit. ff. de eo qui pro tut.

**ACTIO** [Publiciana ex æquitate,] datur ei qui rem bona fide emit à non domino: & rem sibi traditam bona fide cepit: credens venden- tem tempore venditionis & tradi- tionis dominum esse: & sufficit emptori habuisse bonam fidem, licet venditor malam fidem ha- buerit: & callido consilio vendi- derit, vt ff. eod. l. cum qui §. præ- tor ait. Si ergo talis emptor ante completam vsucapionem à pos- sessione cadat, petat rem à posses- sore iure quasi dominij. Et appel- latur actio Publiciana à Publicio auctore, qui eam inuenit. Inst. iur.

de Action. §. aliæ ad hoc, vt actor obtineat, oportet istum probare iustum titulum, & rem sibi fuisse traditam, & bonam fidem habuis- se tempore emptionis & vendi- tionis (quod præsumitur, nisi con- trarium probetur) & quod credat modò, venditorem vel donato- rem tempore contractus domi- num non fuisse, aliàs Publiciana non competet. Permittitur au- tem tali venditori, ac si vsu ce- pisset vindicare: nisi forè verus dominus possideat, quia exceptio veri dominij Publicianam exclu- dit. Si autem post vsucapionem à possessione cadat, tunc non compe- tit Publiciana: sed ciuilis actio, vel rei vindicatio: secundum quosdam vtilis, secundum quos- dam directæ. ff. de Publiciana le- ge 1. de hac materia vide not. per Ioannem And. de sentent. & re iud. cap. Abbate sanè. libro 6. in glossa in verb. [dominij.] vbi di- citur quod rei vindicatio & Pu- bliciana non sunt contraria, sed aduersa, cum ad eundem finem tendunt: secus cum tendunt ad fi- nes diuersos.

**ACTIO** [Publiciana rescissoria,] da- tur ei, cuius res quam à non do- mino emit, credens eum domi- num vt supra, vsucapta est cum absens erat causa rei publicæ, vel studij, vel peregrinationis, vel le- gationis ciuitatis, vel causa ap- pellationis prosequendæ, vel tes- timonij ferendi, vel quia in cap- tiuitate fuit absens. Licet enim propter necessariam absentiam infra an. postquam reuersus est re- scindere vsucapionem, vt dicat aduersarium non vsucepisse, qui vsucepit per auxilium Prætoris: hoc auxilium sibi datur. Si autem verè fuit dominus rei, tunc com- petit ei vindicatio rescissoria. St

verò res talis erat pignori obligata, competit etiam hypothecaria rescissoria, & hoc in realibus actionibus In actione autem personali conditio rescissoria. De hac materia vide Guliel. in Specul. de In integr. rest. in tractatu libellorum, super verbo [ sed scias, ] & seq. & glos. prima in verbo [ dominij, vel quasi, ] circa medium, in cap. Abbate sanè. de Reg. iur. lib. 6.

**ACTIO** [quanto minoris,] quædam est Prætoria, quædam civilis. Prætorii locum habet cum quis emit animal vel seruum morbozum, seu vitiosum, qui propter morbum vel vitium minus valet quam emptus sit, & datur ad petendum id quod minus valet: puta, si res non esset vitiosa vel morbosa, valeret viginti: nunc autem valet quindecim. Proponitur hæc actio ad petendam quanti minoris interest emptoris. Hoc autem scias, quod de vitio nunquam tenetur venditor nisi in tribus casibus. Primus est, quando nominatim promissit, & tunc agatur ex stipulatu. Secundus est, quando sciebat seruum habere vitium, & emptorem non admonuit, & tunc tenetur exempto, vel quod redhibeatur, vel quod admittere teneatur. Tertio verò, si animo sit admixtum vitium corporis. Datur autem infra annum vitile. Sed civilis actio quanti minoris competit quando librum vel aliam rem vitiosam vel morbosam emit propter quod res minus valet: agitur & quanti minoris esset emptarius. De hac actione nihil dicitur in arbore actionum: sed de Prætoria solum. vide similiter de hac materia in Spec. tit. de Empt. & venditio § nunc dicendum, v. est & alia actio quasi Seruiana, quæ etiã hypothecaria

dicitur Prætoria est, per quã rem mobilẽ vel immobilẽ tibi pignori obligatã, quã possidet aliquis, siue sit debitor, siue alius, poteris ab eo retinere seu petere: & est actio in rem vitilis, & datur creditorĩ ad persequendum pignus hypothecarũve. vide de hoc Inst. de Actio §. quasi Seruiana.

**ACTIO** [quod iussu perpetuo] datur contra patrem vel dominũ quorũ iussu cũ filio vel seruo aliquis contraxit: siue dirigatur iussus ad contrahentem, siue ad seruum Nec est in ea opus verbis aut scriptura, vel vt distinguatur secundum Azonem, an videatur iussus vel iussio specialiter in vno contractu, an generaliter, ita quod volens cum seruo meo contrahere, id securẽ possit. Videor enim omnia iussisse, nisi lex certa, id est cõditio vel pactum contrarium prohibeat. Habet ergo locum actio quod iussu, quã lo domino vivente vel patre, seruus, vel filius contraxit: quia hæc dominus vel pater eo quod iussit tenebitur.

**ACTIO** [quod metus causa] datur ei qui probabili vel iusto metu coactus rem suam vendidit, tradidit, vel promissit, aduersus eum qui metum intulit: sed intra annum erit quadrupli, propter contumaciã nolentis rem restituere iussu iudicis ante litẽ cõtestatam. Post annum verò, simpli. vt in l. si cum exceptione. i. responso. & §. post annum ff. Quod metus cau.

**ACTIO** [rei vindicationis,] est quando dicitur rem corporalem esse tuam, & hunc seruum, hunc equum, hanc vestẽ. Alia dicitur rei vindicatio, quam legistæ non habent, quæ datur pro re incorporali, vt not. per doct. in c. examinata. de Iudic. in ant. q.

**ACTIO** [rescissoria] triplex est, vt supra

suprà de Publiciana rescissor.

**ACTIO** [redhibitoria] datur emptori contra venditorem, vt seruum, vel animal morbosum recipiat & pretium restituat: & datur intra sex menses vtiles. quia hæc actio tantum sex mensibus durat. vt ff. de Edil. edict. l. i. v. g. Si vendis mihi animal morbosum latentem morbum habens, vel aliã rem vitiosam tali vitio, quod vitium si sciuissem, nullo modo emissem, mihi datur actio contra te, ad hoc quod pretium receptum restituas intra sex menses, & rem tuã morbidam vel vitiosam reassumas.

**ACTIO** [rerum amotarum] competit marito aduersus vxorẽ de reb. constante matrimonio causa diuortij ablatis. Datur autem post diuortium, & continet rei perfectionem. Sed si pendente iudicio redintegretur matrimonium, soluitur iudicium rerum amotarum: & si redintegrato matrimonio iterum fiat diuortium, remanecit actio rerum amotarum ob res amotas prioris diuortij causa: Quo autem casu actio furti daretur contra extraneum, eodẽ casu actio rerum amotarum locũ haberet, dummodo illa concurrant scil. vt res mariti dolo malo amouẽtur, & è contra. Item quod fiat amotio cõstante matrimonio, vel aliquid fiat quod pro amotione habeatur. Itẽ quod fiat causa diuortij datur etiam hæc actio cõtra patrẽ filio vel filia, quatenus ex ea locupletior est factus, vel dolo malo eius factũ est quominus fieret. De hac materia vide no. per Azonẽ in Summa, eod. tit.

**ACTIO** [rei vxoria] sublata est: in cuius locum subrogata est actio ex stipulatu, quæ datur marito vel eius patri vt dos reddatur. Si enim a datione dos inciperet, hæc

actio locum non haberet, licet quidam dicunt contrarium, vt dicit AZO in Summa: eodem titulo.

**ACTIO** [reuocatoria, datur in eos, quibus alienata fuere bona debitoris in fraudem creditorum. vide supra, [Actio Fabiana,] & §. item si quis in fraudem. Institutionib. de Actionibus.

**ACTIO** [Seruiana] domino fundi vel domus cõpetit, ad persequendas res conductoris pro mercede domus quasi pignoratas: quæ quamuis non conuentione pignorentur, tamen iuris constitutione obligantur tacitè pro locatione iure pignoris in vrbanis prædiis inuecta & illata, in rusticis verò prædiis fructus tantum. De hoc vide in paragrafo, item Seruiana. Inst. de Actionibus.

**ACTIO** [serui corrupti,] competit non solum aduersus eum cuius hortatu vel consilio seruus corruptus vel deterioratus est, sed etiam contra eum noua lex datur qui sollicitauit seruum, licet bonos mores eius corrumpere non potuerit. Hæc autem actio in duplum habet condemnationem, scilicet quanti deterioratus est seruus, quantiue res fuerit a seruo sollicitato subtracta: & tenetur qui corrumpit, siue ex bono malum, siue ex malo deteriorem fecerit. De hoc in l. si quis seruo alieno suaserit. C. de su. vbi casus de hoc.

**ACTIO** [stricti iuris,] require infra actionum quædam, & de excep. in cap. cum venerabilis. vide Instit. de Actio. §. actionum autem.

**ACTIO** [subsidiaria] dicitur, quia in subsidium & auxilium alcerias quæ inefficax facta est, datur vt si tutor res pupilli alienauerit

vel malè administrauerit, & ipse tutor & eius hæres sint non soluendo, id est, non sufficientes ad soluendum, pupillo datur actio contra illum ad quem res eius alienatae sunt.

**ACTIO** [tributoria] datur creditoribus, qui cum teruo aut filiofamilias contraxerunt in merce peculiari, vt distribuatur pro rata crediti inter illos & dominũ seu patrẽ illius cum quo contraxerũt. *Insti. Quod cum eo.*

**ACTIO** [tutelæ subsidiaria] competit pupillo, quando nec tutor nec hæres soluere habet, contra eum cui iura tradita sunt à pupillo, vt cautionem exigat à tutore pro indemnitate pupilli, quando vel nullam vel parum idoneam admisit cautionem.

**ACTIO** [tutelæ directæ,] datur aduersus tutorem ipsi pupillo, in quantum conuenit, si tator in rebus pupillaribus damnum dedit dolo vel culpa ipsi pupillo.

**ACTIO** [tutelæ contraria] competit tutori aduersus pupillum, si in rem eius aliquid de suo impendit, vel pro eo fideiussit, aut rem propriam impignorauit, vel obligauit pro pupillo.

**ACTIO** [venditi,] competit venditori ad petendum pretiũ & vsuras ex tẽpore moræ. Et si aliquid speciali pacto cõprehenditur, prout is sibi paciscitur, vel inter partes conuentũ est. Et huius contraria est actio empti, quam vide supr.

**ACTIO** [vi bonorum raptorum de rebus mobilibus vi surreptis datur,] & cui res mobiles per violentiam sunt ablatae, & competit restitutio infra annum ad quadruplum, ita quod in quadruplo contineatur ei restitutio, & hæc est vis ablatiua.

**ACTIO** [vtilis, vide suprâ,] Actio

directa.

**ACTIONVM** quædam sunt in rem, & quædam in personam. Actio in rem dicitur venditio rei: quando, scilicet dicit aliquis rem de qua agitur, esse suam, & aduersarius dicit contrariũ. Quando ergo petis rem aliquam, vt tuam, rei venditione, tunc agis actione in rem. Actio verò in personam, cum petis ab aduersario aliquid tibi dari vel fieri. Itẽ actiones quæ dã bonæ fidei dicũtur, quæ dã stricti iuris Actiones bonæ fidei dicuntur, non ideo quia in eis debet seruari bona fides: quia etiam bona fides seruatur in actionib. stricti iuris, sed dicũtur bonæ fidei ideo, quia maximè exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis, & ultra id etiam veniunt omnia accessoria, & ea, de quibus nihil est cogitatu, vt in actione empti, vel venditi, venit etiã id quod expresse non est actũ, videlicet à tẽpore moræ quã alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt etiam damna, & interesse, quæ debent restitui: & sic in eis multũ exuberat officiu iudicis pinguius, quam in actione stricti iuris. Sũt autẽ actiones bonæ fidei 17. quæ enumerãtur *Insti. de Actio. §. actionũ* & ponũtur in glo. de Except. cum venerabilis. in verb. [bonæ fidei.] Aliæ verò dicuntur actiones stricti iuris: vt actio ex mutuo, ex stipulatu, ex arbitrio, & consimiles. Et in istis non venit accessorium, nec ea de quibus non est cogitatum: vt not. Ber. in glo. præal. Nec in his à tẽpore moræ, qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt dãna & interesse quæ debet restitui. Itẽ actionũ realiũ aliz competũt pro reb<sup>9</sup> corporeis, & sic habet locum rei vendic.

vēdicatio. Alię pro incorporalib. & pro feruituribus acquirendis feruēdi & patiēdi: & sic competit dux actiones, quarū vna vocatur confessoria, alia negatoria. Itē nota quod actiones personales vsq; ad metas 30. annorū extēdatur, vt C. de constit. pecun. l. 2. & C. de p̄scrip. 30. annorū. l. si cut. Reales autem vsq; ad metas quadraginta annorum, vt C. de Luit. pign. l. 2. & in gl. in verb. [actione submota.] Est ergo (vt clariùs dicatur) actio realis, quę obligatū eum cōtra quem dirigitur, nō supponit, sed ideo competit, quia quis contendit restituere contra quem talis actio dirigitur. V. g. Intraſti domum meam violēter, ego peto possessionem meā quā occupas. Tu nullo iure mihi obligatus es, nec aliquid mihi promisti, nec tecum cōtraxi, sed tādūm te conuenio, quia res mea apud te est. Sed personalis actio p̄supponit debitorem, contra quem dirigitur, obligatū esse ex contractu vel maleficio, seu ex variis cauſarum figuris. Et ista datur etiā ad rem, sed p̄supponit obligationem personę, vt vēdidisti mihi librum, vel locasti mihi domum, tu mihi obligaris ex contractu, licēt agam ad rem, scilicet librum vel domum.

**ACTIONVM** alię sunt particulares, alię vniuersales. Particulares dicuntur, quę dantur ad res particulares, vel singulares, nō autem ad id quod est vniuersum vel generale, vt si peto vēstē & ago rei vēdicatione, vel alia actione particulari, seu peto decem quę tibi mutuaui. Harum autem actionum alię dicuntur reales, vt quia competit ad rē, & non dicuntur personam obligatā. Aliquę verō dicuntur personales, quia non ad rem,

sed in personam diriguntur: vt si ago ex empto, vel actione ex mutuo: dico enim personā obligatā, & non rem, nec pecuniam. Persequere latiùs, vt Instit. de Actio. in princ. Actiones vniuersales (vt dicit Innoc. in c. conquerente. de offic. ord.) sunt quatuor, quę omnes cōpetunt pro hēreditate tantūm, cuius nomine cōprehenditur vniuersum ius defuncti. l. nihil aliud. ff. de verb. signif. Sunt autē istę, petitio hēreditatis, familię herciscundę actio ex testamento, quę datur pro hēreditate ex Trebelliano restituenda, & actio ex empto, quę datur quoties tota hēreditas emitur: & licet ibi dicat Inn. quod s̄ sunt quatuor, intellige de istis de quibus iā faciunt mentionē apertē: sed multe alię possunt dici vniuersales ad similitudinem harum quatuor, vt quando petitur villa seu castrum, vt sentit idem Inno. in c. cū ad sedem. de Restit. spoliat. & clariùs per Bart. in l. 1. ff. de edend. Item quādo petitur Ecclesię cum pertinentiis suis, vt est glo. in cap. significantibus. de libell. oblat. & Innoc. in d. cap. cū ad sedem. & in cap. eam te. de Rescri. Vel dic meliùs secundūm Bart. in d. l. 1. ff. de Eden. quod actio vniuersalis potest intelligi quando datur ad aliquid quod de sua significatione multa in se vniuersaliter continet, siue sit vniuersitas iuris, vt hēreditas vel bonorum possessio, & similia, siue sit vniuersitas facti, vt peculium, de quo tamen dicendum est, vt leg. 4. de Peculio. Actio verō generalis ex eo dicitur, vt dicitur in dicto cap. conquerente, quia competit ad id quod sub se continet plura capita, non tamen vniuersum, vt est actio negotiorum gestorum,

rū,tutelæ,&c. Nam multa potuit habere defunctus, quæ nō perueniunt ad filium, sed cōtinet sub se multa capitula, vt administratiōe frumenti, vini, olei, & similiū. Secus autē si ex se & ex proprio significato non cōtinet plura, seu vniuersitatem: tunc enim licet petatur plura bona, non tamen dicitur petitio vniuersalis vel generalis. vide Panorm. in dicto cap. significantibus. n. 10.

**ACTIIONVM** 13. species enumerat gloss. in §. sunt præterea. Inst. de actionibus. Quibus adde, actionum alias esse natiuas, alias datus. Natiuæ sunt quæ habent materiam sufficientem præexistentem, a qua oriuntur. Datus vero, quæ eiusmodi materia carent, quod declarat Bart. in l. iuris gentium. §. 1. ff. de pactis præterea actiones quædam criminales sunt, quædam ciuiles, de quibus infra in verbo, [iudicia priuata]

**ACTIIONES** ciuiles quæ sunt, & quot, require in Spec. titul. de Actione. §. postremo. Et nota quod quædoq; distinguitur actio ciuilis contra criminalem: & tūc idem est, quod actio intērata pro aliquo interēsse. Quandoque distinguitur contra prætoriam & tunc idem est quod actio descendens ex aliqua parte iuris ciuilis veluti lege, senatusconsulto, constitutionibus Imperatorum, secundū gl Inst. de Perp. & tēp acti. in princ. Prætoriam autem dicitur, vt infra, [actiones prætoriam.]

**ACTIIONES** ex contractu sunt de actionibus in personam. Instic. de actio. §. 1. quæ nascuntur ex pacto, siue obligatio surgit ex re: vt condictio certi, de numerata pecunia, cōdictio certitudinaria, cōdictio ob causam. actio comodatī, depositi, pignoratitia: de

quibus omnibus suo loco dicemus. Siue etiam cōsurgit obligatio ex verbis, sicut in actione ex stipulatu, quando res incerta in stipulationibus, deducta est. Siue etiam oriatur obligatio ex litteris, de quibus condictio odio desidia datur in eum qui cum spe futuræ numerationis, scribit se debere quod ei nō est numeratū. Numeratione autem non secuta intra biennium non repetit chirographum. Et est introducta & exclusa exceptione nō numerata pecuniæ, cum minimē cogatur soluere quod scripsit se habere quod nō habuit. Siue etiā oriatur obligatio ex cōsensu, veluti empti, vediti, locati, cōducti, pro socio, mandati, præscriptis verbis, & actio constituta pecuniæ, necnō actio in factum. de Iureiur. Et de his actionibus in propriis locis secundū ordinem patebit. Et istæ sunt species actioū in personam, quæ oriuntur ex contractu, siue re, verbis, litteris, aut consensu obligatio oriatur, de quibus vide ff. de Action. & oblig. l. 1. & 2. & Inst. de oblig. §. 1. cū §. & tit. seq. vsque ad tit. de Obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.

**ACTIIONES** [ex quasi cōtractu] sunt de actionibus in personam. Institut. de actio. §. 1. cū ibi nota. quæ neque ex pacto, neque ex maleficio oriuntur, sed tamen maiorem habent conuenientiā & affinitatem cum pactis quā cū maleficiis. De his actionibus videndū, ff. de Act. & oblig. l. ex maleficiis. §. si quis absentis & §. seq. & Instic. de oblig. quæ ex quasi cōtract. nas. & de singulis exposuimus nominatim supra suis locis.

**ACTIIONES** vel obligationes, ex maleficio sunt actiones in personam. Institut. de actio. §. 1. cum

cum ibi notatis, quibus delicta hominum coëscuntur, quod publicæ utilitatis interest. ff. de fideiuss. l. si à reo §. fin & ff. ad leg. Aquil. l. ira vulneratus cum similibus. vt est conditio rei furtiue, actio arborum furtim cæsarum, raptorum, actio leg. Aquilæ, actio iniuriarum, quod metus causa, de dolo, actio serui corrupti, actio rerum amotarum, conditio ob turpem causam, interdictum vnde vi, interdictum quod vi aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de vxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine ripave publica interdictum de itinere actuque priuato. De quibus omnibus require in loco suo.

**ACTIO NES** vel obligationes ex quasi maleficio, sunt actiones in personam, inst. de act. §. 1. quæ neque ad pacta accedunt, neque ad maleficia: sunt tamen similiores maleficijs, quam pactis: vt actio in factum aduersus iudicem qui litem suam facit, & actio in factum de eiectione & effusis. Et actio in factum de dolo & furto eorum qui ministerium cauponum, aut stabulariorum, aut nauem exercent ff. de actione, & obligatione, leg. ex maleficijs. §. si iudex, vsque ad finem & institut. de obligat. quæ ex quasi malef. nasc. per totum.

**ACTIONES** hæreditariæ dicuntur, quæ transeunt ad hæredes, vel contra hæredes, secundum Azon. Item quæ ab hæredibus incipiunt vel contra hæredes. ff. de act. & oblig. l. hæreditariarum Vt autem plene sciatur quæ transeunt ad hæredes vel non, distingue, aut nascitur actio ex maleficio, vel

quasi, aut ex contractu, vel quasi, prout persequitur Azon. in sum. sua, eod. tit. Hæ actiones competunt his qui succedunt in ius, & non his qui succedunt in rem, vt donatarij vel legatarij

**ACTIONES** interrogatoriæ ad quid intentarentur olim, vide gloss. in rubr. ff. de inter. act.

**ACTIONES** mistæ dicuntur actio familiaris heriscundæ; actio communi diuidendo, & finium regundorum. §. quædam inst. de act. Et quare appellentur mistæ, & quid differant ab actionibus in rem scriptis, declarat ibi Ias. & in §. 1. eod. titulo.

**ACTIONES** personales in rem scriptæ oriuntur ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, sicut & mere personales, sed quia comitantur possessores rerum instar realium, ideo in rem scriptæ appellatæ sunt. Quæ sint hæ actiones, docet Accur. in l. 3. §. est autem. ff. ad Exhib.

**ACTIO NES** præiudiciales in rem esse dicuntur, per quas queritur, an quis liber sit, an libertus, & de partu agnoscendo, vt in §. præiudiciales. Inst. de action. Sed illa per quam queritur, an aliquis sit liber, partim civilem causam obinet, partim prætoriam. Civilem autem secundum formam dominiquia in ea directè agitur: prætoriam secundum formam & modum perendi, quia tuum à teipso non ab alio petis possessore. Cæteræ verò duæ formam capiunt ex prætoriam iurisdictione, & in rem dicuntur esse ad instar actionum de seruitute, quia in hac de iure patronatus in re, in illa de proprietatis iure agitur. Præiudiciales autem dicuntur, quia quemadmodum exceptiones actionibus opponuntur, & ante primam quæst.

terminantur: Si autem quis querat, quare non exceptiones, sed actiones dicantur, illa potest esse causa, quia non est exceptio nisi sit actionis exclusio. Hæ verò præiudiciales nullam actionem excludunt, sed non comperere dicuntur, & ideo actiones dicuntur & non exceptiones. Præiudiciales actiones pro tanto dici possunt, quòd in ipsis tractatur de magno præiudicio, vel quia questionem motæ præiudicant: vt agis contra me & aliquid petis, oppono tibi questionem status dicendo quod es filius meus, vel seruus in potestate mea constitutus, aut libertus: & sic de consimilibus: & præiudicabit actioni tuæ contra me motæ. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de dominio, sed, de iure pignoris agitur, vt Seruiana & quasi Seruiana. Requiritur loco suo.

**ACTIO**NES prætoris quæ sunt, & quot, require in Specul. tit. de act. seu pet. propo. §. postremò. Dicuntur autem prætoris secundum Azo. quia à prætore sunt inductæ, vt Inst. de act. in Sum. secundum

**ACTOR** est qui agit & pulsatur alium, rem aliquam ab ipso petens in iudicio. ff. de iudic. l. in tribus. & ff. fin. regando. l. iudicium. Nam in communibus iudiciis queritur quis actor sit. Est ergo ille qui suo nomine agit, vel quia constituitur ad agendum vel defendendum causas vniuersitatis vel alterius, ff. quod cuiusque vniuersi. l. item eorum. §. si decuriones. Vel dicitur qui constituitur à tutore vel curatore ante litem contestatam. C. de procur. l. neque tutores C. de Act. à tut. seu curator. dan. in rub. & in nigro, dicitur ex eo, quod tutoris vel curatoris personam agat. Nonnunquam actor ponitur

pro villico, quæm vulgò factorem à faciendo appellamus. l. leg. ff. de legat. i. vnde seruus actor in §. pæn. Inst. de iniur. interdum etiam sumitur pro eo, qui aliena bona administrat, l. cùm alicui. de Negotiis gestis.

**ACTVARIÆ** naues, quæ remis aguntur l. 2. ff. de capti. Bud in l. 1. de exerc. act.

**ACTVARI** sunt notarij, à quibus acta scribuntur.

**ACTYS**, est quædam seruitus, qua is cui ea debetur, habet ius quod potest per fundum, in quo sibi hæc seruitus debetur, non solum ambulare per se, sed etiam iumentum & quadrigam secum ducere, ff. de Ser. rust. præd. leg. i. ver. [actus, ] & l. inter actum. & inst. eod. tit. §. actus. Aliter capitur actus pro operatione. l. hæredes. in fin. ff. de Test. & l. duos. de duobus reis.

**ACTVS** legitimi dicuntur omnes quacunque iuris scripti parte inuenti. Iuris autem scripti partes sunt sex, videlicet lex, plebiscita, senatusconsulta, decreta principum, responsa prudentum, & magistratum edicta, vt Inst. de iure nat. gen. & ciu. §. constat. & l. ius autem ff. de Iustit. & iur. vide de hac materia Dynum in regula, actus. de Reg. iur. in Sexto.

*De A ante D.*

**Ad**, prepositio composita cum dictionibus à consonante incipientibus, mutat D, in consonantem quæ sequitur: id quod omnes qui de orthographia scribunt, annotare: vt accurro, quod ex ad & curro componitur: affligo ex ad & fligo. In Pandectis tamen, quas Florentini ex præda Pisana in archiuo adseruât, semper reperiuntur prepositiones integræ, quod & antiquos obseruasse ex numis-

maris

*Actor dicitur  
apud in iudicio  
quod dicitur vel  
dicitur in  
iudicio de sen-  
tentiâ prætoris  
l. de iur. iudic.  
l. §. operari  
iudicium cuius.  
et. gl. in part.  
l. in rub. l. de  
l. Abogator*



matis, & monumentis litterarum  
 maioribus incisus, etiam hodie  
 videmus. Itaque in Codicibus il-  
 lis archetypis non legitur ex or-  
 thographo tum ratione, accresco,  
 affero affinis, agnatus, oppono, ar-  
 rogo, ascribo, assentio, assideo, assi-  
 duus, atringo, & huiusmodi, sed  
 aderesco, adfero, affinis, adnatus.  
 adpono, adrogo, adscribo, adsideo,  
 adfiduus, astringo hoc est, ad præ-  
 positione integra. Hæc namque  
 omnia & similia (tamen si non mu-  
 tant sensum) detinenda est tamen  
 antiquorum librorum maiestas in  
 libris maxime legum, qui quo  
 sunt vetustiores, eo habentur ma-  
 ioris auctoritatis. Nam si quis per  
 regulas artis Grammaticæ cona-  
 retur talia castigare, non minus  
 peccaret, quam si pro repetenda-  
 rum, & finium regundorum, & de  
 familia herciscunda, & de com-  
 muni diuidendo contenderet:  
 scribendum esse repetendarum,  
 & finium regendorum & familia  
 herciscenda, & communi diui-  
 dendo, quod regulæ quæ tradun-  
 tur à Grammaticis de formatione  
 verborum id fieri debere præci-  
 piant. Apud antiquos namque ge-  
 rundia & participia futuri in dus,  
 à verbis 3. & 4. conjugationis in-  
 clinata, in vndus non in endus  
 desinebant. Plaut in ipso statim  
 initio Amphitryonis: [yt nos in  
 vestris voltis mercimoniis emun-  
 dis vendundisque,] pro [emendis]  
 & [vendendis.] Permansit tamen  
 hæc declinandi forma in hoc ver-  
 bo eo, is, & ab eo compositis, vt  
 eundi, do, dum, aduendus, à, um,  
 prætereundus, &c. Dicimus quoq;  
 præesse quempiam iuri dicendo  
 potius, quàm præesse iuri dicendo.

**AD** ponitur pro iuxta. ff. de Serui.  
 vrb. præd. l. quidam Hyberus. Bart  
 in l. militis Codicillis. ff. de test.

mil Item pro contra. l. commissæ.  
 de Publ. Aliquando significat post  
 l. qui duos de man. test. vtrum au-  
 tem faciat modum an conditio-  
 nem, docet Bar. in l. quibus. §. Ter-  
 milius de Cond. & demon. De  
 hac dictione not. Arch. de Reser.  
 si gratiose lib. 6. & 78. dist. pres-  
 byter. Et quomodo differant **AD**,  
 & **IN**, vide ff. de iniur. l. item apud  
 Labeonem. §. conuitium, quod no-  
 ta pro statutis dicentibus quod  
 aliquid fiat ad domum, vel in domo  
**AD** agnatos & gentiles, prouerbium  
 est è iure sumptum, cum aliquem  
 mente captum esse significamus:  
 propter l. 1. 2. tabularum, si furio-  
 sus exister, agnatorum gæciliumq;  
 in eo pecuniaq; eius ius esto **HO**.

**AD** bestias dari bifariam vsurpa-  
 mus, primum de damnatis qui lac-  
 cerandi bestiis obiciuntur. leg.  
 quod ad statum. ff. de pæ. Tum  
 præterea de iis qui operas suas vt  
 cum bestiis pugnent, locare con-  
 suerunt, quos Cicero pro Sexto  
 vocat bestiarios. Sic accipienda  
 l. 1. ff. de Edil. edic. l. 3. §. 1. Iul. ff.  
 de Testib. l. 4. ff. de Acc. l. 1. §. qui  
 operas ad Tert. ff. Horem.

**AD** responsum Græcè ἀνακριταίον  
 dicebantur, qui vice magistri mi-  
 litum præsentialium responsa mi-  
 litibus dabant, & quasi ab eo  
 præscripta edebant, vt in Nouella  
 de Prætor. Lycaon, ἔχεται γὰρ μὲν καὶ  
 ad responsum, ἵτοι ἀποκριταίον  
 πρὸς τὴν στρατιωτικὴν δικασίαν.  
 Item Nouell. seq. de Prætor. Thrac.  
 26. & de Moder. Helenap. 28.  
 Item l. vlt. C. de Re milit. Et Scri-  
 nium auri ad responsum. l. Scri-  
 niis. 7. C. de Pala. sac. scrin.

**ADAM** nouissimus. i. Christus vt in  
 Clem. de sum. Trinit. c. 1.

**ADDICO**, is, xi, pro eo quod est ad-  
 iudico, simpliciter accinitur, vt  
 Cic. in Off. [addictus morti] dixit

pro adiudicatus. Et Hor. l. de arte.  
*Nultius addictus intrare in verba magistri.*

Aliquādo etiam inuenitur pro eo  
quod est vendo, vt apud Martial.

*Addixisti Labiene tres Agellos.*

Pro adiudicasti, hoc est, vendidi-  
sti Gell quoque lib. 10. [ Liberos  
verbera i addicique iusserunt ei,  
cui furtum est. ] Et est vnum ex  
verbis tribus quæ Prætori accom-  
modantur, de quibus intellexit  
Quid. in l. Fallorum scribens:

*Ille ne factus erit per quæritur verba si ietur.*

*Festus erit per quem iure licebit agi.*

Erit igitur tunc addicere ex ven-  
ditione, aliquid alicui adiudicare.  
Apud Iuriconsultos. lib. 17. Dig.  
tit. 2 est de in diem adiectione,  
pro eo quod esse debuit de die in  
diem adiectione, quem errorem  
primus omnium deprehendit, ag-  
nouitque Laurent. Valla. Verbum  
quoque ipsum nihilominus cor-  
ruptum cum in aliis locis, tum in  
eod. tit. legitur, adicio videlicet  
pro addico vt in l. 2 ff. eo. his ver-  
bis, [quoties fundus in diem adie-  
ctus sit,] pro [addicitur,] & [adiecta  
sit,] quod in emendationibus li-  
bris reperias. Item lib. 40. Dig. tit.  
de fideicom. lib. sæpe legitur ad-  
iicio & adiectio in eadem signif.  
sed corruptè, pro addico & addi-  
ctio in l. 4. ff. eo. Ant. Nebr.

**ADDICO**, ex ad, & dico, componitur  
& est vendere per licitationem,  
hoc est, in venditione publica, vbi  
alius alio maius pretium pollice-  
tur, vt sibi potius quam alteri ven-  
naliam addicantur. Accipitur tamen  
& pro simpliciter vendere, vt in  
l. qui fundum. §. procurator. ff. pro  
emp, quandoque pro cogere. l.  
actuarius. 12 C. de Erog. milit. an.  
ne non pro iudicare, seu damna-  
re addictos C. de appellationibus  
& dicitur in diem adiectione gene-

raliter, quando vendo tibi rem  
hoc pacto, quod si aliquis in diem  
talem meliorem conditionem at-  
tulerit, sit tibi inempta. Et dicitur  
melior conditio offerri, si aliquid  
pretio sit additum, vel maturior  
solutio aut facilius afferatur, vel  
locus opportunior soluendo pre-  
tio adiciatur, & sic de aliis, vt in  
tit. ff. de in diem add. & ibi per Az.

**ADDICERE** proprium est Prætoris,  
rem alicui vt eius fiat pro pote-  
state attribuentis. Transactum po-  
stea verbum in magistris auctio-  
num à quibus in eos qui rem, nisi  
pretium, intra diem certum au-  
geatur, emptori attribuunt. postea  
deriuatum est. Metaphoricè dixit  
Cic. addicere dementem & insa-  
num rationibus necessariis. in Pa-  
radox. Addicere liberum, i. liberum  
pronotare. Idem lib. 7. ad Attic.  
Addicere litem in XII. Tab. pro  
secundum aliquem iudicare. Gell  
lib. 17. c. 2. Addicere iudicem pro  
dare & discernere, scriptum est,  
in l. Cum furiosus. 39. de iudic.

**ADDICTI** dicebantur apud veteres  
qui pecuniæ damnati, quod iudi-  
catum facere non possent, nec in  
seruitutem creditoribus addice-  
bantur. Quint. lib. 7. [Seruus cum  
manumittitur fit libertinus. Ad-  
dictus recepta libertate est inge-  
nuus: seruus inuito domino liber-  
tatem non consequetur. Addictus  
soluendo citra voluntatē Domini  
consequetur [Cic. pro Flac. [Iste  
cū iudicatus non faceret, addictus  
Hermippo, & ab hoc ductus est.]

**ADDITAMENTVM** est quod prist-  
inis bonis postea accedit. ff. de ad-  
ministrat. tut. l. quoties. §. constat.  
& C. In quib. cas. tut. hab. l. final.  
& de cur. fur. l. fin. §. tali itaque.

**ADDYCOR**, i. moueor, de fideicom.  
lib. l. quidam in testam. §. fin.

**AD EO**, id est, in tantum, media cor-

repta

reptayt de Rescript. cùm aded.  
**A D E O** datus, est nomen David Prophetæ, qui datus fuit à Deo ad liberationem Israël.  
**ADEMPTA** legata dicimus illa, quæ testator admittit legatario, cui primo legauerat, mutata prima sua voluntate, ff. de Adim.  
**ADEPTVS**, id est, assecutus, cum omni iure, de concess. præb. c. ne captandæ. l. 6.  
**AD AERATI O** dicitur quasi æris præstatio: inde adærata prædia dicebantur, ex quibus æs, seu pecunia præstabatur, vt haberetur C. de Collat. do. l. vnic. lib. 10. Nam adærare, est ad pretium redigere, siue pretio æstimare.  
**ADESSE** aliquando exponitur pro abesse, causa cuius adde contrarietatis. Bart. in l. quoties. C. de dign. l. 12.  
**ADESSE** non dicuntur quæ casualiter adfunt. Bart. in l. quæsitum. §. fin. de Legat. tertio.  
**ADHAERENTES** dicuntur hi, qui sponte sunt eiusdem voluntatis, cuius est princeps, c. ad Apostolicæ, de Re iudic. in 6.  
**ADHAERENTIA** facit esse eiusdem status cum qui adhæret, & eam cui adhereret. not. Card. in Cle. 1. de Relig. dom. vbi loquitur de adhaerentia.  
**ADIBERE**, id est, conuocare, seu citare. ff. de Adopt. l. nam ita aliquando id est præstare. ff. Qui facti. cog. l. de die. §. 1. aliquando, id est, reiterare. l. q. 7. si per illicitâ aliquando, id est, recipere seu admittere ff. de test. l. 1. aliquando exponitur, id est, habere, ff. de Off. proc. l. nec quicquã §. obseruare.  
**ADIACENTES**, id est, confines, in Auth. de Sanct. Episc. §. si autem.  
**ADIECTIVVM** appositum inter duo substantiua quid importat, vide Bar. in l. cum filio. in fi. ff. de Legat. 1. & si duo adiectiua adji-

ciantur vni substantiua, an requiratur vtriusque concursus. Bart. in l. qui concubinam. in princ. ff. de Legat. 3. vide Alb. in suo dict. in verb. [adiec. iuum.]  
**ADIECTIO**, melior conditio: cùm quis rei venditæ intra præstitutâ diem, pretiũ vel pecunia, vel qua alia ratione adauget. Vlp. l. 4. ff. de in diẽ addic. [Si res in diẽ addicta intercederit, vel ancilla decesserit, an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti possit, id est, pretij amplificatio. [Itẽ l. 10. & l. 11. & alibi per se pẽ cod. tit.]  
**ADIGERE**, id est, compellere, ff. de in ius voc. l. adopriuum.  
**ADIMATVR**, id est, pro non dato habeatur. ff. de ademp. lib. l. vna.  
**ADIMPLERE** credi orẽ, est creditori persolvere. l. cùm post mortem. §. 1. ff. de administr. & peric.  
**AD INSTANTIAM**, ista dictiones sonant, sicut si diceretur, ad petitionem, seu preces talis. vide Fel. in c. cùm M. Ferrar. vers. not. secundò de Conflit.  
**AD INSTAR**, de hac dictione vide C. vnde vi. l. si de possessione & de Episc. & cler. l. omnia priuilegia, de exercito. l. vlt. ff. de Publ. l. eã qui. §. Publ. C. de liber. exhib. l. si ad instar. & de spons. c. 2. & de præb. c. dudum. circa finem, l. 6.  
**ADIRE** hæreditatem nihil aliud est, quàm velle eã habere. Nam adire non tam facti est, quàm animi, imò in nuda & sola voluntate consistit. Nam hoc animo debet esse, vt velit esse hæres §. fin. vbi vide Inst. de hæred. qual. & differ.  
**ADITVS** domus, est anterior pars, siue introitus. ff. de vsufr. l. æquissimum. §. sed si ædium.  
**ADIVDICARE**, vide abiudicare.  
**ADIVDICARE**, id est, iudicio suo tribuere, assignare, proprium esse discernere, apud Sczuolam. l. 21.

- §. 3. de Ann. leg. Adiudicare causam alicui, secundum aliquem iudicare. Cicero de Orat. is qui nobis causam adiudicaturus sit.
- ADIVTOR** idem est quod actor, Inst. de cura. §. fin. & ff. de tutel. l. solet, quandoque pro seriniario ponitur C. de nom. l. nulli. lib. 12.
- ADIVTOR** tutelæ dicitur, quem (vt scribit Pomponius) solet Prætor permittere tutoribus constituere, qui non possunt sufficere administrationi tutelæ: ita tamen vt suo periculo eum constituentur. l. solet. l. 3. ff. de tutel.
- ADIVTOR** laborum, id est, ordo. C. de Offic. magist. Offic. l. 1.
- ADMINICULA** dicuntur vehementia iudicia, cap. cum dilectus de success. ab intestat. aliter accipiuntur in l. 1. ff. si vsusfruct. pet. & l. 1. C. de Const. pec.
- ADMINISTRATOR**, qui res alterius administrat: vnde administratores reip. quod res est Accur. declarat in rub. C. de adm. reipub. lib. 12. at administratores serui dicuntur, qui ministrant domino in mensa, secundum Alciar. in com. de verbor. signif. in lege.
- ADMISSIONALES** dicebantur, qui admittendis, siue introducendis ad imperiū hominibus præerant, l. vlt. de diuers. Off. lib. Com. XII. Lamp. in Alex. [Salutabitur verò quasi, vnus de Senatoribus, patete velo, admissionalibus remotis.]
- ADMITTERE** est recipere, vt ff. de Inof. Test. l. Pap. §. si quis impuberi. Quandoque significat delinquere. l. spuri. ff. de decurion.
- ADMODUM**, id est, valde, penul. correpta. ff. Quod cuiusque vniuers. l. 1. in prin. aliquando profertur, accentu acuto, & tunc exponitur ad modum, id est, necessitatem, de vsusfruct. l. item si fundi in fin.
- ADMOVERE** probationi li-
- bro 48. ff. tit. 18. l. 1. §. 1.
- ADNOTARE**, id est, reprehendere, ff. sol. matr. l. si verò. §. de viro. & de leg. 2 l. debitor. aliquando ponitur pro notare, ff. de Inof. testam. l. cum mater.
- ADNOTATIO** dicitur quæ sit proprio motu principis vt not C. de Pala. sac. lar. l. non aliter. Vel adnotatio est rescriptum principis, paucis adhibitis factum C. de Sacros. eccl. l. iubemus. Quandoque dicitur adnotatio, actus qui sine testibus expeditur. C. de Probat. l. instrumenta. in gloss. 1. aliquando adnotatio est scriptura facta propria manu principis. C. de Precib. Imp. offer. l. 1.
- ADOLESCENS**, proprie dicitur quis, quando excessit pubertatem. tex. in l. Aurelio. §. 1. ff. de Li. leg.
- ADOPTANDI** varij modi, l. 24. H.
- ADOPTIO**, est gratuita quædam electio, qua quis aliquem sibi elegit in filium, & hoc faciunt plerunque hi qui filios habere non possunt ad ipsorum solatium. Et talis, qui sic recipitur in filium dicitur adoptiuus. Et ille qui sic eum adoptat, dicitur adoptiuus pater. Et quæ sit differentia inter adoptionem & arrogationem: vide infra arrogare, & Inst. de Adop. in prin.
- ADOPTIVVS** filius est, quem aliquis adoptat, vel accipit datum a patre. Et econtra pater adoptiuus est, qui filium adoptat. Inst. de adopt. §. 1. & 2.
- ADFLVBATVRA** & ferruminatio sic differunt, quòd hæc per eandem materiam facit confusionem, illa non idem efficit: sed coniungit & connectit tantum, ait Paul. l. in rem. 23. §. 4 ff. de Rei vin. Hor.
- AD PROMISSOR** appellatur qui promissioni alterius accedit, hoc est fideiussor. lege Quinto. §. satis acceptio. de verbor. obligat.

**AD Quid**, id est quare, de cens. per sent. vel qua de causa.

**ADROGARE**, & adrogatio, adoptare & adoptio differunt auctore Gellio lib. 5. c. 19. Noct. Atti ubi ex æquo distinguit adrogationem ab adoptione, nec alteram sub altera cadere putat. Eius verba sunt: [Cum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei admittuntur, aut per Prætorum id fit, aut per populum. Quod per Prætorum fit, adoptio dicitur: quod per populum, adrogatio adoptantur autem cum à parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo qui adoptat, apud eum quæ legis actio est, vindicantur, adrogantur iij, qui cum sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiusque rei ipsi auctores fiunt. Et subdit: Adrogari non potest, qui iam vesticeps, id est, cum ad annum 18 pervenerit. Adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi derogationem fit. Eius rogationis verba hæc sunt: [Velitis iubeatis Quirites, uti L. Valerius L. Titio tam lege iurisque filius sibi fiat, quam si ex eo parte matrisque familias eius natus esset, utque ei vitæ necisque in eum potestas fiet, uti pariendo filio est. Hæc uti ita dixi, ita vos Quirites rogo.] Modestinus verò li. 1. Dig. tit. de Adop. l. 1. adrogationem ab adoptione eo differre putat, quo species distat à suo genere [Adoptionis, inquit nomen generale est. In duas autem species dividitur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio,] quasi velit dicere, adoptio duas habet species, quarum altera nomine caret, & ex doctrina Arist. nomine generis appellatur, altera verò est adroga-

tio. Accursus adrogationem dicit appellari, non quod populus rogaretur, ut scribit Gellius, sed quod adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat, sibi iustum filium esse, ex eo fortasse deceptus, quod legerat li. 1. Instit. tit. de Adop. adrogationem fieri solitam Imperatoris auctoritate, quia lege regia populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem concessit, l. 1. ff. de Cõst. prin. Quod si ita est, non adoptator, sed Imperator, qui in locum populi successit, in huiusmodi adrogationibus faciendis rogandus est.

**AD SCRIBERE** sibi in testamento dicitur, qui alieno in testamento sibi aliquid quasi à testatore attributum, vel sua, vel eorum qui in sua parte sunt manu adscribunt: Vnde Rubric. de his qui sibi in testam. adscrib. Hot.

**ADSCRIPTI**, inquit Festus, dicebantur, qui in Colonias nomina dedissent ut essent coloni. Hinc adscriptitij agricolæ dicti sunt, certis agris sic attributi, ut iis adhererent, quasi possessionum ipsarum pars essent: bonaque omnia dominis prædiorum acquirerent, & simul cum iis alienarentur. l. 6. & pass. C. de Agricol. & cens. [Vide Censiti.] Hotom.

**ADSIGNARE** instrumento, pro subsignare apud Scævola, l. 20. ff. de Auct. & cond. tut.

**ADISTERE**, quod Cicero, Adesse, patrocinari, advocatum esse: Vlpia. 54. ff. de Rei vind. [Nec propterea quis, si postea cognoverit rem ad se pertinere, quod alij eam vindicari suam esse adistebat, dominum suum amisit.] Adistere defensionem causarum pupillarum, C. ut causæ post puber. ad. tut. lib. 5. c. 48.

**ADVENA** dicitur, eo quod aliunde adveniat, secundum Isidorum li. 10. etym.

**ADVENA** dicitur quasi incolæ, quod

- Græci** ἀδύνην. l. pupillus. §. aduena. ff. de Verb. signif. differant tamen, vt ibi Alciat. annotauit, siquidē incola fixit pedem domiciliūmq; constituit: aduena non. Vnde traditum est, populi appellatione non aduenas, sed incolas tantūm contineri, vt tradit Fel. in c. Rodulph. de Rescrip.
- ADVENTITIA** dicūtur, quæ fortuito & aliunde, quā ex vsitata consuetudine manarunt. Itaq; testamentaria hæreditate loquens Cicero Verr. 3. [Homo Ligurem accusare venit, qui in re aduentitia atque hæreditaria, tam diligens, tam attentus esset.] Idē in Orat. pro Posthumo. [Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui sua nō redditur.] Sic l. C. Aduentitium peculium, item aduentitiam dotem, quæ aliunde quā à patre profecta est. Sic aduentitium læcrum, l. non debet 41. de Re. lu.
- ADVENTITIVM** peculium. vide infra in ver [Peculium.]
- ADVERBIUM** quandoque resoluitur in suum nomen, & relatiuum quod, & verbum est, vt de Acquirenda possessione. l. 1. §. sed furiosus. vtrum autem adverbium inducat conditionem, an modum, plenē Bart. in d. l. prima, de cond. & demonstr.
- ADVERSARIA** diēa sunt quæ raptim & tumultuariē scribuntur, ne scilicet memoriæ excidant, vt deinde plenius diligentiusq; cum vacauerit, rescribantur.
- ADVERSARIVS** plerūq; sumitur pro eo, qui aduersus nos litigat, aliquādo tamen ponitur pro ei<sup>9</sup> procuratore vel aduocato, vt ff. de Cal. l. 1. §. 2. sed aduersarius principalis est inimic extrā, vt lit. nō contestata. c. Accedens l. 2.
- ADVERSVS**, id est, contrā. l. non solum. §. fin. de iniur.
- ADVERSVS**, inquit Festus, aut contrarium significat, aut idem quod erga. Et Charistus, Aduersus, inquit, ad animi motum refertur: vt aduersus illum facio. Interdum autem promiscuē accipitur. Hinc aduersus pro secūdum, Vlp. c. 20. Inst. Idē c. 28. aduersus tabulas, i. secundum. Caus. l. 5. de Vsurp. & Viuca [Naturaliter interrumpitur possessio, cum quis de possessione vt deicitur, vel alicui res eripitur: quo casu non aduersus eum tantum qui eripit, interrumpitur possessio: sed aduersus omnes.] id est, iptius comodo, sed omnium.
- ADVERSVS** aliquem supplicare, l. 6. C. tit. 24. l. 7. legum ordinem l. 5. C. tit. 75. l. 6
- ADVIVERE**, l. alumna. de Adim. leg. ff. in princ.
- ADVLATIO**, est blandus sermo. 43. dist. c. vlt. ff. si quis ali. test. prohib. l. vlt. Item adulari dicitur quis tribus modis gl. in c. vnam. in fin. in vers. adulari 25. dist.
- ADVLTER** dicitur, qui alterius nuptias violat.
- ADVLTERARIATIONES** dixit Iurisc. in l. 1. de Ser. corrupt. id est, conturbari, vel falso describi.
- ADVLTERATORES** monetæ, in l. aut facta. 16. ff. de Pœn.
- ADVLTERINA** scientia dicitur falsa: vt in proœm. Dig. §. discipuli igitur. & adulterina moneta, id est, falsa. C. de falsa monet. l. 2.
- ADVLTERIVM**, est illicitus coitus cum vxore sponsæve aliena perpetratus. Et dicitur adulterium, quasi transitus ad alterius thorum, vel ad alterum. Illud certē nō est adulterium, quo maritus alicuius aliam solutā cognouit: idem & si coniugatā: nam & tunc non iudicatur adulteriū: quia ab vxore discedit scilicet, sed quia cognita est vxor alterius. Inter adulteriū autem

antem & stuprum hoc interest, quod adulterium propriè in nupta committitur, stuprum in vidua vel virgine, seu qualibet alia muliere, quæ corpore quæstum non faciat, item & in puero. leg. inter stuprum. de Verb. sig. & l. inter & stuprum. de Adul. Item se condum Lid. de Rom. pro adulterio statuta sunt quatuor pœnæ de iure hodierno. Prima est, separatio thoris: secunda est, pœna derusionis in monasterium, ut ibi lacrymis lauet peccatum, quod est pudor sateri: tertia est, quod scindantur in pannis & capillis, ante & retrò: quarta est, excommunicatio, licet pœna adulterij de iure civili sit pœna capitis, ut ff. ad leg. Iul. de Adul. lege quamvis coëccendæ, sc. C. eod. Paduæ est pœna 60 ducatorum, & hoc in viro, sed in muliere est pœna derusionis in claustrum: ut not. in l. mancipia. C. de Seru. fug.

**ADULTERINA** res dicitur, quæ non est legitima, sed supposititia: unde filij adulterini dicitur, ex adulterio concepti. Hinc adulterinæ litteræ apud Apul. lib. 4. de asino aureo, & adulterina clavis apud Sallust. & adulterina signa vocat Festus Pomp. lib. 1. quæ sunt alienis annulis facta. Ipse quoque annulus, quo signa imprimuntur, adulterinus dici potest, ut lib. 47. ff. tit. ad l. Cor. de fals. legib. l. Corn. ubi Modestinus ait [qui signum adulterinum fecerit, vel exculpserit.] Africanius quoque in eod. tit. si quis. [Quod si testamentum inquit, adulterinum non esset.] In eodem quoque 48. lib. tit. ad l. Iuliam pecul. l. sacrilegij Vlpian ait, [non videntur adulterinam monetam exercuisse] Ant. Nebr.

**ADULTERINVS** dicitur, qui de Adul. cõceptus, seu genitus est, vn-

de adulterina moneta, vel sigillũ, dicitur falsa moneta, vel falsũ sigillũ ad instar vel æ vel veri facta

**ADULTVS** dicitur, qui 25. an. compleuit, vel qui à 14. an. vsque ad 25. procedit Nam a dolere in vno significato est crescere, in alio cremare, vel vrere. Et adolescens dicitur tribus modis, ut notat. Archi 26 q. 8. alleg.

**ADVOCATVS** est, qui alterius nomine quasi legatus, seu patronus vocatur, qui in forensibus, seu extraneis negotiis præminentibus præbet litigantibus suum patrocinium, cuius pretium honorarium vocatur, sub antiquo nomine. Et inde venit verbum advocare, quod est postulare pro opponente, & desiderium eius coram iudice exponere, & patrocinium in causa præstare. Et propriè appellatione advocatorum, qui contineantur, vide l. 1. §. advocatos. de Var. & extraor. cogn.

**ADVOCATVS** fisci dicitur, qui patrocinium præstat in causa fisci.

[De A ante L. vide infra, in lit. L.]

*De A ante E.*

**ÆDES** ab aditu quod plano pede adibant. Ita que ex ælibus effert præco etiam eos dicit, qui è tabernis effertur: & omnes in censu villas. inde etiam dicitur ædes. Hæc Varro lib. 4. de ling. Lat. Festus autem sic: ædes domicilium in aditu positum simplex, atque vnius aditus. Florentinus autem in l. Fundi. 3. de Verb. sig. [In vsu. inquit. urbana ædificia ædes Rustica, villa dicuntur. Quod etiam Cic. & alij observant. Duobus autem ædes constant: solo, siue area & superficie. l. solam. 49. de Rei vind. leg. eum. qui. ff. de Vsurp. l. si fundum. 81. §. 3. ff. de Leg. primo. [Hoto] Aliquando tamen ædes accipiuntur pro om-

ni ædificio, l. 1. §. deinde de Cloac.  
[Vide in lit. E.]

**ÆDICULA**, est sacellum, i. ædis sacræ  
appendix l. Sacrileg ad l. Iul. pec.

**ÆDIFICIUM** perfectissimum dicitur, qui  
ita illud consummavit, ut iam in  
vfu esse possit. leg. ædificia. ff. de  
Verb. sig.

**ÆDILIS** dicebatur, qui non solum  
constituebatur à plebe. ad hoc, ut  
præficeret ædi. Ut ff. de Orig. Iur. l. 2.  
§. Itemque ut essent, sed etiam  
præfuit plebiscitis, qui etiam æ-  
ditus dicebatur à nomine ædes,  
& verbo tueor, eris, quia tuebatur  
ædes Inst. de tut. §. tutores autem.  
prospiciebat enim ne in ciuitate  
essent domus ruinosa, vel inordi-  
natè positæ in præiudicium Reip.

**ÆDILES** curules sunt constituti,  
postquam placuit creari etiam ex  
plebe conules: nam ut aliquo  
pluris patres quàm plebs habe-  
rentur: placuit duos ex numero  
patrum constitui, & ita facti sunt  
ædiles curules. l. 2. §. deinde cum  
placuisset. de Orig. iur. Curules  
autem dicti sunt à curru quo sel-  
la superposita infidentes vehen-  
bantur: vnde sella curulis dicta.  
Qui etiam curabant de ædibus  
patrum & negotiationibus curam  
habebant vendendorum anima-  
malium, ut sana venderentur, ut  
not ff. de Offic. præf. vigil. l. 1. in  
gl. & de Ædil. edict.

**ÆDILIS Cerealis** dicitur à Cerere,  
quia præfuit annonæ, i. frumento  
distribuendo. Idem etiam dicitur  
præfectus annonæ, de quibus ædi-  
libus in præal. l. 1. & l. 2. §. deinde  
ff. de Orig. Iur.

**ÆDITVI** iunt, qui præfident ædibus,  
& dicuntur quasi quod ædestuen-  
tur Inst. de tutel. §. tutores,

**ÆDICULA** pro parua æde, hoc est,  
templo paruo accipitur. Nam æ-  
des, is, in numero singulari sem-

per adiungitur illi cui Deo sacra-  
ta est atque dedicata, ut ædes Iou-  
bis, ædes Castoris, ædes Concor-  
diæ dicitur quoque ædes sacra.  
Ædes, dium, in numero multitu-  
dinis, significat domum priuatam  
caretque numero singulari. ab æ-  
de igitur sacra fit ædicula pro ali-  
cuius Dei templo paruo, ut Plin.  
lib. 35. [Supra ædiciniam, inquit,  
iuuentutis: hoc est, Deæ præsidis  
iuuentæ, ætatis.] Iurisc. l. 48. D. tit.  
ad l. Iul. peculatus. leg. sacrilegij.  
[Qui ædiculas, inquit, incustodi-  
tas tentauerint.] Quod si ædicula  
non essent sacræ, tentare illa non  
esset sacrilegium, atque ex conse-  
quenti ad l. penul. non pertineret  
cõmen. Ant. Nebriff.

**ÆNUM**. Paulus in l. cum de Ianionis.  
§. 2. ff. de Instr. leg. dicit esse vas  
quod supra focum pender, in quo  
aqua ad potandum calefit.

**ÆQUANIMITER**, i. æquo animo.

**ÆQVVM** dicitur quod vique quaque  
par & simile est, proprieque in eo  
magistratu dicitur qui non variè  
ias dicit: vix potentibus aliter, in-  
firmæ verò sortis hominibus ali-  
ter: proprie autem nihil aliud æ-  
quum aut æquitas esse, quam ius,  
ex Cic. Partit. colligitur.

**ÆQVITATEM** I C aliam naturalem  
faciunt, aliam civilem: naturalis  
est, quam vniuersum genus ho-  
minum societatis communis re-  
tinendæ causa, sola natura duce  
ac magistra constituerunt, veluti  
depositum reddere, emptorem  
acceptare, precium soluere, mer-  
cedem operario pendere. Civi-  
lis autem dicitur, quam non om-  
nes homines, sed vnius tamen ci-  
uitatis participes, solius suæ ci-  
uitatis eam constituerunt. Vtrius-  
que autem exemplum est præcla-  
rissimum apud Thirphon. l. 31. ff.  
Depos. & l. 1. ff. Si is qui Testam.



**ÆQY** a lance seruari Modestinus dixit in l. non tantū 20. ff. de re iud. prouerbiali loquēdi genere, pro pariter æquabiliterq; vt apud Græcos *ἰσὸν ἀξιώμα*, quod Imp. in l. cūm quis. in fi. ff. de Natur. lib. vna eadēque lance trutinari.

**ÆQUITAS**, est conuenientia rerum, quæ cūcta cōæquiparat, & in paribus racionib. paria iura vel iudicia desiderat, vt C. ad l. Fal. l. fi. v. g. mutuasti mihi cētum aureos mutuo: modō æquum est quōd isti numerationi conueniat solutio secundū eandem qualitātē & quantitatem, vt ff. si cert. pet. l. mutuum. **Æquitas** etiā dicitur quædam migratio temperans iuris scripti rigorem. Et in quibus casibus talis æquitas præferatur rigori iuris, notat Ioan. Andreas Extra de Transac. c. fin.

**ÆQUITAS** nihil aliud est quā naturalis ratio secundū Bart. in l. 3. C. de Dot. promiss. Et vide eundem Bart. in l. 1. in tertio oppos. ff. de Iust. & Iu. Et an æquitas præferatur rigori, vide omnino Ias. post alios in l. placuit C. de Iud.

**ÆRARIUM** populi Romani, i. repositorium pecuniæ ab ære dictum in æde Saturni fuit, vbi & quæ signata in vrbe fuerat, & quæ ex vestigalibus deportata pecunia erat, condebatur. Eiq; tum Tribuni, tum Quæstores ærarij præerant: & quæ pecunia ab Senatu alicui attributa erat, eam illi adnumerabant. Differt autem à fisco, vt illud populi, hic principis dicatur. Interdum tamen populi ærarium publicū dicebatur: fisci verò priuatum. Interdum etiam Fiscus & ærarium pro eodē vsurpatur. Martian. l. 1. §. 5. ff. ad Leg. Cor. de fal. Paul. l. 1. §. 3. de Iur. fis. **Ærarium** autem postremis tēporibus de solo principe vsurpatū est: fuitque duplex, vnde vtrumq;

Vocab. Iur.

ærariū dicitur in l. 1. C. de Quæst. lib. 10 Alterum enim largitionū siue rerū priuatarū, Augusti Augustæve fuit. l. 1. C. de locat. præd. ciuil. Alterum sacrarum largitionum, siue thesaurorum, qui tamē propriē fiscus dicebatur. Varietq; ærarij proprij erāt susceptores, i. quos nūc receptores appellamus, proprij rationales: proprij conites Imp. Zen. l. 2. C. de quad. præscrip. ærarium priuatum principis substantiam appellat. Iust. autem in §. vlt. de vsuc. Inperatoriam domum vocauit ærarium.

**ÆROSA** pecunia, ære mixta. Sæuola l. 1. §. 2. ff. de Solut. [Creditor oblatam à debitore pecuniam, vt alia die accepturus distulit. Mox pecunia, qua illa Resp. utebatur, quasi ærofa iussu principis sublata est.] Plin. aurum ærosam dixit lib. 33. c. 5. Hote.

**ÆS**, species est metalli, ab auro, argento, atque aliis metallis distincta. §. cūm ex aliena. Inst. de Rer. diuis. Sed quia primis temporib. Romani æreis nummis vsi sunt, factum est vt qualiscunq; pecunia æris nomine contineretur. l. etiā. de Ver. signif. Sen. l. 1. de Benef. 5. **Æs** alienū habere dicitur, & qui aureos habet, & qui coriū forma publica percussum. Imo & quandoque æris nomen ad bona refertur, vt cūm lex noxium in **Ære** puniri mādāt. nā in bonis & patrimonio exercendam vltionē interpretamur. **Æs** alienum quod nos aliis debemus. **Æs** suum est, quod alij nobis debent. §. æs alienum. & l. cedere. ff. de Ver. signif.

**ÆSTATEM**, inquit Vlp. incipere sic peritioris tradiderunt, ab æquinoctio verno, & finiri equinoctio autumnali: & ira senis mensibus **Æstas** atq; **Hyems** diuiditur, l. 1. §. 23. ff. de Aqua quotid. & æstiu. quor autē mēses capiat. vi-

de Bar. l. i. §. i. ff. Ne quid in si. pu.

**ÆSTIMATA** pœna ab antiquis ab ære dicta est: qui eam æstimauerunt ære, ouem decussis, bouem centussis; hoc est, decem vel centum assibus Festus.

**ÆSTIMATORIA** actio, vide actio Æstimatoria.

**ÆSTIMO** as, pro eo quod est taxare accipitur, verbum frequēs in iure, scribiturque per æ diphthongum, quod ab ære & time, quod est pretiū, componi ur. Sic quoque in Archetypis illis Florētinorū Pandectis semper scriptum reperitur: neque scribendum extimo, as, id quod in libris recentioribus legitur. Hinc est apud antiquos pœna æstimata, ab ære, inquit Festus lib. r. quia æstimauerunt eam ære, ouem decusse, i. decem assibus, bouem centusse, i. centum assibus. Hinc rursus fit æstimatio, æstimator, & æstimatorius, vt Vlp. lib. 19. Digest. tit. de æstim. act. Nebr.

**ÆSTIMARE** litem, est condemnare pecuniariter, vel quanti interest actoris, vide Bud. in l. 7. ad leg. Iul. repetun.

**ÆSTIMATIO** significat taxationem, prout subiecta materia vel quoduis aliud significare declarat. v. g. Res traditur æstimata, hoc addito quod reddatur æstimatio, & non res: ex hoc significatur emptio & veditio, vt in l. quoties. ff. de iure dot. Sed vbi res datur æstimata hoc pacto quod res datur, & non æstimatio, tunc enim est emptio: sed significatur quod re perempta vel diminuta, attendatur æstimatio facta. l. si inter. C. de iure do. Nec periculū diminutionis vel perēptionis fit recipientis, nisi sit in culpa, quia cum rem traditam teneatur reddere, periculum debet esse domini rei: sed in casu præ-

ced. periculū vel deterioratio rei transit in recipientem, vt l. æstimata. solu. matri. Itē vbi res datur æstimata in dotē hoc pacto, quod reddatur res vel æstimatio, tūc significat transire periculum perēptionis, sed non deteriorationis. l. plerunq; §. si. cum l. seq. de iur. dot. Et hoc ex natura cōtractus & alternatiuæ. Nā natura dotis est, quod dominium transire in maritum, l. doce, C. de rei v. d. & sic periculum est suum. Sed ex natura alternatiuæ alterum horum sufficit, aut rē reddi, aut æstimationem, iuxta regulam, in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. Sed res perempta reddi non potest, quæ, si redditur, non est reddenda æstimatio.

**ÆSTIVALIA**, sunt ocreæ, sc. calceamenta de corio, quibus etiam aliqui vtiuntur in ætate. Ioan. And. in Cle. ne in agro. §. in vestib. de stat. mon.

**ÆTAS** legitima semper intelligitur de naturali, non de ea quæ per principis beneficium impletur, vt C. de His qui ve. æta. imp. l. vlt.

**ÆTAS** perfecta, dicitur ætas 25. annorū. l. vlt. de his qui ve. æt. imp.

**ÆTAS** pupillaris est minor 14. annis in masculis, & in fœmina 12. ff. de Ver. sig. l. pupillus.

**ÆTAS** pubertatis diuersimodē accipitur. Nā in nuptiis contrahēdis ætas pubertatis est in masculo 14. annor. & in fœmina 12. annorum, vt Inst. de nup. in princ. cū ibi not. Nō autem idē tempus requirit, si alimēta relinquuntur vsq; ad pubertatem, quæ debentur masculo ad 17. annum, fœminæ autem vsq; ad 14. ff. de alim. & cib. leg. l. Mela aut in prin.

**ÆTATIS** venia est priuilegiū quod impetrat minor à principe, vt habeatur pro maiore. Impetrat eā masculus maior viginti annis, fœmini

fœmina autem maior 18 vt l. 2.  
C. de his qui ven. et imp.

**ÆTAS** viriis diuersimodè secundum canones & leges interpretatur. l. 1. ff. de Mino. l. fi. C. de his qui ven. et imp. & illa diuersificatio est, quia diuersos habent effectus. glo. in c. episcopus. in ver. antequam 87. di.

**ÆTATES** sunt sex, quibus generatio & status hominis finitur. 35. q. 4. & c. 1. & Ioan And. in princ. l. 6. Alij ponunt 7. ætates hominis, similiter septem mundi. vnde,

*Infans, inde puer, adolescens : post iuuenis, vir :*

*Dicitur inde senex, & postea decrepitus fit.*

*Annos prima tenet septem, post altera bis tot.*

*Terna quater septem, sed quadraginta quaterna.*

*Annos exultat ad quinquaginta iuuentus.*

*Sed si porrigitur ad septuaginta, senectus.*

*Extunc decrepitus incerto tempore durans.*

Item nota versus de ætatibus mundi.

*Primus Adam, iustusq; Noë, magnus pater Abram,*

*Et post hac Moses, David, natusque Redemptor.*

*Septima sine caret, locat in requieque beatos.*

### De A ante F.

**AFFATIM**, i. generaliter, vel abundanter: & sic est media breuis, sed media longa, i. facundè. Vnde si dicas affatim, tunc significabis abundè, affatim dicens, facundè significabis: vt habetur in c. vni-

co. § cunctos. de Relig. dom. l. 6. in gloss affatim.

**AFFATVS**, id est, rescripta quæ tardè cõceduntur per Imperatorem. C. de Episc. aud. l. 3. in gloss. C. de Diuers. rescri. sacri affatus.

**AFFECTARE** nuptias, 5. C. ti. 35. l. 2. Et affectatus error, eod. ti. 5. l. 4.

**AFFECTVS** animi, l. 225. ff. de Verb. signif. Indubitatus, C. 5. t. 27. Authent. licet. Paternus. C. 1. tit. 1. l. 9. §. 5. Supremæ voluntatis. 6. C. tit. 21. l. 15.

**AFFECTIONEM** debere. 5. C. tit. 34. l. 2. affectione paterna aliquem habere, Cod. 3. tit. 28. l. 34.

**AFFERRE** emolumentum, C. 7. tit. 56. l. 2.

**AFFICERE** tria significat. Vnde,

*Afficit, affirmat, punit, cupit, hac tria signat.*

Item dicitur, affectus non sufficit, nisi sequatur effectus: vbi ex necessitate opus est factò: vt c. vlt. de spons. & de eo qui mit. in poss. c. 1.

**AFFICERE** lucro, est lucrum afferre. de diuor. l. si filia. ff.

**AFFICTVS** penes vulgare Lombardorum & Thuscianorù secundum Petru de Sam. & Abb. dicitur cõsus qui datur ratione prædiorum conductorù, prout videtur velle in Spec. de loca. & conduct. §. sequitur, in princ. inde affictare: & est locare ad sictum & ad firmù, vt in c. Pisanis. de Restit. spol.

**AFFIDARE**, i. fidem dare alicui super aliquo factò. c. super eo. 2. de Testi. & ibi Abb. in 1. nota. vide text. in c. si. in verbo. [ & se affidatam, ] de Cogn. spirit.

**AFFINS** est, qui habet consanguineam alterius in vxorem, vel è contra quæ habet consanguineum alterius in maritum.

**ADDE**, quòd aliquàdo affines vocamus, consanguinitate coniunctos. l. si mulier. de Donat. inter vir. & vxor. & similiter affinitatem, consanguinitatem. c. hæc salubriter 35. q. 8. Et tradunt Archid. Ioan. Andr. & Dominic. in c. 1. de Spons. lib. 6.

**AFFINITAS**, est proximitas personarum ex coitu proueniens, omni carens parentela, & hoc de iure canonico: & sic contrahitur affinitas, tam per coitum legitimum, quam per fornicarium. Similiter dicit Goffred. affinitas est attinentia personarum ex copula proueniens. Nam quãdo vir carnaliter coniungitur vxori, omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines viro, & è contra: sed inter cognatos vtriusque nulla nascitur attinentia. de Consan. & affin. c. quod super his. & impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum. Dicuntur autem affines quasi ad alterius fines accedentes, vel affines quasi propinqui, vel ex eo quod duæ cognationes, quæ inter se diuersæ sunt, propter nuptias vel coitum copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, secundum Hostiens. Sed secundum leges affinitas est regularitas personarum ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela, vt C. de Nup. l. liberi. Et tamẽ secundum gl. 1. contrahitur etiã affinitas per cõcubinam, vt 35. q. 2. c. de incest. & ibi not. ff. de Concub. l. 1. Etiã per coitum incestuosum vel fornicariũ, vt in c. discretionẽ: & c. tua. de eo qui cognouit cõs. vxoris suæ: & 35. q. 2. nec eam. alij tamen reputant absurdũ quod tale vinculum legitimũ oriatur ex coitu damnato, cum ex nuptiis proueniat. ff. de Grad. l. non facile. §. affines. & §. sciendũ. Oritur tamen publicæ honestatis

iustitia, secundum Goffr. in tit. de eo qui cognouit cõsan. vxor. suæ. Vbi dicit etiã quòd affinitas per fornicariũ coitum contracta non dirimit matrimoniũ, sed exactiorem debiti interdicit, vt in d. c. discretionem. Quot sunt autẽ genera affinitatis, & qualiter ipsa genera affinitatis insurgunt: item vsque ad quem gradum in singulis generibus prohibeatur, vide plenius per Hostiens. in Summa, eodem tit.

**AFFIRMANDI** modi. 3. C. tit. 36. l. 1.

**AFFIRMATIO** exponitur quandoque per negatiuam, vt in c. licet. de Testa. vbi dicitur, In ore duorum vel trium, sc. & non pauciorum: quandoque è conuictio, vt dist. 1. c. 2. vbi dicitur, transire per agrum alienum fas est, ius non est: iure autem naturæ omnia sunt communia c. quo iure 8. dist. adde, quòd affirmatiua prægnans parit negatiuam, secundum Bart. in l. fin. C. de Here. insti. Item adde quòd affirmatiuè deponentibus plus creditur quàm negatiuè. ff. de Arbit. l. dum proferre. §. si plures. & ibi gloss. & not. etiam per Ioannem And. c. 1. de Rescri. li. 6.

**AFFLIGERE** pro afficere, l. 2. C. de Lege Aquil. C. li. 3. tit. 35. l. 2. & lib. 9. tit. 14. l. 1.

**AFFLUERE**, i. affluentiam habere. C. de meta. l. met. l. 1. lib. 11.

### De A ante G.

**AGAPAE**, dist. 42. si quis dicuntur conuiuium pauperum.

**AGASO** dicitur custos equorum, propriè tamen dicitur custos vel pastor asinorum; iuxta illud [asinorum pastor agaso: ] habetur l. agaso. ff. Si quadr. paup. fec. dic.

**AGENTES** in rebus sancti illi quibus cura euectionum mandatur, & erant

- & erant olim plures diuersè diuifi per certos numeros, & quilibet numerus habebat præpositum, C. de Offi. magi. Offi. l. i. & tales dicebantur principes. de Prin. ag. in reb.
- AGER** appellatur area, vel campus in rare, vel locus, scilicet vacuus, qui sine villa est, vt in l. ager, ff. de Verb. sign. sed ager cū edificio appellatur fundus, vel prædium urbanum: & ager nudus vel area nuda, sine edificio, dicitur rusticum prædium, vel ager rusticus.
- AGER** assignatus siue limitatus appellabatur, qui certis limitibus inter veteranos diuidebatur. l. in agris. de Acquir. rer. dom.
- AGER** Dominicus, est ordo monachorum nigrorum, in Clem. ne in agro. de stat. reg. & vide ibi not. per Ioan. And.
- AGER** emphyteuticus, hoc est, in emphyteusim datus.
- AGER** vestigialis, respice infra, Vestigialis.
- AGELLI**, parui agri, extra, de pecul. Cler. c. ultimo.
- AGERE**, est generale ad omnia que fiunt tam re, quam verbis, tam inter viuos, quam in vltima voluntate. l. Labeo. de Verb. signif. Nam faciens testamentum dicitur agere, sicut & emens, & vendens, locans, &c. Sed gerere comprehendit tantum illud quod fit re & non verbis, & sic faciens testamentum non dicitur gerere ff. de Verb. signific. l. verba contraxerunt. 20.
- AGERE** plerumque sumitur pro eo quod est iudicio persequi: vt agere furti, agere interdicto, hoc est actionem furti, vel interdictum intentare. Agi quoque animalia dicuntur, l. ferri. 235. de Verbor. signif.
- AGERES** dicuntur munitiones que sunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excrefcens fluat per limites, & sic in Rubric. de Nili ag. non rump. Bar. in l. fin. de immuni. nemi. conced. lib. 10. C.
- AGERE ET VBI**, expone, vt C. vbi quis de curia. cond. l. i. in fi.
- AGITATA** res dicitur perfecta, extra, de Offic. de leg. cum super.
- AGITATOR**, id est, auriga, C. de malef. l. vlt. aliquando dicitur agitator lequorum vel aliorum animalium ff. de His qui agri in fam. l. athletar. in prin. quândoque agitator. i. aduocatus qui causas agit. C. de Aduo. ff. l. i. aliquando, id est, discussor, vt extra, de test. C. cum à nobis.
- AGITATORES**, inquit Alciat. in l. 2. C. de pedit. lib. 11. [erant aurigæ, qui in Circensibus ludis curulæ certant ne se exercebāt] vlp. l. 4. ff. de his qui notant. in fa. Et generaliter ita omnes opinantur, & vbi videtur: vt neq; thumelici, neque xistici, neque agitatores, nec qui aquam equis spargunt, ceteraque eorum ministeria qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosè habeantur. ] & l. 43. in fin. de Ad. empt. Planè si in tantum pretium excessisse proponas, veluti si ponas agitatore[m] postea factum, vel patominum. ]
- AGITARE**, pro agere, litigare. Paul. l. 73. ff. de fideiuss. [postea victo eo dominus reuersus iterum de eare agitabat.]
- AGMEN** aliquando dicitur multitudo militum, vt C. de Iustin. Cod. con. circa princ. aliquando dicitur officium. C. de Aduo. diuer. l. penult. in gloss.
- AGNATI** dicuntur filij post testamentum primum nascentes: quândoque significat agnatum fieri. l. qui in adoptionem. de adopt.
- AGNATI** dicuntur qui per virilis sexus lineam coniuncti sunt in consanguinitate, ideo sic dicitur quod

quod accedunt, & quasi adnascuntur pro natis, dum scilicet desunt.

**AGNOMINATIO** idem est quod agnomen: quandoque etiam dicitur fœdus coniugale.

**AGNOSCERE** exponitur, i. reddere. ff. de Hære. vendit. l. 2. §. si quid publici. aliquando pro acceptare: unde agnoscere bon. possessionem, & similia.

**AGNVS** dicitur dumtaxat sex mensium, agniculus est minor. l. cum quaereretur. & l. legatis. §. fin. de legat. 3.

**AGNVS**, pro fœtu ovis, dictio Græca est, significatque purum siue castum: dictusque est agnus quod ea sit hostia pura & immaculata. Varro tamen de lingua Latina, agnum putat ab eo dictum, quod sit pecori agnatus. Paulus l. 32. Digestorū, qui est de legatis tertius. l. cum quaereretur. [agni, inquit, legati quatenus viderentur, quidam aiebant agnum sex tantum mensium esse. Sed eos legatos qui minores essent anniculis] Hinc pelles agninz dictæ, ut apud Vlpianum lib. 33 Digest. de auro & argento legat. l. vestis. [Pelles, inquit, caprinæ & agninz.] Nebris.

**AGON** est certamen, l. vnic. C. de expen. lud. lib. 11. Inde agnosta, qui pugnat vel certat.

**AGON**, agonis Græcè, est labor Latine, quia qui laborat agit. Unde Christus dicitur fuisse in agone. unde agri & fundi agonothetici, qui dabantur certantibus in agone, vel cum agone. i. labore, ut C. de fund. patrim. leg. fin. lib. 11.

**AGON** tetraëtericus in l. Septicia de polli. pro ludis qui quarto quoque anno instaurantur. Bud.

**AGONOTHETAE**, sunt principes ludi, ut ff. de Pollici. l. Septicia.

**AGONOTHEA**, interpretatur certaminis dispositor, & est qui cer-

tantib. proponit præmium quod detur victori. Hier. pri. in Iouini. lib.

*Proponit agonothetes præmium, inuitat ad cursum.*

Item ad Lucinium Baticū, [Non est inuidus agonotheta noster: Nec alteri palmam. alteri parat ignominiam. Mod. lib. 50. Dig. de Pollicita. l. Septicia. [agonem, inquit, constituo trietericum. & quitur, agonothetæ & præfecto ipsi certamini viro meo.] Accurf. agonotheta legit, non minus falso interpretamento, quam falsa lectione.

**AGONOTHESTIA**, agonothetarum munus. l. si filia. §. Neratius ff. fami. herciscun.

**AGRARIA** lex, quæ de agrorum terminis lata est.

**AGRICOLA** dicitur quasi agrū vel agros colens: & est nomen commune ad omnes agricolas. Sed nomina specialia agricolarum sunt illa, quia agricolarum quidam sunt adscriptitij, quidam censiti, alij perpetui, alij coloni conditionales, alij inquilini, alij originarij, alij simpliciter coloni nuncupantur, de quibus omnibus infra locis suis dicetur.

**AGRICOLAE** & censiti, provt quidam dicunt, sunt duo nomina substantiua per endyadyn figurā copulata, ut sit census, de agricolis & censitis, i. de agricolis censitis, quasi censualibus, & habetur simile ff. de Tut. l. 1. vbi dicitur quod tutela est vis & potestas. & exponitur, i. violēta potestas, ita exponitur, agricolæ & censiti, i. agricolæ censuales. Dicuntur autē quasi censibus ascripti, & constituuntur eo modo quo ascriptitij. Verumtamen inter censitum & adscriptitium est differentia, sed nō certa. Quidam dicunt quod censi-

tus sit ille qui nascitur ex ascriptitio. Alij dicunt quod illa sit differentia, quia census est ille qui rei certæ annuatim præstandæ obligatus est. Ascriptitius autem, est obligans ad rem incertam, puta, ad tertiam vel quartam partem fructuum ex fundo prouenientium. Aliquando tamen etiam census capitur largè, vt etiam ascriptitium comprehendat.

**AGRICOLAE** perpetui vocabantur illi, qui validi erant in corpore, miseramque inertiam simulantes, & ea quæ veris miseris erant assignata ad sustentationem ex publico percipienda diminuens, quos proditor studiosas etiam diligens detegens ad perpetuum colonatum redegit, si erant liberi. Si vero serui qui talia fingeant, dominus eis carebat, & proditori assignabatur, licet quisam dicant quod hoc sit correctum per Authenticam de quaestore alij tamen dicunt quod non. De aliis speciebus & differentiis agricolarum inuenies loco suo super verbo, [ascriptitius et colonus.]

**AGRIMENSOR** est, qui agros mensurat & metitur, & fines per debitam mensuram distinguit, dicitur quasi agros metiens: & alibi vocatur libripens, qui si dolose distinxerit, tenetur actione in factum. Vide de hoc de Præscript. cap. quia iudicante. in gloss. agrimentoris.

**AGRIPPINENSIS** Colonia, ciuitas est Germaniæ inferioris siue Galliæ Belgicæ. Auctor Ptolomæus. Tempestate nostra Colonia appellatur, de qua Paulus lib. vltimo. Dig. tit. de censibus, l. vltimo. in Germania inferiori Agrippinenses iuris Italici sunt.

**AGRIPPINENSES** populi Germaniæ inferioris, reg. finali, de censibus.

## De A ante L.

**ALAE** in exercitu, quarum meminit Vlpianus in lege 2. de iis, qui notantur infam. sunt equitum ordines, qui circa legiones dextra laeuaque tanquam alæ in auium corporibus locantur.

**ALBA** est vestis sacra. Est & nomen oppidi, vnde Virgilius 1, Æneid.

*Albanique Patres, &c.*

Et dicitur vrbis Alba. Vestitur presbyter alba, secundum Ioannem Andream in Clementina ng in agro. de Statu monachorum.

**ALBERGARIÆ**, sunt census seu pactiones quæ debentur pro comestitionibus. de hoc per gloss. in capitulo præterea. de Iure patronatus.

**ALBAGARIÆ**, sunt procurationes quas certæ villæ debent dominis suis ad eas venientibus. de Rescriptione, capite ad audientiam.

**ALBUM**, tabula erat, in qua iudicum nomina scribebantur, quod *λευκον* Græcis dicitur, vt est apud Iulium Pollucem, & Plinius in proæ. nat. histor. [Quid te iudicem facias? cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo.] Suetonius in Claudio Cesare, [Iudicum, inquit, albo erat.] Idem in Domitiano, [Equitum Rom. erat Iudicum albo.] Seneca libro 5. Epistol. [Turpes intamesque etiam ad album sedentibus exceptiones.] Vlpianus lege 4. ad editum, cuius verba transcribuntur in 2. lib. Dig. tit. de Eder. lege 1. [Eum, inquit, edere Labco ait, qui producat a iudicium suum ad album, & demostret quid dicit]

disaturus est. ] Sic enim in Pand. l. Florentinorum prototypis legitur, non ad alium. Quo in loco Accur. multa hæsitacione se ipsum atq; alios torquet. Deprehendit huc errorem primus omnium atque monstrauit Angelus Politianus, cui sæpe data fuit copia inspiciendi libros illos.

**ALBINI**, quos Græci *κοινωτας* appellant, aiunt Imp. l. i. de Excus. art. C. lib. 10. ij dicuntur, qui scelere pura parietes illinunt. Testorum enim, quod ex calce pura fit, albarium opus vocatur Vitruuio, nisi forte nomen speciei pro genere vsurparunt, quod verisimilius videtur. Hotom.

**ALBUM** prætoris, est quædam tabula dealbata quæ ponebatur in curia vel in turri prætoris in loco communi, in quo scribebantur, & ponebantur nomina vocatorum ad iudicium, & ad cuius instantiam quilibet citatus esset. Et ibi etiam proponebantur statuta, & edicta prætoris in glossa litera, ita quod ab omnibus legi possent. Et erat certa pœna contra illum qui delebat istud albû, quod modò est sublatum. De hoc in Clem. i. de iudic. in authent. de litigiosis. §. omuem. in Spec. de dolo & cont. §. restat in princip. de Citatio. §. sequitur. versi. f. & nora. ] Et dicit quod loco huiusmodi sunt modò quaterni. Qui autem corruperat vel delebat, puniebatur in quinquaginta aureis per edictum de albo corrupendo. l. si quis id. ff. de Iurisdictione omnium iudicû. Est album prætoris triplex. Vnum in quo scribuntur edicta Prætoris, vel lex civilis dicta. l. si quis. Aliud est in quo scribuntur citationes vt in §. omnem præal. in authent. de lit. Tertiu est, in quo scribuntur nomina decurionum, vt ff.

de albo scrib. per totum titulum.

**ALEAE** emptio dicitur à nostris, cum incertus euenus emitur: veluti cum piscator iactû retis vendit, vel auceps pantheram. Pomp. in l. nec emptio. 8. ff. de cõt. emp. aliquando & sine re venditi intelligitur, veluti cum quasi alea emitur, quod fit, cum captura piscium, vel auium, vel missilium emitur, quia spei emptio est. Vlp. in l. nam hoc. ii. ff. de har. vel act. vend. incertum rei venire dicit.

**ALEATOR** est, qui ludit alea & ille qui quasi scholam illam tenet. Vel aleator est qui ludum alex consuevit apud se causa sui emolumentum exercere, sicut in cauponibus dicitur. ff. Naut. caup. §. ob. l. i. §. caupones.

**ALGIDVM** oppidum erat trans montes Tusculanos, 15. millibus passuum ab vrbe Roma: nunc vrbis tantùm vestigia extant. Hor. i. Carminum.

*Quæcunque aut gelido prominet  
Algido.*

Pompon. de origine iuris. l. necessarium. §. initium. [ Virginius inquit, recens à eade, madensque adhuc filix cruore, ad cõmitones confugit, qui vniuersi de Algido môte, vbi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Auentinum montem transtulerunt ] at qui algidû, vt diximus, oppidum fuit, in cuius agro eo tẽpore Romanorum exercitus ab Æquis cæsus fuerat. Neque ab Algido, sed à Vecilio monte tunc exercitus Romanus venit, vt auctor est Liu. lib. 3. Nebr.

**ALIAS**, hæc dictio, significat conditionaliter, quandoque alterationem, vt promittis dare fundum, alias decem nomine per-



ne. ff. de in lit. iur. lege, aliàs, vbi re perempta iuravit, aliàs non, id est, si non sit perempta. Secundo aliàs ponitur pro alio loco. leg. adeo. 7. §. insula 3. vers. [ quod si toto alueo naturali relicto, flumen aliàs fluere cœperit. ] i. in loco alio. ff. de acquirendo rerum dominio. Tertio, i. alia vice vel alio tempore, vt in leg. dicere. §. vnde videndum. ff. de arbitr. vbi dicitur aliàs est agitatum. i. alia vide vel alia quaestione. Quarto. i. alio casu, vt in l. qui testamento. 20. §. mulier 6. de testamentis. vbi mulier in testamento testis esse non potest. i. in alio casu, quam testamenti. Quinto aliàs, i. alio modo, l. i. §. illud tamen. 15. ff. de Aqua quotidiana & æsti. Et breuiter hæc dictio [aliàs,] significat alterationem diuersimodè, sed in casu particulari eò modò tantum, secundum quem subiecta materia declarat, aliàs applicata casui significat alterationem eius quod est in oratione præcedente.

**ALIENARE**, est propriè rem aliquam in dominium alterius transferre. Inde alienatio est omnis actio per quam transfertur dominium. de Rebus Ecclesiasticis non alien. c. nulli. C. de fun. do l. 1. Item alienatio sumitur dupliciter. Vno modo pro dictione significante translationem rei vel iuris: vt in l. alienationis. 28. ff. de Ver. sig. alio modo sumitur alienatio pro ipso facto quo rei vel iuris fit translatio. Tale enim factum quo fit translatio, est alienatio, & factum hoc alienatio significat. Nam factis quandoque sicut verbis declaratur voluntas. in l. de quibus ff. de legatis. Diuersimodè ergo significat, prout ex eius medio & circumstantiis adiacentibus inferitur, vt latius ostendit Alciatus in dicta lege aliena-

tionis. & in lege alienatum. 67. eodem titulo, & Iason in §. item si quis in fraudem. Institution. de Actionibus.

**ALICVLAE** recensentur ab Vlpiano inter pueriles vestes in l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. quo verbo quid significetur hominem qui exponat inueni adhuc neminem. Sed & **ALICVBI** vulgatis in libris legitur. Legendum putarem **ALLICVLAE**, vt manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem sunt minus honestæ apud Rom. erant vt patet ex Gell. lib. 7. cap. 12. Nam vt ait Hesychius, ἀλλίξ χίτων χειρῶν ἰσδοτός. Allix, inquit, tunica chirodota i. manicata. hoc enim verbo Scipio Africanus apud Gellium vtitur. Horom.

**ALIENARE** causa mutandi iudicium dicitur, qui credens se ab aliquo conueniendum, rem dolo in alium transfert, vt iudicium mutet & emitet, vt in tit. de alien. iudi. mut. cau. fa.

**ALIENIGENA**, quasi alienæ regionis vel aliena gente natus vel genitus, secundum Isidorum lib. 10. etymol.

**ALIMENTORVM** appellatione continentur cibaria, calciamenta, vestimenta, & habitatio, vt in l. legatis. ff. de alim. & ciba. leg. Hoc tamen alimenta & cibaria differunt, quod alimentorum nomine ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest: cibariorum vero tantam quæ ad cibum pertinent. Itaque Iauolenus alimentorum legato & cibaria & vestimenta, & habitationem contineri tradit, d. l. legatis. Vlpianus autem cibariorum legato, ea contineri negat, leg. 11. ff. eod. tit. de alim. & cib.

**ALIMENTARIJ**, quibus alimenta legata sunt, eadem ratione qua

donatarij, aut legatarij. l. pen. §. 1. ff. ad l. Falcid. l. 8. §. eam tranfact. de Tranfact.

**ALIOQVIN**, est dictio conditionalis l. si finita 15. §. ex hoc edict. 11. ff. de dam. infect. declarat Bar. in l. 2. n. 12. de cond. & demobn. vbi latissimè de virtute huius particulæ.

**ALIQUANDIV**, i. per aliquantulum tempus, extrâ, de eo qui mitti. in post. c. 1. Item hæc dictio aliquandiu, recipit moderationem ad arbitrium iudicis. ff. de iure delibe. l. 1. & not. per Arch. extrâ, de reffit. spo. c. 2. lib. 6.

**ALIQUID**, i. aliquantulum ff. ne quid in sum. pu. l. 1. §. sunt. Aliquando sumitur aliquid pro re singulari & determinata, vt C. de sent. pas. l. si debitor.

**ALIQUOT** est signum partitium, & quod vnum est diuidi non potest, extrâ, de præb. cap. si pro clericis. leg. 6.

**ALIQUORVM** res dicantur, etiamsi non sunt communes, sed vna vnius, alia alterius, vt ff. de Verb. signif. l. litus 96. §. fin.

**ALITER**, vide **ALIVS**.

**ALIVS**, ista dictio refert ad similia, Bart. in l. si fugitiui. vers. [quæro hic dicitur.] Cod. de Ser. fugiti. & Bal. in l. sed & reprobari in princ. ff. de excus. tut. Felin. in ea. inter ceteras. de Resc. vers. [denuncias.] impropriatur tamen aliquando, vt cum dicitur, crucifixus est Christus, & cum eo alij duo latrones, vt plene per Bart. in d. c. sed & reprobari & in l. non solum §. quæritur, ff. de Procu. denotat diuersitatem & implicat, l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. Etiam alius. i. contrarius, 11. q. 3. c. 11. di. si quis. vbi dicitur, nullus alius quam Petrus prædicasse in Italia, Gallia, Hispania, & ceteris prouincijs. Item alius & alter sunt implicatiua qualitatibus præceden-

tium, vt l. si donationis C. de his quæ vi metusve causa fiunt, licet gl. ibi velit, quod implicet qualitatem contractus, aliter est denotatiuum qualitatis, non autem substantiæ. de Ver. obl. l. si quis cum aliter. C. de Test. l. etiam. & quod ibi not. gl. & etiam denotat diuersitatem, non in substantia, sed in qualitate, vt not. Franc. in l. certos nummos ff. de Verb. oblig.

**ALLECTI**, inquit Festus, dicebantur apud Rom. qui propter inopiam ex equestri ordine, in Senatorum sunt numerum assumpti Nam patres dicantur, qui sunt patricij generis: conscripti qui in Senatu sunt scriptis annotati.

**ALLEGRO**, allegis, penult. breui, pro eo quod est cooptare, hoc est, in collegium adsciscere, componiturque ex ad & lego. gis. Vlp. lib. 50. Dig. tit. de decurionibus. l. generaliter. [Allegi, inquit, i. per electionem in ordinem assumi.] allego, gas, quod est compositum ex ad, & lego, gas, penult. longa, est ad aliquem locum mittere. Vnde iuris professores consueverunt allegare leges, i. citare testes ad id de quo disputant comprobandam, sed non sine barbarismi vitio, quod pro allego penultima longa, proferunt à lego penultima breui Nebris.

**ALLEGARE**, est argumentari ad probationes, vel conclusiones ad communem iudicem pro commodo suæ causæ: & propriè pertinet ad aduocatos.

**ALLEGATIO** quandoque sumitur pro allegat iuris, ff. de Mino. l. minor autem. & C. de Iud. l. rem non nouam. §. patroni. aliquando pro allegatione iuris & facti. extra de postula. prælat. cap. bonæ final. §. nos igitur. aliquando capitur pro probatione, vt l. laudabile. C. de Aduoc. diuer. Tur. & de iur. Auth.

iubem aliquando pro exceptione illatoria, vel perceptoria seu declinatoria. C. de iur. & fa. ign. l. 1. & ibi no. & ff. de mi. l. mi. 25. an.

**ALLEGERE** significat assumere & cooperare, vt cum quis assumitur ad aliquem ordinem, vt senatorum & decurionum generalit. §. 2. de dec.

**ALLOBOTHETA** figura est, quando singularis numerus ponitur pro plurali: in not. ff. de Transact. l. qui cum tutoribus. §. fin. de petit. heredit. l. diuus.

**ALLIBRATI** dicuntur, qui descripti sunt in libro ciuium, vel communitalis alicuius ciuitatis.

**ALLODIUM**, est res libera alicuius, ex qua tamē præstatur tributum, gl. Guliel. de Cun. & Bar. in l. si. fam. hercis. in glo. si. ibi, [quid si vni per diuisionem iudicis assignetur totum allodium.] C. fam. hercis. Bald. in c. 1. in tit. de allo. in prin. vbi dicit, quod allodium est id, quod est proprium alicuius, & à nemine alio recognoscitur, nisi à Deo. Et de allodio vide l. at si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. funer. Et allodium allodij dicitur hereditas quam vendere vel donare possum, secundum Hug. Hotomann. eius verbi originem Germanicam esse arbitratur: & ex **A L S** & **LEVD** constatur: quasi prædia illa non militibus, quorum opera duces vsi fuerant, attribuerentur, sed subiectis populis relinquerentur: vt ea iure optimo. id est, eo quo antea possederunt iure possiderent. Hæc Hotom.

**ALLODIUM**, id est, liuellarium, vt c. 2. & 3. si de feu. contro. fuer. in vsibus feud. & vide quod not. gl. in l. penultima C. de ingen.

**ALLVSIO** quid sit, vide ff. de Acquirenda possessione, l. 1. in gl. & l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet.

**ALLVSIO** ad similitudinem dictionis pertinet, vt possessio, quasi

positio magistri, quod monstrant. Etymol. verò eius veram derivationem respicit Alc. in l. tabernæ. de Verb. sig.

**ALLVVIO**, est latens incrementum veluti cum paulatim aquis ablucendo arenam ex fundo meo vel vicini mei in fundum tuum aliquid ita accrescit, vt facile modus non possit apprehendi quæ hora sit ablatum, vel hæc augmentatio facta, vide Inst. de Res. diuis. §. præterea. Sed videamus (inquit Hotomann.) ne Iustiniani definitio, si ad exactum iudicium reuocetur, absurda videri possit. Non enim alluere augere est, sed attingere, & aspergere: Cicero pro Sexto Roscio [Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur:] & Verr. 3. [non alluuntur à mari mœnia extrema, sed influit in vrbes sinum portus.] Alluuio ergo est adiunctio & appulsus fluminis ripam contingentis: Hinc,

**ALLVVIVS** ager, quæ paulatim fluminis in agrum reddit, id est, qui ex alluione factus est: vt est in lib. Variorum auct. de limit. Sed cum isto appulsu & attritu affluētis aque detractio illa cōglutinatōq; cōtingeret, ac proinde per alluionem acquisitio fieret, acquirendi modum, quod incrementum latens verè definitur, Iuriconsulti alluionem vocarunt: eiq; definitionem illam accommodarunt, rerum vim, non verborum proprietatem spectantes.

**ALMA**, id est, sancta & nutriens, labalo, alis. Quandoque almus ponitur pro clero & illustri vnde almus dies, alma vrbs lib. vnic. cap. ne neg. lib. 12.

**ALTARE** dicitur, quasi alta res, vel alta ara, in quo sacerdos incensum adolebat, vel quia in eo sacrificia ardebant. de consec. d. 1. de fabrica, & ibi Arch. & significat

Christum qui dator & cōseruator est charitatis. 8. q. 1. in scripturis.

**ALTB** referitur ad vtrunq; sexum. l. 3. de negot. gest. & dicitur etiam de pluribus, licet proprie de duobus. gl. in l. quicumque. C. de hæreticis.

**ALTERCATIONES**, sunt certamina verborum secundum Ioan. And. in præm. Clement.

**ALTERNATIO** proprie est per vices successio, vt Festus scribit.

**L. C.** autè pro disiunctione usurpant: cum dicitur illud aut illud. l. 7. §. quod autem. 4. ff. de iniur. l. 2. §. 2. ff. quod cert. loc. usurpatur etiã improprie pro cōplexione, & ambarū rerum cōiunctione. Vlp. l. 9. ff. de secu. corrupt. [Qui cum extraneo egit, siue recepit. siue corruerit, agere potest: qui cum socio sine alternatione.]

**ALTERNATIVA**, est coniunctio alternatiuè significans, scil. quando significat alterum de coniunctis esse, seu orationè factam per hanc coniunctionem in altero verificari. Et quãdoque variatur significatum, vel ex coniunctionis natura, subiecta materia, seu quauis alia circumstantia: v. g. Lego Stichum vel Pamphilum, significatur vtrunq; esse in obligatione, sed alterū tantum in solutione, vt alterū soluẽdo debitor liberetur. ff. de Ver. obl. l. si duo, 126. in fi. & effect<sup>9</sup> alternatiuæ est, quod vterque est in obligatione, quia, vno mortuo, alter, qui superest, remanet in obligatione. Est autè alternatiua quadruplex. Quãdã rerū, in qua electio est debitoris. l. plerunq; §. si. ff. de Iur. do. & l. arbitraria. §. Scæuola. ff. de eo quod cert. loc. facit c. in alternatiuis. de Re. iur. li. 7. Secunda est locorum respectu solutionis fiendæ, quia & in illa iterum debitoris est electio ante litem contest. vt in §.

Scæuola præall. Tertia est locorū, quantum ad iudiciū inchoandū, in quo loco debet cōueniri, in qua electio est actoris, §. prædicto. Quarta alternatiua est personarum, quando stipulatio est apposita de soluendo: in illa iterum est electio debitoris, vt in §. item Iulianus. l. arbitraria. præall. Alij dicunt quod alternatiua legis significat vt ea lex, ratio, vel subiecta materia significare declarat Sed alternatiua hominis significat, vt proferetem verba significare velle, vel subiecta materia, vel quæuis alia coniectura probabilis concludens declarat Et de istis alternatiuis seu, aut, vel, require in suo loco.

**AD DE**, quod alternatiua hodie vocatur à doctõribus, quæ à præcis Iurisconsultis disiunctiua aut subdivisiua, l. hæc verba, ille, aut ille. 124. de Verb. signif.

**ALTIUS** non tollendi seruitus, differt ab illa, quæ constituitur, vt ne prospectui officiat. l. adificia. ff. de Ser. vrb. præd.

**ALVVS**, fluminis est vallis, siue fossa, siue conceptaculum, & locus, per quem fluuius labitur, dum intra ripas notas currit: nam cum euagatur, alueum transcendit. Pomponius Mela: [Ora, inquit, Asiæ, cum alueo Nili amnis descendit in pelagus.] In hac significatione accipiunt in iure, cum sæpè aliàs, tum lib. 41. tit. de acquir. rerum dominio. l. adeo 7. §. insula. 3. quæ est Caij. [Quod si in toto, inquit, alueo naturali flumen aliàs fluere cõpit, prior quidem alueus eorum est, qui prope ripam prædia possident,] & ibidem sæpè aliàs alueus est apium receptaculum, vt in eod. tit. l. naturalem. [Ante quàm aper, inquit, in alueo à nobis concludantur.] Nebri.

**ALVEVS** propriè est venter fluminis, vt dicit Bartol. secundùm Hugo. in tract. de alueo, in princ. sicut stomachus continet vinum, ita alueus suprâ se continet flumen, vt vulgariter lectum fluminis appellamus, quia ibi flumen cubat. Bal. in Rubr. de Rec. diu. ff. in 12. col. in v. [ne veniamus.] Verù etiâ pro vase, vbi apes manent, aliquândo accipitur, vt Inst. de Re diu. §. apium, & aliquando pro vase, in quo lauantur pedes.

**ALVMNVS** est, qui alit aliquem, vel qui alitur ab eo, vel est filius ex concubina, vt in l. alumnus. C. quæ res pign. obl. poss. & ibi gloss. ferè tamen accipitur pro eo, quæ alimus, & propriè refertur ad nutritium & nutricem, quæ significant indifferenter actionem & passionem: vnde,

*Hospes, Zelotypus, conuiua, vector, alumnus,*

*Actum siue pari sub eodem nomine signant.*

### De A ante M.

**AMATOR** accipitur in malam partem. l. i. in si. ff. de Ser. corrup.

**AMATORIVM** poculum, de quo mētio fit in l. si quis 38. §. Qui abortionis. 5. ff. de pœn. & l. 3. §. i. ff. de Sicariis. medicamētum ad alliciendum accommodatum, quo potionatū Caligulat à Cæsonia vxore scribit Suet. Philtra autē à Græcis & Poëtis appellantur, de quibus Iuuen. Sat. 6.

**AMBAGES**, est dubia locutio vel effugatio sermonis extra propositum.

**AMBASSIATOR**, est legat<sup>9</sup> principis in arduis negotiis, & ambassata est huiusmodi legatio cōsiliariorū, vel principum in suis causis.

**AMBIGVVM**, est vbi opiniones sunt, & iura varia videntur. C. de

Sent. excō. inter alia, de iud. c. 1. lib. 6. Et de triplici ambiguitate: sc. iuris, facti & personæ, no. 33. dist. c. 6n. secundùm Io. And. in proœm. Clem. super verb. [ambiguitatis] adde quòd dicant ambiguum, per Bar. in linter stipulantem. §. i. ff. de Verb. obl. & in l. si quis intentione ambigua. 60. ff. de Iud. & per Bart. post gl. in l. siquidē. C. de except. Et differunt ambiguum & obscurum, vt not. gl. in l. veteribus. ff. de Pac. & Alciat. in l. nepos. de Verb. signif.

**AMBIRE**, est propriè cupere honores. arg. de consuet. c. 1. lib. 6. vnde ambitio, id est, cupiditas, per Arch. in c. vlt. de Rescr. lib. 6. Vel dic, quòd ambire, est honorum gradus & ordines per peccatum appetere. Cupere verò est terrena lucra optare: Vnde versus,

*Est censu cupidus vir, ambitiosus honore,*

Not. per Card. in c. auaritia. de electio. lib. 6.

**AMBITIOSA** decreta sunt, quæ per gratiam facta sunt. l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. fac.

**AMBITIOSA** diligentia, id est, nimia & anxia. l. si bene. ff. de Usur.

**AMBITVS** ab ambitione distat, quòd ambitus in actu est, ambitio verò in animo & habitu: ambitione namque peccat, qui præter modum cupit honores, qui ambitiosus dicitur: ambitum verò committit, qui largitionib. magistratū consequitur, quæ in rebus sacris simonia in religione Christiana vocatur: dictus ambitus, vt inquit Festus, ab ambitu ædificiorum, qui patet in latitudinem pedes duos, & semissem, in longitudinē idem quòd ædificium. lib. 48. Dig. tit. est, ad legem Iuliam de ambitu. l. vnic. vbi Modestinus: [Hæc, inquit, lex in vobis hodie

hodie cessat, quia ad curiâ Principis magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorē, qui scilicet declaratur per suffragia.]

**AMBITVS** dicitur crimen affectu honoris: ab ambeundo, hoc est, circumeundo & supplicando, & propriè est in actu. Inde ambitiosus, qui largitionibus magistratum affectat, quem lex Iulia de ambitu puniebat.

**AMBVLARE**, id est, transire: sic dicitur ambulatoria voluntas defuncti vsque ad mortem, ff. de Adim. leg. 2. Dicitur etiam ambulatoria potestas legis, ff. de fundo dot. l. erit ergo. 10. Item ambulatoria actio C. de turt. l. vit. §. 1.

**AMBVLATORIAM** esse voluntatem testatoris vsque ad mortem, dicitur in l. quod si 4. ff. de Adim. leg.

**AMBVLATORIAM** conditionem Papinian. appellat in l. Seruus, ff. de stat. lib. cum eam significaret, que non in vnius tantum, sed etiam in plurium hæredum persona rectè impleri possit. Hinc legis.

**AMBVLATORIA** potestas in l. erit. de fund. dot. & obligationes cum capite ambulare, l. tutelæ 7. §. 1. de C. minor. emptiones non per plures personas ambulasse, l. sed vbi 15. ff. de minoribus. Notom.

**AMEN** exponitur, id est, verum est, de Consec. d. 2. re vera. Vel, id est, ita erit, vt not. Archidiaconus, in præm. lib. 6. in fin. Et de hac distinctione amen, vide de conse. distinct. 1. c. hoc quoque.

**AMETHYSTVS** ἀμύστος gemma quæ ex eo nomen inuenit, quod vsque ad vini colorem accedens, prius quam eum degustet, in violam definit, fulgorque quidam in illa purpura non ex toto igneus, sed in vini colorem deficient: vt ait Plin. li. 7. cap. 9. eius facit Vlp. mentionem in l. 19. §. 6. ff. de Auro & arg.

**AMFRACTVM** est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu, & frangendo, ab eo leges iubent, in directo pedum octo esse, in amfractu sexdecim: id est, in flexu: Hæc Varro de Ling. 6. vbi legem notat, de qua scribit sic Caius in l. 8. ff. de Seru. rust. [Vix latitudo ex leg. 12. Tab. in potestato octo pedes habet: in amfractu, id est, vbi flexum est, sexdecim.]

**AMICA** appellatur, quæ cum vxor non sit, alicui tamen sui copiam facit. l. Mafurius. 144. de Verbor. signif.

**AMICOS** appellare debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibuscum fuerint iura honestis familiaritatis quæ sita rationibus. l. latæ. 223. amicos. de Verbor. signif.

**AMINEVM** vinum ex celeberrimis Campaniæ, de quo Virgilius 2. Georgic.

*Sunt etiam Aminea vites firmissima vina.*

Dictum Amineum (vt putat Seruius) quasi sine minio, id est, rubore: nam, vt ait, album est. Plin. li. 34. [Principatus, inquit, datur Amineis propter firmitatem, senio quoque proficientem.] Idem quoque Falernum & Cæcubum dicitur. Macrobius in tertio Saturnal. de generibus vuarum: [Aminea, inquit, à regione dicta, nã Aminei fuerunt, vbi nunc est Falernum. l. Quod verò Amineum, Cæcubum & Falernum synonyma sint, testatur Galen. in sexta Decameridion, [In musto, inquit, vuarum auferarum, quas vocamus Amineas, easdè & Falernas.] Idem in libro de vinis: [Amineum, quod antiqui Romani nominant Cæcubum.] Idè in libro de Euchymia: [album, inquit, quale est Amineum: nominant autem antiqui Latini Cæcubum.] Proculus lib. 33. tit. de vino

viuo & tritico legato. l. vlt. §. fin.  
[ Amineum, inquit, Græcum, &  
dulcia omnia. ] Nebr.

AMINEVM vinum, ab Aminearegione. Meminit Proculus in l. fin. ff. de vin. & trit. leg.

AMISSA dicuntur & quæ corrupta sunt, vt scissa & fracta. l. prætor. §. amissa. ff. vi bonor. rap. item pro quibus perfequendis nullam actionem habemus. l. Labeo & Sabinus. de Verb. signif.

AMITA, est foror patris.

AMITA magna, est foror aui.

AMITIVS, est qui ex ea generatur, scilicet, amitz filius, vt 35. q. 5. c. vlt.

AMITTAT, hoc verbum non sonat in præteritum, sed in futurum, nisi addatur ipso iure. Felin. in c. Rodolphus. vers. [ publica sunt bona. ] de Rescrip.

AMMINISTRATOR [ siue administrator, ] rerum publicarum est, qui temporalia gerit, sed magistratus qui iurisdictionem exercet, secundum Azonem, C. de Admin. reipub. lib. II. in rubr.

AMOVERI quæ dicantur, liquet ex l. 3. §. 2. ff. Rer. amotat. ex l. si seruum. §. amouisse. de acq. hæc. & l. qui tabulas. in fi. de fur. & l. 3. §. non solum. de inc. ruin. naufrag.

AMPHIBOLOGIA dicitur cum ambiguitas oritur, seu ex singulis dictionibus, seu ex coniunctis.

AMPHITARA ἀμφίταρα, Vestimenta utrimq; villosa apud Vlp. l. 23. §. 2. ff. de Aur. arg. Nam, vt ait Hesychius, χιτῶν ἐκατέρωθεν ἔχων μὲλαν, id est, [ Vestis utrimque villosa habens. ] quod idem Nonius tradit.

AMPHORA, vas est, sed quantum capiat pauci nouerunt, illi maxime quorum id scire plurimum intereat. Est itaque spatium, quod circumscribitur à sex ( vt sic dixerim ) superficiebus, qua-

rum latera sunt pedalia, anguli verò recti, de qua Priscian. in libro de ponderibus & mensuris, *Pes longo spatio solido latòque notetur,*

*Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex.*

*Quatuor ex quadris medium cingatur inane.*

*Amphora sit, cuius vim ne violare liceret,*

*Sacrauere loui Tarpeio in monte Quirites.*

Lib. 31. Dig. qui est de leg. 2. Hermog. in l. si quis. 8. [ Serui ex illo, inquit, dolio amphoras decem. ] Et ibidem: [ Vinum amphorarium. ] item lib. 33. tit. de penu legata. Scæuola in l. penu. [ Sin autem, inquit, & in horreis amphoræ, an hæc quoque debeantur. ] Accursius vasa tantum esse dicit. Nebr.

AMPHORA, vas erat vinarium. l. vinaria. de Verb. signif. vbi Alc.

AMPLECTENS, id est, vndique circumplectens. C. de legib. l. non dubium.

AMPHORARIVM vinum, quod è dolio in amphoras est diffusum: apud Proculum, l. vlt. §. r. ff. de Trit. vin. & oleo.

AMPLIATIO à comperendinatione hoc differt, quod illa libera est. & in iudicium potestate posita: hæc necessaria, & legis vi atque imperio instituta: Illa sexies fieri poterat, hæc semel tantum: illa in id tempus quod iudicibus placebat, alteram actionem differrebat: hæc in perendinum diem dumtaxat. Differentiarum autem rationes vide ex Hot. & Apparatu nostro latinæ locutionis.

AMPLIARE & augere, licet videantur idem significare, tamen differunt, quia augere spectat ad quan

quantitatem, ampliari verò ad pretium, quod fit diligenti rerum cultura C. de sacros. eccl. l. iubeamus nulli. ff. de iur. fisc. l. non intelligitur. §. diui.

**AMPLISSIMVS** ordo, id est, senatorias. l. nuda de leg. 3.

**AMPLIUS**, hoc verbum habetur ff. de Dam. infect. l. hoc amplius. & ibi includit, non tamen semper est excessiuum, vt ff. de verb. sign. l. verbum amplius, & l. i. §. hæc verba. ff. si cui plus, quàm per leg. Falc. Interdum est excessiuum, & habet in se vim repetitionis & excessus. ff. de Legat. 3. si sic & l. si tibi purè. & de dor. præleg. l. qui ita. vbi de hoc. Item vltra supradicta adde de hac dictione amplius, quomodo repetit, vel comparatiuè ponatur Bart. in l. si ferus legatus, & si ita scriptum. ff. de Legat. 1. §. in l. si tibi. de Legatis 3. & ibi an indicat quantitatem, vel conditionem: & de hac dictione plenius vide per eundem in l. lecta ff. si certum petatur.

**AMPVTARI**, vide C. de Iur. delib. l. scimus & l. vnic. de plus petit. & extra, de Restitut. spoliat. c. frequens. lib. 6.

**AMURCA**, est sanies, siue succus ille igneus atque niger, qui ex oliua simul cum oleo exprimitur atque subsidit: nam oliua ex quinque substantiis constat: osse, nucleo, fensa, oleo, amurca. Virgilius 1. Georgicor.

*Profuit interdum nigrâ persunderere amurca:*

quam Seruius interpretatur olei sordes, sed non exponit quas, cum sint duplices: nam, vt dixi, quod subsidit oleo, ex oliuarum expressione, dicitur amurca: quod verò post oleum in dolia conditum, quasi secundam pargamentum, Facces appellantur. Plin. lib.

15. [Oleum, inquit, amurca, ad multos vsus.] Vnde Cato de re rustic. [Dolia, inquit, amurcaria decem habeat.] Vlpianus lib. 33. Dig. tit. de penu. legata. l. qui penum. Aristo notat, etiam quæ esui potuique non sunt contineri legato, vt putà ea in quibus esse solemus, oleum fortè, garum, amurca. Accursius salsamenti genera esse dicit, sed quæ illa sint, non exponit. Cum verò in amurca nullus cibus, quod ego legem, esitari sit consuetum, forte pro [amurca] legendum est [muria.] Nebris.

### De A ante N.

**AN** de ista dictione an, vide Inst. de Rer. diuis. §. cum ex aliena. & §. feræ. in fin. & §. 1. Quib. mod. test. infir. l. an vltus fructus. de Vsfufru. & l. 1. §. Si vltus fruct. pet.

**ANACRISIS** accipitur pro examinatione negotij, quæ per interrogationem accusati fit. l. diuus. lib. 2. ff. de Custod. reorù. & ideo cum quis a' *νακρῶν* faceret. iubere oportet venire irenarchen.

**ANADEMA** simpliciter corona est. Nam diadema propriè regum habetur, dictum anadema ab anadeo, quod est coronò. Lucretius lib. 4.

*Fiunt anademata, mitra.*

Paul. lib. 33. Dig. tit. de Auro & arg. legat. l. quamuis. Sicut mitra, inquit, & anademata. Nebris.

**ANADEMATA**, coronæ. l. quamuis. ff. de Aur. & arg. legat. At Alc. legit ibi [anademata,] quæ sunt capitis ornamenta.

**ANALYSIS**, id est, percussio seu reuerberatio. l. si arborem. de Ser. urbanorum prædiorum.

**ANALOGISTAE** dicuntur tutores illi,



illi qui non tenentur reddere rationem tutelæ administratæ, ab *α'να'* præpositione, & λόγος ratio, vt *α'να'* tollat rationem. Iulian. lib. 26. de admin. tut. l. quidam decedens. [Bos, inquit, analogistas esse volo,] & paulò post: [Testamento comprehensum sit vt analogistæ essent.]

Analogistæ appellantur, qui non tenentur reddere ratione administrationis, l. quidã. 5. §. 5. de Administra. tuto. Sed peritiorib<sup>9</sup> videtur legendum esse potiùs alogistæ, aut aneclogistæ.

**ANAPHORA** figura, Latine relatio dicta est, cum idem verbum in principio plurium clausularum repetitur, veluti in l. 2. in prin. C. de Offi. præfec. præ. Afr.

**ANATHEMA** vno modo est substantiu, & est dānatio æternæ mortis, & nõ nisi pro mortali crimine debet imponi, & in illis qui aliter nõ patiuntur se corrigi. l. 1. q. 3. nemo episcoporu. in fi. Vel est excomunicatio, seu suprema maledictio. Et dicitur ab *α'να'*, id est, sursum, & *ἀνάθεμα* figura: quia olim imprimebatur figura frontibus damnatorum, de hoc not. Ioan. And. de Iudic. cum nõ ab homine, vbi post excomunicatione incorrigibilis anathematis mucrone feritur, id est, punitur, id est, solennj excomunicatione, cõ 12. Episcopis candelas in terrã proiicientib. & conculcantib<sup>9</sup>, vt in c. debet. l. 1. q. 3. Et anathema tale vel maledictio, solebat fieri per præfatos: vno dicitur, & melius à verbo Græcè *ἀναθείναι*, hoc est à seponēdo, quasi quædã sepositio & separatio à Deo. Alio modo anathema est adiectiuum omnis generis indeclinabile, & dicitur excommunicatus, maledictus, separatus vel damnatus: Vnde,

Veg. iur.

*Qui frangit, rapit, ac vrit, ferit, est anathema.*

Frangit sci licet ecclesias, rapit res alienas, vrit etiam ecclesias, ferit personas ecclesiasticas. Inde etiã anathematizare, id est, damnare vel excommunicare, maledicere, vel separare vt supra.

**ANATHEMATIZATUS** dicitur qui tanquam impius à Deo separatus est. Ponitur pro excommunicato, vt 24. q. 3. certum est.

**ANATOCISMVS** ἀνατοκισμὸς regeneratio, renouatio, Cic. lib. Epist. ad Attic. sexto posuit, pro fructibus vsurę in sortem redactæ. Latine autem Epist. 5. interpretatur, [Confeceram, inquit, vt solueret centesimis sexennij ductis cū renouatione singulorũ annorum.]

**ANCEPS** est aliquid, seu aliquis huc & illuc fluctuans, & dubius in quam partem declinet, secundum Isido. lib. 10. etymo.

**ANCHORA**, retinaculum seu gubernatio nauis est, vt ff. de Exercit. l. 1. §. 1.

**ANCIANI** dicuntur præfidentes, vel priores, vel regentes, qui regunt vniuersitatem, vel prouinciam. Ita dicit Panor. in c. fin. in prin. not. 2. de procurat.

**ANCONES**, vasa sunt cubitalia: nam ἀγκών Græcè cubitus significat. l. tabernæ. 13. ff. de fund. inst. Nebrissenf.

**ANCONES**, species vasorum cubitalium, l. tabernæ. 13. ff. de fund. instr. legato.

**ANECLOGISTVS**, ἀνεκλόγητος, rationibus reddendis liber ac solutus. Vlp. l. 5. §. 5. ff. de administ. tut. quidam decedens filiis suis dederat tutores, & adiecerat, eosque aneclogistos esse volo. Et ait Iulianus: Tutores nisi bonam in administratione præstiterint

f idem

*Anathema  
fig. iudicium  
de curia ab*

*anceps, an-  
cipit. dicitur  
nisi per tota  
dubia, o cu  
chillo q' taja  
de ambigua  
tey.*

- fidem, damnari debere, quamuis testamento comprehensum sit, ut anaclogista essent. Idem ple- runque dicuntur ἀναμύθουοι. di- cit quoque Scauola l. 23. §. 2. ff. de pecul. leg. ἀνεμύθουοι.
- ANFRACTVS** dicuntur viarum fle- xus. l. vii. ff. de Ser. rust. præd. vn- do & anfractus litigiorum, exi- ta, de sepul. c. 2. lib. 6. §. 1. Et dicitur anfractus litigiorum, quia multas moras habet, ut ff. vt leg. no. cau. l. etiam & incertos euentus ha- bet, ff. de pecu. quod debetur. & ideo sic dicuntur, quia vndique franguntur vel circumueiunt. not. per Archid. de electioni. quorun- dam. in princip. lib. 6.
- ANGARIA**, penultima longa, atque in eadem accentu, interpretatur coactio, Veget. lib. 1. de re milit. loquens de tyronibus: [in angariis, inquit, plurimum detinendi sunt, proculque habendi à ciuita- tibus.] idem lib. 2. [ad vigilias vel angarias faciendas] Accur. in illud C. Iustiniani tit. de sac. sanc. eccl. nemiñem in angariis vel parangariis, &c. ] angaria, inquit, quæ sunt in operis personarum. Parangaria in quibus vtrumque vertitur, sc. personarum & rerum impendia. ] Verbum quoque an- gario, as, quod interpretatur co- go, gis, sicut angaria est coactio. Mat. c. 27. atque iterum Luc. 15. [angariauerant Simonem quen- dam Cyrenicum Vlp. lib. 50 Dig. de priuil. veteranoꝝ l. pe. ] Na- ues, inquit, angariari posse. ] Neb.
- ANGARIE** penultima longa, est in- iusta exactio vel compulsio Nam angaria dicuntur personalia ob- sequia propriis sumptibus præsti- ta. c. non minus. de immun. eccl. gl. in l. nemiñe. C. de Sacro. Eccl. Sunt ergo quædam personales quæ à vulgo dicuntur captiones.
- ANGI PORTVS**, siue angiportum o- lim dicebatur angusta via inter portus, id est, domos. l. portus. de Verb. oblig. vbi Alcia.
- ANGVLLARIVS** lacus, in Rutilia, de contrahen. empt. pro lacu an- guillas producente.
- ANGVLARIVS**, pro angularis, id est, quadratus, vel triangulus, vt alij legere malunt.
- ANGVSTA** domus, id est, arcta, ff. de Seruit. si tam angusti.
- ANGVSTIA** temporis, id est, breui- tas. C. de leg. non tantum. & ff. si quis cau. l. 2. §. si quis. vers. nisi.
- ANIMADVERTO**, præter illam signi- ficationem quàm habet in prom- ptu, hoc est considerare significat etiam punire, sed ab eo tantum- modo, qui alterum puniendi ha- bet potestatem, differtque con- structione, nam dicimus, animadu- erto te pro confidero te, Sall. in Cati [Vt prius, inquit, in eos ani- maduertetetur,] & paulo post: [verberibus animaduvertebant in ciues, Vlp. lib. 40. Dig. tit. de iniu. l. Item apud Labeonem §. ait præ- tor. ] ait prætor, ne quid insinuan- di causa fiat, si quis aduersus ea fecerit, prout quæque res erit ani- maduertam ] Et animaduersio pro punitione. Vlp. 47. lib. Dig. tit. de fur. l. meminisse [Extraordinaria, inquit, animaduersione coercendâ,
- ANIMADVERSI** dicitur pœna, quia animadvertere est punire, vnde dicitur animaduertendum est in facinorosos homines. Item ani- maduersio dicitur cuiuslibet ope- ris determinatio, secundum quam quis pro mercede sua suscipit certum opus & determinatum suis impensis faciendum, vt ter- ram colendam, vel domum con- struendam. Est etiam animaduersio, consideratio. §. 1. Inst. de iis qui sunt sui vel alieni. iur.

**ANIMALIA** sunt in triplici differētia, quēdā enim sunt man ueta, vt gallinæ: quædam fera prorsus, vt lupi: quædam verò fera naturaliter, sed accidentaliter mansueta, vt cerui, pauones, &c. Inst. de Rer. diuis. in gloss. §. pauonam

**ANNALIS** actio est, quæ finiēda est anno, vt iniuriarum

**ANNICVLVS**, inquit Valla, est formam diminutiui habet, diminutiuum non est, & dicitur tam de rebus animatis, quàm de inanimatis, quæ sunt vnius anni vt anniculus puer, anniculus agnus, anniculum vinum. Paul. de Verb. signif. l. anniculus. 132. [anniculus, inquit, amittitur, qui extremo die anni moritur.] Et eod. tit. l. [anniculus, inquit, non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die incipiente, plene non exacto dicitur.] Item Aphricanus de leg. 3. l. cum quæreretur. [agni, inquit, qui minores essent anniculis.] [Nebr.]

**ANNICVLVS** appellatur in fās vnius anni, licet extremum anni diem duntaxat attigerit, non etiā perfecit l. anni. de Verb. signif.

**ANNONA** propriè dicitur de frumētaria Sed de aliis quoq; rebus posse dici auctor est Cic. in secundo de Diuin. [annona, inquit, cariorè in macello.] Erat autè præfectus annonæ, de cuius orig. Liu. li. 4. ab vrbe cōdita. Dicta est autem annona, propterea quod sit alimentum annuum. Neb.

**ANNONA** secundum Azon. dicitur salarium quod cuique pro capite seu remunerationis causa datur. vnde tit. C. de anno. & cap. administr. secundum Azo. exponitur, id est, capitatio. Sicut enim secundum eum capitatio dicitur tributum quod datur pro capite: ita annona dicitur tributū quod

datur magistratibus, vel causa salarij pro remunerando labore. Et dicitur capitatio de capite, quia est pretium debitum capiti, id est, dignitati. annona præterea sumitur pro tributo quod soluitur in auro, argento, vel ære, vt tradit glo. in rubr. Cod. de anno. & trib. lib. 10. Item pro pæne, vt in l. prima, C. de frument. vrbis Constant.

**ANNONAE** civiles sunt, quæ publicè dabantur iudicantibus, ciuitatibus, vel omnibus tempore necessitatis per singulos dies: vt C. de Ann. & trib. l. 11. lib. Etiam annona est seges vel frumentum vnius anni. Adde quod annonæ civiles dicuntur in iure aliquando annui redditus, à fisco percipiendi. Dabantur enim annuatim de publico, secundum gloss. in l. hac edictali §. ne his. C. de fecun. nup.

**ANNONAE** militares dicuntur, quas milites singulis diebus cōsequēbantur: vt C. de Erog. milit. ann. l. vlt. vbi dicitur, quod ipsi annonas & capita singulis consequēbantur diebus.

**ANNOTATIO** sacra, est descriptio bonorum, vel eorum cōnotatio, seu consignatio, veluti cum aliquis cuiuscunque criminis reus sit, absentat se, vocatus ad iudicium patietur bonorum annotationem, vt si intra annum venerit, & se purgauerit, bona sua recuperat. Si autem non venerit, tunc fisco applicētur. Et qualiter fiat annotatio, ponit Spe. in tit. de act. §. si. vers. [sed qualiter] dicens quod præses siue Iudex veniet cum tabellione ad domum accusati, & inquireret quot domus, quot prædia rustica, quot iugera terræ habeat in bonis eius. Et omnia bona illius qui non ven-

nit citatus, ponit in banno fisci, nisi venerit intra annum. ff. de Requiren. reis. l. 1. §. 1. Ab hac tamen sententia conditionali poterit appellari, de Appel. preterea. Et describuntur bona, quæ tamen fiscus de facto non occupat nisi post annum. Post hoc iterum per edicta requiritur accusatus, & citans mittit litteras suas Iudici vel rectori loci, in quo degit accusatus, vt per illum citato innotescat se accusatum vel citatum, & bona eius esse annotata. Inde venit verbum annotare, vel è contra ab hoc verbo ipsum nomen.

**ANNOTATIO** sacra dicitur scriptum illud quod Imperator proprio motu mentis indulget alicui, cõstituens secundum preces eius seu illius aliquid fieri vel non fieri. C. de Diuers. resc. l. fin. & ibi in gloss. & not. Cardi. Zabbar. in c. super litteris. de Rescr. differentiam inter annotationem & pragmaticam sanctionem.

**ANNUA**, bima, trima die, id quod multis in locis apud Iuriscõsultos legitur, quo sensu accipi debeat, manifestauit Iuriscõsultus de annuis legatis. l. fin. legatum. [Si legatum, inquit, sit relictum annua, bima die, fortè dena, per singulos debentur annos, licet non fuerit inferum æquis pensionibus.] Ratio autem huius dicendi generis illa nimirum est quod cum dies in genere feminino tempus significet, vt apud Ciceronem [longa dies admittit ægritudinem.] Et illud Poëta,

*Longa dies homini docuit parère  
leones.*

Annus autem significet quod est vnus anni: bimus, quod est duorum annorum: trimus, quod est

trium annorum: erit annua, bima trima die idem quod anno, biennio, triennio. Quod Iuriscõsultus quoque expressit in tit. de Man. test. l. si ita [Si ita, inquit, sit scriptum in testamento, Stichus seruus meus hæredi meo mille nimos annuo, biennio, triennio si soluerit, liber esto.] Nebris.

**ANNUA**, bima, trima die, de significato horum verborum eleganter Iuriscõs. in l. si legatum de Ann. leg.

**ANNULI** leues dicuntur, qui non excedunt valorem quinque aureorum. l. diuus. ff. de bo. dam.

**ANNVLVS** signatorius, [vide signatorius.]

**ANNUO**, id est, concedo ff. de don. inter vir. & vxor. l. ea quæ à marito. Et aliter exponitur, vt ibi not. Item annuere domino exponitur, extra, de iureiurando. c. 1. §. ego huius.

**ANNUVS** quot dies & menses habeat, no gl. in c. si propter de Rescr. li. 6. Nã annus continet 365. dies: vt in hęcum hæres. §. Stich. ff. de sta. libe. Et quidam cõputant annum ab incarnatione Domini, vt 23. dist. [in nomine Domini.] de hoc gl. in §. forma. 2. q. 6. & in Spe. de Inst. edit. in princ.

**ANNUVS** iubileus dicitur annus remissionis, quia eo anno debita remittebantur, serui Hebræi dimittebantur liberi & omnia reuertebantur in pristinum statum, & est annus quinquagesimus, vt in cap. iubeo. de pæn. dist. 1.

**ANNUVS** vel annuatim ex proprio significato significat multiplicationem simpliciter siue indeterminate, sed quando applicatur calibus, significat diuersimodè, prout ex diuersificatione materis concluditur proferentem intel

intellexisse: vt pacto seu stipulatione promittis 10. Titio annua vel annuatim, significat multiplicationē perpetuā: quia significat promissam summā deberi ei cui promittitur, eius heredi. & heredis heredi, & sic in infinitum, ideo dicitur in l. stipulatio. ff. de Verb. oblig. quod stipulatio annua est perpetua. Et not. quod annuū lega ū pro primo anno est purū, & pro aliis annis est conditionale, quia pro quolibet anno debetur legatario si tunc viuat. Si verò mortuus est, tunc non debetur, nec si deportatus est, quia talis ciuilitate mortuus est, & non habet ius capiendi ex testamēto quod est civile. l. cum in annos singulos. ff. de An. leg. Sed ibi promitto tibi 10. annua, vt sis procurator meus in parlamēto, significatur multiplicatio tēporalis ex causa, quæ apponitur de essendo procuratore, quia morte finitur, sic & obligatio, quæ ex hoc inducitur. De hoc vide l. annua §. fin. & tot. tit. de An. leg.

**ANORMALVS** successor est, sicut ille qui succedit heredi non implenti defuncti voluntatem, vt Inst. de eo cui li. c. §. in primis.

**ANQUIRERE** pecunia & capite veteres dicebant, pro multam irrogare, vel ad populum ferre de multa, vel capite alicuius, vt eā populus aut iubeat, aut antiquet. Liu. li. 8. [Capite anquisitum, ob rem bello male gestam, de Imperatore nullo; &c.]

**ANSA**, est nodus cursilis, & facilis ad soluēdū, ita factus, quod si recte trahitur caput fsi, omnino soluit. est, vt not. Bar. in c. cū olim. de Ver sig. proprie autem dicitur qua quippiam prehēditur ac tenetur. l. in rē. §. 2. de Rei vēdica.

**ANTAPOCHA**, siue antipocha, siue

antepocha, quod idem est secundū aliquos, & sec. Azo. in sum. de fid. instr. v. [de antipochis.] vocatur chirographum quod facit debitor creditori, in quo cōfiteatur se soluisse tātum: & sic est de solutis, & fit à debitore in hunc modum, cōfiteor me vsurarū nomine vel pēnionis soluisse: & datur creditori. Et sic nō dicitur ab a'vn quod est contra, sed ab ante, secundū Ioan. quia fit ante apochā, vel ab a'vn, quod est ad, quia est inducta ad securitatē creditoris, & fit etiā ante apochā. qui enim alieno nomine possedit & pensionē soluit, vel qui creditori vsuras representauit, si quādo dicat se suo nomine possedisse, & ita dūm factū vel p̄scriptione liberatū cōfedit, ius agēis facit vacillare, nisi domin⁹ vel creditor vsuras & pensiones p̄teritā temporis sibi solutas comprobet: probat autē per antipochā debitoris. C. de fide inst. l. plures. vb̄ gl. dat tres modos dicendi. Vel, vt alij dicūt, antipocha est scriptura quā facit debitor obligando se, & in qua fateatur se debere, & fit cōtra apocha dicendo, [Confiteor me debere, &c.] & sic dicitur ab a'vn, quod est contra. Apocha autem, secundū omnes, est scriptura creditoris consentientis sibi à debitore solum, & sic apocha est de receptis, & fit à creditore, putā, [confiteor me recepisse tantum. ff. de cond. ind. l. fin. §. Titius. ff. de fur. l. quod tabulas. §. Apocha & de acce. l. acceptilatio. §. 1. Differt tamen chirographum ab antipocha vel Apocha, quia chirographum dicitur, cū duo paciscentes faciunt duas scripturas, & sub eadem forma verborum cōficiunt & mutuo tradunt.

**ANTAR**, sunt populi Histri fluminis accolæ, quos cum debellasset Iustinian. Imper. Anticus dix<sup>9</sup> est. Sic enim legendum in inscriptionibus vol. iuris ciuilibis, non Atticus, vt vulgo impressum est.

**ANTE** significat ante rem factam & bene inchoatam. ff. Si cer. l. 2. §. item mut. vbi de hoc. & ff. de Ver. ob. l. qui ante. & l. cum qui ita §. quæsitum.

**ANTECESSOR** quâdôq; dicitur doctor qui alios antecedit. in proæ. Dig §. sed cum nos. Quâdôq; exponitur successor. in Cōstit ff. citra prin. Aliquâdo antecessor dicitur necessitudine, C de Ve. iur. enu. l. 1. §. quæ omnia, aliquando antiquitate, 35. q. 6. de parétela. Aliquâdo officij prioritate, 3. q. 6 hoc quimpe. & q. 5. c. accusatores. Adde quòd antecessores appellati sũt professores iuris, ab anteceddô & præcûdo discipulis, quos quasi porrecta manu in penetralia iurisprudẽtiæ deducũt, vt manifestè probatur in d §. sed cum. Idq; docuit Aldob: ad in meus in annotationib. quas iã tertio ab hinc anno edidit in Inst. iuris.

**ANTESTARI** quid sit demonstrat Acron his verbis, in Serm Horat. Denũciates litẽ antestatos habebãt, quib. præsentib. cõueniebat, ita vt aurẽ illis tertio vellerent: solebãt enim testiũ aures tenere, & ita dicere, memento quod tu mihi in illa causa testis eris, quod est antestari. Aliter olim qui antestabantur, auriculam contingebant. Ideoq; poëta ait,

*- Libenter auriculam obtuli.*

Tangens aurẽ auriculã his verbis loquebatur: Licet antestari? si ille respõdisset, licet: iniectioe manus aduersariũ suum in iudicium trahebat: quòd si antestatus non esset, & manũ iniectisset, iniuria

rens constitui poterat. Plautus in Persa, lenu ad Satyrionẽ paralitũ, Nonne antestaris? & Parahitus, Tuãne ego cassa, carnifex, Cuiquã mortali libero aures auerã? Aliter Antestari, id est, testib. vci, quod iudicij causa volo manum iniicere: Nã hæc erat cõsuetudo, Si quis vendito non paruisset, ei aduersarius aliquẽ de præsentib<sup>9</sup> antestabatur, i. tangebatur eius aurẽ. & dicebat, Licetne antestari? Si respondisset ille, licet: tũc iniiciebat vadatus manum in eum qui non paruisset, & ducebat in iudicium: aliter, si iniectisset manum, iniuriarum poterat accusari. Hæc Acron. Plautus in Cur.

*Licet antestari? M. non licet.*

*Plø. Iupiter te malè disperdat, miles intestatus viuito.*

**ANTEVERTERE** supplicium. C. li. 6. tit. 22. l. 2.

**ΑΥΤΕΓΧΑΙΖΟΝΤΕΣ ΤΩ ΖΕΦΥΡΩ** litterarum comparatores vocat Iulian. N. 49. c. 2. §. 2. l.

**ANTIADDES** & Paristhmi à Græcis dicuntur, quæ sunt Latinis tonsillæ: & sunt inflammationes circa eas partes, quæ mala, id est, poma, à recentioribus verò amygdalæ appellantur. Celsus lib. 7. c. 11. [Tonsillas, quæ post inflammationem indauerunt, Græci αὐτιάδης appellant,] Galen. li. 6. Decameridõa: [Horulanum, inquit, ab vulua & antiadibus & paristhmis suffocationem patientem.] Idẽ verò li. 10. de medicina simplici, [paristhmus siue faucib. vuluæ & antiadib.] Vlp. li. 2. l. 1. de Edil. ed. l. quæritur. [Et si quis habeat antiades,] & sic antiades sunt quas existimo, i. inueteratas, & quæ iam discuti non possunt, vtrobiq; mendũ est: antiachæ pro antiades, Accus. faucium tumores exponit

exponit. non tamē dicit quos ru-  
mores: quod verò subdit: [vt sero-  
fula] omnino falsū est. cū serofu-  
lę sint apud iuniores medicos quę  
ab antiquis dicuntur charades  
Gręcis, Latinis strumę. Ant. Ne.  
**ANTIADDES**, sunt veluti glandulę  
quę in gutture nascuntur. l. cūm  
quęritur. de Edil. edict. à Latinis  
tonsillę nūcupantur.  
**ANTICHRESIS**, est pignus quod ad  
hoc datur creditori, vt inde fru-  
ctus percipiat, donec æs suum re-  
ceperit, l. si pecuniam. de pict. ag.  
**ANTIDORVM**, est contraria donatio  
gl. sup. ver. [antidora.] in l. sed &  
si l. 9. cōsuluit. in fi. ff. de Pe. hær.  
**ANTIDORVM** ex Gręco interpreta-  
tur remuneratio, siue retributio,  
ab *anti*, quod est re, & *δωρον*, do-  
num, quasi doni redditio. Vlp lib.  
5. Dig. tit. de petitione hær. l.  
sed & si. [Planē si antidora acce-  
perunt, dicendū est eatenus locu-  
pletiores factos, quatenus acce-  
perunt.] Locus est in 5. Eth. Ari. l.  
hucusquę ab expositoribus non  
enarratus. vbi Leonardo interpre-  
te legitur. [vnde sacra gratiarum  
sunt:] quo in loco Arist. de hac re-  
muneratione loquitur. Nebr.  
**ANTIDORA** dicitur obligatio non  
efficax ad agendum, sed æquitate  
subnixa excipiendū. §. cōsuluit.  
**ANTIDOTVM** siue antidotus, est me-  
dicamentum, quo nos contra ve-  
nenum præmunimus ex eo quod  
contra detor, dicta. Gel. lib. 17. c.  
16 [Huius autem legis antidotus  
celebratissima est, quę Mithrida-  
tius vocatur.] Serenus: [antidotus  
verò multis mithridatia fertur  
Confociata modis.] & Plin. lib. 7.  
[contra venena est præcipuum  
antidotum.] Paul. l. 33. Dig. tit. de  
pena. leg. l. non omne. [Quo, in-  
quit numero antidotum non est.]  
Item l. 18. tit. de contrah. empt. l.

quod sape [antidota, inquit, & a-  
lia quędam salubria medicamen-  
ta.] Vtrobique Accur. nihil aliud  
dicit quàm esse genus medica-  
menti, sed nō quid illud sit. Nebr.  
**ANTIDOTVM** solet dici, quod datur  
contra venenum, & sic ponitur  
pro medicina. vt in c. cæterum. de  
Iura. calum. Inde antidotarius, li-  
ber in medicina. de iureiurando.  
cap. 1. in Clem. in gl.

**ANTINOMIA** potest interpretari, le-  
gum contrarietas, ab contra, & lex,  
vt C. Iust. tit. de veteri iure enu-  
cleando. l. Deo auctore. [Nulla,  
inquit, in omnib. prædicti Codic-  
is membris antinomia. Sic n. à  
vetusto Gręco vocabulo nuncu-  
patur.] Et paulò post: [per suum  
vitium antimonias induxerūt.] Ne.  
**ANTINOMIA** ponitur pro legum  
contrarietate. leg. 1. §. nulla. C. de  
vet. iur. enuc.

**ANTIPHERNA**, ἀντίφερα, iuncto ex  
ἀντί & φέρω nomine, dicuntur ea  
quę maritus constante matrimo-  
nio, vxori suę quasi remuneran-  
dę dotis causa largitur. Iust. l. vlt.  
C. de Donat. ant. nupt. [Ita & in  
donationib. quas mariti faciunt,  
vel pro his alij, debet esse aperta  
licentia, & constare matrimonio  
talem donationem facere, quia  
quasi ἀντίφερα hæc possunt intel-  
ligi, & non simplex donatio.]

**ANTIPHONA** pro pignore ponitur  
ff. de Pig. action. l. si pecuniam, &  
ibi gl. vbi etiam aliter exponitur,  
& melius de Pig. l. si is qui. §. 1.  
Item Antiphona potest Latine  
interpretari, vox reciproca in d.  
l. si is qui §. Sed verior lectio est  
antichresis, de quo supra.

**ANTHYPOPHORIZAT**, tacite quę-  
stioni respondet. de iupp. inegl.  
præl. c. 2. lib. 6. in princ.

**ANTIPROSIS**, est figura quę ponit  
calum pro casu, & c. diitid. §.

cap. ego solus eis scriptorum, id est, scriptoribus, ubi ponitur genitivus pro dativo.

**ANTIQUARE**, verbum solenne, quo populus Romanus utebatur cum significabat se legem quæ ferebatur non recipere. Itaque Festus lib. 1. [Antiquare, inquit, est in morem pristinum reducere.] Cicero lib. 3. de leg. [Vos, inquit, vt video legem antiquastis sine tabella.]

**ANTIQUIOR**, potior, carior. Paul. leg. 19. §. 4. ff. de Capt. & postl. [Quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum.]

**ANTIISTIS** dicitur sacerdos; eò quòd ante stat, c. clericos. 21. dist. communiter tamen sumitur pro Episcopo, secundum gl. in Cle. dudum. de sen.

**ANTONIUS** & Severus quoties in libris Digestorum legitur, mendum est insigne, pro eo quòd esse debuit, Antonius & Verus, tum ex codicibus illis vetustis Florentinorum, tum etiam ex ipsa temporum historia. Nebr.

**ANVS** per vnum n, exponitur, id est vetula. ff. de Carbo. edict. l. 3. duæ causa.

*De A ante P.*

**APERIRE** viam quid sit, vide ff. vi. pub. l. 2. resp. Item aperire tabulas. vide ff. ad Syllan. l. si quis in gradi. §. aperire.

**APEX**, est summitas honoris, vel distinctionis nota. Nam quòd in summo est, distat à pedibus vel infinis. Et hæc summitas respicit temporalia, vt in cap. solitæ. de ma. & obed. Etiam sumitur pro litera, vt dicit Christus, [Minimus apex non peribit.] Item sumitur pro subtilitate, dum dicimus, de apicibus iuris non disputandum. ff. manda. l. si fideius.

for. §. quædam.

**APHHEITVS**, qui aphehis laborat. Apheæ autem sunt oris vlcera, præcipue infantes vexantia.

**APISCI** pro adipisci. Vlp. l. 40. de do inter vir. & vxor ff. & l. 25. §. 3. ff. de Hæc. pet. Paul. l. 1. §. 2. ff. de acqui. & amic. poss. Hermogenianus l. 15. ff. de Carb. edict.

**ΑΠΟΧΗΡΕΪΣ**, abdicatio. Imp. l. 6. C. de Pa. pot. [abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & Δοκίμησις dicebatur, Romanis legib. non eòprobat.]

**ΑΠΟΧΑ**, dicitio græca est, interpretaturq; receptio: nam tunc illam creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rē quam illi debebat recepit. Vlp. lib. 40. Dig. de accep. si accep. latum [Inter acceptilationem, inquit, & apocham hoc interest, quòd acceptilatione omnimoda liberatio cōtingit, licet penuria soluta nō sit Apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit.] Itē de fid. instr. l. plures apochis de Apoc. pub.

**ΑΠΟΧΗΑ**, supra in ver. Antapocha.

**ΑΠΟΚΡΙΣΤΑΡΙ** sunt nuntij domini Papæ, quasi secretarij. vt d. 16. e. septuaginta disti ex eò quòd decedunt & proficiscuntur in longinquas regiones, vt responsum mittentibus referant mādatorum suorum. Nam Græci apocrisin dicunt decessorem & responsū. De hac dictione vide etiam in lit y.

**ΑΠΟΚΡΥΦΑ** vel [apocryphum] dicitur occultum vel secretum: inde dicitur Apocryphus, i. liber secretus & occultus, cuius auctor ignoratur, vel de cuius veritate dubicatur, non tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobat. quasi diceret, non in ecclesia sed remote & longe ab ecclesia sit legendus. De apocryphis habet. 16. di. canone generalium & ibi gl.



**APOLIDES** græcè dicuntur, qui ex-  
tores siue exules sunt, dicti vel  
ab ἀπολεία, quod est deperdo, siue  
ab α, particula priuatiua, & πόλις,  
quod interpretatur ciuitas, vt  
Martianus scribit libro 47. Dig.  
de Pœ [Quidam, inquit, apolides  
sunt, id est, sine ciuitate.] Vlpia-  
nus quoque de leg. 3. l. 1. [Nec  
testamenti, inquit, faciendi ius  
habent. cum sint apolides.]

**APOLIDES** dicuntur, qui sunt sine  
ciuitate, ab α, quod est sine, & πό-  
λις ciuitas.

**APOLOGIA** est excusatio vel res-  
ponso, vnde dicitur, Clerici, qui  
alios accusant, iustam accipiant  
opologiam, & est apologia posita  
in defensione, vel negatione tan-  
tum: nam in ea solent quidam ac-  
cusantibus respondere: vnde apō-  
logeticus, id est, excusatorius vel  
responsoarius not. per Archid. 36.  
quæst. 2. circ.

**APOSTASIA** secundum Host. est te-  
merarius recessus à statu fidei,  
obedienciæ, vel religionis quam  
quis professus est se tenere. Inde  
apostata, qui recesserunt à fide,  
& qui egressi religionem quam  
professi fuerant, iterum ad sæcu-  
lum redeunt, vt tradit Bartolus in  
rub. eo. tit. sic dicti, tanquam retro  
abeuntes, cap. non obseruetis. 16.  
quæst.

**Apostoli**, orum, ex Græco interpre-  
tantur dimissoriae literæ, ab ἀπο-  
στειν quod est mitto. Vnde est ap-  
ostole, es, idem quod remissio.  
Titus Liuius [Apostolos, inquit,  
fregit in Senatu.] Titulus est ap-  
ud Iurisconsult. de literis dimis-  
soriis, qui dicuntur Apostoli li-  
bro 50. Digest. Modestinus quo-  
que de ver. sig. leg. dimissoriae.  
[Dimissoria, inquit, literæ dicun-  
tur, quæ vulgo apostoli dicun-  
tur. Neb.]

**APOSTOLI** secundum Host. dicun-  
tur literæ testimoniales, quia te-  
stificantur de appellatione facta,  
& secundam eundem, & Spe. in 3.  
part. in tractatu libel. §. sequitur.  
versic. [apostoli.] Ibi vide quid  
sint apostoli, vnde dicantur, & de  
quadruplici eorum specie, & eo-  
rum formis. Nam alij sunt aposto-  
li conuentionales, scilicet, quan-  
do pars admittit appellationem,  
siue in iudicio iudice refutante,  
siue tacente, siue extra iudicium,  
vt cap. sape. 2. resp. & oblat. de  
Appel. Alij sunt testimoniales te-  
stificantes de appellatione facta,  
vt supra. Alij dimissorij, per quos  
apparet quod index detulit ap-  
pellationi. Alij refutatorij, per  
quos apparet quod index non de-  
fert appellationi. [Alij reuerendi,  
vel reuerentiales, scilicet, quando  
ob reuerentiam superioris ap-  
pellationi defertur, vt cap. 1. de  
Appell. lib. 6. in gloss.]

**APOTELISMA** significat absolutio-  
nem & perfectionem operis, leg.  
rei. §. fin. de Verb. sig.

**APOTHECA** est arca, vel locus in quo  
aliquid ponitur custodiendi cau-  
sa, vel in quo merces venduntur,  
qui locus & alio nomine statio  
vocatur, inde apothecarius, id est,  
stationarius, qui stat ad venden-  
dum.

**APPARERE**, id est, ad memoriam re-  
ducere, in Authent. de fide instru.  
circa princ. secundum vnam ex-  
positionem. Aliquando apparere  
exponitur, id est, præsumere, vt  
extra, de præsumpt. cap. scribam.

**APPARATIO** quandoque ponitur  
pro discussione, vt in leg. 1. C. de  
loc. præd. ciui. lib. 11.

**APPANNAGIUM**, Francicum vocabu-  
lum, pro ea parte bonorum, quæ  
regis Franci liberis natu minori-  
bus concedi solet postquam natu

maximus regnum patre mortuo adeptus est. Eius autem ins & conditio hæc est, vt directum dominium rex in ea parte retineat: & si posterius virilis sexus deficient, ad regem redeant. A Germanis ductum vocabulum arbitratur Hotom. Hodie enim, inquit, Germani Abbanen, Forbannen, Ausbannen, pro excludere vsurpant: dictum itaque appanagium quasi pars exclusoria, B in P mutato.

**APPARITORES** dicuntur qui apparent & præsto sunt, obsequunturque magistratibus. Virg. 9. Æn.

*Quam ipsi cupiant regi apparere Latins.*

Gell. lib. 2. Posteaquam listor, qui illi apparebat, intellexit. Cic. lib. 3. de legi. [Leges, inquit, sunt quas apparitores nostri volunt.] Hier. ad Saluinam: [Nihil nocuit militanti paludamentum & baltheus, & apparitorum caterua.] Vlp. lib. 21. tit. de Euictioni. l. si pignora. [Si pignora, inquit, vāniet per apparitores.] Nebr.

**APPARITORES** dicuntur, qui citant partes, & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen inde trahentes: vel dicuntur ideo apparitores, quasi apparitores, quasi ipsi appareant in iudicio. Item dicuntur catholicani, quasi communiter, & vulgariter seruientes, vt bedelli ad iudicium. Item dicuntur officiales secundum Azon, vel secundum Isid. apparitor dicitur ille, eo quod appareat & videatur & præsto sit ad obsequium vel aliquid audiens teneat. Et de apparitore habetur in cap. tua. de homi. & gloss. magna, in cap. veritatis, de dolo & contu.

**APPELLARE**, est à minori iudice ad maiorem prouocare. Ex eo induta appellatio secundum leges,

vt iniq̄uitas, vel imperitia iudicantium corrigatur, licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet. de Appellatione, cap. cum speciali. §. porro, vel ideo vt homines oppressi releuentur. 2. q. 6. ad Romanam. 2. & quis possit appellare, à quo, ad quem, quando, qualiter, quoties, intra quod tempus, & à qua sententia, vide 2. q. 6. per totum. & Goff. in sum.

**APPELLARE** debitorem eleganter & propriè pro eo quod crebrius dicitur interpellare. id est, ab eo id quod debet reposcere. Iul. l. 16. in fin ff. de fideiuf. Colum. lib. 1. cap. 7. Optima nomina non appellando fieri mala.

**APPELLARE**, inquit Vlpianus est blanda oratione alterius pudicitiam attentare: & paulo post, aliud est appellare, aliud adfectari. Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat: adfectatur qui tacitus frequenter sequitur: adfida enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. l. 15. §. 17. ff. de intur.

**APPELLATIO** secundum Azon. est à minore iudice per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ late sententiæ, recessio. ff. de Min. l. prælecti. Item est de minore iudice ad maiorem prouocatio secundum summulistas, de contue. c. 2. lib. 6. in gl. 4. Vel aliter secundum Host. appellatio est iurisdictionis prioris iudicis per inuocationem superioris iudicis ritè facta suspensio, & hæc definitio secundum eum competit tam secundum leges quam secundum canones, vt extra. de Offic. dele. c. pastoralis. §. præterea. Vel sic: appellatio est ab audientia minoris iudicis ad maiorem propter grauamen, vel illarum vel

comminatum prouocatio, de Appell. vt debetur, & c. cum cessate. & si extra iudicium appellatur, tunc est superioris inuocatio seu protectio ab iniuria vel grauamine interrogando. C. cum sit Romana. eod. tit. de Appell. relat. & recus. Et appellatio & recusatio sunt paria. de appell. super eod. 2. resp. & hoc quo ad modum, sicut non admittitur frustratoria appellatio ita nec recusatio. Differunt tamen, quia recusatio etiam, si non grauior, non tamen appello a iudice in quem consensi nisi grauior, & c. vt de offic. de leg. c. si contra. in gl. fin. ubi. 6.

APPENDICIUS, sum, dicitur quod ab alio pedit. Hier. ad Furiā: [pudicitia sine comitibus & appendiciis suis continentia & paritate.] Vlp. lib. 20. Digest. de acquir. hær. l. si quis. [Sunt, inquit, appendicia præced. institutionis.] Neb.

APPENDICIA quid sit, vide ff. de acq. hær. l. si quis hær. & de admin. tut. l. tutores, & C. si tutor non gest. l. fin.

APPLICATIONIS ius fuisse videtur, vt qui peregrinus sese in ciuis alicuius Romani, quasi patroni fidē & clientelam ita dedisset, si intestato mortuus esset, eius hereditatē patronus obtineret. Cic. 1. de Orat. [Si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.]

APPLUMBATIO, est diuersarum materiarum consolidatio, vt auri, argenti, aurichalci, plumbi, stanni, & c. & earum materiarum cōiunctio dicitur applumbatura.

APPVLSVS pecoris ad aquam, est ius adducendi pecus vel gregem ad aquam fontis alieni, vel riuum ad aquandum.

APVD quandoque exponitur pro id est, vt not. de præb. statutum. l. 6. quandoque, apud, id est, cō-

tra, vt Marcellus apud Iulianum not. ff. de pet. hær. l. nec vllam. §. non solum & de Requirit. res. l. 3. quandoque exponitur apud, id est, penes. C. vnde 6. l. si quis in tantam. & in quo differant apud & penes, vide ff. de Verb. signif. l. penes. 63.

APVD aliquem obligari, pro alicui obligari. Iulian. l. 16 ff. de fideiuss. [Fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est.]

### De A ante Q.

AQVA quotidiana & æstiuā, de aqua pluuiali arcenda, & aqua de castello educenda [Require infra interdictum de illis.]

AQVA & ignis interditebatur olim rerum capitalium damnatis, cum nec supplicium de Romano ciue sumi liceret, nec is prius amitteret civitatem, quam in aliam receptus esset. Nam his duobus elementis, quæ humanā vitam maximè continent, priuabantur, vt vrbe Roma egredierentur, atq; ita in aliam ciuitatem se conferrent. Id quod eleganter ostēdit Cicer. in Orat. pro domo sua. ] Demum introducta est deportatio, qua ius ciuitatis absq; huiusmodi circuitu amittitur.

AQVA profluens, id est, de cælo cadens Inst. de rerum diuis. §. 1.

AQVAM euocare, pro aquam abducere. l. Proculus. 26. de damn. inf.

AQVARIYS, i. aquarum custos. C. de Aquæd. l. decernimus. lib. 11.

AQVA [diurna] quæ interdum ducitur, nocturna quæ noctu. l. si prius ff. de aqua & aq. pl. Aqua perennis quæ nūquam arefcit. l. 1. §. loquitur. ff. de Aq. quo. aquæ salientes, quæ ex fistulis erumpunt, & supernè desiliunt. l. 2. ff. de Supell. leg. l. Impensa. ff. de Verb. sign.

AQVA

**AQUACIUM** est inquit Festus, quasi aquæ agium, id est, aquæ ductus, Pomp. l. 3. §. 6 de Aqua quot.

**AQUADUCTIVS** est ius ducendi aquam per fundum vel agrum alienum ad irrigandum agrum meum vel alterius iure servitutis constituta, vt Inst. de Seru. rust. præd. in prin. Aliter dicitur privilegium, quod datur illis qui præficiuntur ad custodiam formarum, per quas ducitur, vel per quorum fines formarum meatus transeunt, & quo purgant formam vel ductus aqua: ū. l. 1. C. de Aquæ duc. li. 11. & l. decernim. co. c. & l. 2.

**AQUAE HAUSTUS**, est ius hauriendi aquam, & portandi, per agrum, fundum, seu prædium alterius ratione servitutis. Et differunt: nam aquæ ductus fit in fistulis & meatibus terraneis. Sed aquæ haustus fit per animalia portando. l. si prius. §. 1. & 2. ff. de Aqua plu. arcen.

**AQUILEGIA**, nomen loci, ff. Locat. l. pen. §. 1. & dicitur quasi aquis ligata, quia aquis est circumdata, & habet Patriarcham. 9. quæ. 3. nunc verò legitur Aquileiam.

**AQUILEGES**, siue Aquilices dicuntur artifices inveniendorum fontium aquarumque colligendarum ad aquæ ductus. l. 21. ff. de Iur. im. vel. vt quibusdam placet, sunt qui curam agunt publicorum aquæ ductuum.

**AQUILIAE actio**, Require supra [actio legis Aquiliae.]

**AQUILIANA stipulatio**, est promissio, quæ nouat omnem contractum. Dicitur autem hoc nomine ab inuente hoc statuente, qui vocabatur Aquilius. Et debet fieri hoc modo. Si dicam sic debitori meo, [Quæcunque mihi debes ex quacunque causa, illa mihi promittis animo nouandi, &

dicat mihi [promitto.] cui tunc postea per acceptilationem tollitur obligatio. Ad cuius euidentiã, nota quod sic debet fieri acceptilatio, & Aquiliana stipulatio, & est quidam circuitus, sicut quandoque quod quis per se immediate facere non potest, facit per alium: ita & hic. Vnde supponendum est, quod si mihi tenearis in centum libris, quas tibi mutuauit, hæc est obligatio naturalis & re contracta modo immediate per ciuilem obligationem, quæ verbis contrahitur, tolli non potest: quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia verò non: tunc si fiet: quod illa naturalis re contracta, in ciuilem mutabitur per nouationem, vt dicendo sic, Illud quod ego mutuauit tibi, promittis, si tu dicas, Promitto, tunc obligatio illa prima efficitur ciuilis, & verbis contrahitur per Aquiliana stipulationem & nouationem. Post, si te dicente mihi sic, [id quod ego promisi tibi, acceptum ne habes, acceptumque; fers?] respondeat. [Acceptum habeo acceptumque; fero,] id est, teneo me pro pagato: isto modo tollitur obligatio per acceptilationem. Et sic patet, qualiter debet fieri Aquiliana stipulatio & acceptilatio. De hac visum est supra, Acceptilatio.

**AQUILICES**, qui aquæ elicienda sunt artifices apud Taruncenum. l. ult. ff. de Iur. immu. de quibus vide Vitruuium lib. 8. c. 1. & Plin. lib. 26. c. 7.

**AQUIMINARIUM** vas est, quod quoque versum fundit aquas: vnde à Græcis ex Herodoto, interprete Valet. *αειππυρνειον* dicitur, à *αει* circum, & *πυρνειον* spargo, siue irriigo. Pompon. lib. 34. de Auro & arg. l. & sic de Aquiminario dubitatum est: §. si cui. Et

puto contineri, nam & hoc propter escam paratur. Et eod. tit. l. in argento. De aquimnario, inquit Cassius, se consultum respondisse. Item de supellect. legata, l. id est, Aquimnarij sæpe meminit Nebris.

**AQUIMNARIUM**, genus vasis, quod secundum aliquos, quoque versum erat, aquas fundebat. Mentio fit in l. in argento: & in l. et si. ff. de Aur. & argent. §. sed de Aquimnario.

*De A ante R.*

**ARABIA** provincia est, vt l. pen §. 1. de extraord. crim. ff.

**ARABARCHES** dicebatur præfectus exigendo vectigalia de pecuariis, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Inde Arabarchia: cu us meminit l. usurpationem. C. de Vectig. com.

**ARARE**, id est, colere. C. de Theaur. l. 1. lib. 11.

**ARATRUM** inducere moris fuit Romanis, cum urbem aliquam euertissent, vt eam funditus deleterent. Modest. l. 21. ff. Quibus mod. Vtusfruct. Et Cic. Philip. 11. Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis ante ducta, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres. Horat. lib. 1. Car.

*Ira altis urbibus ultima sterere  
causa cur perirent*

*Funditus, imprimeretque muris  
Hostile aratrum exercitus insolens.*

**ARBITER** est, qui etiam compromissarius appellatur, & est ille qui ex compromisso, id est, ex consensu partium & ex litigantium electione, de causa cognoscit, qui nullam habet iurisdictionem propriam seu delegatam. ff. de Arbit. l. 1. Sed elect. est partibus discordantibus, ad earum li-

tem sua sententia dirimendam. Ergo ab ipso non appellatur, cum ipso iure non teneat sententia eius, sed metu pænæ status ei, quod non tenet, rescindi non potest. Hoc verum in arbitrio compromissario, secus in arbitro iuris. 11. quæst. 1. peruenit. Cod. de iud. l. vii. de Offic. de legat. suspici. c. de Appell. cum speciali & Clement. 1 eod. tit. in gloss. 1. & c. ad arbitro. de Offic. de legat. li. 6. vbi gloss. Item arbiter ponitur quandoque pro teste, vt in Gen. cap. 39. [Accidit, vt Ioseph operis quippiam absque arbitris faceret.] Est differentia inter arbitrum, & arbitratores, & amicabilem compositorem. Nam arbiter & arbitrator possunt eligi cum pænâ, sed differenter, quia arbiter dicitur iudex per consensum litigantium electus, qui iudicis partes suscipit, & finem controuersis sua sententia se pollicetur impositurum. ff. de Arbit. l. si de meis, §. recepisse. Et à sententia talis non potest appellari ff. de Arbit. l. diè proferri, §. fieri. & l. 1. C. eod. tit. Sed arbitrator est, in quem aliqui compromittunt tali forma, vt possit cognoscere & etiam iudicare altè & bassè, & qui etiam dici possit amicabilem compositor, & à sententia talis etiam non appellatur. Sed si fuerit lata contra ius constitutionis, irrita est ipso iure. C. Quando prouocat. non est necess. l. 2. Sed si lata est contra ius litigatoris, valet, redigitur tamen ad arbitrium boni viri. l. societatem. §. arbitratorum. ff. pro Socio. Debet enim arbiter obseruare iuris ordinem tanquam iudex ordinarius, & sententia ei<sup>9</sup>, siue iusta, siue iniusta, semper est tenenda, si pænâ fuerit apposta

2 q. 7. iudicib. Sed arbitrator nō tenetur seruare iudiciariū ordinē. Sed si profert iniustā sententiā, recurritur ad audiētiā superioris, vel arbitrium boni viri. Et amicabile cōpositor est sine pœna, qui tentat & experitur, an litigatores patiātur controuersiam suo cōsilio vel auctoritate discutere. §. si quis. in præal. l. si de iuris. Alias differētiās multas vice per doct. plenē in c. Quintaualius de iureiur. Arbitrator autē esse potest, qui non prohibetur a iure. Arbitrorū duo sūt genera, scilicet cōpromissarij, qui propriē dicūtur arbitri, qui eligūtur vt iudices, vt videlicet procedāt seruato in substātib. ordine iudiciario, & dantur ad cognoscendū & diffiniendū: vt si petis à me domū, & ego denego, & fiat cōpromissum in aliquē, ille est verus arbiter, quia eligitur vt cognoscat & diffiniat cāsus vt domus. Secūdi sūt arbitratores, qui non eligūtur vt iudices à partibus, vel super re litigiosa, sed vt componendo vel diuidendo inter partes diffiniāt, vt si duo socij res societatis diuidere velint ad arbitrium Petri, Petrus erit arbitrator, arg. ff. pro Soc. l. si societatem.

**ARBITRATV** alicuius cūm quid fieri mandatur, quomodo hęc verba intelligenda sint, declaratur in l. illa verba, arbitratu, vbi Alciat. de Verb. signif.

**ARBITRIVM** est actus certarum personarum exequentium cōpromissum, secundūm Azonem. Nam arbiter exequitur veritatem inquirendo, vt iudex. 30. quest. 5. iudicantem. Nam actor vult vt obtineat, & reus vt soluat, vel actor ad amplificandā causam, reus ad diminuendam eam. Sunt ergo in actu arbitrij

tres personæ, sc. arbiter, actor & reus. Ideo alij dicunt, [arbitrium est actus trium personarū super ciuili quæstione quasi in iudicio contententium.] Vel secundūm Host [arbitriū est potestas aliena voluntariē tradita, & recepta ad pronuntiandum in lite, pro vt arbitro visum fuerit, aliquando certa pœna vallata & certis terminis limitata.] Sed cōpromissum est potestas arbitris data, quorum arbitrium est sententia arbitralis, quæ etiam laudum dicitur. Et arbitrium seu arbitratus suo proprio significato significat libertatem arbitrandi & voluntatem ratione regulatam. Et vbi actus ponitur in arbitrio seu arbitrato, significat per modum conditionis, vt actus valeat si arbitrio decernatur, & hoc diuersimodē secundūm diuersitatem materiæ subiectæ, v. g. Promitto tibi equum arbitrato Titij: Titio non arbitrate, quia non vult, vel non potest arbitrari, nulla est promissio, nec recurritur ad arbitrium boni viri. l. si quis arbitrato. ff. de Verb. oblig. Ratio, quia contrahens de arbitrio illius tantūm intellexit, quod hęc verba important, vbi autem stat per illum, cui cōpromittitur, conditio statim deficit, nec promissor de cætero ex illa promissione potest obligari, vt l. si quis. præalleg. E contrario si per promissorem steterit, conditio statim habebitur pro impleta. arg. l. iur. ciu. ff. de Cond. & demonstr. vt promissio sit efficax, siue ille arbitretur, siue non, secundūm boni viri arbitrium, ad quod tunc recurritur. Et hoc ideo ne sit in potestate debitoris se liberare à promissione.

**ARBITRIVM** tutelæ, i. actio tutelæ.

rela. de hoc supra, [actio tutelæ.]  
**ARBOR** vento delecta, non arboris,  
 sed ligni appellatione continetur  
 l. ligni ff. de leg. 3.

**ARBORIS** appellatione multa continentur, ff. arbor. fur. ca. l. 3. & 4. Item vires continentur appellatione arboris. vt ff. de arb. cæd. l. 1. §. 1. **ADDE**, quod arborum verbo continentur etiam radices arborum, vt not gl. in l. obligationum ferè in ver. [sic & in tradendo.] ff. de action. & oblig.

**ARBORES** furtim cadere, est scindere vel incidere arbores infcio & invito domino.

**ARBORES** caduæ dicuntur, quæ excisè repullulant.

**ARBORES** grandes, quarum mentio habetur in l. sed si ff. de vsufr. quæ sint, eleganter explicat Alc in l. Sylua, de Verb. sig.

**ARBUSTVM**, locus est in quo arbores sunt ad fructum confitæ: sicut salicetum in quo sunt salices, hoc & arboretum aliqui vocant, vt tradit Aulus Gel. & meminit Paul. Iurif. in l. impensæ necessariæ, de Verb. sig. ff.

**ARCA** pro monumento supra terram, in qua cadauera conduntur, l. is qui ff. de Relig. & sumpt. fun.

**ARCA** camerata, i. arcuata & confornicata. l. sed adde. §. si inquilinus 5 ff. Locat.

**ARCARIUS** is dicitur, qui pecuniam publicam adseruat. Hieron. in calce epistolæ ad Rom. pro eo quod in Græco est œconomus, ipse arcarius interpretatus est: [Salutat, inquit, vos Brattus arcarius ciuitatis.] Scæuola lib. 40. Dig. in tit. de fideicom. liber. Thais. [Stichum, inquit, rationibus redditus manumitti volo: Stichus arcarius probante domino nomina fecit.] In C quoque Iustiniano titulus est de susceptoribus & præpositis &

arcariis. Potest igitur arcarius esse publicè & priuatiu. Nebr.

**ARCARIUS** est qui præest arcæ, in qua pecunia custoditur, & ita sumitur in tit. de Suscep. & Præp. & arca, lib. 10 C.

**ARCHIATROS** ex Græco interpretatur princeps medicorum, dicitur ab ἀρχων, quod est princeps, & ἰατρος medicus August. li. 3. de Ciu. Dei. [Vbi se, inquit, Æsculapius excusabit, quod archiatrum se, non obstetricem profitebatur.] Hier. ad Euagrium: Ne fieret, ait, aliqua plaga, quæ scientia nostri lateret archiatri.] Iulius quoque Firmicus lib. 2. matheseon. [Mercurius in tertio ab horoscopo loco constitutus facit archiatros.] in C Iustiniano tit. de professoribus & medicis, lib. 10. [medicos, inquit, & maxime archiatros, vel ex archiatriis.] & infra, l. archiatri. [Archiatri, inquit, scientes annuaria sibi commoda.] Nebr.

**ARCHIATRI** dicuntur medici principis, vt tradit Alciat. in rub. C. de Com. & arch. lib. 12.

**ARCHICANCELLARIUS**: require infra cancellarius.

**ARCHIDIACONUS**, est princeps diaconorum, qui imperat subdiaconis & Leuitis. Et dicitur ab ἀρχων, quod est princeps, & diaconus, quali princeps diaconorum. Vnde quando vult præ aliis Euangeliū legit, vel cui vult legendū committit. extrâ, de Off. arch. cap. 2. in princ. Vel est oculus episcopi ad conspiciendum, corrigendū & emendandū per episcopatū, exceptis arduis. Et debet audire iurgia sigulorū, & habere curā & sollicitudinē in ecclesiis, & clericis, vt in c. ad hoc, de offic. arch. Inde venit archidiaconatus, & quando fit per electionem, tunc est dignitas: si vero habitus sit per collationē,  
 non

non est dignitas, vt not. in c. decernimus. de Iudic. C.

**ARCHIEPISCOPVS**, est princeps episcoporum. 21. dist. c. 1. c. 1. & pen.

**ARCHIFLAMINES** qui sint vide 21. dist. in princ. 80. dist. c. 1. & pen.

**ARCHIGERON** interpretatur princeps seniorū, quoniam γερων Græcè est senior, siue senex. In C. Iusti. tit. de episc. aud. l. archigerōnes. [ Archigerontes, inquit, & diœceta ] Accursius, quod mirū sit, archigerontes archipresbyteros interpretatur rectè: quæ presbyteros æquè seniores interpretatur, vt idem sit archigeron quod archipresbyter.

**ARCHIGVERNVS** interpretatur gubernatorū princeps sine classis præfectus: cōpositū nomē ex Græco & Latino, quod per quā rarū est, aliquādo fieri solet, vt Quinzilian. li. 1. ostēdit, Iabolen. li. 36. Dig. tit. ad Senatusconsultū Trebel. l. eius [ Saturn. inquit, gubernius ex classe Britannica ] Nebr.

**ARCHIGVERNVS**, præfectus classis, l. Scius, ad Senatusconsultū Treb.

**ARCHIMANDRITA** interpretatur agminis siue gregis princeps: μῆδ' ἐξ namque multa significat apud Græcos, speluncam interpretatur frater Ioannes Carmelitanus. Iuuenalis mandram posuit pro muliere, cum in tertia Satyra scripsit,

*Stantis conuicia mandra.*

Martialis pro ipsa malorum concatenatione, dicens,

*Vixque datur longas multorum vincere mandras.*

Atque idem alibi pro calculo in ludo, quem vocat vulgus, scaccorum, his verbis:

*Sic vincas Nouiumq; Publiumq; mādriū & vitreo latrone elusos.*

In Codice tamen Iustin. god. li. 1.

pro Pontifice accipitur. [ Reuerendissimi, inquit, archimandrita ] Idem de monachis [ Deo. inquit, amabiles episcopi & archimandrite, ] vtrobiq; pro pastore Nebr.

**ARCHIMANDRITA** est pastor ouium: vnde,

*Archimandrita sit ouium tibi pastor.*

Et ponitur pro episcopo, i. q. 7. dispensationes. quasi princeps gregis, ab ἀρχων, i. princeps, & μῆδ' ἐξ Græcè, quod est grex vel spelunca Latine. etiam ponitur pro Abbate. vt in l. fin. C. de sum. trin. siquidem initio monachi in eremis habitabant.

**ARCHIMIMVS** interpretatur princeps minorū. Sunt autem mimi, poemata lasciuientia in turpitudinem: de quib. scripsit Ouid.

*Scribere si fas est imitantes turpia mimos.*

Et Martial.

*Mimos ridiculi Philistrionis.*

Mimus verò, auctore Diomede, dictus est, quod omnia solus imitetur, à verbo Græco μιμῶσται, quod interpretatur imitor, cum alia poemata idem faciant, hic tamen peculiari quodam modo. Iulian. li. 38. de oper. lib. l. patronus. [ Nam si quis inquit, archimimum vel pantominum. ] Nebr.

**ARCHIMIMVS**, mimorū princeps, & qui melius quàm alij, nouit in scena gestus seu mores eorum, quos irridere vult, imitari. l. patronus. ff. de Oper. liber.

**ARCHIOTAS**, qui præsent archiuo. l. ult. ff. de muner.

**ARCHIPRESBYTER**, quasi princeps presbyterorum, qui tamen subest archidiacono, cuius ministerium & officium cum officio archidiaconi ponitur. 25. dist.



perfectis. Item duo sunt genera archipresbyterorum, scilicet ciuitatis, ut cap. officium. eodem tit. & ruralis, ut cap. ut singula. de Offic. archipresby. secundum Hostien.

**ARCHISYNAGOGVS**, est princeps synagoga.

**ARCHITECTVS** interpretatur princeps fabricarum: nam rector est faber, lignarius maxime, sed architecti negotium ad plura se extendit. Vitruuius libro 1. de architectonica [Architecti, inquit, scientia est pluribus disciplinis, & variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quae a ceteris artibus proficiscuntur opera:] ea nascitur ex fabrica & ratiocinatione. Hinc Paulus Apostolus translatione vrens dixit in epistola quadam, [quasi sapiens architectus fundamentum posui.] Callist. libro 50. de Iur. immu. leg. quibusdam. [Veterinarij, inquit, architecti.] Nebr.

**ARCHITECTVS**, est princeps artificum, vel principalis aedificator, qui struendis aedificiorum praest. l. fin. de Iur. immu.

**ARCHI VVM**, interiecta v. à Latinis dicitur, quod est Graecis ἀρχή, quod interpretatur principium, & est locus ubi monumenta literarum publicè adseruantur. Martia. in Philologiae nuptiis: [Clotho & Lachesis librariae superum archiisque custodes] Hier. in prologo Ester: [Librum, inquit, Ester variis translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebraeorum reuelans verbum è verbo expressius transtuli.] Vlp. lib. 48. tit. de pennis. l. moris §. solet. Quo, inquit, in publico instrumenta deponantur archiuo forte vel gram-

matophylacio.] Nebrissenfis.

**ARCHI VVM**, publicum, id est, armarium publicum, scilicet ubi libri ponuntur, seu instrumenta seu acta, habetur C. de fide instrum. in Auth. ad hanc. & not. 30. quæst. 1. peruenit.

**ARCVS**, est pons lapideus, nec appellatione arcus venit pons ligneus. ff. de aqua plu. arcen. l. supra iter.

**AREA**, inquit Festus Pompeius, leg. 1. locus est vacuus quasi exaruerit, & non possit quicquam generare, qualis est in qua teruntur messes. Est quoque in vrbe solum, siue terræ superficies, in qua nihil est aedificatum Florentinus de Verborum significatione leg. fundi [Locus, inquit, siue aedificatio in vrbe, area: in rure, ager appellatur.] Nebr.

**AREA** locus in vrbe sine aedificio, leg. fundi. de Verborum significatione. Interdum significat rusticum locum ubi messes teruntur, leg. vlt. Cod. de Serui. sic dicta ab ariditate, quod in ea fructus arescant.

**ARELATENSIS** ab eo est quod est Arelas, siue Arelate ciuitas provinciae Narbonensis: nunc est Arles. Plinius libro 33. [Pompeius Paulioni equitis Arelatensis filius.] Scauola libro 33. Digest. de vsu & vsufructu leg. codicillis. [Ad rem publ. inquit, Arelatensium pertinere.]

**ARENA** plerunque pro amphitheatro ponitur, quo in loco bestiae conficiebantur, sic appellatus, ab eo, quod arena in solo spargebatur, quæ sanguinem effusum ex vulneribus, siue ferarum, siue gladiatorum ebiberet, Iuuen.

*Leonibus atque lanistis.*

*Libertas iurisque idem coningat arena.*

- Vlp lib. 48. Dig. tit. de accusat. [Qui cum bellis, inquit, depugnandi causa in arenam intromissi sunt.] Hinc & arenarij dicti, qui operas suas locabant, aut, obiciendo se feris, aut congregiendocum altero gladiatore: cuiusmodi homines infames sunt. Callistratus lib. 38. de operis libertorum. l. hæc demum. [Neque arenarius, inquit, manumissus, &c.] Nebriss.
- ARENA** appellabatur amphitheatrum, quo in loco spectacula edebantur. l. qui iudicio. de accusat. Inde arenarij, qui ibi depugnabant. l. ea demum. de oper. liber.
- ARENAEFODINAE** dicuntur loca in quibus arena foditur: quæ etiam arenariæ dicuntur. l. sed & 2. de Public. tamen si quidam malint ibi legere arenæ.
- ARENATORES** dicuntur, qui in arenis delecta, & collapsa solent extrahere, & dicuntur humiles personæ, vt C. de Incest. nuptiis. leg. humil. m.
- ARENGA**, est apta & concors verborum sententia, quæ ponitur post salutationem in priuilegiis arduorum negotiorum.
- AREOPAGVS**, locus erat Athenis vbi fuit olim summum concilium, quod de cædibus atque id genus iudicabat.
- ARESCVSA** nomen celebre est feminarum in libris Dig. In libris recentioribus mendosè legitur Arethusa. Neque ignoro Arethusam nympham esse, & fontem eiusdem nominis in Sicilia. de vtraque Virgil. in Bucolicis, & in quarto Georgicorum lib. Sed quod ad iuris rationem attinet nihil refert Arethusam dicas, an Arethusam: nos puritatem lectionis defendimus, quod Grammatici proprium est Officium. Neb.
- ARGUMENTARIVS**, non tam argenti opifex est, quam is qui pecunias publicas exigit, aut pecunias sub fide publica permutat, qui vulgò Campsores appellantur. Marcellus lib. 40. de Statuliberis. l. Stichus. [aut argentariæ, inquit, mensæ exercitores. Item lib. 2. Dig. tit. de Edendo. l. prætor. [Prætor ait, argentariæ mensæ exercitores.]
- ARGENTARIJ** sunt, quasi campsores vel argentariæ mensæ exercitores, qui singulorum solebant rationes, id est, calculos & instrumenta conficere, scribentes accepta & data, ita quod ex scriptis eorum quæ erant communia, doceatur & sciatur quantum datum sit, & quantum acceptum, qui aliàs dicuntur numularij, vt in fra de N.
- ARGENTIFODINAE**, aurifodinæ, sulphurifodinæ, lapidifodinæ, arenæfodinæ: sunt loca in quibus huiusmodi res fodiuntur.
- ARGENTVM** escarium dicitur, quod in vsu habetur ad epulandum, i. ad esum & potum. l. sed & si. §. cui. de auro & argento legato.
- ARGENTVM** factum quod dicitur, declarat Iuriscons. in l. Quintus. de aur. & argen. leg.
- ARGENTVM** infectum appellatur, rudis materia argenti. id est, non facta. l. etsi. de aur. & ar. legat.
- ARGENTVM** pustulatum apud Sueton. accipitur pro purgatissimo argento, de quo fit mentio etiam in l. naue de Leg. ar. licet Bod. attestetur ibi non absurdè legi posse postilatum, vt rudem argenti massam intelligamus. lege pustulatum.
- ARGUMENTVM**, est ratio rei dubiæ faciens fidem, de Hæret. cum ex. iniuncto. Et dicitur quasi arguens mentem, vel quasi arguere

gūtē inuentum, vt no. Bern in c. forus. de Verb. signif. aliquando sumitur pro experiētia, rerūmq; vlt. vt inst. in proœ. §. cūmq; ibi, [sed quod in ipsis rerū obrinet argumentis,] id est, quod est in viridi obseruantia.

**ARGVTVS** dicitur secundūm Isid. qui citō inuenit argumenta in loquendo, i. subtilis, & astutus.

**ARIDI** fructus qui dicuntur, explicatur C. de Viur. Auth. ad hęc, & l. i. C. Theod. eodem, l. vlt. in fin. ff. de Iur. fisci. l. i. 3. C. de susceptor. quibus opponuntur fructus liquidi, d. Auth. adhęc. C.

**ARMA** sunt defensoria. Et nomine armorum veniunt cūstas, lapides, ferrū, & omne illud quod manu & arcu mittitur, provt no. Bern in c. sicut dignum. de homic. Et sic tela comprehenduntur, licet arma propriē sint quibus defendimur. Tela etiam, quibus impugnamus. Inst. de public. iudi. §. lex Cornelia & not. in Clem. in agro. §. quia. de Statu monac. in glo. super verbo, arma. & l. armorum ff. de Verb. signific.

**ARMARIUM**, vel armentarium, est locus vbi arma ponuntur.

**ARMENIA**, vide C. de Offic. magistr. mili. l. vlt. & de agric. & cens. l. cū antea. lib. i. i.

**ARMENTVM**, inquit Varro de Lingua Latina, dictū est, quōd boues maximē parabantur vt inde eligerent ad arandum: inde armēta dicta postea, tertia litera extrita, pro aramenta Festus tamen Pompeius armentum id genus pecoris appellat, quod est idoneum ad opus armorum. Pomponius tit. de Ver. signi. l. boues. [Boues, inquit, armentorum magis quām iumentorum nomine appellantur.] Nebris.

**ARMENTVM**, est magnorum anima-

lium, vt equorum & bouum: grex verō minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium, licet etiam largē sumatur pro maioribus. ff. de abigeis. l. i. in fin. & Clem. i. de Deci. Nam armenta propriē dicuntur pecora gregis: inde armentarius, id est, armentorum custos.

**ARMILLAE**, inquit, Festus, erant ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerebant: dicta quod antiqui humeros cum brachiis amos vocabant. vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Vlp. lib. 34. Dig. tit. de Auro & argento leg. l. argumento. [inaures, inquit, & armilla.] Nebris.

**ARMILLAE** enumerantur inter muliebria ornamenta, l. argumento. §. ornamenta. de Aur. & argento legato.

**ARMVS** est spathula assa alicuius animalis, vt in cap. vnico. circa medium, in verb. [principis vinctio.] de sac. vinctio. & ibi per doct. i. Reg. 9. eo.

**ARRHA**, arrhæ, siue arrabo, arrabonnis, propriē illud est quod datur pro emptionibus confirmandis. nam, quemadmodum Vlpianus ait, sine pretio venditio nulla est, neque pretij numeratio, sed conuentio facit emptionem. Sed (vt Gaius iuriconsultus ait) quōd arrha pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arrha conuentio nihil proficiat, sed vt euidentius probari possit conuenisse de pretio. Sed cur in sponsalibus contrahendis ab sponso arrhæ dentur sponsæ, vnde quæca res habeat originem, pauci nouerunt. Consuetudo fuit apud maiores nostros, vt sponsus & sponsa iniuri sedus matrimonij se inuicem cõmerent.

facta igitur pretij conuentione,  
& sponsa emebat sponsum dotis  
pretio, id quod Plautus expressit  
dicens:

*Imperium accepti, dote liberta-  
tem vendidi.*

Et Iuuenalis.

*Veniunt an dote sagitta.*

*Libertas emitur.*

E cōtrario sponsus emebat spon-  
sam. Vnde est illud Virgilianum  
ex primo Georg.

*Tēque sibi generum Tethys emat  
omnibus undis*

Sed quia vtrumque pretium fu-  
turum erat in potestate viri, ac-  
cipit ille dotem, quia emptus est  
ab sponsa: illa vero tantum acci-  
pit arrhas, quod est quasi quod-  
dam emptionis signum: aliquan-  
do tamen arrha pro pignore  
simpliciter accipitur apud aucto-  
res Nebr.

**ARRHA** dicitur in emptione &  
venditione id quod datur in te-  
stimonium vel signum venditio-  
nis. Est enim arrharum datio ar-  
gumentum emptionis & vendi-  
tionis contractus.

**ARRHAE** sponsalix vel sponsalitiæ  
secundum Hostiens. in sam. de  
Spons. & mat. §. vnde dicuntur  
Vers. [sed quia arrhæ] dicuntur  
donaria data inter sponsum &  
sponsam in signum matrimonij  
contrahendi & remunerandi con-  
sentientes: & fit hoc per verba  
affirmatiua, scilicet, Do tibi ar-  
rhas istas vt cum filio meo con-  
trahas. Et hæc arrhæ dicuntur sub-  
annuli, quia fiunt per immissio-  
nem annuli: Iuxta illud, annulo  
suo subarrhauit me, vt patet per  
eundem §. quot sunt species.

**ARRHESTITVS**, i. possessus à da-  
mone.

**ARRESTARE**, est aliquem vel bona  
sua per mandatum iudicis impe-  
dire ne moueatur a loco donec  
conquerenti respondeat, vt c. 2.  
de Crim. falsi. & l. relegatorum,  
ff. de interdicitis & relegatis.

**ARROGARE**, est aliquem qui sui iu-  
ris est in filium recipere: inde  
arrogatus filius dicitur ille, qui  
sic assumitur in filium. Et sic ar-  
rogator est pater qui accipit ali-  
quem hoc modo in filium. & est  
differentia inter arrogationem  
& adoptionem: quia ille adopta-  
tur, qui non est sui iuris, sed alte-  
rius potestati subiectus, vt supra  
visum est. Sed arrogatur ille qui  
primò sui iuris est, & per arroga-  
tionem transit in potestatem pa-  
tris, scilicet arrogatoris. Vnde,

*Arrogo qui suus est, sed habet  
meus esse necesse.*

*Patris adopto suum, sed patris  
permanet idem.*

De hoc de cog. leg. cap. vnico.  
in gl. 1. Item arrogare in alia si-  
gnificatione, i. adscribere. Vnde  
dicitur arrogas, quasi omnia sibi  
adscribens. Inde arrogantia, id  
est, superbia. Differunt tamen,  
quia superbia est inanis gloria  
de eo quod quis habet, vt sunt  
Philosophi Legitæ, & alij suffi-  
cientes in arte sua. Sed arrogan-  
tia est inanis gloria de eo quod  
quis non habet, & cum quis cre-  
dit ea se scire, quæ tamen nescit.

**ARS** est collectio præceptorum. In-  
sti. de Insti. & iur. §. iuris præce-  
pta. Vel ars secundum Porphy.  
est de infinitis sumpta doctrina.  
no. ff. de Insti. & iu. l. 1. r. super  
verbo ars. Nē ars quandoque lu-  
mitur in malam partem, vt C. de  
His qui ad sta. confu. l. 7. & ideo  
dicitur

dicitur arte, id est, dolo. 22. q. 5. quacunq̄ue.

**ARS** quandoque dicitur cura animarum, vt de Ætat. & qual. cūm fit Item secundūm Archid. ars dicitur actus damnatus, vt in cap. vnico de Vita & honest. cler. lib. 6. ibi, si per annum artem istam ignominiosam. Etiam balistarij dicuntur exercere artem de sagit. cap. 1. & magi dicuntur exercere artem, & coqui. de Consec. dist. 5. c. ne tales.

**ARTANVM**, est idem quod aratrum.

**ARTEMONIS**, trochleæ genus est, machina ad subleuanda onera, quæ Græcè dicitur ἄρτεμονίς Vitruuius libro 10. de architectura: [In radice, inquit, machinæ collocatur tertia trochlea: eam Græci epagonta, nostri artemonem appellant.] Lucas in Apostolica Historia, cap. 27 artemone quasi Græca dictione vtritur, cūm dicit: [Et leuato artemone secundūm auræ statum, tendebāt ad litus.] nam in Græco artemona posuit, sed fieri potest vt à sermone Latino acceperit Lucas, cūm præfertim qui cum Paulo erant in ea nauigatione Romani essent, aut saltē Romanè loquerentur. Quòd si artemo dictio Latina est, non potest per th aspiratum legi, id quòd Isidorus putauit, cūm nulla dictio Larina th, sed neque vllam aliam consonantem aspiratam recipiat. Iabolenus de Verborum significat. l. malum. [Malum nauis esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait.] Nebris.

**ARTEMON** est id quod retro ponitur ad nauim gubernandam l. malum. ff. de Verb. sign. & Bald. in l. precibus. Codi. de Impuber. & alijs substituit. Sed Alciac. in

d. l. malum. ait esse velum additum dirigendæ nauis causa, quòd verius est.

**ARTICVLVS** est pars intentionis, continens illud quod actor probare intendit, facit c. veniens. 2. de Testim. & gloss. in c. presentium. §. testes. eodem tit. lib. 6. Et articuli dicuntur capitela in iudicio probanda. eod. titul. per tuas. Et quandoque assertiones, & quandoque intentiones. c. ex parte A. in fine, de Testib. & not. Pau. in cap. cūm dilectus. de Fid. instrum. adde quòd articulus quandoque significat idem quòd statim. l. fin. C. de offic. com. sac. pal. interdum ponitur pro thēmate seu casu, vt in l. non possunt. de Legibus. aliquando pro particula l. triplici. de Verborum signific.

**ARTIFEX** quid sit, & nomina duellorum artificum, vide tex. iūcta gloss. quæ exponit significata eorū in l. i. C. de Exec. ar. lib. 10.

**ARTIFICIALIS** opera sunt, quæ ad artificium pertinent, veluti pictoria, & fabriles.

**ARVSPEX** quis dicatur, vide in c. i. 26. q. 4. & not. gl. in l. nullus. C. de Malef. & mathe.

### De A ante S.

**AS** dicitur tota hæreditas, vel quicquid in 12. partes diuidi potest.

In asse autem continentur certæ partes, scilicet 12. quarum qualibet habet proprium vocabulum. Sunt enim ista nomina 12. partium assis. Vncia sexcentx, & est vncia cum septuaginta Sextans, quia sextam partem significat, id est, duas vncias. Quadrans quatuor vncias significat. Triens tres vncias. Quincenx quinque, semis, septuag. bes. doctrans, dextans

tans, de unx. as. De quibus omnibus require loco suo. & Insti. de Hære. Inst. §. hæreditas. & in glo. ver [scilicet unx.] As tamen in ponderibus idem est quod vnum. Etiam ponitur pro obolo. Vnde versus.

*As, obolus, pondus, as est professio tota.*

EX ASSE hæres dicitur, cui vniuersa hæreditas relicta est. Hinc ex ASSE auferri hæreditas, quæ vniuersa auferretur. l. 2. C. de His quib. vt indig. Ex ASSE debere, l. 1. ff. Vt legat. no. cau. Ex asse possidere, l. pen. Qui iatis. cog.

ASCETERIA, ἀσκητήρια, loca exercitationi parata: nam ἀσκήσις exercitatio significat, & ἀσκητής exercitator. Hinc secessus olim à Theologia studiosis parati, in quibus se animo vacuo ac libero in eo studio exercerent, Asceteria nominantur, in l. omnia. 33. C. de Episco. & Cler.

ASCRIPITIVUS glebæ dicitur ille qui adscriptus est glebæ, fundo, siue solo terræ, & adscriptus per scripturam in qua promittit domino soli se nunquam à solo discedere. Et ex illa scriptura adscriptitius constituitur: sed tamen per eam solum non probatus, imo secundum Azonem & Hostiens. aliquando scriptura est necessaria, in qua confiteatur se esse adscriptitium. Et à glebæ quam colit, nec volens recedere permittitur, nec inuitus potest compelli ad recedendum, nec sine glebæ potest alienari. inter ascriptitios glebæ & originarios colonos quidam hæc dicunt esse differentiam,

quia adscriptitij in hærent glebæ; ita vt sine glebæ non transferantur. Sed coloni originarij non sic in hærent prædijs, quia quandoque sine prædijs dominus fundi possit eos mutare, & transferre ab vno prædio in aliud, item inter seruos & adscriptitios secundum Azonem & Hostiens. penè nulla est differentia. C. de Agric. & censit. l. ne diutius. lib. 1. r. ideo autem dicitur notanter penè, quia seruus potest vendi sine peculio, sed adscriptitius nunquam sine solo: item adscriptitij in prædijs, in quibus ascripti sunt, contra domini voluntatem ordinari possunt, & matrimonium contrahere vt in Auth. de sanct. epis. §. adscriptitio: serui verò nō, C. de Ep. & cler. l. iube. Inst. de iur. petionarū §. 1. & ibi gl. in verbo, [aut serui.] licet secundum canones si contrahant matrimonium, tenet. Et ascriptitij, quia tenentur colere terram, dicuntur coloni. Et quia ascriptitij deputati sunt ad hæc faciēda ex cōditione sua dicuntur ascriptitij. Et quia ex sui origine, vel patrū, vel auorū suorum, ita adhærent glebæ vt sine glebæ vendi non possint, nec glebæ sine illis, ideo dicuntur originarij. Require, [agricola] & infra [colonus] Breuiter dicas, quod adscriptitij serui seu coloni appellantur qui glebæ seu prædio colendo perpetuò additi sunt, inde nunquā recessuri, dominisq; prædiorum annuos reditus præter sumptum & victum reddituri.

ASPARGO, vitium ex pluuia vndæve contractum. Callist. l. 4. §. 2. ff. ad Leg. Rhod. Alias Aspergo, & conspergo legitur.

ASSASSINI, fuerunt quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus nitentur ad occidē

**cidendum Christianos**, contra quos statuta fuerunt poenae gravissimae, extra, de homicid. c. pro humano, lib. 6. Bart. autem in leg. non solum §. si mandat. de Injur. & in l. Cicero de poen. eos vocat assassinos, qui ob pecuniam quempiam interficiunt. De assassinis diffusè tractant Doctores in auth. sed novo iure. C. de Ser. fugit & in dicto c. pro humano.

**ASSECLA**, i. servus, eo quod sequatur aliquem causa lucri, secundum Isid. lib. 10. Etym.

**ASSECTARI** quis dicitur matrem famil. aut puellam, qui tacitus libidinis causa frequenter insequitur. Item apud §. appellare. de Injur.

**ASSELLARE**, est opus naturae facere: ut dicitur, [ dum assellaret emisit intestina. ]

**ASSERERE** manum, est admovere: quod ea quoque quae in terram dimituntur, feri dicuntur. Terent. ego illam liberali assero causa manu.

**ASSERERE**, est in libertatem vindicare: unde assertatores dicuntur vindices alienae libertatis.

**ASSERTIO** secundum Azo. in Sum. de assertione tollenda, erat quoddam verum, & friuolum iudicium quorundam, qui dicebantur assertores, eo quod asserabant eum liberum, qui tamen erat servus.

**ASSERTORES** dicuntur qui assident iudici, non ut iudices, sed ut approbaturi iudicis sententiam, quomodo Saluator noster discipulis dicit: [ Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. ] Iulius Firmicus libro 2. Matheleon: [ Mars, inquit, assessores maximos iudicum facit. ] Paulus lib. 1. Digest. tit. de Officio assessoris

l. 1. [ omne Officium assessorum, quo iuris studiosi partibus suis funguntur, in iis causis constat. ] In C. quoque Iustiniano titulus est de assessoribus & cancellariis. Nebr.

**ASSESSOR** dicitur, quasi assidens iudici in cognitione causarum, suam praebens consilium iudici, qui alio nomine dicitur officialis iudicis, & consiliarius. Item dicitur domesticus iudicis, de hoc vide Azon. in Sum. Codice de Assess. & domest. qui videtur ponere differentiam inter assessorem & domesticum iudicis & causidicum. & Accurs. C. de Domest. & protecl. in rubrica, lib. 12.

**ASSEVERARE** & profiteri quomodo differant, vide C. de probat. l. non nudis.

**ASSIDEI**, sunt Indaei qui semper cultui diuino insidebant.

**ASSIDERE** qualiter intelligatur, vide extra, de praeben. cap. significatum. & de Offic. archipresb. cap. primo.

**ASSISTI** dicuntur vulgè mansionarij, quasi assidui in ministerio ecclesiae, & sunt beneficiati, non etiam canonici, ut not. gloss. in c. cum ad hoc, de Cleric. non residentibus.

**ASSIGNARE** fit nudis verbis testamento vel codicillis ff. de Verborum sig. assignare. & ff. de Assigna leg. 1. §. Assignare. Et not. Arch. in cap. appellati. de appell. l. 6. in gloss. fin.

**ASSIGNATIVVS** libertus, require infra [liberrus]

**ASSISTERE**, id est, cum aliis esse. C. de aduoc. diuers. iud. l. vlt. & ibi not.

**ASSISTERIVM**, est locus vel domus sanctorum, sicut monasterium monachorum, in quo

feruiunt Deo, vt rex. in auth. hodie nouo iur. Cod. de Cuit. reor. Item assisteria est illa quæ præest assisterio, quia ipsa curæ aliarum assistit principaliter. Et secundum quosdam Azo. videtur exponere assisterias, i. fœminarum debiliu instarices. in Sum. C. de Episc. & cler. §. nunc de orphanotrophis, vel asceteria, i. reclusa, ab assistendo, quia quotidie assistit orationi. Item *ἀσκήσιον* apud Græcos est locus, in quo vnus sacerdos, quinque acolythi, quinque mulieres, quæ assisteriæ dicuntur, sunt manentes: vt 27. q. 1 si quis rapuerit. in gl. In locis supra citatis legitur asceterium & asceteria.

**ASSISTRIX**, id est, ancilla, dominæ assistens ad seruiendum.

**ASSOLATVS**, i. ad terram redactus, & inuenitur in Nathan Propheta.

**ASAA**, vel potius hasta fiscalis, est venditio quæ fit à fisco subhastatione. Quandoque autem fiebat hastatio cum dcedator per præconem, qui plus dederit infra mensem, ille rem habebit: licet ergo infra mensem aliter venderetur, tamen admittebatur adiectio infra certum tempus, vt C. de fid. instr. & iure hastæ fiscalis, & de Adiectio. l. 1. Si autem cum ipso emptore conuentum esset, vt possit dare plus offerenti, esset pactum in diem adiectionis, vt ibidem in gl. si tempora. C. eod.

**ASTIPVLATOR**, à Cic. dicitur qui vadimonij testis adhibetur. Nam pro Quintio, inquit, [Profecti sunt familiares & Albij & Quintij, dicent hi quoque testimonium. Litteræ P. Quintij, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur, cum astipulato-

re tuo comparabuntur.]

**ASTRVERE** est affirmare, asserere, vel assimilare. de cau. pos. & propri. cū ecclesia. & etiam est probare. de hæred. cum ex iniuncto.

**ASTVTE**, i. malitiosè. C. de legib. l. 2.

**ASTVTIA** est cum aliquis ad assequendum aliquid, siue bonum siue malum, falsis viis & simulatis vtitur, vnde proprie accipitur in malum, non enim oportet etiam ad bonum finem vii falsis viis vel simulatis 2. Corinth. 4. [Abdicemus occulta dedecoris non ambulantes in astotia, neque adulterantes verbum Dei.]

**ASYLVVM** interpretatur templum misericordiæ, quo confugientes olim tati erant, nec inde extrahi poterant leg. quis fit fugitiuus. §. apud. de Ædil. edict. vbi Bud.

**ASSYSTATOS**, vt vulgati habent Codices. in l. qui quadringenta. ad l. Falcid. exponitur, id est, non confitens status.

#### De Ante T.

**AT** dictio aduersatiua est, vel superabundat. vt in auth. de Trien. & semi. §. & quod sæpe. aliuando [at,] ponitur pro certe, vt Instit. de fidu. tut. §. 1. & de Rer. diuis. §. infula. & quib. alien. lic. §. at ex contrario.

**ATAVVS** est pater abau, & atauia est mater abau. 12.

**ATHLETA** interpretatur pugil siue certator, quia *ἀθλος* est certamen, & *ἀθλον* ipsum certaminis præmium: re quidem honorifica, non quemadmodum eorum, qui artem ludicram exercent infamis. Iuu.

*Leuibus athletis et vasa nouissima donati*

Vlp. lib. 27. tit. de excusationibus. [Athleta, inquit, habent à tutela



tesa excusationem.] Vlpia. lib. 2. Dig. tit. de iis qui not. l. athletas. [athletas autem artem ludicram non facere.] Nebr.

**ATHLETA** dicitur pugil, siue certator, l. athletas. ff. de iis qui not. infam. vbi Bud. ait, athletarum verbo gymnicos omnes intelligi, hoc est. luctatores, cursores, pugiles, saltatores, item qui discum in sublime iaculantur in ludo gladiatorum: & ad hoc quod athleta habeat immunitatem tanquam victor. requiruntur tria. Primo quod à tenera ætate fuerit in arte pugilandi. Secundo, quod habuerit tres coronas victor. æ, & vnam ad minus in altera Roma. Tertio, quod obtinuerit aduersariis incorruptis, ita Bart. in l. vni. Cod. de Athle. lib. 10 & ille text. facit pro trina examinatione fienda ante, quam quis doctoretur, & trinam approbationem debet reportare, secundum Bart. lib. quem refert Abbas in c. cum secundum Apostolum de præben. num. 7. & in c. cum venerabilis. de exce. in prin.

**ATHLETÆ**, secundum Accursium, dicuntur qui sine mercede, gratia virtutis pugnabant, vt ff. de iis qui not. infam. l. athletas. & C. de Athle. in prin. lib. 10.

**ATNEPOS** & **atneptris**, est filius vel filia abnepotis vel abneptris.

**ATORNARI** dicuntur procuratores apud aëta constituti. in c. vnic. de Sta reg. lib. 6. §. porro.

**ATQVE** pro [sicut] ponitur. ff. de iur. dot. leg. si pater mulieris aliquando ponitur pro, id est, ff. de administrat. l. i. in prin. aliquando pro [sed.] ff. de Neg. gest. leg. cum alicui §. 1. aliquando, id est, perinde ff. de Pactis. l. item quia.

**ATQVE** ponitur pro [certe,] vel [acqu] pro certè. Instit. de fid.

tuto circa medium. ff. de Offic. prætor. l. Barbarius vers. [atquin verum est.]

**ATRIENSIS** [atriarius,] seruus est qui aliis seruis à domino præponitur, dictus quod atrio, hoc est primæ domus parti, vbi apud antiquos diuitiæ adseruabantur, custos adhibebatur, de cuiusmodi seruo Virg. intellexit cum in Æneid. dixit.

*Fi dusque ad limina custos.*

Et qualis est aut fingitur Plautinus ille Saureas Atriensis, qui sit qua œconomus, siue villicus. Plinius Cæcilius in epist.

*Sumptus atriensium, lopiariorum & fabricorum.*

Seneca quoque in epistolis.

*Sed habet villicus atriensis colonus.*

Vlp. lib. 33. tit. de fundo instructo. leg. instrumenta in fin. [Si villa, inquit, cultior est, veluti atrienses & scoparij.] Item de Verb. sig. l. in lege 203. [Vtrum, ait, dispensatores, insularij, villici, atrienses] Accursius atrienses interpretatur qui purgant atrium

**ATRIARIE** sunt serui siue custodes atrij, & iidem dicuntur etiam atrienses Honorum summa erat olim auctoritas, vt ex Plauto tradit Alciatus in l. in leg. 203. de Verbor. sign. nam & negotia domini procurabant, & res venales distrahebant, & debita exigebant & in alios non parum iuris habebant. imo: vt ibidem Alciatus scribit, Atriensis dicti sunt, quod in atrio cæteris seruis cibaria distribuere.

**ATROX**, i. immifericors vel crudelis.

lis, quasi atris sit moribus, secundum Isid. lib. 10. etym.

**ATROX** iniuria, quasi contumeliosior & maior appellatur. l. prætor. §. atrocem. de Iniur. & quos modis atrox iniuria fieri dicatur traditur in §. atrox. Inst. de Iniur.

**ATTELLANVS**, na, num, ab Attella vrbis Campaniæ, de qua Silius lib. 11. Punicorum.

*Iamque Attella suas iamque & Calatia adigit.*

Inde Atteliani ludi, & Attelianæ comædiæ. Iuvenal.

*Vrbicus ex odio risum mouet attalena gestibus Antonios.*

Scæuolatit. de legatis 3. l. patronus. [Fundum, inquit, in regione Attellana legauit.] Nebriss. in pand. Florent. est attelata.

**ATTENTARI** pudicitia alicuius dicitur, cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat, leg. attentari. de Iniur.

**ATTESTARI**, est absenti denunciare. l. subsignatum. de Verb. sig.

**ATTTESTATIONES**, sunt dicta restium vel testimonia ordine iuris in scriptis redacta.

**ATTILIANVS** tutor dicitur, qui olim ex l. Attilia Romæ dabatur iis quibus nullus omnino fuerat tutor. Inst. de Attil. tutor. in prin.

**ATTONITVS** media breui, est eleuatus, vel quasi quodam pauore concussus.

**ATTRITVS** est afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis, vel fesus.

**ATYPVS**, est qui malè exprimit verba, secundum Bud. in l. item Offilius. de Edil. edict.

*De A ante V.*

**AVARVS** appellatur cæcus & am-

bitiosus c. quorundam de Elect. lib. 6. quia ita excæcatur eius animus, vt agenda non videat, & à prohibitis non declinet 47. distinct. virum & cap. sicut hi & differentia inter auarum, largum & prodigum, habetur de consuet. ex parte.

**A V C T O** ponitur pro publica rerum venditione, qua plus offerentibus addicuntur.

**A V C T O R** dicitur is, à quo quispiam rē cōparauit, aut alias adeptus est

**A V C T O R E M** fieri, est approbare quod geritur aut gestum est leg. etiam. ff. de auct. tut.

**A V C T O R A R E** aliquem, est illum non obnoxium facere atque obligare, quoniam auctores dicuntur qui habent potestatem aliquid faciendi, & sine quorum auctoritate non potest aliquid fieri. Vnde tutores dicuntur auctores pupillorum, & milites dicuntur auctorari à duce siue præfecto exercitus, id est, obligari in illorum verba iurantes. Vnde titulus est apud Iurisconsultos, [de legendo, vel auctorando milite,] & inde auctoramentum pro ipsa obligatione. Vnde Seneca dicit: [nullum sine auctoramento malum est.] Et Cicero 1. Officiorum, [est enim illis ipsa merces auctoramentum seruituris.] Vlpianus libro 26. titulo de auctorit. & con. tit. l. etsi pluribus. [Si tutor, inquit, auctoretur cui administratio tutelæ concessa non sit, [pro obligetur.] inde componitur exauctorare, pro eo quod est ab obligatione soluere. Vide in verbo exauctorare. Nebr.

**A V C T O R A R I**, est auctorem fieri & approbare. l. etsi. de aucto. tut. alias ponitur pro obligare, vnde auctorari milites, i. ære stipendiario obstricti, siue sacramento.

**AUCTORITAS** & consensus tutorum & curatorum, require infra, [Tutor & Curator.]

**AUCTORITAS** prestanda, not secundum Azō. in sum. C. de Auctor. praxiā. Auctoritatē prestare, est cum quis dicat se approbare id quod agitur, hoc est, auctorē fieri. Prestare auctoritates potest quilibet tutor in reb. minoris, ad quē spectat periculū administrationis. Et sic auctoritas videtur idē quod consensus legitimorum tutorū & curatorum. Et differētiā inter auctoritatem & potestatem vide per Hostiens. in summ. de sacra vnt. §. refert autem.

**ADDE** quod [auctoritas] præter notam significationē, aliquando accipitur pro iure vendicandj rē suā, qualibet vsurpatione reiecta, vt cum in l. Atinia dicebatur: [Quod surreptū erit. eius rei æterna auctoritas esto.] Interdū significat actionem pro re euicta. l. vlt. de Euict. iñ ius quod quis ab auctore, id est, venditore cōsecutus est, vt in l. vlt. de Pig. actio ponitur & pro simplici consensu. l. cum Adoptio. de Adopt. Habet præterea alias significationes, de quib. apud Alciar. li. 2. parer. c. 9.

**AUCTORATVS** & auctoramentum, [vnde Exauctorare in littera E.]

**AUCTORIZARE**, est cingulo militum, vel ordinibus clericum decorare vel ordinare.

**AUTHENTICVM**, est liber iuris civilis excerptus, quasi quadam summulæ ex aliis legalib<sup>9</sup> libris, continentes 9. collationes & 9. partes principales. Sed authentica authenticæ, est lex vel §. incorporatus in lib. Codicis, & ergo semper allegatur auth. C. cit. tali vel tali, vt C. de Epi & cler. quib. generaliter; & sic additur

tit. sed non additur numerus collat. Et dicitur authenticū, quasi auctoratum & comprobatum.

**AUTHENTICA** persona quæ dicitur. vide not. per Archid. extrā, de Elect. c. licet canon.

**AUTHENTICA** scriptura quæ fit, vide extrā, de fid. instr. c. 1. & 2. per Bern. Innoc. & Hostiens.

**AUCUPIVM** dicitur locus aptus ad capiendum aues, vel rete, vel virga piscata, vel turgurium ad hoc preparatum. An aucupare liceat in fundo alieno ff. de Seru. rust. præd. l. diuus. & Inst. de Res. diuis. §. ferē.

**AVDAX** dicitur, qui nihil metuit, & sumitur propriè pro arrogante. Et ita dicuntur audaces facientes cōtra ius. in Auth. de Admin. circa princ. col. 8. Quandoq; sumitur in bona parte, 8. q. 1. audaciter in princ. 32. q. 5. si Paulus. ver. caue quæso.

**AVDACIA** idem est quod temeritas, & accipitur in malo, cap. 2. de censib. lib. 6. distin. 4. factæ sunt & not. Atch in c. 2. præall. in gloss. 2.

**AVDENTER** pro temerè, audacter, liberius quàm par sit. Vip. l. 1. §. 5. ff. si pars hæ. pet. [Non audenter itaque dicitur vbicunque meritò quis incertus est.] & in l. Gallus. in fin. ff. de lib. & posthum. Nisi quòd licet audenter, possis dicere.

**AVDIENS**, id est, obediens. ff. de arb. l. arbiter ex compromisso.

**AVDIENTIA** licet etiam aliter capiatur, propriè tamen magis dicitur esse facultas & potestas loquendi coram superiore alicui concessa: provt dicimus, data est illi audientia, vel denegata est ei communis audientia.

**AVDITOR** in curia Papæ vocatur, qui vice iudicis alicuius causam

fam vel causas audit in Clem. auditore de Rescrip.

**AUDITOR** camerae Papae dicitur, qui audit negotia super thesauro Papae, & super his quae ad cameram Papae, pertinent.

**AUDITOR** contradictoriarum dicitur in curia Papae, qui audit impetrantes rescripta ad lites, vel aliter ad ius commune pertinentes gratias.

**AUDITORIUM**, est forum causarum vel locus in quo causae audiuntur. Sed tamē rectē potest dici auditoriū magistrorū ubi disputāt, & non magistrī forum, sed iudicis, eū sic in curia Papae vocetur, & dicitur ab audiēdo. Vnde pro ludoliterario sumitur, l. 8. C. de Stu. lib. & auditor dicitur discipulus, l. 2. §. pen. de O. i. iur.

**AUDITVS** exponitur, id est, consensus, vt in Authent. vt immo. ante nup. dona.

**AVELLERE**, est auferre violenter vel extirpare, vt ff. de incend. rui. naufra. l. 3. §. non solum.

**AVERTA**, inquit Alciat. in l. quoniam de curs. pub. est pectorale equorum. Bud. putat esse lorallatiora, quae per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta. Sed Alciat. tentat accipi posse pro capitis ornamento quo habentur signantur, sic dicta quod per eam advertantur equi proventus visum fuerit.

**AVERTERE**, id est, distrahere C. de Naui. l. qui fiscales. lib. 11.

**AVERSIONE** vel per auersionem vendere aut locare, est (vt quidā interpretantur) cum periculum venditor vel locator a se auertunt in emptorem vel conductorem. l. qui officij. de cōtrah. emp. & l. 1. §. Exercitorem. de Exer. actio. Alciat. verò lib. 6. Parer. c. 23. legit, aduersione, & noui-

ter declarat.

**AVERSI** si legentur, quid veniat in legatum, docet Iurifcons. in l. auius. de leg. 3.

**AVERERE** dicitur ab amouere & rapere, vt not. in l. 3. §. non solum. de Incen. rui. & naufr.

**AVGERE** & ampliare non eundem habent significatum, de quo supra in Ver. [ampliare.]

**AVGUSTALIS** capitur pro dignitate quadam, quae inter magistratus municipales erat, de qua in l. quinque. C. de Cur. appellabatur & Augustalis praefectus Aegypti, vt ex titulo, qui est de Offi. praef. Augu. significatur: ex eo dictus, quod ab Augusto constitutus esset.

**AVGVSTVS**, vt attestatur Tranquill. primus omnium vocatus est Octavianus, ab augendo Imperio, ex quo deinde & qui post eum imperarunt, id nomen sibi assumpserunt.

**AVIA**, est mater patris & matris.

**AVIARIA**, sunt in quibus asseruantur aues. l. auius. de Lega. 3.

**AVREVS**, id est, solidus. Inst. de pen. temerē litig. §. si & 72. aurei faciunt libram auri. C. de Suscept. & arcar. l. quoties. & not. de In ius voc. l. fin. & C. de ser. fugit. l. quicumque sed 10. aurei faciunt libram argenti. C. de Argen. pret. quod inferitur l. vni. lib. 10.

**AVRICALCVM** dicitur secundum Isid. quod splendorem habet auri, & duritiem aëris.

**AVRICVLARIVS**, est consiliarius vel secretarius, cui solent secreta domini committi.

**AVRIFEX** est, qui operatur aliquid de auro, sicut aurifaber.

**AVRIFODINA**, est locus ubi foditur aurum. Sed aurificina est locus in quo fabricatur aurum.

**AVRI**

**AVRIGENARIJ**, vel auricentenarij, not. C. de cur. pup. l. quoniam. lib. 12.

**AVRVM** coronarium dicebatur, quod erat coronis faciendis aptissimum, & quantum possumus coniectura assequi, est illud quod ex insulis Indorum nuper reperitis aduchitur, non quodcumque, sed quod vulgò dicitur [Guanim] neque enim est eiusdem speciei cum auro communi: quoniam igni purgatum, non pertingit gradum v. gestivum. In sacris literis hoc genus auri [Cethim] dicitur, & inde [Cethim] dicta est corona auri. Huius generis auri meminit Instinianus in suo Codice, tit. de Iudæis. l. Iudæorum. [Quam formam, inquit. Patriarchæ quodam coronarij auri nomine postulabant.] Item lib. 10. de Auro coronario, lege vnica. [Ad collationem, inquit, auri coronarij placuit neminem absque consuetudine esse cogendum.] Sed cur illud auri, genus destinaretur coronis, illam puto fuisse causam, quod splendore quodam peculiari fulget Neb.

**AVRO** legato non debetur pecunia, auri autem annuli ceberur. l. cum aurum. & l. et si. in princ. de Auro & arg. leg.

**AVRVM** coronarium dicebatur quod conferebatur ad coronationes principum, vel quod coronatum faciendarum nomine præstatur. Alij dicunt coronarium illud esse quod dabatur athleticis, prout not. Azo, de Auro coronar. C. lib. 10.

**AVRVM** factum quod dicatur, definit Paulus Iurise. in l. pediculis. & Vlp. in l. Quintus. de Auro & arg. leg.

**AVRVM** obryzum appellatur, purgatissimum & excoctissimum:

vnde obrizari solidi in l. r. C. de Oblat. vor. lib. 12. ex purgatissimo auro conflati

**AVRVM** publicum est, quod pertinet ad æarium fisci. C. de Aur. pub. per. lib. 10.

**AVRVSPEX** est inspector mementorum vel horarum quo puncto aliquid sit inchoandum. ita dicit gl. in l. nullus auruspex. C. de Malef. & math. Sed verius appellatur Auruspex, aut potius horuspex, quasi horarum spectator. c. 1. 16. q. 4.

**AVSCULTARE**, id est, obedire, attendere & audire mandatum cum effectu, vt in c. illud, de Maior & obedient. in gl.

**AVSPICIUM** iuris, idem est quod exordium litis, secundum Ber. in c. pastoralis. de caus. pos. & propriet. in gl. 1. Sed secundum Alber. & alios auspicium, id est, augurium, quasi avis garrum, vt 26. qu. 4. c. 1. quia sicut ille qui se committit augurio, id est, diuinationi, quæ fit in garritu auium, dubius est, ita ille dubius est, qui se committit liti.

**AVR** quandoque ponitur disunctiè, vt quando altero posito necesse est alterum tolli, vt cum dicitur dies aut nox. Quandoque etiam ponitur copulatiuè pro [&] Nam quandoque sumus in materia, in qua requiritur vtrumque extremorum per talem disunctiã coniuñctum, vt in cap. si post præstitum. de confess. lib. 6. De hac dictione habes in Authent. § quando, C. de Cõstit. pecus. & l. cum quidam ff. de Verb. signific. & Clem. sæpè e. tit. 2. quæst. 5. [omnibus] in glo. 2. 20. quæst. 1. cap. mona. h. m. & c. cum virum de Regul. vt. ff. de Verbor. significat. [Sed autem] aduersatur in facto & iure. ff. de

Nego.

Negot. gest. si autem, & qualiter accipiat [autem] vide Bart. & doctor. in l. hoc amplius §. de his. ff. de Damn. infect. Et qualiter capiatur [aut] vide Archid. 47.

**AUTHENTICAE** tabulae primariae, vnde tanquam ex fonte exempla desumpta sunt, Vlp. l. 4. in fin. fam. heretic. & l. 8. cod. & l. vlt. ff. Testam. quem aper. exemplum testamenti ab authentico distinguitur Imp. l. 3. C. de Divers. rescript. ] Sancimus ut authentica ipsa acque originalia rescripta, non exemplum eorum insinuantur.]

**AUTOMATA** sine automatoria dicuntur opera, quae ex se mouentur, cuiusmodi sunt horologia. Iege cetera. §. final. de Legatis I.

**AUTOPHORVS**, fur manifestus. l. 3. de furtis.

**Αὐτόφωτος**, nativum, non aduentitium, aut artificiosum. Vlp. l. 70. ff. de Leg. [Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non est, sed *αὐτόφωτος*, siue autem facta est, siue infecta, lanae appellatione continetur.]

**AVUNCVLVS**, est frater matris, & auunculus magnus est frater auiæ, inde proauunculus frater proauis, & abauunculus frater abauis.

**AVVS** patris vel matris mater.

**AUXILIUM** IURIS, est suffragium & beneficium Iuris, prout dicitur, contra hæc prodita Iuris auxilia, vide de hoc ff. ad Syllanianum. lege cum dominus. [Frustra auxilium legis inuocat, qui committit in legem. ff. de minorib. l. auxilium. de Usuris, capitulo quia frustra.]

*De B ante A.*

**BAVRIVS**, vel [babosus] idem est quod stultus vel hebes, &

babigor idem.

**BABYLONICORVM**, quæ lectis interni solent, meminit Vlpia. l. 25. §. 1. ff. de Aur. arg. Plin. lib. 8. c. 48. De pallibus Babylonis Marcian. lege vlt. ff. de Publicia.

**BACCHARI**, hoc est, baccharum more lymphaticè vaticinari. l. 1. §. fin. de Edil. edict.

**BACCHARI** mulier seruili amore dicitur, in l. fin. Instit. de success. sub. quæ ita ardentè seruum adamat, ut veluti furore correpta videatur.

**BACCULARII** fructores, seu (ut Turneb. legit) Buccularij, sunt, inquit idem Turneb. galearum fructores. Est enim Buccula pars galeæ. Alij tamen volunt esse buccæ tegumentum muliebri. Alij volunt esse instrumentum, in quo sacula conditur, catapultis exercendis parata, l. quibusdam ff. de Iur. immunitat.

**BAIVLARE**, idem est, quod portare.

**BALABITHENA** quid, l. vlt. Cod. de Offic. Mag. mil. & Nouel. 31. cap. 1.

**BALANVS**, genus est glandis. l. carbonum. ff. de Verb. signific. licet aliqui ibidem legant mendosè [ballariis.] Acron verò scribit balanum esse herbam vnguentariam, & ab Horatio pro vnguento myrobalano positam. Balanus etiam nomen est vrbs in Epyro, ut refert Strabo.

**BALBUS** dicitur balbutiens vel titubans, qui verba non explicat, sed frangit, à balbando dictus, sed blasus dicitur, qui literas imperfectè profert.

**BALIVVS**, est officium domini temporalis, ut C. de Sentent. excom.

excom. dilecto. lib. 6. & in Clem.  
1. de pœn.

**BALLISTRARIJ** Græco more pro  
ballistrarij apud Paternum, in l.  
vlt. ff. de Iur. immun. pro balli-  
strarum artificibus.

**BALVEVS**, aurum est nondum pur-  
gatum, neque adhuc in massam  
reductum. Græcè χρυσάμιμος di-  
ctum, & quasi ab eo quod sit au-  
rum imperfectum. Neque est ver-  
bum Latinum, quod Accursius  
putauit, sed Hispanum. scribit  
Plinius libro 33. Natur. histor.  
[Hispani, inquit, aurum quod mi-  
nutum est, balucam vocant.] Iu-  
stinianus libro vndecimo, in tit.  
qui est de metal. & met. [Octo-  
nos, inquit scrupulos in baluca.]  
Et infra leg. ob metallum. [Qua-  
tuordecim, inquit, uncias in ba-  
luca.] Cuius legis sensus hic est.  
quod si metellarij conduxerunt à  
principe aurifodinam aliquot  
auri libris, puta centum, id de-  
bere esse purgandum, quod solu-  
endum est. Quod si voluerint  
soluere in baluca, debere pende-  
re pro singulis libris quatuor  
denas uncias, hoc est, pro inter-  
trimento & sparcitia duas ultra  
duodecim. Est operæpretium au-  
dite somniantem Accursium,  
[Baluca, inquit, vas lucens, quasi  
in eo vase aurei illi vestigales  
principi deferrentur.] Sed quia  
hæc interpretatio sibi non place-  
bat, adiecit aliam non minus ri-  
diculam. [Vel baluca, inquit, qua-  
si baiulans lucem, hoc est, auri  
splendorem.] Dic mihi. ô Accursi,  
hoc est, de quo tu gloriaris ac-  
currere vel succurrere legibus,  
an potius ea quæ dilucidè à le-  
gislatore dicuntur, tenebris in-  
uoluere? Nebr.

**BALUCA**, est publica utilitas, vel est  
vas luteum. Codice de Metall.

& met. l. i. lib. i. i. secundum Ac-  
cursium.

**BALNEVM** veteres dixerunt, siue  
Balineum: nihil enim differt pu-  
blicum à priuatis. In publicis au-  
tem fœminini generis, & quidem  
in numero semper plurali, fre-  
quenter balneas & balineas: nec  
immeritò: nam parsimoniz causa  
vno igne duplex balneum cale-  
faciebat, pariete interiecto, vt  
pudor viris mulieribusque con-  
staret. Hæc Charisius libro 1.  
Varro libro 7. de Ling. Bina esse  
dixit ædificia coniuncta, lauandi  
causa, vnum vbi viri, alterum vbi  
mulieres laurentur. Balineum &  
balineæ sic differunt, quod illud  
priuatum, hæc publicæ. Varro li-  
bro 7. Item reprehendunt analo-  
gias, quod dicantur multitudinis  
nomine publicæ balineæ, non  
balnea: contra, quod priuati di-  
cunt vnum balneum, quod plura  
balineas dicant, quibus respon-  
deri potest, non esse reprehen-  
denda, quod ita in vsum vene-  
runt. Itaque video vsurpari bali-  
neum in leg. si cuius. 13. in fin.  
ff. de Vsfufru. l. vlt. §. 1. ff. de aur.  
& argent. Balineas autem in leg.  
patronis. §. 3. & l. prædiis. §. 4. sic  
l. 3. Hotom.

**BALNEAE** concameratæ. Cod. de  
Ædific. priuat. l. 1.

**BALNEATOR**, balnearum præfe-  
ctus, aut qui balneas exercet. l.  
Athletas. 4. §. 2. ff. de his qui not.  
inf.

**BALNEARE** argentum, dicitur, quo  
qui in balneo lauabant uteban-  
tur. Sexuola in leg. vlt. §. 1. ff. de  
aur. & arg. [Semproniz dominæ  
meæ hoc amplius argentum bal-  
neare. Quæsitum est, an etiam id  
argentum suo diebus festis in ba-  
lneo vti cõsuevit, legato cedat.]

**BALNEARI** s. furcs, qui in bale-  
ncis

neis furantur, balneatores, qui ministrant in balneis.

**BALNEATORIVM** instrumentum appellatur, quo vimur in balneis l. pictoris. de fund. instruct. leg.

**BANNIUM** secundum dicta vulgarium, videtur idem esse quod proscribere: & dicitur bannitus quasi proscriptus de ciuitate.

**BANNITORIVM**, est locus causarum, panditorum.

**BANNVM** à recentioribus dicitur illa species exilij, quæ ab antiquis dicebatur proscriptio. [Encartados, huiusmodi exules Hispani appellant, Itali bannitos.] Hi sunt de quibus in iure civili, & apud auctores Latinos dicitur, quod caret iure togæ, quibus aqua & igni interdictum est. C. de Episcopis & Clericis. in noua constitutione Federici, [Banno, inquit, imperiali subiaceant.]

**BANNVM**, secundum vulgares Gallicorum & Longobardorum, videtur esse edictum publicum, iuxta illud quod dicit Reyn. cap. quod clericis, de foro comp. quod præco Parisiensis nunciat bannum nomine episcopi à Rege.

**BAPHIVS** interpretatur tinctor & baphi tinctoria: vtrumque ductum à *baphio*, quod est tingere, huc colore inficere. Seruius in illud Virg. lib. 4. Georg.

*Hyali saturor fucata colore.*

iuxta Terentium, inquit, [sunt Baphia, ubi tingitur lana] Justin. lib. 11. Cod. tit. de Mutilis. l. [Baphi], inquit, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynecij confectæ corrumpantur. Idem in tit. de vestibus holoberis. l. purpura. Ad baphia, inquit, phœnices. Nebr.

**BAPHIVS** dicitur tinctor, & baphia taberna tinctoria. leg. 2. Cod. de Mutilis.

**BAPTISMVS** est, ablutio corporis exterior facta sub ordinata forma, de Consec. dist. 4. cap. necessarium, & per totam dist. De triplici Baptismo, vide ibidem in cap. baptilmi vicem.

**BARBARI** sunt, qui extra Romanum imperium sunt: & maxime hostes Instit. in præem.

**BARBARICIVM**, de quibus in lege 1. Codice de Excus. art. libro 10. sunt qui barbaricas vestes intexunt, aliter dicti phrygiones, quorum ars, vt ibidem ait Alcia. est ex auro & coloratis filis, in vestibus hominum animaliumque effigies exprimere.

**BARBORITAB**, hæreticorum secta. C. de hæret. & Munich. l. 5. quorum dogmata vide apud Athanas. Hæres. 36.

**BARILES** dicuntur vasa sicut in alibus solent haberi.

**BARTONA**, id est, filius columbæ, ita dictus fuit sanctus Petrus. dist. 19. ita Dominus. & Marc. 16.

**BARTOLVS**, lucerna iuris, sic eum appellat Ang. in leg. 1. Cod. de Iudic. in vrbe Saxo terrato natus, anno à Christo nato M. ccc. xix, Iuris civilis studio sese Perusij annum ægens ætatis 14 adiunxit: in quo tantos progressus fecit, vt postea annum ægens 20 Bononiæ publicè de Iure responderit, & anno insequenti ibidem doctor creatus sit, post accessor causarum criminalium factus est, quo in munere iuris imperitia lapsus iniuria quendam furti accusatum damnasse furcæ traditur, eumque propterea in hominum offensionem incurrisse: propter quam secessisse dicitur, & priuatum sua studia magno conatu repetisse.



perisse. Itaque annum agens 25. Pisas, post aliquando Perusium ad ius interpretandum vocatus, magna in hominum admiratione ac laude vixit. Præceptores habuit in iure ciuili Raymundum de Formio, & Iacobum Butrigarium: vt ipse testatur in leg. filio præterito. ff. de Inst. rûp. commentarios in omnes Iuris ciuilibus libros conscripsit: tantoque in omne litterarum genus ardore animi fuisse fertur, vt etiam senex Hebraorum linguam & Mathematicam didicerit. Cuius rei documento esse potest, is liber quem Tyberiadis nomine inscripsit, Carus etiam Imperatori Carolo III. propter ingenij doctrinæque præstantiam fuisse, ab eoque is doctorum iuris ordo plurimus ornamentis decoratus esse traditur. Obiit Perusij annum agens ætatis 46. anno à Christo nato M. CCCLV. plerique nothum illum fuisse suspicantur ex iis quæ scripsit in l. quidam cum filius. ff. de Verb. oblig. Tantam in iudiciis auctoritatem affectus est, vt Paul. Castr. consil. 288. scribat temerarium esse ab eius opinione discedere. Iason autem in Rub. C. de Iur. emphyt. scribit, se eius vestigia semper adorare. Bart. Socinus in consil. 31. n. 15. & consil. 49. n. 6. Tom. 4. Bartoli opinioni in iudicando esse adherendum, & eius auctoritatem in foro seruari. Hotomam.

**BASIS** dicuntur orbiculi illi in quibus vasa in mensis collocantur, ne totalia polluantur, quorum meminit Iab. in leg. hæres meus §. pe. ff. de Leg. 3. quamuis apud Iurifcons. verba mendosæ circumferantur. Sunt & aliæ maiores, vt sessionum statuarum, columnarum seu statuarum: sunt &

Voc. iur.

fabricarum quæ à fundo confurgunt, & suppositæ fabricæ sustinent pondus, & de his intellexit Pompo. in l. pen. ff. de Ver. sig.

**BASIS** struiles sunt, veluti pedamenta, & sedes columnarum ex lateribus calcæque, non etiam solido lapide compositæ. Alc. & Bud. in l. pen. de Ver. sig.

**BASILICA** dicitur palatium Regis & inde dicitur quælibet ecclesiæ basilica, quia est palatium regis æterni. De hoc per Archid. 63. dist. non oportet. 2. & ibi concordiam. Adde, quod basilica dicitur ecclesiæ constructa antequam sit consecrata, post consecrationem vero vocatur ecclesiæ. No. Io. Andr. in c. nobis supra, in verbo ecclesiæ, de iure patro.

**BASILICAE** viæ sunt, quas consulares vel prætorias vocant. l. 2. ff. Ne quid in loco pub.

**BASTAYA** corruptum ex *basca*, iugferculum portandis rebus fiscalibus accommodatum: vt patet ex l. 3. de cohort. lib. 12. C. Hotom.

**BASTAGARIJ**, siue *bastazones*, dicuntur baiuli & corbulones, quæ ferunt onera humeris, dicti à *bastaz* verbo Græco, quod est portio, as, Latinè. Iustinian. libro 11. Codicis, tit. de Murileg. & *bastagariis*, l. 4. [Quod ad præsens, inquit, remedium pertinet. quantum animal bastagariis pro reparatione præbeatur.] Accur. nihil plus succurrit, quam solitus est. [Sunt, inquit bastagarij quæ cogunt rusticos ad hoc, vel sunt becharij, de domo principis.] Becharios Itali vocant lanios, siue laniones: sed diuinat, vt solitus est aliis in locis. Nebrif.

**BASTAGIRAI** secundum quosdam dicuntur quasi bestia angaria, eo quod rusticos angariabant, id est, angebant ad quintam

h bestiar

bestiam præstandam, vt Cod. de Muril. l. quod ad præsens. lib. 11. & secundum Accurs. bastagiarij sunt de domo principis, quasi bestiarij, primo modo, vel quasi vastatores animalium, secundo modo, aliter bestatores.

Adde quod bastagiarij, secundum Alciat. in rub. C. de Murill. erant qui vestes ad tinturam ferebant referrebantque.

**BASTERNAE**, sunt transennæ seu protecta quæ habentur in ædibus transeundi vel spatiandi gratia. Alio sensu basternae vehicula sunt, sive lecticæ, vel, vt est in gl. veterum, effeda, quæ quod plerunque speculari lapide clauderentur, eadem glossa illo loco. Iuuenalis,

*Quæ vehitur clauso latæ specularibus antro.*

rectè interpretatur basternas. Antrum dixit, vt Hier. caueam basternarum: Palladio amites basternarum sunt pertices quibus ea vehicula sustinentur. Seruius Honoratus, [Pilenta sunt vehicula, sicut nunc basternas videmus. [Læprid. in Heliogabalo [dedit basternas & rhedas.] Amarianus 14. [Basternis per latera ciuitatis cuncta discurrunt.] Cuius. 13. obseruat. c. 30 l. 10. C. tit. 10. de Ædific. priuat. l. 12. §. 4.

De B ante E.

**BEARE**, id est, prodesse, vnde beati appellantur diuites & felices, quia cæteris prodesse possunt & bent. leg. bonorum. de Verbor. signif.

**BEGVARDVS**, & beguina, vel beguata, sunt viri & mulieres tertij ordinis, qui etiam aliter vocantur

fratres de pœnitentia. De his vide Clement. 1. de relig. dom. vbi Hostiens. & vide Cle. ad nostrâ, de hæret. vbi damnatur secta talium beguardorum & beguinarum. Item cap. cum ex eo. de Exce. prælat. lib. 6. & Clem. cum ex eo. de Senten. ex com.

**BELLVM** iustum quid sit, innuitur 23. quæst. 2. per Archidia in sum. & c. iustum bellum. Iustum videlicet, illud quod fit de præcepto principis, de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. Sunt autem septem genera bellorum, de quibus vide Archid. in Rosario 23. q. 2. c. & iustum. Et sciendum quod belli appellatio accipitur dupliciter, sc. pro ipso conflictu: vt in l. bello. in prin. de Excusat. tutor. & pro tempore militiæ, vt Institut. de excusatio tutor. in princ.

**BELLOS**, dictio Græca, quæ idem significat quod telum, l. si calumnie tur. de Ver. sig.

**BENEFICIVM** sumitur latissimè pro omni liberalitate. Minus latè pro libertate principis & sic sumptum significat largè & strictè. Largè, vt continet beneficium strictè sumptum, & cum hoc rescriptum & priuilegium. Strictè dicitur beneficium principis, concessio facta à principe de aliquare, vel iure: quod est principis concedentis, & per hoc differt à rescripto vel priuilegio, & ita licet strictè sumatur, tamen eius interpretatio laissima est, l. perult. ff. de Constat. prin. cum dilecti. in fin. de Donat. & Verb. significat. cap. olim Naturâ enim princeps debet esse liberalis in his quæ sua sunt. verbi gratia, Princeps alicui concedit domum aliquam delatam ipsi principi, cum integro eius statu. Hæc verba

*He n sunt  
Beguine  
Eudo. s. francij apud bay. s. Nicolay. & alio. tenij. ut  
nator. ioh. Hard. ab d. claustra. gl. in l. v. subdian.  
Pardic. Cum ex eo de sent. excom. in l. sororij. l. v.  
Beguine que nullo proficente Reguly apud bay. l. v. ad  
herens Religioij aliquibz ad quos specialiter emissa effectio. ut  
mentinat. dicit.*

ba sumuntur latissime, scilicet, cum his quæ insunt, & adiacentibus & omni iure suo. l. si quando. cum ibi not. C. de bon. vacan. lib. 10. Sed pone, princeps concedit donum, non apponendo, cum integro eius statu: certè sola domus concessa videtur, quia verbum domus, ad illa non potest extendi. videlicet curiam, viridarium, & adiacentia. facit l. si quando. præallega. nisi aliunde sumeretur scientia, quòd princeps de illis intellexerit. Nam sola liberalitas non est sufficiens significatum, nisi aliud significatiuum concurrat, quia alias sequeretur, quòd concedendo vnam rem, videretur aliam concedere.

**BENEFICIUM** iuris, est id quod à iure conceditur vel indulgetur. Et horum beneficiorum iuris quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria, vt illa quæ ex speciali priuilegio quibusdam specialiter indulgentur, sicut beneficium restitutionis in integrum ecclesiæ vel minori 25. annis concessum. facit de in integrum restit. c. 1. & ff. de Constit. princip. l. penul.

**BENEFICIUM** epistolæ diui Adriani. Require infra in epistola.

**BENEFICIUM** nouæ constitutionis de fideiussores. Require infra fideiussores.

**BENEFICIUM** nouæ constitutionis de duobus reis stipulandi vel promittendi est, per quod subuenitur duobus reis debendi, vel promittendi, vt per ipsum postulare possint se non in solidum, sed pro parte tantum posse conueniri, nisi se obligauerint, & huic beneficio renunciatur, & hoc adiecta noua constitutione in actione de duobus reis promit-

tendi & stipulandi, quia, vt dicit Azo. in Summa. C. eodem tit. effectus duorum reorum promissionis fuit, vt si duo vel plures eandem pecuniam promiserunt, aut stipulati fuerunt, ipso iure singulis in solidum debeatur, & singuli debeant. Poterat ergo ab vno eorum in solidum peti, quia vnusquisque eorum in solidum erat obligatus.

**BENEFICIUM** cedendarum actionum. Require infra, Cedendarum actio. Quomodo autem renunciatur his instrumentis & beneficiis, require infra Renunciatio. & de hoc in Spe. tit. de Renunciatio. §. finitis partium, versic. sed not.

**BENEFICIUM** ecclesiasticum datur ratione officij, de Præb. cum secundum Apostolum, 80. dist. si quis à modo. Ergo beneficium tale non conferretur excommunicato. c. cum bonæ. de Heret. & qualit. quia officij non potest, nec fructus percipit, secundum Goffe de Cler. excom. ministr. §. si tamen queris.

**BENEFICIUM** feudorum Federici, & beneficium femine, hæc duo require in lib. feudorum.

**BENEMERITI** sunt, qui aliquod insignis seruitium fecerint. capit. si quis Papa. 79. dist. nam pro premio remunerandus est seruus libertate, c. episcopus. §. in criminali. 12. q. 2. tamen benemeritus largè dicitur quicumque non demeruit. l. seruos. ff. de Manu. restit. sic quilibet dicitur dignus qui non est indignus. c. dudum de præsumpt.

**BRAGENÆ** vel Bargenz, vixit in eis, l. non plures. C. de Sacros. Eccl. Nouell. 43. & 59.

**BRONBS**, sunt sacci, quasi peronos à pera dicti Bud.

**B<sup>er</sup>ica** Serica dixerunt veteres. C. 1.4. quæ res ven. non pos. R.

**BERYLLVS**, cuius mentio fit in l. ult. ff. de Publ. lapillus est in India originem habens, qui in sexangulas formas atteritur, vt hebetem coloris leuitatem angulorum percussu excitet ad vigorem, inquit Solinus: idemque Plin lib. 37. c. 5. Hoto.

**BERYTUS**, ciuitas est Syriæ Phœnicæ, prope Tyrum & Sidon, patria Vlpiani Iurisconsulti. Plin. lib. 5. [Berytus, inquit, Colonia, quæ Felix Iulia appellatur.] Scævola lib. 45. Dig. tit. de verbor. oblig. l. qui Romæ. §. Callimachus, [in prouincia, inquit, Syria, in ciuitate Beryto,] Paulus quoque in tit. de Censib. l. 1 [Berytos, inquit, in Phœnicia.] Hinc Berytius, tia, tium Vnde Plinio [Vina Berytia celebrantur,] lege statim Biblij. Nebr.

**BES**, i. octo vnciæ. §. hæreditas. Inst. de hæred. Inst.

**BESTIAS**, inquit Vlpianus in l. i. de postul. accipere debemus magis ex feritate, quàm ex animalis genere.

ad **BESTIAS** damnati dicebantur, qui in exercitationem depugnandi cum feris in theatro additi erant: quæ pœna longè mitior erat, quàm bestiis obiectorum: hi enim protinus laniabantur à feris, quos bestiis subiectos interdum Iurisconsulti vocant, vt in l. pœna, ad legem Pompe. Bu.

**BERYTUS**, vrbs est metropolitana, olim literarum studiis celeberrima, hodie vulgò dicitur [Lauitrus.]

De B ante I.

**BIARCHA** vel Biarchus dicitur

princeps 40. militum, à bis 20. ἀρχων. Princeps dictus, vt colligitur l. 3. C. de Agen. in reb. vbi apparet quod biarcha est minor dignitate quàm centarcha, cui est potestas centenarij, quia dux centum militum.

ADDE quòd [biarcha] vel [biarchus] vocatur qui comparat necessaria ad vitam totius domus principis. βίος enim Græcè, vitam significat. ἀρχων principem. Aliàs dicitur biarchus, quod vitæ necessaria curet.

**BIBLIIVS**, a, um, à Biblio oppido quoque Phœnicæ, de quo Strabo, Plin. Mela. est & in eadè prouincia Palæbibus, id est, antiqua Biblos. Bibliorum meminit Ezechiel Propheta, c. 26. & 27. Iustinianus li. 10. Codicis, tit. qui est de Municipibus & originariis l. 1. [Cum te Biblium origine, incolam autem Berytium esse proponas.] Vtraque enim Syriæ Phœnicæ est ciuitas, & altera alteri finitima est.

**BIBLIOTHECA** locus est, vbi reponuntur libri: nam βιβλος interpretatur liber, theca repositorium: quemadmodum Daçylorthea, vbi reponuntur annuli: Opororthea, vbi fructus arborum: Pinacotheca, vbi tabulæ. Vlp. lib. 32. Dig. qui est de Legatis 3. l. librorum. [Libris, inquit, legatis, bibliothecas non contineri.]

**BIBLIOPOLA**, est venditor librorum.

**BIBLIOTHECA**, locus quo libri reponuntur, quod plenius explicat Vlpianus in l. librorum. de Legatis 3.

**BIDENS**, tis, genus est instrumenti fossorij, dictum ex eo quod duos habeat dentes, quemadmodum rastri, quòd habent plures. Iuuenalis.

*vine bidentis amans, & multi  
villicus horri.*

Vlp, lib 33. Dig. 1. instrumenta  
[Legiones. inquit, furtuli, falces  
putatoriz, bidentes.] Nebr.

**BIDENTES** annumerat Vlp. inter  
infrumenta rustica, l. instrumen-  
ta. de fund. instrum. Est autem  
bidens instrumentum ossorium,  
sic dictum, quod duos habeat  
dentes.

**BFARIA**, id est, bis nupta.

**BIGAMVS** secundum Hostiens. di-  
citur qui diuersis temporibus &  
successiue, duas legitimas ha-  
buit vxores. 31. questio. 1. ape-  
riant. Sed largè & interpretati-  
uè dicitur, qui contraxit cum  
corrupta vel vidua 32. dist. le-  
riatim, vel qui duas vxores ha-  
buit, vnam ante baptismum &  
aliam post 34. dist. cap. si quis  
viduam, vel qui castitatem pro-  
missam violauit 27. questio 1.  
quotquot, vt subdiaconus vel  
monachus qui contrahit de fa-  
cto, cum de iure non possit, vel  
qui vnam de iure, alteram de fa-  
cto, vel qui de facto duas duxit  
vxores, vel qui vxorem adultera  
postea sciens cognoscit. Nam  
non potest promoueri ad sacra,  
cuius vxor adulterata est, etiam  
si eam virginem duxerit, dū post  
adulterium eam cognouit, alias  
secus, 34. distincti si eius vxor-  
em. Secundum quosdam au-  
tem distinctè bigamus censetur,  
etiam si ignoranter cognos-  
cat eam, sicut qui publicam con-  
uenientiam egit, vel repudiatam  
duxit. l. distin. in capite ieiunij.  
Dicitur autem bigamus secundum  
Innocent. iuxta vulgare Prouin-  
cialium, quasi bis gamus, id est,  
stultus vel fatuus, quia ibi stul-

tus dicitur gamus. Vel dicitur bi-  
gamus à [bis] quod est binum, &  
[gama] quod est mulier, quasi  
homo binæ mulieris, vel bini cō-  
iugij Et licet bigamus ad sacer-  
dotium promoueri non possit, c.  
1. de biga. quia prohibentur bi-  
gami, non propter culpam, sed  
propter sacramenti defectum, c.  
debitum eod. tit. tamen in ne-  
cessitate bigamus ordinatur in  
subdiaconum. 34. dist. subdiacon-  
us. Et bigamus non est ille qui  
contrahit cum vidua si est cog-  
nita, c. debitum præall. Nec est bi-  
gamus contrahens cum vnica, &  
virgine de Cler. coniu. c. sanè.

**BIGAMIA** triplex est: vna videli-  
cet, quoniam quis duas vel plu-  
res habet vxores. Alia est, cum  
quis contrahit cum corrupta. Ter-  
tia est, quando quis castitatem  
promissam per votum solenne  
violat, vel quando scienter c-  
gnoscit vxorem adulteram, &  
cum talibus non dispensatur: &  
qui tales ordinat priuatur officio  
& potestate ordinandi. Et simili-  
ter ordinatus tali ordine priua-  
tur, vt no. cod. tit. c. 2.

**BIMA**, id est, duorum annorum, de  
Annu. leg. l. 3. & de vsuf. leg. l. si  
vsus fructus.

**BINI**, a, a, nomen est numerale di-  
tributiuum, siue diuiduum, hoc  
est, quod significat tot res illa-  
rum quæ diuiduntur singulis  
competere, vt si dixeris, bini ar-  
gentei (unt viritum distribuendi,  
intelligimus quod singulis viris  
comperunt duo argentei. Poeta  
abuteruntur hac significatione, ac-  
cipientes bina pro duobus sim-  
pliciter. Virgilius 1. Æneid.

*Bina manu lato crissans hastilia  
ferro. Idem in 8.*

*Franâque bina meus qua nunc  
habet aurea Pallas.*

Accursius huiusmodi nomina in bis tantum interpretatur, ut bina pro quatuor, quina pro decem, dena pro viginti, contra mentem Legislatoris, inagnôq; sensus detrimento. Lege in dictione [deni.] Est alia significatio huiusmodi nominum, cum iunguntur nominibus pluraliter declinatis, ut si dicas, binas literas tuas accepi, intelligo quod accepi duas epistolas, sed binas dixi, quia literarum, pro epistola, caret numero singulari. Hinc est, quod M. T. reprehendit filium Ciceronem, quia scripserat se accepisse duas literas, cum debuisset dicere binas: nam dicendo duas, significabat quod duo tantum elementa accepit, puta, a, b. Neratius lib. 39. tit. de Damno infec. l. quod conclauae. [Binarum, inquit, ædiam:] & in alia lege, de seruitutibus urbanorum prædiorum, cuius initium est, [Binas ædes habeo, alteras tibi lego,] utrobique significat duas domos. Nam ædes pluraliter declinatum, ut diximus in dictione [ædicula] domum privatam significat. Quod si dixisset duas ædes, intelligendum esset quod habebat duo templa: quandoquidem ædes templum significat in utroque numero, aut, quemadmodum Accursius interpretari consuevit in bis tantum, quatuor templa.

**BISPELLIO**, idem opinor qui versipellis, id est veterator, Plinius, *πλυστος*. Marcel. l. 72. §. 5. ff. de Solutio. [Num ergo etsi bispellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem sit.] Vlp. l. 31. ff. de Euct. [Si ita quis stipulanti spondeat, insanum esse, furam nō

esse, bispellionem non esse.] Vbi [Vispellionem] in Floren. lib. legitur, ut & apud Metianum, in l. 7. ff. ad S. C. Trebel. Appellationis originem in Arcadam fabulam esse asserit Horomannus, quam Plin. lib. 8. c. 22. exponit. Ii certos homines stagnū quoddam transmissos in lupos transfigurari tradunt: & post annos nouem, eo in habitu confectos idem stagnum remeantes, pristinum habitum recipere. Vnde versipelles dicti, & apud Fabium eandem recipere vestem. ad hanc fabulam alludit sine dubio Persius Satyr. 5. his versibus.

*Sin tu, cum fueris nostra paulū  
ante farina,*

*Pelliculam veterem retinens, &  
fronte politus,*

*Astutam vapidō seruas sub pe-  
ctore vulpem:*

*Qua dederas supra repetō, fun-  
nemque reduco.*

**BISSEXTVS** appellatur dies ille intercalaris, qui in quarto quoque anno interponitur, mense Februario, die sexto Cal. Martias, vnde bissextus dicitur, quod bis numeramus sexto Calen. Martij. Sed ut alterum ab altero distinguatur, in priori dicendum est 6. Calend. Martij, die intercalari, in posteriori simpliciter sexto Cal. Martij. Est autem intercalare ferè interponere. Causa verò adiiciendi illum diem, ea nimirum fuit, ut cursus solis cum numero dierum congrueret, quod fieri non posset, nisi quarto quoque anno dies vnus adderetur, qui colligitur ex quadrante, hoc est, sex horis, quæ ad cōplendam

solij

*annu  
habet  
366  
die  
366*  
solis cursum post trecentos sexagintaquinque dies superlunt, de quo multa apud Macrobius in primo Saturni, Celsus de Ver. sig. l. cum bissextus, &c. ubi Accurs. multa delirat. Nebr.

**BISSEXTVS** habet dies 366. vt not. in l. cum bissextus. ff. de Verb. sig. Et vnde dicatur not. Bern. in c. quæsiuit. de Verborum sig. & not. ff. de Statulib. in leg. cum hæres, §. Stichus.

**BYSSIVS**, a, um, sine [byssinus, a, um,] [est res ex byssi materia constans. Est autem byssus genus lini candidissimi circa Elidem Achaia nascens, neque vquam fere alibi: quemadmodum Carbasus in Hispania iuxta Tarraconem: de utroque Plin est autor li. 19 Nat. histor. Byssi meminerunt sacre literæ in utroque testamento. Marcianus lib. 39. tit. de Publicanis. l. fin. Xylocinnamomum, opus byssinum, ubi pro byssico mendo se bufficum legitur. Nebr.]

*De B. ante L.*

**BLACHERNAR**, nouum palatium Constantinopolitanum. l. 19 C. de Sac. Eccl. vnde Blachernenfis portus, Blachernense templum, Blachernense suburbium. **BLADVM**, secundum Accurs. in l. triticum de Ver. oblig. dicitur omne quod in area teritur: quæ definitio etiam Bartolo placet in l. prima, §. de eo opere. de Aqua pluua arcend.

**BLANDIRI** sibi apud Vlp. in l. 3. de Admi. tut. est seipsum fallere.

**BLASPHEMARE** quid sit, docet Bar. in l. item apud Lar. §. ait. de iniur.

**BLAS**, teste Budæo, sunt qui certam aliquam literam exprimere non possunt. mentio fit in l. item Offilius. de Edil. edict. de quo &

supra in ver. [Baldus.]

**BLATTA**, os naris anterioris purpura, l. 1. C. Quæ res ven. non poss. Lampridius in Heliogab.

*Parauerat fines blata & serico & cocta intortos. Hinc,*

**BLATTHARI**, in l. 2. C. Theodos. de Excusat. lib. 12. tit. 4. & Blatta serica. l. vlt. C. Theodos. de Murilegul. lib. 10. tit. 20. & pallium Blattofericum apud Vopiscum in Aureliano.

*De B ante O.*

**BODONES** siue Botones quid, ff. de Termino mot.

**BOETHI** logitarum, adiutores eorum sunt qui rationes publicas discutiunt. Et inde Boethius nomen accepit, *Boethis* enim Græcè, Latine dicitur adiutor secundum Accurs. C. de tabulariis, scribis, & log. lib. 10.

**BOLIDAVEL** [bolidis] est massa plumbi quam mittunt nauæ in mare ad experiendum profunditatem. vnde,

*Per bolidam pluribi die massam significari.*

*Per quam naua solet maris explorare profundum.*

**BOMBYCINVS**, a, um, quod est à bombyce. Est autem bombyx vermiculus, ex cuius capillamento depestitur, quod vulgo dicitur [figo] sine [feda] Gallis [foye.] Nam sericum longe aliud est, quam quod putat vulgus incertus loquendi areifex, de quo in verbo [sericum.] Sunt igitur vestes bombycinæ quas ignaræ harum rerum vocant sericeas. Iuuenalis.

*Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade quarum*

*Delicias & panniculus bombycinus vrit.*

Vlp. lib. 33. tit. de aur. & arg. leg. l. vestis. [Vestimentorum, inquit, sunt omnia lanæ lineaque, ferica vel bombycina.] Nebr.

**BOMBYCINA** vestimenta appellantur, quæ ex bombycum vermium telis confecta sunt. l. vestis de auro & arg. leg.

**BONA**, orum, inquit Festus, dicuntur substantia rerum: sic dicta, quod viris bonis digna sunt: Sed aliter vulgus accipit bona, aliter sapientes. Vulgus namque imperitum ea tantum appellat bona, quæ sunt fortunæ subiecta, cum illa infimum gradum in genere bonorum obtineant, imo vero, secundum Stoicos, neque omnino sint bona simpliciter: cætera vero bona cum additamento, aut bona vtilia, aut bona iucunda. Iurisconsulti tamen, quia cum vulgo & ad vulgum loquuntur, bona vocant patrimonium & censam cuiusque, vt Vlp. tit. de Verb. sig. leg. bonorum appellatio. &c. Nebriss.

**BONA** dicuntur sic, à beando, eo quod beant: i. beatos faciant vel profunt. Nam [beare,] idem est quod prodesse: & quod prodest, beat. l. bonorum. ff. de Verb. sign. Sumitur autem hæc dictio pro omni bono vtili, delectabili vel honesto, spiritali vel temporali, vt l. de anima. In iure autem hæc dictio bona in plurali, & neutraliter, significat res nostras quæ sunt in dominio nostro vel quasi ind. l. bonorum. & ipsas res suo proprio significato communiter accepto significat, deducto

are alieno. Quandoque autem deducto significare concluditur. v.g. Testator legat alicui certam partem bonorum, & ibi bona dicuntur deducto are alieno. l. cum autem ff. de l. 2. Nam sensus est, quod per heredem deducto omni are alieno de hereditate, legatarius habeat quartam in bonis quæ supersunt, i. quotam sibi legatam, & sine onere creditoris, vt in l. præl. Sed vbi restator herede instituto legat Titio omnia bona, vel per fideicommissum vult restitui, significat æs alienum non deduci, imo transire ad legatarium vel fideicommissarium. Et ita idem significat quod hereditas. l. nam quod. §. fin. cum l. seq. ff. ad Treb. Finaliter hæc dictio [bona,] significat latissime omne quod quouis modo potest prodesse. Et prout in iure accipitur, in communi significato significat quæ sunt in nostro dominio, vel quasi deducto are alieno. Significat etiam hereditatem, quando probabile medium commodius hoc declarat. Et sic bonorum appellatio aut est civilis aut naturalis: civilis enim significat sicut lex, & eius significatum se adaptat, & in bonis annumeratur, si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. l. bonorum. ff. de Ver. sig.

**BONA** aduentitia, castrensia, quasi castrensia, profectitia, quæ sunt, vide in ver. [peculium.]

**BONA** ciuitatis abusiue publica dicta sunt. Sola enim publica sunt, quæ populi Romani sunt, l. bona. ff. de Ver. sig.

**BONA** materia & materni generis sūt illa, quæ ex matre vel auia debentur filiis familias, vel emancipatis deferantur, & quandoque pronepotibus, puta, res quæ ipsorum



**BONA** [vacare,] est ipsa dominum non habere.

**BONORVM** [possessor.] dicitur ille qui de iure pratorio alteri succedit, quia bonorum possessiones à pratore sunt inuentæ. Et est differentia inter bonorum possessorem & heredem, quia bonorum possessor de iure pratorio succedit. Inst. de bonorum possess. §. 1. & ff. eodem titulo. per totum, & est nomen iuris, vt notat. Ber. de cau. possess. & proprie. in gl. 4. & ff. de Verborum significatione l. hæreditas. Aliud est possessor bonorum, duæ dictiones, non nomen compositum, significans factum & non ius, sed hæres succedit de iure ciuil.

**BONORVM** [ possessio ] ponitur pro vna dictione secundum Azon. & significat ius recipiendi persequendique & retinendi illud quod in bonis illius erat cui succedit de iure pratorio: & differt à petitione hæreditatis, quæ est de iure ciuili: vt Instit. & ff. præal. Item est ius quod persequimur & in hoc differt ab actione hæreditaria vniuersali. s. possessoria hæreditatis petitione. Et quando ponitur pro vna dictione. vt bonorum possessio, significat hoc ius. Si autem dicitur possessio bonorum, tunc significat factum. Diuiditur autem bonorum possessio, quia alia est ordinaria, alia est extraordinaria. Alij diuidunt bonorum possessionem in has duas species, scilicet, bonorum possessionem secundum tabulas testamenti, & bonorum possessionem contra tabulas testamenti, vt infra dicitur.

**BONORVM** [ possessiones ] extraordinariæ sunt duæ, ex testamento, scilicet, secundum tabulas, & contra tabulas. Et quatuor ab

intestato, scilicet bonorum possessio vnde liberi: bonorum possessio vnde cognati: & bonorum possessio vnde vir, & vxor: quarum descriptiones subiiciuntur

**BONORVM** [ possessio ] extraordinaria dicitur duobus modis. Vel quia non est stabilita certa parte edicti, scilicet ex testamento tantum, vel ab intestato tantum, sed vt vaga, quandoque ex testamento, quandoque ab intestato defertur, & competit tantum his cui vocantur ex nouis legibus, vt ecce, mater alijs in testamento institutis, postea in puerperio decessit, & filium quem gestabat in utero præterit. Præsumitur enim filius hic institutus, & habet bonorum possessionem secundum tabulas, & septimam partem extraordinariam. Cuius bonum est exemplum secundum legem Corneliam, tam ex testamento, quam ab intestato, quæ fingit eum qui moritur in captiuitate, decessisse ipsa hora captiuitatis. Et ideo quilibet potest eum noua lege Cornelia ex testamento & ab intestato succedere, vt Institut. de bon. possess. §. septima. Dicitur autem extraordinaria possessio, quia ius non tribuit vt Carboniana, & quæ datur ventri, & quæ datur gratia litis agnoscendæ, vnde & extraordinaria datur sine causæ cognitione, quæ in ordinarijs, quia omne ius tribuit, necessaria est. Item bonorum possessio aliter diuiditur, quia alia dicitur bonorum possessio edictalis, vt quæ ex edicto pratoris mortui decernitur. Alia verò bonorum possessio decretalis, quæ à viuo pratore decernitur. Vel quia hodie non est necessarium eam decerni vel dari.

Dicitur enim decretalis, siue iudicialis, à iudicis præsentia, quæ in eius agnitione exigitur, secundum Azonem: posset & illud dici, vnam esse bonorum possessionem edictalem, & eandem edictalem, appellari decretalem vel iudicalem: ex eo quod accipit efficaciam ex præsentia iudicis. Nec est differentia inter decretum & decretalem, licet quidam dicant contrarium. Repelluntur autem à bonorum possessione qui amiserunt libertatem vel civitatem, vt ff. de bonorum possess. tit. generali, leg. edicto. Petitur autem bonorum possessio à liberis intra annum utilem: ab agnatis autem & cognatis infra centum utiles dies: & si plures sint in eodem gradu, omnes admittuntur. Si autem repudiauerint, vel tempore sint exclusi, statim possunt admitti sequentes, infra eadem tempora. vt Institui. eod. tit. §. liberis itaque.

ADDE quod bonorum possessiones edictales appellantur quas ordinarias vocant, quæ quidem ius tribuunt. Decretales verò sunt quæ vulgo dicuntur extraordinariæ: & hæc sunt facti, qualis est Carboniana, & quæ ventris nomine decernitur, & his similes, quæ omnem vim ex decreto Præconis accipiunt, vt eleganter docet Alciatus in l. delata. de Ver. sig.

BONORVM [ possessio ] secundum tabulas, est ordinaria ex testamento. Et dicitur esse ex testamento secundum Azonem, non quia iuuatur ex voluntate defuncti, sed quia non habet locum, nisi existente testamento, & datur scriptis hæredibus, & eis deficientibus vocantur substituti. Et inde substitutis deficientibus vocan-

tur substituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantum, non exemplo. Item si fiat questio de tabulis, debet probari cuiuscunque intentio per septem testes, & non per duos tantum, secundum Azonem, licet quidam dixerunt contrarium. Si autem testator non facit testamentum in scriptis, sed in verbis vel nuncupatione rerum vel hominum, datur bonorum possessio secundum nuncupationem testamenti.

BONORVM [ possessio ] contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur, secundum Speculat. In tractata de libel. titulo de testament. §. sequitur videre. vbi dicit. Est & alia bonorum possessio contra tabulas, quæ datur filio vel nepoti præterito contra testamentum patris vel aui qui filium vel nepotem in testamento suo vel vita præterit: & datur etiam in tabulis, si filio vel nepoti legauit, ipse tamen legatum non agnouit, & secundum Azonem in Summa, eodem titulo defertur liberis naturalibus, & legitimis tantum, puta adoptiuis. Item natis & nascituris. item emancipatis præcipue, & his qui erant in potestate defuncti, & datur illis ex quibus potuit aut hæreditas, aut bonorum possessio peti de iure communi. Datur autem à patre naturali, & in adoptione non habet locum hæc bonorum possessio, nisi instituantur ab eo hæredes, & alius eis committat edictum. Item alia est bonorum possessio contra tabulas, secundum Spec. ibidem. quæ datur patri vel matri, auo vel proauo, si sint præteriti ex testamento filij vel nepotis emancipati gratis & sine pecunia, cum quo

non est factum pactum ne pater vel avus inquietaret sua iudicia; nec receptum est ab eo, quantum satis est, qui etiam nec miles nec in militia decessit. Itē secundū eūdem ibidem est alia bonorum possessio cōtra tabulas quæ datur patrono præterito contra testamentum liberti, si sit maior centenarius ad recipiendum per patronū tertiam partem sibi debitam de iure, & datur patrono si sit præteritus omnino, vel etiam si sit sibi minus tertia parte legatum, & tunc datur pro supplemento vsque ad tertiam partem. Et differt in hoc secundū Azo. à bonorum possessione quæ datur liberis, quia tunc hæc demum datur si hæreditas libelli sit adita, saltem ab vno de hæredibus. Sed illa quæ datur liberis satis est quod quis potuit esse hæres, licet non potuit petere secundū tabulas bonorum possessionem. Itē notandum quod querela inoffic. o. si testamenti ferè hoc idem operatur quod bonorum possessio cōtra tabulas, quia testamentum rescinditur de facto. Sed Spec. dicit, quod de iure scissum & irritū est. Sed in hoc differunt, quia bonorum possessiones omnes prætoriz actiones sunt, vel edicta prætoriz. Querela autē inofficiosi testamenti civilis est. Et præmissa bonorum possessiones ordinariæ sunt, & competunt ex testamento. Aliz bonorum possessiones competunt ab intestato.

**BONORVM** [ possessio vnde liberi ] secundū Specul. ubi supra, §. viso. datur filio emancipato quando pater decedit ab intestato: & est ordinaria, & eam non habent liberi in linea materna. l. quoties. C. de suis & legitim. hæredib.

**BONORVM** [ possessio vnde agnati vel vnde legitimi ] ordinaria est, & secundū Specul. ibidem datur proximis edgnatis conjunctis per virilem sexum post liberos ab intestato. Et nota, quod bonorum possessio vnde legitimi, non est caput speciale, sed generale, concurrens cum aliis speciebus bonorum possessionis, scilicet cum vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde ex lege & senatusconsulto.

**BONORVM** [ possessio vnde cognati ] similiter ordinaria est, & secundū Speculatorem datur his ab intestato, qui per femineum sexum conjuncti sunt, vt, si neq; liberi, neque legitimi existant, cognati proximi succedant.

**BONORVM** [ possessio vnde vir & vxor ] similiter ordinaria est, & datur viro, muliere ab intestato decedente, agnatis vel cognatis non existentibus, vel è contrā datur mulieri viro ab intestato decedente, agnatis, & cognatis non existentibus. Et hæc omnes ordinariæ quatuor bonorum possessiones competunt ab intestato. Aliz verò quæ sequuntur, sunt extraordinariæ.

**BONORVM** [ possessio extraordinaria est ] quæ nomine caret, secundū Spec. ibidem, & competit his qui ex lege, senatusconsulto & constitutionibus principum, tam ex testamento quam ab intestato veniunt, scil. vt cum aliquis vult succedere patri suo quem ab intestato decessisse inuenit, cum ab hostibus redit, vel cum à captiuitate fuerit emancipatus, & sic iure civili cum cognatis in successione iure postminij petie sibi hanc bonorum possessionem concedi.

**BONORVM** [ possessio ex lege Cornelia ]

Cornelia, ] eodem modo datur filio emancipato de iure civili incognito, cum vult succedere patri decedenti ab intestato apud hostes in captiuitate.

**BONORVM** possessio extraordinaria septima, datur vno modo paterno volenti succedere liberto ab intestato decedenti sine liberis. Alio modo filio volenti succedere in bonis matris, vel è conuerso. Et datur alio modo infanti, vel curatori eius, volenti succedere ex testamento matris, quæ testamentum mutare non potuit, præuenta morte, eum in puerperio decessit, & alios filios cohæredes instituit. Datur autem hæc bonorum possessio filio adoptiuo, vel arrogato volenti succedere patri adoptiuo vel arrogatori ab intestato decedenti. Omnes autem bonorum possessiones præmissæ ius tribuunt, sed quæ sequuntur ius non tribuunt, licet facti sint.

**BONORVM** possessio Carboniana est illa, per quam filius impubes volens succedere in bonis patris ab intestato, tanquã proximior, vel rumpere testamentum per contra tabulas, vel dicere ipsum, nullum ipso iure, cum fuerit præteritus, cum obiicitur sibi controuersia bonorum & filiationis, vel mouetur sibi quæstio status, puta quod sit seruus, petit per Carbonianum possessor institui per controuersiam motam de bonis, & filiationem & quæstionem status, vsque ad tempora pubertatis suæ differri. Et datur solum cognitione luminaria. Require infra [Carbonianum.]

**BONORVM** possessio nomine ventris, datur mulieri prægnanti in bonis mariti, in quibus secundum dignitatem suam sibi & fa-

miliæ suæ alimēta constituuntur.

**BONORVM** [ possessio ex edicto diui Adriani tollend. ] datur alieni volenti succedere in bonis alienius ex testamento, in quo institutus vel inscriptus est, ex eo, quod ostendit testamentum non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua parte suæ abrasum, secundum Albert. Et datur volenti succedere ab intestato, secundum Goffr. quod probat secunda pars rubr. quæ dicit de scripto hæred. Sed ratio Goffr. dicit contrà in Sum. Hoc tamen notandum secundum Spec. de bon. poss. quod bonorum possessiones olim fuerunt vtilis, sed hodie sunt inutiles, præterquam in quinque casibus. Primus, quando viuo testatore posthumus præteritus decessit, quasi videatur testamentum ruptum iuris solennitate, cum nihilominus hæres scriptus ex isto testamento petit bonorum possessionem, vt in l. posthumus. ff. de Iniust. rup. & iur. test. Secundus est in l. filius, eod. tit. Tertius, Instit. Quib. mod. testam. infirm. §. 2. Quartus in l. hæres. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Quintus, in l. acquisitio. §. 2. eod. tit. & l. filius. C. de inoffic. testament.

**BONORVM** [ possessio ex testamento militis in militia decedentis, ] non datur patri, vel uo, vel proauo, vel contra tabulas, vt C. de Testam. milit. l. ne quidam. & l. milites.

**BONAE FIDEI** emptor dicitur, qui ignorauit rem alienam esse, vel putauit venditorem habere ius vendendi, scilicet esse procuratorem vel tutorem. ff. de Verb. signif. l. bonæ fidei.

**BONAE FIDEI** possessor est, qui credit se aliquam rem iuste recipere,

tere, sed mala fidei possessor est, qui iniuste scit se aliquam rem possidere, ut in regul. possessor de Reg. iur. lib. 6. & Instit. de vsucap. per totum.

**BONVM** & æquam, teste Budæo l. 1. ff. de Iust. & iur. absolutam bonitatem, æquitatemque significat, & eam iuris medullam.

**BONVM** nomen facere, dicitur creditor, qui debitorem delegatum admittit, existimans soluendo esse. l. inter. §. abesse. ff. Mandati.

**BOS** cornupeta, est bos qui facile cornu petit, id est, cornibus pungit.

**BOVES** non continentur sub appellatione iumentorum, sed pecudum vel armentorum ff. de Verb. signif. l. boues. unde si lego armentum, continentur boues. ff. de Legat. 3. l. seruis. §. armento. sed si lego iumenta, non continentur, l. legatis. §. iumentis. eod. tit. & ff. de Edil. edict. l. ædiles.

**BOVLEVT A**, quem Græci βουλεύτης, l. 53. C. de Episc. & Cler. in princip.

### De A ante M.

**BRABVTAE**, Latine designatores appellantur. l. athletas. de iis, qui not. infam. Græcis βραβύται. Sunt autem qui constituendis pompis præsent, unicuique incedendi locum & ordinem præscribentes, non dissimili munere eorum, qui Romæ vocantur magistratus cæremoniarum.

**BRACEARIUS** est ille, qui secat aurum in tenuissimas laminas, quæ dicuntur bractæ, ut apud Virg. li. 6. Æneid.

*Tenui crepitabat bractea vento.*

Inde bractearius dictus. Iulius Firmicus lib. 3. Matheseon, [Ve-

nus, inquit, aurifices, inauratores, bractearios, & argentarios facit.] Iustin. lib. 10. C. de excusat. artif. l. 1. [Artifices, inquit, bractearij.] Accursus Pentaburgos interpretatur, id est, qui faciunt quædam rotunda & infirma circa caput equi volubilia: sed in qua lingua dicantur huiusmodi artifices pendaburgi, ego fateor me ignorare: quemadmodum possum persanctè iurare, Accursium omnino non intellexisse, quid bractearij nomine significaretur. Ant. Nebr.

**BRACEARI** in l. 1. C. de Excus. artifices dicuntur, qui aurum malleis tusum & ad quamvis tenuitatem ductile, rebus inaurandis inducunt. Nam bractæ sunt auri tenuissimæ laminæ. Bu.

**BRAVIVM**, victoriæ præmium.

**BREPHOTROPHIVM**, locus est, ubi Infantes expositi publicè aluntur: nam βρεφος interpretatur infans, & τροφή alimentum, sic orphanotrophum dicitur, ubi aluntur orphani, & ichthyotrophium ubi pisces, peristotrophium ubi columbæ. Iustinian. in C. tit. de sacrosanct. eccl. l. illud. ubi mendosè bephotrophium legitur expuncta secunda littera. Item & iterum l. sancimus. atque iterum l. ut inter. habetque accentum in penultima. Nebr.

**BREPHOTROPHVS** appellatur gubernator infantiam pauperum, & orphanorum, & brephotrophium locus ubi huiusmodi infantes publicè aluntur.

**BREVIARIAB** rationes, quæ in breue contractæ sunt. Sczuola l. ult. ff. de pec. legat. [An peculio prælegato, & centū aurei, & vsuræ eorum debentur, cum rationibus breuiariis & sortem & vsuræ complexus sit.] Vlp. l. 3. §. 6. tit.

tit. seq. Logarium opinor hoc appellat. Suet. Calig. [Ordinario cuidam dispensatori breuiarium rationum afferenti, paropsidem leguminis porrexisset.]

**BREVITER**, not. Ioan. Cald. in commento suo super decreta, c. cum dilectus de caus. poss. & propriet. & Ioan. And. de test. c. 1. li. 6.

**BREVIS**, breue, breuiarium, dicuntur epitomæ siue commentarioli rerum summas complectentes, quæ vocant summaria.

**BREVIATORIBUS** qui sint, not. in Auth. de Consu. & sunt etiam in curia Romana officiales, qui sic dicuntur, qui scribunt & dicant rescripta curiæ Romanæ.

**BREVILOQUA**, hæc dictio significat substitutionem, quæ breuibus verbis continet substitutionem, cumulationem, seu multiplicationem. Etiam breuiloqua est illa substitutio, qua substitutionis vnius personæ ad aliam fit reperitio. Item breuiloqua illas tot & eodem modo significat substitutiones, vt significat eius verba, vel quæuis aliunde sumpta significata. Et dicitur breuiloqua, quia breuibus verbis fit, & breuibus verbis comprehendit plures substitutiones, vt not. Accurs. & Bart. ff. de Vulg. & pupil. subst. De hoc vide infra, [Substitutio breuiloqua]

**BROCARDICA** materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus inuoluta.

**BRUTVS** dicitur quasi obrutus, quia sensu caret, & est sine ratione & prudentia, secundum Isido. vnde brutire, id est, insatuare.

### De B ante V.

**BVBVLVS**, est custos bouum, aut qui bobus vitur. Ouid. 4. de ponto,

*Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.*

Cato de re Rustica:

*Bubulcum vnum habeat, asinarium vnum.*

Paul. de Fund. instr. l. cum de lanionis. [De bubulco, inquit, siu de eo qui ibi bobus arat.] Inde [bubulonicus, a, um, res ad bubulcum pertinentes.] vt in eod. t. l. sed & stragulas vestes. An. Nebr.

**BVBVLVS** dicitur, tam qui bobus arat, quam qui boues pascit. l. cum de lanionis. de fund. Instr.

**BVBALVS**, est magnus & syluestris bos, vnde bubalinæ stragulæ ex bubulorum pellibus confectæ, sed bubulus est parvus bos.

**BVCCELLARIJ**, sunt latrones, qui ponunt in ore captiuorum lignum, vt non clament. C. ad l. Iul. de vi l. vlt. vel melius dicebantur equites cataphracti per orientem, qui suberant magistro militum, auctor Alc. in l. 1. C. de Ero. mil. ann.

**BVCCELLANVS**, vt sentit idem Alc. in præall. l. 1. C. de Ero. mil. ann. appellatur id genus panis, quem vulgo vocant [bis coctum,] nimirum ad diurnitatem vsus ex coctum.

**BVCCINVM**, genus conchyliorum est, ex quibus purpureus color fit, nam purpuræ annumerantur murices, buccina, quæ à Græcis dicuntur *καρυκας*, & quæ proprio nomine dicuntur purpuræ. Vlp. lib. 32. qui est de Legatis tertius. l. si cui. §. vlt. Purpuræ appellatione omnis generis purpuræ contineri puto, sed coccum non continebitur: buccinum autem & ianthinum continetur. Accurs. coloris genus dicit. An. Nebr.

**BVCCINVM**, species purpuræ. l. cui. §. fin. leg. 3.

**BYCVS**, est garrulus qui ceteros oris loquacitate non sensu superat, secundum Isid.

**BYLLA**, est sigillum Papæ, vel litera quam dat Papa, vel ornamentum schedulæ.

**BYPRESTIS**, ut scribit Plinius, bestiola est rara in Italia, simillima scarabeo longipedi. Idem lib. 13.

[ pollet, inquit, contra cantharides, buprestim, & pityocampas. ]

Apud Marcel. 48 Dig. l. eiusdem. ubi pro buprestis & pityocampis mendosè legitur bubostris & pituocarpas. Siquidem buprestis dicitur quasi bouis prester. i. serpens, nam subit nares boum, atque ira enecat illos N.

**BYPRESTIS**, animal est valde noxium, haud absimile scarabeo, de quo mentio fit in l. 3 ad leg. Cornel. de Sicar.

**BYRDO**, partus est ex equo & asino: sicut è diuerso mulus ex asino & equa. Hispani burdiegano appellant. In 4 Regum lib. cap. 5. Hieron. interpret: [Obscuro, inquit, concede mihi seruo tuo ut tollam onus duorum bardorum de terra. ] hos Græci γίγγυς vocant, Theodorus Gaza, ex Arist. in lib. de animalibus, Inos interpretatur. Vlp. lib. 3 2. Dig. qui est de legatis tertius, l. item legato. Vel lectica, vel burdones. Nebr.

**BYRDO**, partus est ex equo & asina, l. item legato. de Leg. 3.

**BYRGO**s, vocant crebra per limitem habitacula constituta.

**BYTTE** scyphi genus Græci βύττης vocant. l. 206. ff. de Verb. sig. C. hinc Butticulæ vertere gl. dogas explicat quam *δύγα*.

*De C littera.*

**CALITERA** condemnâdi nota erat, quam prætor in publicis iudiciis dare iudicibus solebat in tabella cæca scriptam; ut si reus dam-

nandus videretur eam in urnam conicerent. Itaque cristis à Cic. in oratione pro Milone dicitur.

**CALITERA**, Caius notatur, quæ inuersa mulierem declarat, quia tam Caius esse vocitatus, quam Caios etiam ex nuptialibus sacris apparet. Fabius lib. 1. cap. 7.

*De C ante A.*

**CABALLATIO**, munus alendi equos publicos.

**CABALLVS** ab equo distat, quod caballus ferè nunquam sine derisione dicitur, atque ideo Satyrici poëtæ, qui dum risum excutiant nemini parcent, caballo potius quam equo vtuntur. Lucilius apud Nonium Marcellum [Succussatori terti tardique caballii. ] Et Horat.

*Saturiano circumuectare caballo.*

Equus verò non dicitur nisi de apto, & qualem Virg. Georg. 3. describit dicens,

*Cui ardua cernix,*

*Argutumque caput, breuis aluus, obesa,*  
*que terga.*

*Luxuriaque thoris animosum pectus.*

Pomponius lib. 3 3. tit. de fund. instr. l. i. ita. [caballos, inquit, qui in pistrinis essent. ] Nā pistrinis non delegantur nisi mali, & de quibus Iuuenalis dixit,  
*Dominus pretiis mutare iubentur*

*Exiguus, tris quoque trahunt epippedia collo*  
*Segnipedes, digniq; molè versare nepotia.*

Hos Hispani [rocinos, ] illos cauallos] appellant. Anton. Nebr.

**CACABVS**, olla grandior est, siue illa sit ex argilla siue ex stanno, siue ex argento, vel alia quacunque metallorum materia. Columel. lib.

lib. 13. de Re rustica [ In cacabo figlino nouo coquitur vel stan-  
neo multi arbutus aminei vr-  
na. ] Ecclesiast. 13. Quid commu-  
nicabit cacabus ad ollam quando  
enim se colliserint, confringen-  
tur. Quasi cacabus sit ex metalli  
tantum materia & olla ex creta  
duntaxat figlina. Pomponius lib.  
34. tit. de auro & arg. leg. 1. & si.  
§. si cui. [ certè, inquit, si cacabos  
argenteos habebat, vel miliarium  
argenteum, id est vas ad coquen-  
dum milium. ] Nebriss.

**CACABOS** annumerat Paulus in l.  
cum de lantionis. ff. de fund. Instr.  
inter instrumenta fundi Sunt au-  
tem vasa, in quibus coquitur pul-  
mentarium.

**CADAT** ab omni iure suo ista ver-  
ba impertant per sententiam Fel.  
in c. Rodolphus. in 18. ver. [ cadit  
ab omni iure suo ] de Re script.

**CADERE** causa pro litem perdere,  
aa antiquis dicebatur fortasse,  
quod vti comòdia stare diceban-  
tur, quæ placebant, sic & causa.  
Terent in prolog. Phorm. [ Quod  
si intelligeret, cum stetit olim  
noua, actoris opera magis stetit  
se, quam sua. ] Vbi Donatus [ agi,  
inquit, dicitur Fabula, cum reci-  
tatur, stare cum placet. ] Sic Cic.  
in epist. ad Lentulum, [ Cum in  
Senatu pulcherrimè staremus,  
quod iam illam sententiam Bibu-  
li hoc, &c. ] Paulus autem lib. 1.  
Sent. c. 10. [ Causa cadimus, in-  
quit, aut loco, aut summa, aut tem-  
pore, aut qualitate. ] Inst. §. 12. de  
Actio. [ Si quis agens intentione  
sua, plus complexus fuerit,  
quàm ad eum pertineat, causa  
cadebat. ] Paul. lib. 45. §. 5. ff. de  
iur. fisc. [ de quo cauere compellitur,  
vt si vsus is contra edictum  
fuerit, causa cadat. ] Papinianus  
l. 41. §. 3. ff. de Cond. & demonstr.

Quod si maritus vitio suo ceci-  
derit, neque soluendo sit, &c. dici  
etiam pro eodem solebat.

**CADERE** formula, Fabius lib. 3. [ In  
omnibus fere causis, in quibus  
cecidisse quis formula dicitur, hæc  
sunt quæst. an cum hoc, an hæc  
an apud hunc, an hoc tempore  
hæc agere. Sueton. in Claud.  
[ Nec semper præscripta legum  
secutus, duritiam leuitatemque  
multorum, ex bono & æquo moderatus est. Nam & iis qui apud  
privatos iudices formula exci-  
dissent, restituit actiones. ] Quo  
ex loco patet, cadere formula in  
stricti tantum iudicij actionibus  
vsurpari solitum, causa verò ca-  
dere in omnibus, &

**CADERE** in commissum, l. fin. ff. de  
publicanis & vectig. in prin.

**CADUCA** glans, quæ ex arbore ce-  
cidit. l. Syu. de Ver. sig.

**CADUCA** bona, quæ ad fiscum dese-  
runtur, l. pen. de iis quæ in test.  
delen.

**CADUCVM**, ex l. Papia, legatæ erat  
relictum sub conditione, qua de-  
ficiente, vel viuo, vel mortuo te-  
statore cadebat, & redibat, vel ad  
testatoris viuum, vel ad substitu-  
tum eo mortuo. vnde tit. est in C.  
Iustiniano, de Toll. Caduc. Iuu.

*Legatum omne capis, necnon & dulce  
caducum.*

*Commoda præterea iunguntur multa ca-  
ducis.* Néb.

**CADUCVM** legatum, secundum Aze-  
nem in Summa de Caduc. to. 1. c. 1.  
quod deficit post mortem tes-  
tatoris quacunque ratione. Eæ quæ  
quibusdam modis & rationibus  
iniquis olim legata fiebant,  
quandoque caduca ideo lex po-  
nit vnâ rub. C. de cadu. rol. Et  
differunt pro non scriptum, quasi  
cada



**Et caducum, & verè caducum.** Legatum pro non scriptum, est quando legatur alicui damnato in metallum, vel non existenti in rerum natura, puta non nato. Quasi caducum est, quando non omnino cadit, sed vere caducum est, quando legatarius vixit post mortem testatoris, & supervenit ei conditio propter quam efficitur incapax legati. Sed in alio casu legatur illi qui est in rerum natura, sed moritur ante mortem testatoris. Primum accrescit sine onere, secundum verò cum onere.

**CADVS**, vas erat vinarium, in quo vinum diffusum servabatur, leg. penult. de Vin. trit. & oleo leg.

**CACITAS**, morbus est, ut ff. de Edil. l. 1. §. Sciendum.

**CAECVS** & de naturali, & de eo qui est à casu utroque lumine orbatus, & is non potest facere testamentum. Inst. de Exhæredat. libro. §. cæcus autem.

**CAECVS** dicitur, qui supernæ contemplationis lucem ignorat 49. distincti. hinc quandoque exponitur cæcus, id est, indoctus: & talis non est ordinandus, 49. dist. cap. fin.

**CAEDES**, graue erimen, l. 1. de his qui accus. poss. C. Cædis auctores. leg. Si ideo. de his quibus ut indig. hæred. C. Cædem mandare. l. minorib. eod. tit.

**CAEDERE** cum diphthongo est, non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. l. 5. Arbor. furtim cæf.

**CADERE** pignora, pro vendere & auctione distrahere, Cicero in proœmio lib. 3. de Oratore, [an tu cum omnem auctoritatem vniuersi ordinis pro pignore putaris, eamque in conspectu populi Romani concideris, me his

Voc. iur.

pignoribus existimas posse teneri, non tibi illa sunt cædenda: si Crassum vis coercere, hæc tibi est excidenda lingua, qua vel euulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.]

**CAELARE**, est insculpere: vnde Cælatura, quæ propriè fit in metallis sculptura, etiam in marmore ebore, ligno, gemmis & vitrò. l. Et si quid ergo. de aur. & arg. leg. & l. Ex argento. de cond. furt. ac Carites tabulæ quæ dicantur Gellius lib. 16 cap. 13. his docet verbis: [primos municipes sine suffragij iure carites esse factos accepimus: concessumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent: pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque.] Hinc tabulæ carites appellatæ versa vice, in quas referre iuebant, quos notæ causa suffragiis priuabant. Pedianus in Diuinat. Qui plebeius erat, in Caritum tabulas referebatur, & ararius fiebat: ac per hoc non erat in albo centuriæ suæ: scilicet ad hoc ut ciuis esset, sed tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet.

**CAESAR**, fuit primò nomen proprium Iulij Imperatoris, à quo ad omnes Imperatores manavit.

**CAESARIENSIS** & Cesariani passim lib. Codice pro ministris siue officialibus, aut apparitoribus procuratoris Cesaris. Appellantur & Catholiciam ex lege penultima, §. vltim Codice de Bon. præscriptione. Hinc Cesarientis aduocatio libro 2. titulo 3. libro 30. Cesarientis Colonia lib. 50 Pandect. tit. 15. lib 8. §. 7. & l. 1. §. 6. eodem Cesarien-

ses aduocati. §. vii. de Inutil. stipul.

**CABSIDIA** Longina, lege diui fratres ff. de Iure patronat.

**CABSO**, onis est puer scissus ab vtero matris, inde Cæsar, quia cæsus ex ventre matris, vt per Glossã in Rubric. Inst. in verb. Cæsar.

**CABSA** quæ dicantur enarrat Iurifconsultus in lege fundi. & l. seq. de act. empt. & in l. tut. de Verb. sign.

**CÆTERA**, hæc dictio, habet importare in contractu, ea quæ veniunt, quæ sunt de natura ipsius contractus. hoc est, de consuetudine. vt not. in leg. Si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de Iureiur. & per hoc inferunt Doctores, quod si in protocollis alicuius notarij inueniantur hæc verba, & cætera, quod intelligatur ea venisse in contractu, quæ de natura vel de consuetudine eius sunt. Et dicit Baldus quod per verbum cætera, nunquam intelligitur vt veniat promissio cum pœna. Ratio, quia pœna dicitur esse quid extrinsecum ab ipso contractu: ideo non intelligitur venire nisi expresse appareat. arg. ex his quæ not. in lege sciendum. ff. de Verborum obligat. & lege 2. Cod. de fact. Si tamen secundum Baldum contractus esset conceptus ad consilium sapientis, & in ipso verbum [ & cætera ] reperiretur, tunc bene posset apponi pœna in hoc contractu: & hoc operatur appositio illa, vt consilium sapientis dicat istum contractum, iuxta not. in lege ex ea parte. ff. de Verborum obligat. & nota quod dictio [ & cætera ] duplici modo scripta reperitur, & secundum hoc dupliciter profertur. Vno modo ponitur indeterminate in fine orationis, sic

quod non regitur ab aliquo verbo, & tunc debet scribi breuiter, vt sic, [ &c. ] Secundo ponitur determinatè sic, quod refertur ad verbum in oratione positum, a quo regitur, & debet scribi longe pro duabus dictionibus, vt sic, [ & cætera ] Sic etiam profertur breuiter & longius, & vtroque modo significat prout verba præcedentia, vel aliud medium significare declarat. Nam breuiter, [ &c. ] significat illud quod deficit, & supplet verba deficientia, vt in l. Gallus. vers. credendum ff. de liber. & posth. vbi testator dicit, [ Si me vivo nepos decedat, tunc qui pronepos, &c. ] credendum est Gallum denotasse idem de pronepote, & sic dictio, &c. supplet ibi verba secundum quæ pronepos potest substitui, quæ sunt in principio illius l. vt Gallus introduxit. Item si præcedit instrumentum extensum locationis vnius domus factæ vni, & sequitur instrumentum abbreviatum emptionis alterius domus factæ eidem dictio, [ &c. ] significat clausulas in præcedenti positas, quæ huic locationi sunt applicabiles, quia præcedentia declarant sequentia l. feruus plurimum ff. de Legat. 1. Item quia in habentibus Symbolum facilius est transitus, l. in rem §. item quicumque. ff. de Rei vend. contractus autem emptionis & locationis sunt similes, lege 1. ff. Locat. Et est sciendum quod Notarius, quando notam positam breuiter in protocollo redigere vult ad instrumentum publicum, tunc significata per dictionem, [ &c. ] debet extensè scribere, quia scit quod actum est, & quod per hanc dictionem intellexit, tanquam testis ibi contentorum, quia

quia dispositionem contrahentium recipit: ergo mortuo primo Notario post protocollum, antequam redigeret illud in publicam instrumentura, secundus Notarius non debet significata per dictionem, &c. in protocollo positam, extendere, nisi quantum ibi sunt extensa. l. contractus. de fide instr. Sed talis nota protocolli legenda est partibus, coram testibus, & illos exponentibus verbum, [ &c. ] debet Notarius secundus super hoc requisitus expositionem illorum redigere in publicum instrumentum extensum: alias iudex debet arbitrari ex præcedentibus & sequentibus, & coniecturare quid per verbum, [ &c. ] significetur. l. terius plurium § 1. de leg. 1. & l. voluntas. C. de fideicommiss. Secundò sumitur [ &c. ] pro ut longè ponitur, & significat alia præterea quæ enumerata sunt in l. itè quæritur §. exercitum. ff. Loca.

**CAETERVM**, not. Io. Cald. in commento decret. vestra. de Cohabit. clerico. & mulier. & Pau. in comment. decret. nobis. de iure patron.

**CAERTVS**, vide ff. ad leg. Iul. de vi. l. qui cætu. & in Clem. de Elect. cap. hi. qui. Et quid cætu, & unde dicatur. vide 15. dist. Canones. in fin. Item quot homines faciant cætu. Vide Bart. in l. prætor ff. Vi bon. rap.

**CÆDVVS**, a, um, à cædendo, id est, scindendo dicitur: unde sylva cædua dicta, quod illius arbores licitum est scindere: siue lignorum, siue materiz causa. Nam sylva nunquam dicitur nisi de arboribus. Plin. Cæcilius in Epistolis: [cædua, inquit, sylva, cum monte ipso descendunt.] Cato de re Rustic. [Sylva, inquit,

cædua, ] &c. Papinianus 24. Dig. titu. Solut. matrimon. leg. diuortio [ Si arbores. inquit, cædæ fuerunt, vel germinales. ] Item de Verb. signific. lege sylva cædua.

**CAEMENTVM** dicitur à cædendo, nec est quod vulgus putat, ædificij fundamentum, sed sunt lapides, ut ait Nonius, quibus ædificia consurgunt, citatque Sileniam in quarto Historiarum: [ Formidine, inquit, oppressis, quod hamilem cæmentis instructum oppidi murum sciebat ] Vitruv. lib. 1. [ Saxa quadrata, siue alex, siue cæmentum, siue coctus later. ] Ulpian. libro 43. tit. de riuis. 21. l. Servius. e Si rituum cæmentitium velit facere, audiendum esse ] hic pro lapidibus quadratis posuit. Anto. Nebrif.

**CAYVS** Iurisconsul. fuit ( præter aliorum dixerim ) peritissimus omnium. Eius consulta consultissima citantur quam sæpissimè in libris Pandectarum, sed in illis Florentinis temper per C. Caius: in recentioribus verò G. Gaius: causa verò erroris ab eo est orta, quòd Seruius Grammaticus scribit in 1. G. org. Virgil. libro, tria esse nomina quæ scribantur per C. proferri debent per G. Cneus, Caius, Amurca. de Amurca superius dictum est in suo loco, de Cajo per C. debere scribi Quintil. est auctor libro 1. Orator. Instit. Anto. Nebrif.

**CALAMITAS**, est insollicitas vel miseria quæ enacuat omnè bono, vel est pœna vel labor imensus.

**CALANTICA**, tegmen muliebres quòd capiti innectitur. M T Aicero in Clodii: [ Tunc cum vin

cirentur pedes fasciis, cum calanticum capiti accommodares.] Ex Nonio. Vlp. in l. 25. §. 4. ff. de Aur. & arg. [Ornamentorum hæc, vitæ, mitræ, semimitræ, calantica] Florentini tamen CALAVTICA.

**CALATA** comitia dicebantur, auctore Gellio, quæ pro collegio Pontificum haberi solebant, aut regis, aut flaminum inaugurandorum causa. Ea autem in duo genera diuidebantur, curiata videlicet, & centuriata, de quibus Dionys Halicarnassæus, & Linius in 1. ab urb. cond. scripserunt. Comitiam verò calata dicebantur ex eo, quod populus vocatus in vnum locum ad ferenda suffragia conueniebat. *καλῶν* enim est voco. Comitiam præterea à coeundo, hoc est, conueniendo, dicta sunt. Iustinianus lib. 2. Inst. tit. de testament. ordinandis: [Testamentorum, inquit, duo genera in usu fuerant, quorum altero in pace & otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant, i. ad cuius solennitatem requirebatur populi voti ari consensus. Reliqua lege ibi. Nebr.

**CALATA** comitia, de quibus fit mentio Inst. de Test. ord. quæ olim essent, enarrat eleganter Aul. Gel. lib. 15. c. 27.

**CALCARIA** est fornax, vbi calx ex coctis lapidibus conficitur. Vnde Plin. in Hist. nat. scribit, oliuas cinere ex calcariis larari. Imperator in tit. de Pœn. l. aut damnū. pro fodina posuit lapidum, ex quibus igni resolutis calx ipsa conficitur: nam de damnatis ad metallum loquitur; sunt autem lapides in genere metalli. Nam quod Accur. dicit calcariam esse opus calcandi terram, etiam pueri qui nondum ætate leuantur,

intelligunt esse perinane. Nebr. **CALCARIA**, locus vbi calx conficitur, l. Aut damnū. de Pœn.

**CALCIARIUM**, quantum satis est calceorum, pro personæ quæ agit conditione. Vlp. l. 8. §. 7. ff. de Trāfact. [de Calciario quoque arbitrio prætoris transigendū est.] Idem l. 21. ff. de Alim. & cib. Tranquil. in Vespas. [Claflarios, inquit, qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus cōmeant, petentes constitui aliquid sibi calciarij nomine, quasi parū esset sine responso abegisse, iussit posthac excalceatos cursitare.]

**CALCIATVM**, apud Paulum, l. 3. §. 3. de offic. præf. vig. legi arbitratur Hotoman. pro **FALCIATVM**, i. falcibus ruralibus, (de quibus Cæsar & alij meminere) quæ diruendis ædibus inflammatis parantur, instructum.

**CALCITROSVS** equus est, qui sole calce ferire, i. pedibus retrò se percutere.

**CALCVLATOR** propriè dicitur, qui per lapillos rusticorum more computat: nam calculus est lapillus: vnde calculare, per lapillorū signa computare. Martia. [Nec calculator, inquit, aut notarius velox.] eisdem appellamus & Calcularios. Modest. libro 37. Dig. tit. de excus. tutor. l. spadonem. Neque calculatores, inquit, quos vulgò ratiocinarios dicimus.] Nebr.

**CALCVLATOR**, secundum Isidor. dicitur à calculis, id est, lapillis minutis, quos antiqui in manib. habuerunt, componendo numeros.

**CALCVLVVS**, id est, comptus. C. de Erro. calculi. l. vnic. Item est causa cognitio & euumeratio. C. de iudic. l. rem con nouam. Item prima sententia definitiua.

C. de Appel. si Actor. Vide aliquid de calculo, de fide instrum. cum dilectus.

CALENDAE & calendarium, vide in littera K

CALENDARIVM, liber erat rationum, non quatumcunque, sed earum tantum, quæ ad fœnus pertinebant. & in quo debitorum nomina scribebantur: dictum, calendarium, quia primo cuiusque mensis die, hoc est, Calendis, pecuniæ dabatur fœnori, & exigebantur cum Usura: Ouid.

*Si puteal Ianumque times celeresque calendas.*

Celeres dixit, quia debitoribus citò redire videretur terminus debili solvendi. Horat.

*Qui nisi cum misero tristes venire Calenda.*

Tristes autem ab effectu vocavit, quæ debitorem faciunt tristem. Idem quoque in epodo de Alphio fœneratore.

*Omnes redigit Idibus pecuniam, quarit Calendis ponere.*

Scilicet ad usuram. Seneca li. i. de beneficiis: [ Nemo beneficia in Calendario scribit, id est, in libro fœneratitiarum rationum, ut inde sortem cum usura recipiat. ] Idem in 5. eiusdem: [ Quid fœnus & calendarium & usura nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsitæ nomina? ] Atque adhuc in epistolis: [ Forum conerit, calendarium versat, fit ex domino procurator ] Sæuola lib. 33. Dig. tit. de Fûdo inst. l. nepoti. 6. [ Le-guerat, inquit, nepoti prædia,

ut instructa sunt cum vino, grano, calêdario. ] Item Aphricanus. de legatis tertio, l. qui filium. 64. [ Certa prædia nepoti per fideicommissum dederat, excepto calendario. ] Atque ibidem, l. nomen. 34 [ Nomina, inquit, ex Calendario quæ elegerit ] Accurs. nomina debitorum calendarium interpretatur, verè quidem, non sufficienter: neque enim quodcunque debitum venit appellatione Calendarij, sed tantum quod ex fœneratione constat. Nebris.

CALIGATVS miles dicebatur, qui erat manipularis. Manipulos autem exercitus, Varro de lingua Latina, appellat minimas manus, quæ vauum sequuntur signam: ex manipulis autem cohors componitur. Caligatus autem dicitur à caligæ, hoc est, tibiali siue ocrea, quod erat crurum armatura, de Tranquil. in vita Caij Cæsaris: [ Caligula, inquit, cognominatus est, quia manipulari habitu est inter milites educatus. ] De milite igitur caligato, hoc est, manipulari, siue infimæ conditionis, dixit Iuuenalis:

*Cum duo crura habeas offendere tot caligatos.*

Quintilianus in declamationib. [ Parere caligarum tribuno lex iubet: ] & paulò post: [ Commendem tibi ordinem caligati militis. ] Ulpian in tit. de iis qui notantur infamia. [ Ait, inquit, prætor, qui ab exercitu dimissus erit, dimissum accipere debemus militem caligatum, vel si quis alius usque ad centurionem vel præfectum cohortis vel alæ, siue legionis. ] Item de custod. & exhibit. reorum, l. de militibus, & de

re militari. l. omne delictum.  
Ant. Nebris.

**CALIGATUS**, id est, miserrimus.  
Inde caligatus miles dicitur qui  
habet terreas ocreas, vel caligas  
de corio. Etiam idem est, quod  
infirmus vel obscurus, has expo-  
sitiones facit gl. in l. a caligato.  
C. de nup.

**CALLIDITAS**, require infra [ do-  
lus malus ] est enim calliditas  
dolus adhibitus tacendo, vt no-  
tat. ff. de Do. matr. l. i. In gloss.  
Inde calidus, id est, fallax vel  
astutus.

**CALVITVR**, inquit Marcellus, est  
frustratur, tractum a caluis mi-  
micis quæ sint omnibus frustra-  
tui. Plautus in Casina. Nam vbi  
domi sola sum, sopor manus cal-  
uitur. Complura Nonius exem-  
pla protulit, ex quibus Caij re-  
sponsum facile intelligatur, in l.  
233. ff. de Verb. sig. Si caluitur  
& moeretur & frustratur, vt § 1  
**CALVITVR**, verba sunt legis duo-  
decim tab. quam interpretatur  
cetera sua, id est, glossæ & inter-  
pretationis. Erat autem in lege,  
**SI CALVITVR PEDE MVN-  
STRAVIT, MANVM ENDO IACI-  
TO.** Hotom.

**CALVMNIA**, secundum Host. in  
Summ. est cum quis ex certa  
scientia iniuste agit vel resistit.  
ff. ad Turpil. l. i. §. calumniari.  
Vel est petitio iniusta ex certa  
scientia in iudicio facta: & iustæ  
petitioni iniusta responsio: vel  
est falsi criminis impositio. ff. de  
Verborum significat. l. si calum-  
nietur.

**CALVMNIARI**, secundum Azon.  
in Sum. Cod. de calum. est falsa  
crimina scienter intendere &  
alicui opponere, vel imponere.  
Et ex eo, quod quis non proba-  
uit crimen, calumniari videtur,

licet textus videatur sonare in  
contrarium, quod talis non sit  
calumniatus, 2. quæstion 3. cap.  
si quem. §. notandam vbi dicitur:  
[ calumniari, est falsa crimi-  
na scienter intendere: prauar-  
ricari, crimina vera abscondere  
tergiuersari, in vniuersum ab ac-  
cusatione desistere. ] Sed non  
vtrique qui non probat quod in-  
tendit calumniari protinus vi-  
detur, similis textus in l. prima.  
ff. ad Senatusconsultum Turpi-  
lianum.

**CALVMNIATOR**, est qui scienter  
alicui falsa crimina imponit ve-  
xandi occasione, vt ff. ad Turp.  
l. i. in princip. vnde secundum  
Isid. calumniator a calumniando,  
id est, frustrando vel decipi-  
endo dictus est. Et inde dicitur  
iuramentum calumniæ scilicet,  
vitandæ. Et est assertio veræ pe-  
titionis vel repulsionis, secun-  
dum Goffred. cum quis iurat se  
bona fide & non calumniandi  
animo causam mouisse, vel quod  
venerit ad reluctandum, putans  
se bona iustitia vri. Cod. de Iura.  
calum. l. i. § 1 & habet quinque  
capitula, vt cap. i. de Iura calum.  
vbi gloss.

**CAMELASIA**, siue [ camelaria ] est  
curatio camelorum, qui publi-  
cè, & ad vsus publicos aleban-  
tur: & camelarij, ipsorum came-  
lorum curatores, quorum duo  
sunt genera, alterum bacrianum  
quod vnum tantum habet tu-  
ber, alterum Arabicum, quod  
duo tubera in dorso habet: col-  
dem & dromedarios ob veloci-  
tatem cursus vocant. Arcadius  
lib. 50. tit. de muneribus. l. nu-  
merum. ] camelasia, inquit, per-  
sonale munus est. ] Et ibidem de  
camelario. Nebr.

**CAMELARI** sunt ductores cura-  
toresque

coresque camelorum, & camelasia munus agendi ac curandi camelos, nam cameli iumentorum operam præstabant impedimentis exercitus comportandis.

**CAMERATA** arca, vehiculum conrectum, quo matronæ & valetudinarij gestantur. leg. sed addes. ff. leca

**CAMVM**, potionis genus, apud Vlpianum in lege 9. ff. de Tritic. vin. quod sibi ignotum esse fateatur Hotoman. Hieronymus, Mercurialis 5. Variat. i. putat esse potionis genus, ex variis rebus commixtæ, perinde ac ceruisiæ, non abfimilis Sabaiæ porioni, quæ in Illyrico ex hordeo & frumento fiebat, Annianus 26. Cuius. 24. obser. 39. His adde Alciatum lib. i. prætermissorum.

**CANNABIS** herba est, & materia nerilis, ex qua non modo texta fiunt, sed etiam funes torquentur. Vnde Persius:

*Tibi torto cannabe fulso,  
Cana sit in transtro.*

Vlpianus lib. 14. de exercitoria actione, l. i. [Præpositus, inquit, est legumini & cannabi.] Anton. Nebris.

**CANNABIS** herba notissima, ex cuius cortice funes fiunt. leg. i. de Exercit. actio.

**CANCELLI**, sunt ligna inter se modicis intervallis in transuersum connexa, quibus tribunalia, scenæ, & fenestræ muniri consueverunt: Cicero in Verrem. [Circundati cancellis videntur in sua prouincia.] Item 1. de Oratore: [Forensibus cancellis circumscriptionem sententiam.] Vtrumque per translationem. Sed proprie Sidonius libro 1. de turba satel-

licum Theodorici regis: [Exclusa, inquit, velis, iucluta cancellis.] Canticorum cap. 2. Hieronymo interprete: Respiciens, inquit, per fenestras, prospiciens per cancellos, id est, per foramina cancellorum. Huiusmodi quoque fenestræ Clatrata dicuntur. Aphricanus libro 30. qui est de legatis primus, lege cætera. [Si cancelli, inquit, sint, vel vela.] Item titulo de fundo instructo. lege quæsitum. [Cancellos quoque instrumento contineri puto.] & aliis in locis. Nebrissenfis.

**CANCELLI** dicuntur ligna inter se modicis intervallis in transuersum connexa, leg. quæsitum. de fund instructo.

**CANCELLO**, cellar, verbum videtur esse ductum a cancellis in quibus ut transuersa necuntur ligna, ita cum scripta expungenda sunt, transuerso calamo lineæ inducuntur: quod proprie illinire siue allinire est, vnde litura. Horatius in arte poetica:

*Incomptis allinet atrum  
Transuerso calamo signum.*

Ac si dicat, cancellabit Vlpianus libro 20. titulo de iis quæ in testamento delentur. lege cancellauerat quis testamentum vel induxerat. & ibidem lege proxime. Si omnem scripturam cancellasset. Item lib. 11. tit. de probat. l. si chirographum cancellatum fuerit. Ant. Nebr.

**CANCELLARE**, est scripta transductis lineis, instar cancellorum, delere. glossa in lege si quis libertatem. de petition. hæredit.

**CANCELLARIUS** nomen accepit a cancellando: cuius officium

est rescripta vel responsa imperatoris, & mandata inspicere, & mala scripta cancellare, & bene scripta cum signaculo suo signare, & sigillum eis imprimere. Inde etiam venit archicancellarius, quasi princeps cancellariæ, secundum Azo. in Summa.

**CANCELLARIUS**, idem opinor, qui actuarius, inde ducto nomine, quod eius officium, id est, cellula in qua scribere consuevit, cancellis munita sit. Vnde tit. lib. 1. Cod. de Assessores, & Domesticis, & Cancellariis iudicum. Nam cum actuarij officium libellis sine chartulis sit refertum, & frequenter habeat interuentores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abest. Cum primus omnium hanc istius vocabuli notationem exposuissim, & ab inueterata opinione cancellasorum, siue delendorum actorum recessissem: postea sententiam hanc meam quam plurimis placuisse animaduerti. Vidi etiam præclara Veterum testimonia à nonnullis probata, quibus mea coniectura confirmatur. In his autem illud insigne est ex Cassiodori libro 9 Variarum, [Hoc igitur laudabile præiudicium, sententiam gratiosam. Militiam domesticam à 12. indictione Cancellorum tibi decus attribuit: ut consistorij nostri secreta fideli integritate custodias, per te præsentandus accedat: per te nostris auribus desiderij supplicij molestas, iussa nostra sine studio venalitatibus expedias.] Et paulo post: [Respice quo nomine nuncuperis: lapere non potest, quod inter cancellos egeris. Tene quippe lucidas fores, claustra patentiæ, fenestras ianuas. Et

quamuis studiosè claudas, necessa est ut te cunctis aperias. Nam si foris reteris, meis emendaris obtutibus. Si intus ingrediaris, obseruantiam non potes declinare conspectus.] Cancellarij etiam mentionem obseruari in descriptione antiqui marmoris, quod Romæ esse aunt, his verbis: [Ex auctoritate Tucci Apromiani V. C. vrbis. Ratio docuit utilitate suadente, consuetudine micandi sumnota sub hexagio potius pecora vendere, quam digitis concludentibus tradere, ut appenso pecore capite, pedibus, & seuo lactante ut subgulari lanio cedentibus, reliqua carocum pelle & interaneis proficiat venditori sub conspectu publicè fide ponderis comprobata, ut quantum caro occisi pecoris appendat. & emptor norit & venditor: comoda omnibus, & præda damnata, quam tribunus, officium, Cancellarius, & scriba de pecuariis capere consueuerant, quæ forma interdicti & dispositionis, sub gladij periculo perpetuo custodienda mandatur. [Extat & apud Flor. Vopiscum in Carini vita mentio de Cancellario, quam subscribam. [Ami. eos optimos quosque relegat aut pessimum quemque elegit, aut reuinit. Præfectum vrbi viuo Cancellariis suis fecit: quo secedius, nec cogitari potuit: aliquid quando, nec dici.] Quam tamen lectionem, ut libere, quod sentio exponam, conuocare non possum: vere orque, nec ANOILLARIIS potius, ut legendum, quo nomine ipse idem vitur, lenocrij ac libidinis ministros significans. Hactenus Roman.

**CANDIDATI** prius accipiis erant ex qualis



Quæstoribus, qui orationes epistolæque principis in Senatu recitabant, lege 1. de Offic. Quæstor.

CANNIVM, potio est quæ fit ex hordeo, & aliis frugibus, & est species ceruisiæ, ut meminit Vlp. in l. si quis vinum ff. de vino, tritico & oleo lega.

CANON Græce, est regula Latine. 3. dist. can. Et in vna significatio-  
ne est id quod in consilio generali vel provinciali statuitur, & sic capitur de Constit. cap. canonum statuta. In alia significatio-  
ne videtur esse id quod ab em-  
tenta de re emphyteutica solui-  
tur, & sic videtur sumi ab Azon.  
in Sum. Cod. de iur. emphy. ver.  
[ex hoc autem contractu.] Etiam  
dicitur illud quod sumitur pro  
pedagogio vel vestigali, ut in  
ru ff. de Pub. & Vestig. Vnde &  
canonica illatio in l. placet. C. de  
sacros. eccles. pro ordinaria tri-  
buti præstatione.

CANONVM quidam est latæ sen-  
tentia, quidam ferendæ. Et prin-  
mus exprimitur per verbum [in-  
nodatus] vel [eo ipso.] Secundus  
per verbum [innodetur,] ut est  
gl. in c. quicumque. de hæret. lib.  
10. Item canon habet sub se qua-  
tuor species 25. q. 3. si quis dog-  
mata.

CANON [frumentarius] vrbis Ro-  
mæ, est certus numerus men-  
surarum frumenti, quæ singulis  
annis mittebantur Romam, leg. 1.  
& 2. eod. tit. lib. 11. quod erat  
etiam de oleo.

CANON [largitionalium titulo-  
rum,] est summa tributi, & præ-  
statu de regulari præstatione à  
provincialibus fisco. Et dicuntur  
tituli, qui ex specialibus titulis,  
id est, literis, breuibuscque char-  
tis leguntur, C. de anno, & tribu,

l. 3. & l. 1. de canone largi. tit. lib.  
10 secundum Accurs.

CANONIA est ius quod provenit  
electione & receptione in fra-  
trem, vel est ius percipiendi fru-  
ctum præbendæ, siue redditus, cap.  
relatum de Præben.

CANONIA est nomen tituli & iu-  
ris, præbenda vero nomen facti,  
& cadit in extraneum ut not.  
Inn. in c. cum M. de constit. quæ-  
re infra [Præbenda.]

CANONICA [moritio] est quando  
interuenit citatio cum tribus  
monitionibus, vel vna perempto-  
ria tres continens: de qua in cap.  
constitutionem. de Sen. exc. l. 6.

CANONICA [portio] est, à canone  
deputata ecclesiæ parochiali de  
relictis à parochiano defuncto  
illi ecclesiæ, ubi elegit sepultu-  
ram, cum alibi quàm in paro-  
chiali elegerit eam, & secundum  
varias consuetudines alia & alia.  
Nam alicui medietas, alicui ter-  
tia, alicui quarta datur. de Sepul.  
cap. certificari.

CANTARE & legere differunt quod  
not. pro statutis, quia qui tenetur  
cantare officium, non satisfacit  
dispositioni legendo, sed cui  
permittitur legere, permittitur  
cantare. Abb. in cap. quod in te.  
de pœnitent. & remis. & in cap.  
ut quisque. in 2. not. de vita &  
honest. cleric.

CANTHARIS, cantharidis, scarabæi  
quædam species oblongioris est,  
maculas rubras transversarias ha-  
bens. Hispanè in Bætica mea [cu-  
bicular] vocant aliis in locis  
[Abadeios:] in quo falluntur  
tempestatibus nostræ medici, pro  
cantharidibus vtentes quibus-  
dam vermiculis ad muscaram si-  
militudinem. Plinius libro 18.  
[Est, inquit, cantharis dictus sca-  
rabæus parvus,] Galenus præte-

rea de medicina simplici, [ cantharidum, inquit, siue scarabæorum. ] Nam cantharus est scarabæus, cantharis vero scarabæi habens effigiem. Marcellus libro 48. titulo ad legem Corneliam, de sicariis & veneficis lege eiusdem §. alio. [ Et quod quis, inquit Iustramenti causa dederit cantharidas. ] Antonius Nebrifensis.

**CANTHARUS** vas erat, quo utebantur in sacris Liberi patris, habens ansas, atque (vt ait Acron) patulum erat. Virg in Buconi.

*Et gravis astita pendeat cantharus ansa.*

Plinius libro 33. [ Cantharis potasse exemplo Liberi patris traditur. ] Est præterea cantharus, illud aquæ conceptaculum, vnde salientes erumpunt, quemadmodum apud Africani libro 30. Digestorum, titulo de Legatis primo. lege cætera. §. hoc senatus. [ canthari, inquit, per quos aquæ saliant ] Ant. Nebr.

**CANTHARIS**, animal est venenatum. lege 3. ff. ad legem Cornel. de sicar.

**CAPERE**, inquit Vlpianus, aliud est quam accipere. [ Capere cum effectu accipitur: accipere, etsi quis non accepit vt habeat: ideoque non videtur quis accipere, quod erat restitutus: sicut peruenisse propriè illud dicitur, quod est remanfurum. lege 71. ff. de Verborum significatione. Quibus ex verbis apparet, capere esse iuris, recipere verò facti, cum dicimus capere ex testamento capere hæreditatem, lega um, fideicommissum: idem enim valet, quod iure sibi acquirere, vt cum ita scribitur, [ **LVCIVS TITIVS** cum ca-

pere potuerit, hæres esto. ] leg. in tempus 62. ff. de Hæred. instit. lege si is qui. 11. ff. de Vulg. & pupill. l. cum autem in fin. ff. de Adil. edict. Vnde solidum non posse capere dicuntur, quibus id acquiritur: nisi ius non est, leg. si quis. 72. lege qui non militabat. 78. in fin. ff. de Hæred. instit. l. si is qui. ff. de Vulg. & Pupill. lege 3. ff. de iur. fisc. Usque adeo autem verbum capere iuris est, vt etiam pecuniam cepisse dicatur, qui ab obligatione liberatus est, ff. de Calumniar. lege si quis 115. ff. de Reg. iur. lege Nescennius, 22. in fine, ff. ad legem Falcidiam. Hinc,

**CAPERE** vsu, & [ capere possessione, ] & præcise [ capere ] sine vlla adiunctione, pro acquirere. lege ei à quo. 21. & l. cum qui, 21. ff. de Usurpatione, lege bonæ fidei. 48. §. fin. de Acquir. rer. dom. Hinc,

**CAPIO** vsu, & [ vsucapio ] & præcise ac simpliciter [ Capso ] in dict. l. bonæ fidei, & alibi passim sub tit. de Usurpat.

**CAPTI** dicuntur virgines Vestales, Flamines, Diales, Pontifices, Augures, cum sacerdotes creantur. Capi autem virgo propter eam dici videtur, quia Pontificis Max. manu prehensa, ab eo parente in cuius potestate est, veluti bello capta abducitur. Gell lib. 1. c. 12. Sic. Vlp. Instit. cap. 10. [ In potestate parentum esse desinunt, quæ Virgines Vestæ capiuntur. ] Fortunat. Rhetor. lib. 3. [ In elocutione proprietates verborum captanda est, vt si dictatorem dictum dicas: Flaminem proditum: Vestæ virginem captam. ]

**CAPERE** extero iure, lib. C. 6. tit. 20. l. 10. fructus ff. 7. C. tit. 65. l. 5. Mortis causa, ff. lib. 39. tit. 6. l. 8. in

- princip. l. 12. 21. 31. §. 2. Pignora, lib 7. C. tit. 53. l. 2. Pignori 8. C. tit. 14. l. 11. Testimonia, 4. Cod. tit. 20. l. 19.
- CAPERLATHA** possessio quid, l. Aurelio. 20. ff. de Liberati, leg.
- CAPESSENDI** conditio. C. de Infirmam pœn. cœl. l. 1.
- CAPILLI** Indici qui, vide l. interdum §. 7. ff. de publica. Capillos demere solebant serui libertate donati, & calpo capiti pileum imponere, de Latina libert. l. 1. §. 5. A.
- CAPITALE** crimen quid est, vide ff. de Pœnis, l. rei capitalis. de Bon. poss. l. edicto. §. rei capitalis
- CAPITALEM** fraudem admittere, est tale quid delinquere, propter quod delinquens capite puniendus sit l. cum autem. §. excipitur de Edil. edict.
- CAPITALES** inimicitiz sunt, cum quis alicui minatur mortem, cum odit, vel eius mortem desiderat, vel qui eum accusauit criminaliter. Item dic quando est questio de omnibus bonis vel maiori parte arg. in c. frequens, de Restitut. spo. lib. 6. nam bona oralia sunt vita hominum. l. duocati. Cod. de Aduoc. diuersi. iud. vbi est gl. in verb. vitam facit. text. in l. 2. Cod. de cōstit. pec. quem text. Bald alleg. in capit. cum causa. de Re iudic. ad hoc quod pecunia de eruit necessitati humanæ de hoc vide Panormit. in cap. cum oporteat, num. 2. de accusat.
- CAPITALES** pœna tres sunt: prima est mors corporalis l. capitulum. ff. de Pœn. secunda est damnatio in metallum. l. quidam. ff. de Pœn. tertia est deportatio, & tali non perditur libertas, sed
- ciuitas, de hac materia vide Fel. in cap. quauiter & quando. 2. de Accus.
- CAPITALES** triumviri carceris custodiam habebant, vt cum animaduerti in aliquem opus esset, eorum fieret interuentu, lege 2. §. constituti. de Origine iuris.
- CAPITALIA** iudicia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt, vel libertatem aut ciuitatem adimunt, l. 2. de Pub. iud. l. 1. & Inst. de pub. iud. in princ.
- CAPITALIS** causa intelligitur etiam vbi tractatur de existimatione, l. licet capitalis de Verb. signific.
- CAPITALIS** inimicus quis dicitur, vide Accurs. ff. de arb. licet autem in gloss. 3. & Barto. ff. de Quæstion. leg. 1. §. si quis dicitur.
- CAPITATIO** est genus tributum, quod pro cuiusque capite infertur, nulla habita ratione facultatum.
- CAPITATIO** ciuium: censibus eximenda capitatio, id est, census capitis. Vnde dicebantur ciues Romani per excellentiam exempti, & quædam orientales provincie lege vnic. Cod. cap. ciu. exim.
- CAPITE** censerī dicitur, qui dat censum pro capite, C. in quibus caus. colo. censu. domin. accusar. poss. lib. 11.
- CAPITIS** deminutio, est status commutatio vt quando liber efficitur seruus. Et est triplex deminutio capitis, scilicet, maxima, media, & minima. Minima capitis deminutio est, quando quis, nec ciuitas in qua moratur, nec libertatem amittit, sed tamen patitur contra se status commutationem, vel minoratio

norationem circa familiam, ut qui iuris sui est, alieno iuri inest: potest esse subiectus, veluti per arrogationem, aut cum quis emancipatur, qui primò erat in aliena potestate. Et debet intelligi prædicta descriptio, cum permutatur status hominis factò eius interveniente, ut in condemnando, vel in emancipando vel arrogando, vel adoptando, vel etiam in reuocando ex ingratitudine, unde, licet patre alicuius mortuo mutatur eius status, quia sui iuris est factus, non ideo capite deminutus est. Et status hic ponitur secundum Azon. pro ciuitate & libertate, vel ciuitate tantum vel patria potestate, seu propria potestate aut aliena. Tria enim sunt quæ habet homo, scilicet, ciuitas, libertas & familia. Et secundum hæc tria, sunt tres capitæ deminutiones. Media capitæ deminutio est, cum salua libertate ciuitas amittitur, ut cum quis deportatur seu relegatur ad exilium per quinquennium, vel bannitur. Maxima capitæ deminutio, est cum ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, ut cum quis in metallum damnatur, & sic etiam bannitur in opus metalli, vel si maior 20. annis patitur se venundari ad pretium participandum, vel si manumissus, in seruitutem ex ingratitudine reuocetur: vide Inst. de Capit. demin. per totum. Specul. tit. de tut. §. tutela. Effectus autem capitæ deminutionis maximus est: nam si quidem fuerit capitæ deminutio maxima vel media, certum est taliter capite minutum liberi pro mortuo: ergo non conuenitur à creditoribus, nec agit contra debitores nisi pro relicto legato in alimē-

ta, vel pro habitatione legatæ, quæ legata potius consistant in factò quàm in iure. eius enim bona publicata sunt, vel in alium deuoluta: datur tamen actio in eos ad quos bona eorum perueniunt. Item non vocabitur ad tutelam vel curam, ut ff. de cap. demin. l. 2. & l. tutelæ. §. vltim. si autem fuerit capitæ deminutio minima, per eam non expirant publica iura: remanet etenim taliter capite minutus magistratus & senator & iudex, & in quolibet officio pristino: Item nec per eam expirant tutelæ, nisi sit legitima: illa enim expirat, quia defertur agnatis secundum Azon.

**CAPITIVM** est capitæ tegmen, ut inquit Nonius, citatque Varonem in 4. libro de vita patrum. In libro tamen de origine linguæ Latinæ 4. ab eo capitivum dici putat: quod capite pectus, id est, (ut antiqui putant) indutum comprehendit. Iob. c. 30. [Quasi capite tunica succinxerunt.] ubi interpret capivum pro collario videtur accipere. Ulpianus lib. 34. de Aur. & argen. leg. 1. vestis muliebris, inquit, sunt, veluti stola, pallia, tunica, capitia, zona. Ant. Nebr.

**CAPITIVM** est muliebris capitæ tegmen, l. vestis. de aur. & arg. leg.

**CAPITVLARIA**, id est, libri statutorum, authent. cass. C. de Sacrosanc. eccles.

**CAPITVLENSES**, populi sunt Italia, l. fin. de Censi.

**CAPITVLVM** à Plinio lib. 3. naturalis historię, est oppidum Italia: unde possessiuum gentile ponitur, Capitulensis. Paul. lib. 50. Di. ti. de Censi. l. si. Similes his Capitulenses Nebr.

**CAPITVLVM** vno modo est locus vbi res capitales firmantur. Secundo significat lectionem. Tercio distinctiōnem, [ vt illa habet quinque capitula. ] Quarto significat congregationem multorum, & præcipue virorum Ecclesiasticorum, vt not. Ioa. Andr. in c. capitulum. de Rescrip. quandoque particulam operis, l. i. de milit. testam.

**CAPSARIJ** dicuntur, qui filiis nobiliorum ciuium ad scholas euntibus, libros deferunt in capsula. Iuena. de seruo capsario :

*Quem sequitur custos angusta  
vernula capsula.*

Suet. in Nerone, [ Constat quosdam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos. ] Vlp. l. 40. t. de manumit. vin. l. si collacteanus. vbi exprimitur capsarij officium, id est, qui portat libros. Item de iure immun. l. quibusdam. Nebr.

**CAPSARIJ** dicuntur qui in balneis vestimenta suscipiunt custodienda. Vel aliter sunt illi qui portant alijs libros ad scholas.

**CAPTARE** (inquit Ale. lib. 2. Pæreg.) est illecebris, obsequio, donis, spe maiorum aucupari: hinc captatorias institutiones appellari, quæ ideo factæ sunt, vt ab aliquo quis instituatur aut legatum consequatur.

**CAPTARE** verba legis, est aliter interpretari, quam senserit legislator. l. pen. ad Exhibend.

**CAPTIO**, id est, deceptio: vnde captiosum, id est, deceptorium, vel deceptiosum, aut dolo sum, vt not. Ioan. And. de offic. de leg. l. si duo lib. 6. in gl. i. in fin.

**CAPTIO** causa mortis, aliàs capio secundum Azon, est quando per

mortem alicuius occasio capiendi obuenit alicui, exceptis his capiendi figuris & causis, quæ certis & propriis nominibus nuncupantur, vt hæreditas, legatum, & fideicommissum, quia scilicet talis captio vel capio non incidit in naturam capionis hæreditatis, legati, vel fideicommissi. Et causa mortis capio secundum Azon in Sum. C. de Don. caus. mort. est, cum post mortem alicuius aliquid datur alicui causa conditionis implenda, vt aliquid peruenit ad aliquem mortis occasione, nec tamen aliquo certo translationis vel accipionis nomine nuncupatur: v. g. fundum tibi commisi vt Titio dares: cum tu post mortem meam non haberes, fundum dare Titio, dedisti Stichus, qui forte est hæres. Et Stichus tunc causa mortis capio, cum fundus ei donatus meram obtinet voluntatem & non emptam vel conditionatam.

**CAPVT** est membrum honorabilius inter cetera membra. Interdum ponitur pro statu, vt Instit. de Cap. dim. in princip. & caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur, l. i. §. caput. de Aqua quot. & æstiu. Hinc armentis ac gregibus, quot bestię sunt, tot capita numerantur. l. i. §. vltim. & l. 3. ff. de Rei vindic. l. 13. ff. de Pignor. hinc tributum capitis quod in singulas personas imperatur. l. 3. & l. vltim. ff. de Cens. Hinc apud Papinianum l. i. §. 2. de bonor. possess. qui se arrogandum dat. cum capite fortunæ quæque suas in aliam domum ac familiam transferre dicitur, id est, cum sua persona, vt vulgus loquitur. Hinc diuisio in capita, cui opponitur ea quæ, in stirpes dicitur.

dicitur, De qua infra in Dictione, I N.

**CAPUT liberum**, pro homine libero veteres dicebant. Vnde illa serui definitio in l. 1. ff. de Tut. Tutela est vis ac potestas in capite libero. Caput liberum facere, pro manumittere, Plaut. in Mercat. liberum caput ibi facia paucos menses. Pro capite pecuniam soluere id est, pro libertate. Cicero 3. Officior. Vt si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris. Iulianus in l. Seruus. 30. ff. pro Emp. & l. eo tempore. 50. §. ult. ff. de Pecul. eandem locutionem vsurpat.

**CARBONIANVM** require supra, Bonorum possessio Carboniana. vnde secundum Azon. dicitur à Carbonio inuenteore vel auctore. Et datur solo nato, & non nascituro: in quo differt ab edicto de ventre in possessionem mittendo, quod subuenit nascituro.

**CARBONVM** appellatione quid contineatur, vide ff. de Verbor. signif. l. carbonum.

**CARCER**, inquit Seruius, est vnde canque prohibemur exire, dicitur, secundum Varronem, quasi arcer, ab arcendo: locum autem, in quo seruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum singulari. Hec ille. Vlp. l. aut damnus. 8. §. solent. de Pœn. Solent praesides in carcere continendos danare, vt in vinculis contineantur, sed id eos facere non oportet: nam huiusmodi pœnæ interdix sunt. carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.

**CARCERATICVM**, merces, quæ praefecto carceris datur ob custodiam, l. pen. de bon damn.

**CARDAMOMVM**, de quo l. inter-

dum. §. 7. ff. de Publ. vulgus nescit arcium vocat. 17. l. 9.

**CARDINALES** dicti sunt à cardine, quia sicut ostium regitur à cardine, sic per eos regitur Ecclesia vniuersalis: 34 dist. presbyteri. Dicuntur etiam quandoque cardinales, id est, principales, quia per eos debet officium in Ecclesia regi.

**CARDINALATVS** est de iure diuino, quia per sacerdotes leuiticos intelliguntur Cardinales: vt in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit & ibi Abb. & idem Abbas & Host. in cap. ex gestis. de Cler. non resid. Barb. late in tract. Cardinal.

**CAREAT** viribus, importat necessitatem ipso iure: Felin. in c. Rodolphus. in versic. careat viribus. de Rescripte.

**CARENA** dicitur à carentia hominum, vel cibariorum, nam per quadraginta dies ieiunant in pane & aqua, & includuntur in aliquo secreto loco iuxta Ecclesiam, vbi non habent confortium hominum: vt not. Ber. in c. accusasti. de Accusat. & Simile not. gl. in c. 2. de Spons.

**CAREVM**, genus est aromatis myropolis cognitum nobis verò incognitum, quippe quod peregrinum sit Plin. li. 19. [Peregrinum, inquit, est careum, gentis suæ nomine appellatum, culinis principate.] Galen. ad Paternianum c. de careo. Virtus eo quoque Apitius de re coquinaria. Paulus li. 33. Dig. tit. de penu. legat. l. non omne. [Sed quod quidam negauerunt piper ligusticum, careum & laser, eiusmodi in penu non esse, improbatum est.]

**CAREVM** in l. non omne, de penu. legat. seminis species, de quo Dioscorides & Plin. tractauerunt.

**CARICA** Plinio, libro 13. Historiarum nat. capite 5. ficus est quæ in Syria nascitur. Propriè videtur esse ficus sicca. ff. de Trit. vino, ol. leg. qui vinum §. 1. & leg. qui fundum. 205. ff. de Verborum significatione, ficuum autem hæ species numerantur à Macrobo. 3. Satur. 20 Africa, Albulæ, Arundinea, Asinaltra, atra, palusca, augusta, bitera, Carica, Caldica, Aiba, Nigra, Calpurniana, Chia, Cucurbitina, Duritoria, Herculeana, Liujana, Iudia, Ieptoludia, Marica, Numidica, Pompeiana pulra, Præcox, Tellana atra.

**CARINA**, infima pars navis. l. quod in rerum §. fin. de leg. 1.

**CARNIFICARE**, est carnes facere, scilicet mactare. Inde Carnifex, qui carnes facit & vendit de Appel. significante. etiam homicidæ solent dici carnifices: vt glossa 4. in Clement. 1. de vir. & hon. clericorum.

**CARPENTVM**, est genus currus in Authent. vt ordin. præfect. & ibi glossa.

**CARRUCA**, vehiculi gestatorij genus, l. vxori. de Aur. & Arg. leg. hinc carrucarij.

**CARRVM**, siue carrus & carruca, plaustra sunt oneraria, hoc est, comparata ad ferendum tantum onera. Cæsar in 1. commentar. [Iumentorum, inquit, & carrorum quam maximum numerum coemere.] Ira commentario quoque Hispaniensi: [Per viarum angustias carra complura.] Martialis.

*O incunda coniuua solitudo carruca magis sedoque grauium.*

Iuriscons. lib. 39. tit. de donationibus leg. si id. [Vel grex, ait, vel carrum, vel carruca.] Item Scæ-

uola tit. de Aur. & Arg. leg. l. vxori. An carruca dormitoria debeat. Nebr.

**CARTHAGINENSES** post n litteram per i, non Carthaginenses, i littera disjuncta, vt nunc vulgus loquitur, debere scribi & proterri ad stipulantur Florentinorum Pandeæ, in quibus quoties Carthaginensium fit mentio, sic scribi adnotauit Ludouicus Bonoghinus data sibi copia libros illos sæpe legendi. Sed & Priscianus libro 4. de octo partibus orationis: [Si nomina, inquit, sunt tertiæ declinationis, abiciunt, extremam genitiui, & assumunt ensis, vt Pistor, pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis: hoc est, sex syllabarum.] Atque ita in omnibus codicibus vetustis prope semper legitur. Ostendit hunc locum primus omnium Laurentius Abstemius, atque ab omnibus viris doctis eius inuentio est admissa. Nebr.

**CASEARIA** taberna apud Vlpianum, lege 8. §. 4. ff. si Seruit. vind. dicitur, in qua fumigari solent casei. moris enim fuit in plerisque Italia locis, colorandi siccandique casei gratia, fumum aut ex culmis aut ex malignis viridibusque lignis facere Columella lib. 7. cap. 8. de casei faciendi ratione loquens. Est, inquit, non ingrati saporis muria perduratus, atque ita maligni ligni, vel culmi fumo coloratus, Vlpianus non putare se ex taberna casearia fumum in superiora ædificia iure immitti posse. In Florent. lib. legitur Casearia, Hotom.

**CASSA** rescriptio quid. li. 4. C. tit. 6. l. 6. Cassata lex. li. 4. C. tit. 38. l. 14.

**CASSIANI**, Sabiani, Proculiani

ni dicti sunt, qui Cassij, Sabini, & Proculi institutionem sectamque secuti sunt, de quibus Pomponius in l. 2. ff. de Orig. iur.

**CASSIOPA** ciuitas & promontorium est Epiri, Strabone, Ptolemaeo Plinio, atque aliis auctoribus. Vip. 12. lib. Dig. tit. de Exer. citoria actio. lib. 1. [Sunt, inquit, naues, quæ a Brundisio, vel à Cassiopa, vel à Darachio vectores trahunt.] Nebr.

**CASITARE**, est minutatim stillare.

**CASTALDVS** siue castaldio, idem qui actor vel villicus. gloss. in §. pœna Inst. de Imur.

**CASTE** viare dicitur, etiam mulier transiens ad secunda vota. Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Senatusconsult. Trebellianum.

**CASTELLANI** milites, quibus limitum custodia erat ab Imperatoribus commissa Imperatores Romani, inquit Pithœus 1. Aduers. hauserunt in limitibus *tu negotia*, quæ ipsi clusuras appellabant: id ab Hadriano videtur institutum, Spartianus per ea tempora & alia frequenter in pluribus locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus diuiduntur, stipitibus magnis in modum muralis sepi, funditus iactis atque connexis Barbaro separavit horum clusorum, ropagnacula, castella & Burgi, vnde Castellani milites, de quibus libro 11. Cod. titulo 59. lege 2. & lege 2. de Offic. præict. vrb. §. 4 C.

**CASTELLVM**, est aquæ conceptaculum, vnde ex aquæ ductu publicitas distribuenda est per urbem aqua. Festus ab antiquis ait castellam diuidiculum fuisse appellatum, ex eo dictum, quod in-

de aquæ diuiderentur. Apud Plinium, Vitruuium, & Frontinum de aquæ ductibus, saepe castellum in ea significatione legimus. Appuritanus de lege 1. leg. cætera. Si cancelli, inquit, sint vel vela, legari poterunt, non fistulæ vel cunctilla. Item libro 43. de Aquæ quodid. leg. 1. quid sit, Vlpianus satis clare interpretatur. [Ex castello, inquit, id est, ex eo receptaculo quod aquam publicam suscepit.] Castellianos Frontinus quoque illos appellat, qui castellorum curam gerunt. Antonius Nebriss.

**CASTELLVS**, secundum Albertum, vel castellum, secundum alios, dicitur secundum Spec. repticulum quod aquam publicam suscipit, quæ ducitur ad aliquod prædium irrigandum. Atque infra [interdictum, de aqua cal. educ.] & ff. de Aquæ quodid. & æst. leg. 1. §. æquissimum. Alias id est castrum. ff. de Legat. 3. leg. Titia. §. finali, vulgo autem accipitur pro arce.

**CASTITAS** violata. 9. Cod. tit. 10. leg. 1. Castitatis affectio. 1. Cod. tit. 3. l. 19.

**CASTRAMTOR**, i. pono, figo, vel diuido castra.

**CASTRATVS**, castè natus. gl. in l. sed & quæsitum. §. spadonem. ff. de liber. & posthum. vel secundum alios, est cui virilia sunt amputata.

**CASTRENSIS** peculium: require infra, [peculium.]

**CASTRVM** si vendatur, ius patronatus ei annexum accedit, secus si vendendo palatium, vbi est Ecclesia, vbi habeo ius patronatus, de hoc vide Innocent. in cap. ex litteris, de iure patron. & Hostiens. in Sum. de iure patron. §. qualiter. 2. quæst. 7. accusatio.



**CASTRVM** distinguit Bart. à villa in l. 1. §. siue. de Ope. not. nunt.

**CASTRÀ** autem numero plurali locus est, ubi milites fixerunt tentoria. l. 4. §. menfor. de Re milit.

**CASVS** à Iurisc. dicitur consuevit. pro controuersia quæ nata est: quasi quæ acciderit, & casu contigerit. Cicero vero causam appellat. Vt Vetr. 3. [tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit.] Item, [nusquam enim scribis neque tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eam causam pro qua pecuniam acceperas.]

**CASVS** fortuiti dicuntur à Iurisc. qui prouideri humano consilio non potuerunt. l. 2. §. 7. ff. de Administr. ret. quales sunt latronum, piratarumve insidiae, naufragia, incendia, illuiones, mortes non oblata. l. in rebus 18. ff. Commo. Itaque fata, damna fatalia appellantur in leg. 1. si magist. ff. de Magistr. conuenien.

**CATADROMVS** interpretatur decursus: nam *καταδρομος* est decursus: decursio autem per catadromum non sine periculo erat, quod & Iurisc. significat libro 19. Digestorum. de Act. emp. l. si seruus tuus. [Eum, inquit, fuisse seruum, qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.] Suetonius in Nerone: [Notissimus eques Romanus elephanto super sedens per catadromum decurrit.] Quod autem ludicri genus catadromus esset nemo dixit, quod ego sciam, neque ausim diuinare. Ant. Nebr.

**CATADROMVS** latinè decursorium dici potest: significat autem stadium, in quo equites decurrere solent imaginario prælio. Budæus.

*κατάλας*, portus ad quem plurimum Voc. Iur.

appelli solet. Vlpianus lege 4. §. 4. ff. de Offic. proconsul. [Ingressum etiam hoc eum obseruare oportet, ut per eam partem prouinciam ingrediarur, per quam ingredi moris est, quas Græcia *ἐπιθυσιας* appellat siue *κατάλας* obseruare, in quam primum ciuitatem veniat vel applicet: magni enim facerent prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas.]

*κατάδρομας* iisdem vestigijs subsequendis, quasi dicas ad pedes eorumque vestigia, Iustinianus de Compos. ff. §. 17. [Nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare, sub eodem ordine, eaque consequentia, sub qua & voces Romanae positæ sunt: hoc quod Græci *κατάδρομας*.

**CATECHISARE**, est imbuere, docere, seu instruere, vel benedicere. Inde Catechismus. nam ante Baptismum instrui debent baptizandi in fide, & præcipuè adulti. de Consecrat. Distinct. 4. ante.

**CATECHUMENVS**, instructus dicitur, vel qui baptizari proponit: medio tempore Symbolum Dei dicens. 48. distinct. §. 1. cap. quoniam multa. vel dicitur audiens, eo quod doctrinam ante valuas Ecclesie audiat cum suscipere velit Baptismum.

**CATEGORICA** propositio notatur, ff. de Acquir. rer. domin. l. quasi tum in fin. & ibi in gl.

**CATHEDRA** secundum Hugonem, est Græcam, & ponitur pro excelsa sede iudicis præsidentis. Et ponitur etiam pro sede doctoris: ita dicit gloss. in Element. dudum. de Sepul. Vnde,

*Rex solium, doctor cathedram, iudexque tribunal.*

**CATHEDRALIS** ecclesia i. episcopalis vel regularis & collegiata extra, de Elect. ne pro defectu, per Innoc. & Hostiens. & vide Archi. de Rescri. c. statutum. super verb. [cathedralibus.]

**CATHEDRATICVM** est quod soluitur annuatim Episcopo à suis clericis suæ diocesis in signum subjectionis vel obedientiæ, & etiam sustentationis, & est duorum solidorum, vt io. quæst. 3. placuit. Et dicitur cathedraticum, quia soluitur ad honorem cathedræ episcopalis.

**CATHOLICIANVS**, καθολικιστής, id est, vniuersaliter deseruiens, vt C. de iudic. h. antepenult. & vlt. & in authent. de iud. § his qui causas præparant & de defens. ciuit. §. ex prouinciali.

**CATHOLICIANOS** Alciat. ait dictos apparatus præf. præf. Orientis. nam is propter amplissimam iurisdictionem catholicus, id est, vniuersalis dicebatur.

**CATHOMVS** est flagellum ex virgibus factum in modum scopæ, & tali vtuntur religiosi in capitulis.

**CATELLVS**, est superior pars mola. ff. de fid. instrument. leg. cum de Ianionis.

**CATONIANA** regula, est M. Catonis sententia, seu axioma ex plurium legum mente notatum atque obseruatum. [quod si testamenti facti tempore decessisset testator, inuile foret: id legatum quando- cumque decesserit non valere. ] leg. 1. & post. ff. de Reg. Caton. cuius hæc regula atque æquitas videtur esse, quia cum testatoris certam mentem atque voluntatem esse oporteat, cum præsentis temporis conditionem spectasse, deque ea statuisse iudicamus non autem incerto futuri temporis eueniui rem commississe: quippe

cum alioqui testamentum, non ex testatorum mente, quæ in iis dominari debet, sed ex fortuna & casu penderent. Plura in obseru. lib. 11 c. 3. Cuiac.

**CATVLLVS**, i. sapiens, media produ- cta, sed media breui est animal Vnde,

*Est animal catullus: fruitur ratione Catullus.*

**CAVERE** variè accipitur: nam idem significat quod securum facere: securus autem quis sit non solum fideiussoribus ab aduersario præstitis vel hypotheca, l. habere. & Ver sig. sed quandoque etiam nuda promissione. l. sancimus. C. Ver. sig. qua de re copiosè Alc. in d. l. habere. & in l. satisfationis eo. tit. Interdum cauere idem significat quod disponere vel ordinare, vt l. epistola. ff. de Pact. & Inst. de legi. patr. tut. At cauere ab aliquo, significat cautionem exigere. l. si sciente. ff. ad l. Pom. de Parric.

**CAVILLARI** variis modis in iure sumitur. cauillatur calumniosè agens, cauillatur qui breuiter & falsè aduersarium sermone captat, aut irridet. cauillatur item qui sciens vt suam sententiam tueatur, falsa prodit. Specialiùs verò cauillari dicitur, vt infra in vers. [cauillatio.]

**CAVILLATIO** est, quando ab euidenter veris transitur ad euidenter falsa per quandam verborum inuolutionem vel sophismata. c. venerabilis. de Iudi.

**CAVILLATIO**, inquit Nonius Marcellus, est iocosa calumniatio, & cauillari, iocari. Valla, [Cauillatio, inquit, est subdola quædam ratio, quam nos conscij nobis mendacij, vincti causa] proferi

mus.] Vlp. tit. de Verborum significatione l. natura cauillationis, &c. Item de Regulis iuris Ea, inquit, est natura cauillationis, quam Græci *οπιστραλιω* vocant.

**CAVMA**, atis, color, siue incendium interpretatur: *καλα* enim est calefacio, siue incendo. Vlpian. de lega primo, l. cum res. [Si fundus, inquit, caumate perierit.] Atque alibi. [Prædia, inquit, quæ caumate perierant.] Atque adhuc alibi: [Si caumate aliõve casu pars fundi perierit.] quibus in locis chasma pro caumate legitur: chasma namque per ch, aspiratum aliud significat: hoc est, cæli hiatus siue recessus. Auctores sunt Aristoteles in Meteorologicis, Plin. in 2. Nat. hist. Seneca in 1. naturalium quæstionum, Seruius lib. 9. *Eneid.*

**CAVPO** dicitur propriè qui vinum vendit: caupona verò est mulier qui vinum quoque vendit. Est etiam caupona locus, in quo vinum venditur, auctor est Priscianus. Apuleius lib. 1. de asino: [De quadam, inquit, amica caupona illico percontor.] Gellius lib. 7. Quòd in caupona delitesceret: quòd ad vesperam perpotaret. Apud iurisperitos titul. est libro 47. Digestorum, furti aduersus nautas, caupones, & stabularios, vbi ea propemodum quæ apud Horatium in 1. sermonum leguntur Nebr.

**CAVPO**, qui cauponã exercet, eiusque in l. 1. ff. nau. cau. stabu.

**CAVPONA** quomodo differt à taberna, vide ff. de rit. nup. l. palam.

**CAVSA** est, ex quo aliquid producitur, vt pater est causa filij, & contractus causa obligationis. l. & an ea. §. actiones. ff. de Except. rei iudi. Itẽ causa est finis ex quo

impulsio datur faciendæ dispositioni, & ita sumitur in tit. de cõdi & demonst. & causis & modis earum, vbi patet quòd causa differt à modo, quæ est de futuro, & à conditione, quæ est de futuro, & suspēdit etiam à demonstratione, quæ tantum declarat rem vel personam: verbi gratia Patronus potest compellere libertatem vt nubat, vt ciuitates replentur, est causa condendæ legis, ideo dicitur quòd cessante causa cessat lex, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. Et vtimur promiscuè illis verbis, cessante causa legis, vel cessante ratione legis: differunt tamen causa & ratio, quia ratio est oculus cordis, discernens rem per medium. Sed causa est quod in facto accidit per quod ratio discernit quid iuris. Dicitur etiam causa efficiens, id est, conditor legis in contractibus contrahendis: causa materialis in legibus est materiale quia in illis disponitur. Et causa formalis est modus tractandi & forma contrahendi vel disponendi, quæ additur contractui vel dispositioni. Dicitur etiam causa instrumentalis, vt est instrumentum artificis. Et breuiter quicquid ad esse alicuius rei concurrit, causa dicitur: aliter & aliter tamen. Et significatur causa per dictionem si, vt dicendo, dono vel lego illi si negotia mea gesserit. l. demonstratio. §. 1. ff. de Cond. & demonstrat. Item per dictionem [quia.] Inst. de lega. §. longè magis. Et dictionem [quoniam] nam exponitur per [quia.] Item significatur vt in dictionibus illatiuis, causa, dicendo, Titius negotia mea gessit, ideo vel idcirco sibi lego.

*Superior*  
*Causa, &*  
*Ratio =*  
*Intellectus in Causa*  
*Efficiens*  
*Et in*  
*Causa materialis*  
*l. in d. in*  
*Causa formalis*  
*Et in*  
*Causa instrumentalis =*

Item in dictione [cùm] vt dicendo, [cùm Titus negotia mea gesserit, lego tibi, &c.] Etiam in dictione [siue.] vt siue Titus negotia mea gesserit, siue aduocatus fuerit, &c.] Item in præpositione præ, vt ibi, lego vineas pro alimentis. l. fin. §. 1. ff. de ali. & cib. leg. Vnde sensus est, quod ex causa alimentorum lego vineas. Itē significatur causa per dictionem [nomine,] vt dicendo, lego vxori 40. nomine doris.] l. cum quidam vxori. ff. de lega. 2. Causa dicitur à casu quo venit: nā casus est materia & origo negotij, nedū discussionis, examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudiciū: cum diffinitur, iustitia. c. forus de Ver. sig. vbi Ber. dicit in gl. Causa est res in dicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris, rei, iudicis, & testis: & dicitur à casu, quia casualiter occurrit præter hominum voluntatem. Et differunt causa & actio: nam causa est negotium vel contractus ex quo quis mouetur ad petendum vel litigandum, vt est venditio vel locatio rei. ex qua oritur obligatio, est causa proxima obligationis, quæ obligatio parit actionem, cum obligatio mater sit actionis. Et est duplex causa, scilicet proxima & remota, quæ differunt in actione reali & personali: nam in personali, remota est ipsum factum, proxima est ipsa obligatio: & in personali non sufficit exprimere causam proximam, dicendo, ago contra te, quia obligaris mihi in decem, sed oportet exprimere causam remotam, vt dicendo, cōuenio te quia mutuaui tibi decem. In reali proxima causa est dominium. Sed re-

motā, est ex qua cōsequitur quia dominium & non est necesse exprimere remotam, vt dicendo, ago contra te, quia emi domum à Bern. sed sufficit exprimere proximā causam dicendo, ago contra te, quia sum dominus domus illius & hæc not. in gl. & per doct. in c. dilecti filij. de Iud. de diuersis speciebus causarum vide hōnam glo. 11. q. 1. in Sum. Est enim quædam causa spiritualis, vel annexa spirituali, vt illa quæ fit de iure patronatus: quædam ciuilibis, vt cūm agitur super rei vendi, in causa pecuniaria: quædam criminalis, vt cūm agitur directe de crimine: quædam mixta, vt cūm agitur de crimine ciuilitate, vt de adulterio ad separationem thori. In his tribus vltimis casibus iuratur de calumnia. In primo non iuratur de calumnia, sed tantum de veritate dicenda.

CAUSA minima, est duorum aureorum, vel decem aureorum, vel quinquaginta solidorum: vel illa quæ non sufficit ad sumptus iudiciales.

CAUSA cadere dicitur, qui malè agendo causam amittit. §. si quis agens. Inst. de actione.

CAUSAM dicere, est defendere: unde causam dicere est vinculis, in l. 2. de Custod. reor. id est, interrim, dum quæstio criminis peragitur, in carcere detineri, atque ibi defendi.

CAUSAE criminales dicuntur, quibus agitur ad vindictam, siue ad pœnā: & hoc etiam dicitur quandoque agi criminaliter, quando agitur ad vindictam publicam: quandoque dicitur agi ciuilitate, quando agitur ad pœnam per modum inquisitionis, denunciationis, vel ad interesse partis per viam accusationis, de

quo & supra in ver. actio criminalis.

**CAUSAE** favorabiles sunt quatuor, scilicet de libertate, matrimonio, dote, & testamento. c. duobus. de Re iudic.

**CAUSARIA** missio in re militari est quae propter adversam valetudinem indulgetur. l. 2. ff. ex quibus caus. infam.

**CAUSARIJ** dicuntur, qui causam habent ex morbo, ut muneribus vacent. Liu. lib. 6. ab vrbe condita. [ Tertius, inquit, exercitus ex causariis & senioribus ] Seneca lib. 6. epistolarum [ In animo nostro sunt quasi causariae partes quibus adhibenda curatio est. ] Spartian. in Adriano, [ Omnes causarios subleuavit ] Plin. lib. 5. causariis vel latere vel faucibus. Martian. lib. 49. tit. de re militari. l. milites. [ causaria, inquit, missio est quae propter valetudinem laboribus militum soluit. ] Modestinus de excusationibus. tit. [ Propter aegritudinem, inquit, causariam vocatam, causariam remissionem acceperint. ] Nebr.

**CAUSOR**, aris, est causam rei gestae afferre siue excusationem. Quintilianus: Ne causanti pupillo sic tutor irascatur. Virg. in Bucolicis.

*Causando nostros in longum ducis ameres.*

Vlp. lib. 40. tit. de fideicom. lib. l. generaliter. [ Neque enim causari debere quo minus illi relatum sit. ] A Nebr.

**CAUSOR**, causaris, id est, conqueror. Aliquando causari est in excusationem defensionemque aliquid allegare. l. generaliter. §. plane. de fideicom. lib. & l. 1. §. si quis tamen. ff. si quis cautio.

**CAUTELA**, est diminutivum à cautione, & tamen quandoque superabundantiam importat, ut cum dicitur, abundans cautela non nocet. l. testamentum. in fin. C. de testam. Quinque, quae propter cautelam fiunt, notat Archid. 50 dist. presbyteros. Inde cautelosus, id est, prouidens, circumspectus, vel plenus cautelis. Ant. Nebr.

**CAUTERIVM**, ferramentum est chirurgicum ad ieuendum vulnera. est praeterea cauterium instrumentum pictorium, quo vtuntur in ea pictura, quae dicitur encaustice, de qua Plin. lib. 35. & Martialis.

*Encaustus Phithon tabula tibi pictus in hac est.*

*Quid tibi vis Dipyron, qui Phaëthonta facis?*

De eadem quoque Ouid. dixit, *Tabulâsque coloribus vris.*

Martian. de fundo instru. l. pictoris: [ Peniculi, inquit, & cauteria, & cōchæ, ] vbi mendose, pro cauterio, cauthera legitur. Nebr.

**CAVTIO**, hæc dictio ex proprio significato significat nudam promissionem, ex qua inducitur firma obligatio. C. de Verb. sign. l. sancimus. ut quis tenetur cauere de euictione, de vicis & morbis. Et intellige nudam & fideiussoribus, & pignoribus, sed non à stipulatione, nam astrictus cauere, debet stipulatione cauere ut obligatio sit firma. l. penul. §. docere ff. Ne quis eum qui in ius voc. vi eximat, & de clericis non res. c. relatū. Quandoque significat cum pignoribus, vel fideiussoribus. quando hoc aliud verbum ei adiunctum declarat, ut mandauit procuratori ut recipiat idoneam cautionem à debitore, alius non daret dilationem.

tionē, ibi cautio intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus. l. si mandato. §. si. ff. Mand. Ratio significati sumitur ex verbo idonea, quod apponitur ut addat, & fortiozem cautionem exprimat, qualis non esset per stipulationē solam. Item præter ubi iubet pro collatione bonorum faciendā re ad caueri, ut l. 1. §. iubet. ff. de colla bo significat cū fideiussoribus vel pignoribus. ut §. caueri. ea. l. & hoc ratione verbi rectè. Quandoq; significat cū fideiussoribus & non cum pignoribus, ut quando cautio de procuratore exigitur, l. 1. C. de Proc. per l. prætorie. ff. de Præto. stipul. & hæc est cautio prætorie requirēs fideiussores ex lege positua prætoris præal. quæ est facta propter honestatem iudicij, ut n. prouiso legis aliquid operetur, & non inutilis sit, l. si quando. ff. de leg. 1. tunc ex iusta causa, quando debitor bona dilapidat, iudex facere debet quod caueat creditori.

**CAVTIO** est generale nomen omnium securitatum quoties quis securus redditur de eo quod sibi promittitur. Vnde,

*Cautio priuata cum trino teste notata.*

*Hoc ius est nacta quod cautio publicè facta.*

Et diuiditur in multas species, quia alia est cautio hypothecaria, alia chirographica. Et possunt dici satifdationes. Etia cautio dicitur charra, in qua scribitur computatio, ut Luc. 16. [Accipe cautionem tuam, &c.]

**CAVTIO** rati danda est, cum de mādato dubitatur. C. de proc. l. 1. Et dicitur illa securitas quæ requiritur à procuratore auctoris pro domino, cuius nomine agit,

quod ratum habebit omne illud quod in iudicium per illum factum fuerit. vnde caueri de rato vel satisfdare, est procuratorem auctoris promittere velle periculerare vsque ad finem litis.

**CAVTIO** fideiussoria, est quando interuenit fideiussor principali obligationi. Et dicitur satisfdatio, & hæc sunt multæ, ut de lite prosequenda, iudicio fisti, iudicatum solui & de rato.

**CAVTIO** fidei propriæ interuentu dicitur, quæ fit per fidem præstitam sine solennitate iuramenti.

**CAVTIO** iuratoria est, quando promissio iuramento firmatur, ut quando iuro solenniter me debere aliquid, vel impleturum promitto.

**CAVTIO** nudo pacto, est scum aliquis fidem tantam habet de me, quod contentus sit nuda promissione mea. Et hoc propriè dicitur pollicitatio vel pollicita conuentio. Sed satisfdatio propriè est cum duo pacificentes duas scripturas sub eadem forma verborum inter se conficiunt, & mutuo tradunt: & pollicitatio & satisfdatio cautele dici possunt propriè loquendo.

**CAVTIO** pignoratitia siue hypothecaria, est cum pignus traditur, aut hypotheca supportatur: & dicitur etiam satisfdatio.

**CAVTIO** de euictione dicitur, quando securitas præstanda vel præstita emptori à venditore sit ea conditione, ut si ab eo euincatur, venditor ei restituat æstimationem rei in duplum vel in simplicium, pro ut inter eos prius conuentum est.

**CAVTIO** de damno infecto, est quæ præstatur cum tua domus ruinosam ruinam minatur domui meæ, vel etiam præstatur secundum

cundum quosdam, cum timeo quod aliquis mihi infidietur, quia possum agere ut mihi præstet cautionem ne offendant.

**CAVATIO** de opere demoliendo quam præstet ille quandoque cui nunciatur opus nouum, scilicet quod ipsum opus demoliat si constiterit eum iniuste ædificasse.

**CAVATIO** de usufructu, in qua de duobus cauetur, scilicet quod usufructuarius re non male utatur, & quod etiam usufructu finito restituat quod ex re ipsa superextat.

**CAVATIO** qua hæres cauet ipsi legatario, cum hæres dat fideiussores legatario de legato præstando.

**CAVATIO**, qua legatarius cauet hæredi, est illa qua legatarius satisdat hæredi, ut si Falcidia locum habeat, quod amplius nomine legati recipit quam ratio legis Falcidiæ patitur, id hæredi restituat.

**CAVATIO** arrogatorum, qua arrogator stipulatur seruo publico, quod restituat arrogato quæ ab eo habuit, vel eis ad quos peruentura sint, & quod dabit sibi quartam partem de bonis suis, si eum sine causa emancpauerit seu exhæredauerit.

**CAVATIO** qua cauetur ei cui restitutio fieri debet, per quam rogatus restituere bona alicui, si sine liberis decesserit, quidquid post mortem de hereditate extabit cogitur cauere illi cui debet fieri restitutio, quod seruabit ei quartam partem.

**CAVATIO** Mutiana à Mutio Iurisconsulto dicta est, & debet fieri in ultimis voluntatibus, ut communiter, secundum Doctores non in contractibus, & fit in conditionibus negatiuis. puta, sic dicendo, [Si Titius Capitolium non

ascenderit, si seruum non manumiserit, lego ei 10.] lege Mutianæ cautionis. ff. de Condit. & Demonst.

**CAVATIONVM** autem aliarum multæ possunt esse species, prout ad diuersas materias applicentur, vide Specular. in tract. libel. titulo de Pignoribus. §. sequitur. ubi quædam alias species cautionum prosequitur.

**CAVATORIA** instrumenta sunt iniustoria, quibus bitaminationes & fortiores quæque conglutinationes coquuntur & de his intellexit Iurisconsultus in l. pistoris. ff. de Fund. instru. quamuis apud eum mendose legatur [cauteris.] cauteris etiam utuntur medici in remediis quibus morbi alioquin insanabiles inuruntur. Hinc illud notum diui Hieron. Prouer. [Putridæ carnes ferro curantur & cauterio.]

### De C ante E.

**CEDA** idem est quod charta, inde cedula, parua charta.

**CEDENDARVM** actionum beneficium est, per quod postulare possunt fideiussores & alij qui obligati sunt in vna obligatione sibi cedi in alia contra confideiussores & alios qui sunt obligati: alioquin nisi cedatur eis, possunt recusare solutiones, ut Institut. de Satisdat. §. si autem. & ff. de Solutionibus. l. Stichum aut Pamphilum. §. pen. De hoc vide in Spec. tit. de Renunciat. §. finitis. versic. [Postremo dicendum,] De beneficiis & aliis require ibidem, §. parum autem. versic. & not. & vide infra in verb. renunciatio.

**CEDERE**, proprie est abire. Hinc **CEDERE** diem, significat incipere

deberi pecuniam. Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit Ex Vlp. in tit. qui est de Ver. sig. l. cedere diem. Cedere possessionem vel usufructum, vel ius, est alteri possessionem, vel usum, vel ius tradere. Ambrosius ad Marcellum: [Quid sibi profuturum quod iura possessionis cederes?] Virg. 11. Æn.

*Cedat ius proprium Regi.*

Idem in tit. de Leg. 2 & similiter. [Si usufructum, inquit, mortis causa cesserit.] Et in tit. de Acq. poss. saepe. Ant. Nebr.

**CEDERE** actioni, est ius actionis mihi competentis in alium transferre, & ipsum quasi in locum meum ponere, ita ut dicta actione possit uti aduersus eos contra quos actionis talis poterat intentari.

**CEDERE** bonis, est ab vniuersitate honorum suorum recedere, & eis abrenunciare, veluti quando aliquis oneratus debitis, vel obligatus pluribus, non habens unde soluat, ut satisfaciat omnibus creditoribus, abrenunciat bonis suis vniuersis, cedens illis. Vide infra, [cessio] Etiam cedere, est in alium transferre, ut cedere possessionem, usufructum, & huiusmodi. leg. si dubiter. ff. de fideiuss. & hoc nota pro statutis. Et cedens bonis non liberatur etiam a civili obligatione. leg. qui bonis. leg. fin. de Cess. bo. vbi not. Accursius licet contrariam tenuerit gloss. & male in leg. vbiunque. ff. de fideiuss. Item non auditur debitor fisci vel Reipublicæ volens cedere bonis secundum Bartolum in leg. is qui, ff. de Cess. bo. quamuis videatur tenere oppositum in l. 3. iuncta gloss. Cod. de Cess. bon. &

beneficio cessionis renunciari non potest, secundum Bart. leg. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. licet Cyn. videatur tenere contrarium in l. 1. Cod. qui bo. cede poss. Et bonis cedi potest, non tantum in iure, sed etiam contra ius, & sufficit per nuncium & per epistolam id declarari, l. fin. ff. de Cess. bo.

**CEDERE** diem, est incipere diem debiti, ut si debes mihi centum in festo Ioannis Baptistæ adueniente festo dicitur venire dies debiti. l. ced. diem ff. de Verb. sign. Item cedere diem legati vel fideicommissi dicimus respectu transmissionis, ut docet Accur in l. vnic. §. cum igitur. C. de Cad. toll.

**CEDERE** lite dixit Caius, pro victum se fateri, & a iudicio victum abire: [Si hæres scriptus, inquit, restituerit hereditatem, & postea de hereditate controuersiam passus, victus sit, aut lite cesserit, durare actiones constat, &c.] Sic in lege si de commuai, ff. si seruit. vind.

**CEDERE** tempora in iure dicuntur, quorum pars abiit. lege 1. ff. de iur. & fac. l. 4. de Adult. & l. 6. ff. de Calum.

**CEDERE** operæ eadem significatione dicuntur, qua cedere Legata præcisa enim utrobique locutio est: quæ plena sic effertur, Cedere dies, quibus operæ aut legata debebantur. Vnde illud Vlpianus lege si quis ff. de Oper. lib. [Iudicium de operis tunc locum habet, cum operæ præterierint: præterire autem non possunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, postquam fuerint indicæ: ex leg. quorics. eodem.] Operæ in stipulationem deductæ, ex die stipulationis cedunt: & eas quas patronus a libertis postulat, confessim non cedunt, sed postquam indi



indictæ sunt . i. qui stipulationes operarū tacite, vt vi ipsa præstitutum tempus, habent, atque in diem conceptæ sunt, diebus tribus quatuorve sine præstatione operarum elapsis rectè dicemus, tot dies aduersus libertum à stipulatione facta cessisse. Quæ verò operæ sine stipulatione debentur, earum dies non ante indictionem cedunt: quippe cum tempus earum præstandarum, non ante indictionem præstitutum sit.]

**CEDERE** hæreditatem Seruius, explicans illud 3. Æneid.

*Et patrio Andromachen iterum  
cessisse marito*

dici putauit, pro Competere, vel delatam esse, aut quæsitam. Videamus tamen ne locutio hæc ex eodem potius genere sit, quo illæ proximæ: cum aut Legata aut operas cedere dicimus, quarum dies cessit. Hot.

**CELARE** sine diphthongo quam habeat significationem, vide in l. i. ff. de Act. empt.

**CELEBRARE** creationem tutorum, §. C. tit. 37. l. 28. §. 2. Donationes, C. 5. tit. 74. l. 3.

**CELEBRIS** ciuitas, i. insignis & frequens hominibus, l. si in aliquam. de Offi. procons. & celeberrimus, i. plurimorum sermone idoneus habitus. l. si res pupillaris. de Admi. tut.

**CELEBRITER**, i. summarie. Bart. in l. si quis. C. Depo.

**CELLA** dicitur à celando, i. occultando. c. priuilegium. de Ver. sig. in gl. in 6.

**CELLARIUM**, dicitur locus à reponendis celandisque esculentis poculentisque dictus. Apud Columellam de Rust. caput est quo

pacto villicæ tractare debeat cellaria Iurisconsultus de leg. 3. l. vxorem. [Cellarium, inquit, iunctum eidem diætæ.] Cellarius vero est qui cellæ, vinarie præsertim præponitur. Plaut. in captiuis, [Sume, posce, pro me quiduis, te facio cellarium.] Vip. lib. 33. de instr. l. quæsitum. [Cellarium, inquit, i. qui ideo præpositus est, vt rationes saluæ sint.] Et alibi sæpe Nebriss.

**CELLARIUS**, qui ideo præpositus est, vt rationes saluæ sint. l. quæsitum, §. cellarium. de fun. inst. Cellarium verò neutro genere, locus est quo penus sine esculenta poculentaque asseruntur.

**CEMENTARIII** dicuntur operatores murorum, iidem qui lacomi, quia cæmento calcis & arenæ vtuntur.

**COENACVLUM**, est locus aptus ad cœnandum vel comedendum, in quo quis magis de die quàm de nocte solet residere causa refrigerij. vide [cœnaculum.]

**COENOBIVM**, est locus reigiosorū. & dicitur à κοινόν, i. cômune, quia ibi omnia debent esse communia. c. cum dilectus. de Consuet.

**CENODOXA**, est vana & mûdi gloria

**CENOTAPHIVM** interpretatur inane sepulchrum. i. quod sine caduere in memoriã tantum defuncti constructū est: quale apud Virg. 3. Æn.

*Hectoreum ad tumultum viridi  
quem cesspite inanem.*

Vip. lib. 11. de Religiosis, &c. l. vel quæ [Si cenotaphium, inquit, sit, venire dicendum est] & eod. tit. l. monumentum. [Monumentum, inquit, memoriæ causa factum, quod Græcè cenotaphium dicitur.] Et tunc scribitur per e, simplex. Nam per æ, diphthongum, k 5 signi

significat cœnotaphium, nouum sepulchrum, quale fuit illud in quo Saluator noster fuit sepultus, de quo in Euang. Sed per æ, diphthongum. Cœnotaphium, significat commune multorum sepulchrum, quod Græcè πολυανδριον quoque dicitur. τειφος namque sepulchrum interpretatur. CENOS autem sine diphth. vacuus, cœnos per æ diphthongum significat commune N.

**CENOTAPHIUM** est inane sepulchrum, i. monumentum sine corpore, quod constat ad memoriam defuncti, vt ff. de Rer. diuis. l. in tantum. §. in fin.

**CENSOR**, es, est arbitrari, vnde censores dicti, ad quorum censionem, id est, arbitrium censeretur populus, vt scribit Varro de lingua Latina. Festus quoque, [Censores, inquit, dicti sunt, quod rem suam tanti quisque æstimare solitus sit quanti illi censuerint.] Hinc dicuntur censiti, quorum res est æstimata certa quadam summa, & per eam in classem suam redacti, qui etiam Opitencensi, id est, opibus censiti dicebantur: & capitecensi, qui nullo aut paruo ære censebantur. Auctor est Gellius lib. 15. & Valerius vbi de Mario. In Codicis Iustiniani lib. 11. tit. est de Agricolis censitis, &c. In quibus causis coloni capite censiti dominos accusare possunt. Pomponius tit. de Acquir. re. do. l. ergo. [Censitorium, inquit, vice fungitur.] Nebr.

**CENSEREB**, est iudicare, iudicium constituere, præcipere, vt not. Io. And. in gloss. verbi censemus. in Clem. 1. de Conces. præb. ff. de Verb. sign. l. censer. Inde nomen censoris sumptum est. Prædia etiam dicuntur censer, quia censum præbent. Etiam censer est in

censum conscribi, vt Cod. in qui, cau. pig. ta. contra. l. 1.

**CENSERE** est æstimare, constituere, vel deliberare: vnde senatum censere, est cum sententiam dicat de eo quod sibi videtur. inde censores nomen traxisse videntur. Assentire verò dicitur senator, cum alienam sententiam approbat.

**CENSITI** dicuntur, qui censentur, i. censum præbent, require supra [agricolæ & censiti,] & infra [colonus.]

**CENSITOR**, est qui recipit præsentationes collectorum coloni, & pignoris iure vendit prædium si census non soluitur, vt ff. de censi. l. forma. §. illam. & l. cum possessor. §. pro pecunia. Item censor dicitur iudex. l. ergo. de Acquir. rer. dom.

**CENSORES** à censu æris, i. pecunie sunt dicti, quia censum tollunt. Cum enim auctus esset census in vrbe Rom. adeo vt consules non sufficerent, constituti sunt censores: & censoris nomen inde videtur esse tractum, quia senatum aliquid censuisse dicimus. l. censer. præall. Item censor est iudex. Inde censura, i. iudicium: & per censuram ecclesiasticam significatur interdictum, suspensio & excommunicatio. c. quærenti. de Verb. sig. Etiam censores Romanos præcuratores dicimus.

**CENSORIVS**, vir qui censor fuit, vel qui dignus est, vt censor sit propter morum grauitatem, qui alios vindicet.

**CENSORIVM**, quod ad censorem pertinet.

**CENSURA** [ecclesiastica] quid sit, vide extra de Sepul. c. vlt. & vt lic. non cont. c. tuz. Item quid importet, vide extra de Ver. sign. c. quærenti. & in Clem. de iud. cap. 2. de foro competent. cap. 1.

**CENSUS**, tributum, & pensio publica idem, ut C. in quibus causis pignus tac. contr. l. 1. & Cod. si propter pensionem publicam. l. si accipitur. Vnde,

**CENSUS** idem est quod pensio, quæ soluitur de prouentibus. Censuram etiam dicitur patrimonium, l. de creationibus. C. de episc. aud.

**CENSUS** proprie est actio ipsa censorum, ciues R. & eorum bona recensentium, de quo apud Pomp. in l. 2. §. post deinde. ff. de Reg. iur. Duplex enim census fuit, vnus personarum, cum ciues singuli in sua tribu, classe, centuria, nomina sua, vxorum, liberorum, libertorum, seruatorumque suorum, item cuiusque ætatem, & quam Urbis regionem habitarent, iure iurando dato profiterentur. Alter census erat bonorum, cum iidem patresfam. sua prædia tunc urbana tum rustica, seruatorum pecudumque numerum, fundorum instrumenta, supellectilè, pecuniæ denique numerum profitebantur. Quod & Dion. Halicarn. tradit lib. 4. T. Liu. lib. 7. & 39.

**CENSUS**, pro bonis fortunisque omnibus. Cic. pro Q. Roscio Comædo. [Quem tu si ex censu spectas, cuius Rom. est.] Vlp. l. cogi. 16. ff. ad Treb. Censu manumitti dicebantur serui, qui illustrati censu Romæ iussu dominorum inter ciues Romanos censum profitebantur, ait Vlp. c. 1. Inst.

**CENSU** censendo agri proprie appellatur, inquit Festus, qui emi & venire iure ciuili possent. Cic. pro Flacco, [Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo habeant ius ciuile? sint nec ne sint mancipi? Subsignari apud ærariū, apud cælorem possint? in qua tribu denique ista prædia censuisti.] Hinc,

**CENSUS** dicitur tributum, quod

prædiis prouincialibus imponeretur, ac fisco penderetur. Constant. l. 2. Cod. sine cens. & reliq. Qui comparat, censum rei cõparatæ agnoscat, neque liceat alicui rem sine cõsuetudine vel comparare, vel vendere. Sic. l. 2. C. Th. de contrahenda empt. item l. vlt. C. cod. tit. Omnes pro iis agris, quos possident, publicas pensiones agnoscant. Reliqua autem ibidem dicuntur census, quos venditores prædiorum fisco debent, neque dum persoluerunt. Hinc,

**CENSUALIS** forma apud Vlp. l. 4. & passim. ff. de Censibus. Et censualis professio, l. 7. C. de Donat. Censuales tabulæ, ac libri, l. 4. C. de Agric. & cens. & Censuale officium, l. 18 de testib.

**CENTENARI** dicuntur à nostris, qui centum millia H. S. in bonis habent, & scribit Imp. §. 2. de success. lib. qui, ut ait Afcon. more veterum censu dicebantur. De centenariis Vlp. frequenter in l. 6. de Iure patron. & sub Rub. ad l. Falcid. qua de causa Suidas κεντηνάρων, inquit, νομισμάτων ποσότης. Quod autem apud Imp. §. seq. legitur, centum millia H. S. centenis aureis comprehendi, falsum est: non enim centeni, sed milleni aurei, siue solidi, centum sextertium millia conficiunt: quapropter aut hallucinatum esse Tribonianum, aut locum corruptum in Inst. commentariis docuimus. Hasænus Hot.

**CENTENARI** dicuntur duces vel magistri centum militum, quorum potestas dicitur centena.

**CENTESIMA** vsura dicitur, quæ centesimo quoque mense sortem æquat: Vel sic,

**CENTESIMA** vsura est, cum ob centum aureos pro toto anno penduntur aurei duodecim, hoc est,

est, propter centum aureos vnoquoque mense aureus vnus, qui si cum centum istis aureis consideretur, omnino centesimus est: quare nec iniuria talis vsura centesima appellatur. Eadē verò ratione intelligi oportet vsuram quadrantem, trientem, semissem, bessem. Harmenop. tit. de Vsur.

**CENTESIMIS** calendis dare spondes? sermo est ex fœneratorum consuetudine deductus, pro eo ac si dicatur: Intra centum menses, à quo & centesima vsura.

**CENTIBS** aureorum, præfisa locutione, pro centies centena millia aureorum, Celsus l. 88. de Verb. signif. [Tantum quisque pecunię reliquit, quantum ex bonis eius refici potest. Sic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habet.] Paul. l. 97. de Legat. & fid. lib. 32. [pone, inquit, in condito centies aureorum esse, quæ in vsum sumi solerent.] Sic decies sestertium, pro decies centena millia H. S. passim apud Ciceronem in Verrem.

**CENTONBS**, sunt cilicia ex pilis caprarum, siue panni crassiores ex lana diuersorum colorum confuti. Plaut. in Epid.

*In alium quaras cui centones sarcias.*

Iuuenalis,

*Intraui calidum veteri centone lupanar.*

Cato de re rustica, [Prius veterem sagam accipito, vnde fiant cētones.] De huiusmodi rusticis centonibus loquitur Iuriscōsultus Vlp. lib. 33. Dig. de fund. instr. [centones, inquit, funes perticæ. [Accurs. Vgutij auctoritate, centones interpretatur puluinaria, i. opus factum ad modum

puluinarium. Quid verò per puluinaria ipse intelligat, ego non video, cum, auctore Seruio, puluinaria sint lectuli, qui sterni templis consueuerunt. Principum quoque puluinaria dicuntur, vt apud Iuuen.

*Lupanaris tulit ad puluinara odorem.*

Catullus quoq; de nuptiis Pelei,

*Pulvinar verò diua geniale vocatur.* Nebr.

**CENTONES**, sunt cilicia siue panni crassiores ex lana diuersorum pilorum, de quibus in l. quaesitum. §. item centones. de fundo instr.

**CENTVMVIRALIA** iudicia dicta à centum viris: nam cum essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ dictę sūt, tres singulis ex tribus sunt electi ad iudicandum, qui centum viri appellati sunt: & licet quinque super centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, centum viri dicti sunt.

**CENTVMVIRALIS** quaestio quæ, vide l. 3. C. quando tut. vel cur. esse des. I.

**CENTVRIA** in re militari centum continet homines: qui sub vno centurione sint, quorum centenarius iustus est numerus, sed centuriæ in agris significant ducenta iugera: centuria à centum iugeribus vocabatur, sed mox duplicata nomen retinuit.

**CENTVRI** miles dicebatur, qui præerat centum militibus, & cohors illa, cui præerat, appellabatur centuria. Centurionis insigne, vitis erat, siue sarmentum ex vite. Plinius: [centurionum, inquit, in manu vitis.] Iuuenal. de Mario centurione constituto:

*Nodosam*

*Nodosam post hac frangebat ver-  
rice vitem.*

Lucan in 6. de Lælio centurione:  
*Latiæ longo gerit ordine vitem.*  
Et Silius lib. 6.

- *Leuianus ab alio (honore.  
Præuerno vitis Latia præsignis*  
Et Marcial.

*Varro Paretonias Latia modò vi-  
te per vrbes.*

De vite quoq; centurionū memi-  
nit Iurisc. lib. 40. Dig. de Re  
mil. l. milites agrum. [Si vitem  
tenuit, militiam mutat.] Nebr.

**CENTURIO**, est qui præsit centum  
militibus. gl. ff. de Vulg. & pup.  
substit. l. centurio.

**CENTVSSES**, id est, libræ centum, à  
decem decussibus dicitur, & à  
centum assibus, qui erant nummi  
breues ex ære, vt centusse licet,  
id est, centum libris vendit per  
auctiorem.

**CEPISSE** quis dicitur, quamuis alij  
acquisuerint. l. cepisse. de Verb.  
signif.

**CERDO** dicitur vilis homo, qui ar-  
tes exercet illiberales, quodlibet  
lucrum sectans, *κέρδος* enim Græ-  
cè, lucrum Latine dicitur. De eo  
meminit Iurisc. in l. cordonem. ff.  
de Oper. lib.

**CERBALES** ædiles, sic dicti à Cere-  
re, eò quòd frumento præessent,  
l. 2. §. deinde. Cod. Iulius, de Ori-  
gine iuris.

**CERIMONIA**, est ritus sacrificandi.  
Dicuntur enim cerimonie sacri-  
ficia & solennitates Iudæorum,  
quæ cereis exercebantur, & sic in  
veteri testamento peccata pur-  
gabantur.

**CERIMONIALIA** [præcepta,] sunt  
quæ ad cultum Dei pertinent, de  
quibus ratio reddi non potest se-  
cundum Ioan. Theur. dist. 6. §. his

itaque respondetur, quia ad li-  
teram fuerunt mandata, [vt non  
arabis in boue & asino, non in-  
dues vestem lino Janaque son-  
textam, & non seres agrum di-  
uerso semine.]

**CERNO** dictū à creo, id est, à crean-  
do, ab eo quòd cum quid creatum  
est, tunc denique videtur. Hinc  
illud in testamento. [Facito vi-  
deant te esse hæredem.] Itaque  
in cretione adhibere iubent tes-  
tes Varro lib. 9. de Ling. Itēq;  
lib. 6. apud Plaut. Cum ego antea  
te amavi, & mihi amicam esse  
creui, valet constitui. Itaque hæ-  
res, qui constituit se hæredem  
esse, dicitur cernere, & cum id  
fecerit, creuisse. Hinc,

**CRETIO** certum dierum spatium  
desinitur ab Vlp Inst. c. 22. quod  
dabatur hæredi instituto, ad de-  
liberandum vtum expediret ei  
hæreditatem adire, necnon. Et  
Isid. lib. 5. Etyim. [Cretio, inquit,  
est certus numerus dierū, in quo  
institutus hæres, aut adit hæredi-  
tatem, aut finito tempore cretio-  
nis excluditur: nam ita dicitur  
[ille hæres mihi esto, cernitō-  
que intra dies tot.] Hinc eod. lo-  
co Vlp. [Cernere, inquit, est ver-  
ba cretionis dicere ad hunc mo-  
dum, Cum me Mænius hæredem  
instituerit, eam hæreditatem  
adeo cernoque.]

**CERNERE**, & pro hærede gerere,  
hoc differunt, quòd qui cernit,  
verba cretionis pronunciat, quæ  
retulit Vlp. c. 22. Inst. [Cum me  
Mænius, &c.] Qui pro hærede ge-  
rit, re tantum ipsa hæredem se  
esse declarat, vt si auctiorem faci-  
at, seruis cibaria mandat. Ita-  
que Paulus in l. 9. ff. de Acquir.  
hæred. [Pupillus, inquit, si fieri  
possit, id est, si verba cretionis  
pronunciare possit.]

**CEROPHARATI**, acolythi sunt 21. dist. clericos. 23. dist. si quis post. §. deseruientes.

**CERTARE**, id est, pugnare, quasi certum se dicere habere: quod fit etiam disputando. Cod. de posthum hered. inst. l. quod certum de leg. at cum quidam.

**CERTARE** cum usuris fructibus prædiorum dicuntur, quorum vestigalia vix, aut nec vix quidem usuris persolvendis paria esse possunt. Cicero Cati. 2. [Meo beneficio tabulæ nouæ proferentur, verum auctionariæ: neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt: quod si maturius facere voluissent, neque ( id quod stultissimum est) certare cum usuris fructibus prædiorum, locupletioribus his, & melioribus ciuibus vteremur ]

**CERTAMEN**, pro ludo in quo est contentio, vbi etiam victori ab agonotheta præmium proponitur. Scæuola tit. de Ann. leg. liberto. [certamina, inquit, sub nomine ipsius celebrarentur, ] id est, ludi. Nebr.

**CERTATORES** dicuntur monachi, in Auth. de Monach. §. cogitandum.

**CERTVM** dicitur non dubium, vnde aliàs definitur certum esse quod apparet quod, quale, quantumq; sit. l. certum ff. Si certum petatur.

**CERTVM** in iure dicitur, id cuius qualitas & quantitas apparet, l. pulationū. 74. ff. de Ver obl vbi Caius scribit, Certum esse, quod ex ipsa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumq; sit. Hinc

**CERTVM** corpus; propriè l. C. appellant, quod Dialectici indiuiduum: Incertum verò quod illi genus: qua de causa inter se opponuntur in l. 1. §. non solum. ff.

ad Leg. Falcid. Hinc,

**CERTVS** locus qualitas & quantitas definita est, l. ita stipulatus. 115. de Verb obl. l. 4. ff. pro Emp. l. 1. ff. de Euct. l. 6. ff. de Seruit. Incertus verò dicitur, cuius qualitas & quantitas non apparet, l. cum post. §. cum gener. ff. de iur. dot.

**CERTVS** homo, cuius qualitas definita est, quæ dignoscitur aut nomine aut demonstratione: Nominè vt Pamphilus, Dauus. Demonstratione vt si digito monstremus: vt filius Arescusa. l. Quirtus. de Aur. & argen. Contrà verò incertus homo, cuius qualitas definita non est, veluti cum in genere testator scripsit: Hominem illi do, lego. l. vbi autem. ff. de Verb. oblig.

**CERTA** dies, cuius numerus definitus est: incerta autè, cuius tempus incertum est. l. si dies. ff. quando dies l. qua de causa Vlp. in l. talis scriptura. ff. de Leg. 1. diem incertum conditionem appellat.

**CERTVM** vinum aut frumentum dicitur, cuius & qualitas & quantitas apparet: incertum autè cum aut neutra, aut alterutra tantum definita est: Quin etiam certum dicit, qui vinum quod in apotheca est, aut triticum quod in horreo dicit, quæ omnia traduntur in l. stipulationum. 74. & seq. l. triticum. 74. ff. de Verb. obl. l. cum res. 47. §. 1. de Leg. 1.

**CERTAM** legem in rem afferre, quod vulgus dicit allegare legem, in propriis terminis ad Heren. lib. 1 [ Hic certa lex in re nulla afferretur, & tamen multæ afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur. ]

**CERTI** conditio competit ex omni obligatione & ex omni causa, ex qua aliquid certum & determinatum petitur, siue ex  
contra

contractu, siue ex causa legati, siue ex suo nomine, siue obligetur hereditario: & sunt duæ certæ conditiones, vna generalis in omni contractu, vbi certum petitur, alia specialis in contractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifestè dicat, potest tamen colligi ex text. Inst. Quib. mod. re contrah obligat. § 1. in fin. ibi, ex eo contractu, sc. mutui, nascitur certi conditio, quasi pronomen [eo] demonstrat specialitatem in mutuo. Possent etiam probari ex rub. ff. de Reb. cred. & si cert. pet. & de certi condit. Quæ rubrica habet tres partes, vbi in secunda tangitur certi conditio specialis, & est gl. Inst. § præal. similis gl. in l. certi conditio. in prin. ff. si cert. pet. & in l. 1. in princ. ff. de triticaria, &c. Et nota quod in libello non præcedit certa conditio generalis, quia non instruitur aduersarius an debeat contendere, an liti cedere, dicendo, te conuenio, quia ad centum mihi teneris.

**CERTIOREM** facere quempiam, eleganter dicitur, & non facere certum. Nam quod Virg. in Æneid. dixit:

*Anchisen facio certum.*

carminis necessitate excusatur, quod certiore in versu non potuit collocari, quoniam syllaba breuis est inter duas longas, quod heroicum carmen reformidat.

**CERTIORO**, as, vtuntur I. C. quod apud eos, qui purè loquuntur, in vsu non est. Vlp. lib. 27. Dig. tit. de eo qui pro tutore. l. 1. [Sed necessarios, inquit, pupilli non certiorauit.] Idem quoq; lib. 17. tit. mandati. l. si fideiussor. [cùm certiorare posset, inquit, eū, nō fecit.]

**CERTIFICO** verò, & certificatio nusquam, quod meminerm, legitur, nisi in lib. Digest. tit. de exc. [Honores, inquit, & immunitates certificauit scribens.] Item de pignoribus & hypothecis, l. cùm tabernam. quæ est Scæuolæ, lib. 20. Dig. [Non certificationem, inquit, sed suppositionem à me accipere.] Nebr.

**CERVÆ** sunt animalia de numero habentium naturam feram, licet quidam ita mansuetos habeant, vt in syluam ire & redire soleant. Institut. de Rerum diuis. §, ceruos quoque.

**CERVICALIA** vestis nomine contineri, Vlp. scribit in l. 25. §. 1. ff. de Aur. & Arg. Quod si ad muliebrem mundum ea pertineat, significari putarem nomine, quæ Græci *ἀσπιτραχίλια* nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenset: Sin virilia sunt, ea dici putarem, quæ frigoris vitandi causa ceruici circumdantur.

**CERVISIA**, [vel cereuisia, vel ceruifium,] potio est ex hordeo, siue tritito, siue ex pane concinnata & est ferè quam sacræ literæ ex Hebræo sermone interpretantur Siceram, & idem quod zythum. Siceram verò Hier. ait, est omnis potio quæ potest inebriare præter vinum. Vlpianus libro 33. Digest. de Tritic. & Vin. legat. si quis. [Nec camum, inquit, nec ceruisia continebitur.] Et paulò antè, [certè zythum quod in quibusdam prouinciis ex tritico vel ex hordeo, vel ex pane conficitur.] Strabo lib. 27. in descriptione Ægypti, scribit commune illis populis esse poculum, & fieri modis variis, appellatur autem à Græcis zythum, ab interprete ceruifium. Ant. Nebr.

**CERVISIA** vini appellatione non

non continetur ff. de Vino & O-  
li. Regut. l. si quis vinum.

**CERYTIA** dicuntur à Græcis, quæ  
Latini vocant caducea l. sanctum.  
de Res. diuis. ff. ea sunt quæ Lega-  
ti Græcorum ferre solebant, ne  
quis eorum corpora violaret.

**CESARE** agrum dicitur, cum non  
laboratur.

**CESARA** & extingui differunt, leg.  
qui res. § aream. de Solut.

**CESARE** improprie dicitur pro  
nunquam fuisse, Papin. l. 97 ff. de  
Solut. [ Cum in pluribus causis  
debitor pecuniam soluit, vtrius-  
que demonstratione cessante, ] i.  
sine vlla demonstratione.

**CESSEVS** tutor, & Cessicia tutela  
[vide tutor cessicus, & cedere.

**CESSEM** ire, i. retro ire. l. si plagis. ad  
l. Aquil.

**CESSTIO**, est iuris & actionis transla-  
tio: nam per cessionem iura & a-  
ctiones in eum, cui cessit, transfe-  
runtur: quia sicut in venditione,  
vel quolibet titulo alienationis  
rei corporalis necessaria est tra-  
ditio, quantum ad dominij trans-  
lationem: ita ad translationem rei  
incorporalis, scilicet, iuris &  
actionis, vtimur cessione, quæ  
reputatur pro traditione. Item  
cessio secundum Isidorum libro  
6. Etymol. proprie est rei conces-  
sio, sicut est illud Ruth 4. [ cedo  
iuri propinquitatis: ] Nam cede-  
re dicimus quasi concedere,  
vt pote ea quæ propria sunt: nam  
aliena non concedimus, sed resti-  
tuimus Cedere etiam proprie di-  
citur qui contra veritatem alteri  
consentit, vt Cic. [ cessit auctori-  
tati amplissimi viri, vel potius pa-  
ruit ] Et est sciendum, quod in in-  
strumento cessionis dicitur quod  
cedens eum, cui cedit, constituit  
procuratorem in rem suam. Ad  
cuius euidenciam notandum, Si

cum Titio ex mutuo contraxisset,  
tibi competit contra eum actio  
directa & personalis, quia cum eo  
in tua persona contraxisset. Tibi  
etiam competit actio utilis, quia  
vtiliter & cum defectu debitum  
ipsum tanquam rem tuam prose-  
queris. Si autem mihi iura & a-  
ctiones contra debitorem tuum  
ex causa venditionis, vel ex alia  
commiseris, transfertur in me uti-  
lis actio, qua vti possum ad ipsum  
debitum tuum tanquam meum ex-  
equendum. Directa verò & per-  
sonalis remanet apud te, cum à te  
per cessionem non potuerit sepa-  
rari etiam si velis: adeo tibi ad-  
hæret. ff. pro Socio. l. 3. Et sic pa-  
tet quod in directa actione &  
personali sum procurator tuus,  
quia aliter non poteram vti: licet  
enim directa non possit cedi, po-  
test tamen mandari eius exerci-  
tium. Et nota quod cessio actio-  
num præsumitur simulata ex tri-  
bus quæ notat Accurs. in leg. 1. &  
pen. Cod. de Ma. & ibi do. & cap.  
fin. de alien. iu. mu. cau. fa.

**CESSTIONARIVS** dicitur ille in  
quem transfusa est obligatio vel  
nomen, & debet certiorare debi-  
torem, quod nomen eius in ipsum  
transfufum sit, notificando vel  
ostendendo instrumentum, & le-  
gendo, & copiam si velit habere,  
dando, vt l. nomen. Quæ res pig-  
oblig. poss. Cod. aliàs alteri sol-  
uere posset debitum, non credens  
se obligatum cessionario. l. i. §. i.  
ff. de Noui operis nunc. & l. i. c.  
de obl. & actio. per Bart.

**CETEROQUIN**, alioquin. Vlpianus  
leg. 29. ff. de Iur. fisc. Sed enim  
hæc pœna magis est, vt aduersus  
ipsum locum habeat, qui delato-  
rem redemit. ceteroquin aduer-  
sus heredem eius transire non  
debet. Item l. 35. §. 3. ff. de Hæred.  
iust.



igitur. Ceteroquin, si tempore quo transtulit in alium locum, &c.

**CETERORVM** & reliquorum appellatione, ait Vlp. etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit, circa eum cui optio serui legata est, ceteri Sempronio. Nam tenet si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. leg. 160. ff. de Verb. sig. l. 17. de Opt. leg.

**CHARACTER**, eris, interpretatur figura, vel signum, vel forma. Cic. ad Brutum in oratore: [In omni re difficillimum est formam, quæ character Græcè dicitur, exponere.] Sed & styli genus character ab auctoribus dicitur Vlpian. lib. 27. Digest. tit. de testam. l. ad testium. [Dum tamen, inquit, habuerit characteres.] Characteres dixit pro figuris literarum. Nebriss.

**CHARACTER** proprie est signaculum quoddam quo aliud insignitur vt ordinetur ad aliquem finem, sicut caractere insignitur denarius ad usum commutationis. Et milites caractere insigniuntur, quasi ad militiam deputati.

**CHARISTICON** pro remuneratione, leg. penult. de bon. damnator. In quibusdam legitur [carciaticon.] vt & in Pand. Flor.

**CHARTA**, est pagina scriptioni apta, ex quacunque materia illa sit. siue ex plumbo, siue ex cortice, siue ex listeis, siue ex papyro, siue ex corio, quæ dicitur membrana. De chartarum generibus Plin. multa lib. 13. Nat. histor. Vlp. tit. de leg. 3. l. [Librorum, inquit, appellatione omnia volumina continentur, siue in charta, siue in quavis alia materia: neque enim membrana excluditur à chartæ appellatione, cum charta mem-

brana appellatur.] Idem quoque ibidem: [Si quis, inquit, chartas legauerit puras, membrana non continebuntur. [quasi dicat, nisi addatur. charta membrana.] Idem quoque Vlpian. tit. de bonorum possess. secundum tab. leg. chartæ appellatio, etiam ad nouam chartam refertur. Neb.

**CHARTAB** appellatione venit charta papyri, non etiam membrana. l. chartis 76. & ibi Bartol. ff. de leg. 3.

**CHARTA**, seu instrumentum, seu rescriptum, dicitur falsa, seu falsum bene quatuordecim modis, vt not. in cap. in memoria. dist. 19. gl. verb. falsam.

**CHARTIATION**, merces quæ officialibus pro chartis datur, l. 6. ff. de Bon. dam. eodem fortè modo dictum quo à Cicerone, 5. in Ver. Cerarium, quod pro cero penditur, appellatum est.

**CHARTOPHYLACIUM** est armarium vel locus in quo chartæ reseruantur. Et dicitur à charta, quod est instrumentum, vel scriptura, & φυλάξιν conseruare, quasi, &c. vt not. in c. 1. de Probat. & c. 2. 90. distinct.

**CHARTOPRATI**, chartæ venditores, vel qui chartis quæ in urbem ex prouinciis comportabantur, vendendis præerant. Græci χαρτοπωλείται vocant.

**CHARTVLARI** iudices dicebantur olim illi, qui ab Imper. habebant potestatem iudicandi, & illos solum, qui coram eis eligebant litigare, poterant eligere sine consensu priorum iudicium: sicut traditur in gl. l. 1. ff. de iudic.

**CHASMA**, χάσμα, id est, hiatus terræ. leg. si venditione. de Peri. & com. rei vend.

**CHILARCHA**, est princeps super mille homines.

**CHIREMBO LVM**, in l. i. ff. Nau. cau. stab. dicitur manus immissio, quod Alciacus in Parer. interpretatur.

**CHIROGRAPHVM**, est pictura ex manu propria, quam autographum etiam appellant. Suetonius in Augusto: [Nihil æquè elaborauerant, quàm vt imitarentur chirographum suum] Differt autem chirographum à syngrapha, quod in chirographo tantum quæ gesta sunt scribi solent, in syngrapha etiam contra fidem veritatis pactio scribitur. Idem in eodem: [cuius pactio non dubitauit à quibusdam iusiurandum, à quibusdam syngrapham petere.] Per syngrapham intelligit Suetonius Chirographum propria eorum qui paciscebantur manu scriptum, in quo talis pactio scripta erat, nec negare possent. Paulus libro 42 ff. tit. de priuil. cred. leg. bonis à Chirographo chirographarium formauit, quod significat eum qui à debitore autographum debiti habet. chirographariis, inquit, creditoribus. Nebr.

**CHIROGRAPHVM** est, cum duo paciscentes duas scripturas sub eadem forma verborum inter se conficiunt & mutuò sibi tradunt. vel dicitur instrumentum seu illa litera in qua debitor confitetur se esse obligatum creditori, idem quod antapocha, & chirographa, cum vaneunt, nomen siue corpus vanisse videtur. I. seruum filij, §. eum qui chirographum. ff. de leg. 1.

**CHIROGRAPHVM** inane dicitur, cum id quod debitum, persolutum. Vlpianus leg. 18. ff. de Solut. Solutione chirographo inani facto. Idem l. 41. ad l. Aquil. l. 5. §. 6. ff. Commod. Hinc,

**Chirographarius creditor** dicitur, qui sibi chirographo cauit Paul. l. 38. §. 1. ff. de priuil. cred. Resp. creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponitur autem iis qui Hypothecarij dicuntur, l. cum tibi 10. C. qui pot. in pig. & l. 4. & l. 6. C. de priuil. cred.

**CHIROGRAPHARIVS** debitor, qui sua manu cautionem creditori dedit in l. pen. C. de Nouar.

**CHIROGRAPHARIA** pecunia, quæ sine pignore per chirographum solum debetur, tit. Cod. etiam ob chirog pecun.

**CHLAMIS**, est vestis militum, purpura regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, birrus rusticorum vel custodum, cucula monachorum: vt C. de vesti. holo. & aura. lib. 11. & l. 1. fortissimi. C. de mil. veste. lib. 12. prout not. Azo, in sum. Cod. de Offi. præfe. præ. Sed in l. vestis. de Auro & Arg. l. connumeratur inter vestimenta puerilia.

**CHOMA**, ex Græco interpretatur agger, eris. Est autem agger, vt inquit Seruius in illud Varg. 10. Æneid.

*Atque ipsas prælia miscent  
Aggeribus.*

Terra illa, quæ factò vallo propius ponitur. Vnde tit. est apud Imp. de aggeribus Nili non rumpendis. Illi igitur aggeres proprie dicuntur *χόματα* Græce. Vlp. lib. 47. Dig. tit. de extraor. crimin. l. sacularij. [Chomata, inquit, sunt aggeres qui solent aquam Niloticam continere.] Et ibidem sæpè: vbi pro choma percho, & o, longum, coma, acis percho, exile mendosè legitur.

**CHOMATA** dicuntur aggeres qui

qui solent aquam Nili continere, l. sacularij. ff. de extraordin. criminib.

**CHORVS** quid sit, vide l. si chorus. de leg. 3. & l. cum eiusdem. de Edil. edict.

**CHRYSIS** ponitur pro usu. l. si habitatio. ff. de usu & habit.

**χρυσάμιμος** Græcè dicitur, quam, ut ait Plin Hispani [balucam] appellant, de qua satis multa scriptum in verbo [baluca] dicta à χρύσιος, quod est aurum, Iustiniani Codicis, lib. 11. tit. de metallariis. [Ozonos, inquit, scrupulos in baluca, quæ Græcè chrysammos dicitur.] Accurs. non minus in chrysammi delirat interpretatione, quam supra fecerat in baluca: [Chrysammos, inquit Græcè, Latine utilitas,] ut sit chrysammos, id est, in utilitate publica: cum tantum distet chrysammos à χρύσιμος, quod interpretatur vilis, quantum Thais ab Hermione. Illud namq; per ἰψίλον, hoc per ἄ scribitur. Nebr.

**CHRYSAMMOS**, vel, ut alij legunt, chrysona, vas est, in quo aurum infundebatur, ut exponit Alciat. in l. 1 C. de metal.

**CHRISMA** fit ex duobus liquoribus, scilicet oleo, per quod puritas mentis & nitor conscientie intelligitur, & ex balsamo, per quem odor fame figuratur, ut est text. in cap. vnico, de sacra vnctione.

**CHRYSOLITHVS** χρυσόλιθος, Gemma aureo colore translucida, ut ait Plin. lib. 37. c. 9. quasi dicas lapis aureus, cuius meminit Vlp. in l. 19. §. 6. de Aur. & arg. leg.

### De C ante I.

**CIBARIORVM** appellatione neque habitatio, neque vestiarius, neque

que calcearium continetur, sed tantum cibis l. diariis. de Aliment. & cibar. leg. cibi verò appellatione, potum quoque contineri Archidiacon. prodidit c. in quibus. de Consecra. dist. 2.

**CICATRIX** dicitur quæ vultum excæcat vel deturpat, & post sanatum vulnus remanet. Bart. in l. si quis in metallum. C. de Pœn.

**CICERA**, est omne quod bibitur 33. quæst. 2. admonere. circa medium, in princip.

**CIDONIUM** malum, idem est quod cotoneum, & vinum cidonium quod ex malorum cidoniorum conficitur succo. Vlpianus tit. de vino, tritic. lega. l. si quis. [cidonia, inquit, & si qua alia sunt vina, quæ non ex vinea fiant] Ea verò, ut diximus, subceruisia siue zytho contineri videntur. Ant. Nebr.

**CIDONIUM** [vinum] ex cidonij mali succo confectum. l. si quis. de vino lega. Nebr.

**CILICIVM** proprie dicitur textum ex lana caprina, ad usum maxime tentorium siue castrorum, ut dicit Virgil. lib. 3. Georg. Vnde cilicina saga fiebant ad pluvias arcendas, Exod. cap. 26. [Facies, inquit, & saga cilicina vnde ad operiendum tectum tabernaculi.] Vegetius quoque libro 4 de re militari, saga cilicina prætendi præcipit. ad excludendos imperus sagittarum. Vlpianus lib. 33. Digest. tit. de fun. instructo. l. quæstum. §. si domos [Vela, inquit, cilicina instrumenti esse Cassius ait, quæ ideo parantur, ne ædificia vento laborent.]

**CILICIVM**, textum ex lana caprina: vnde cilicina vela in l. quæstum. de fund. instru.

**CIMEMARCHA**, id est, custos vasorum & aliarum rerum pretiosarum ecclesie. C. de sacros. eccles. l. iubemus in gl.

**CYMBIVM**, poculi quoddam genus est, dictum à similitudine cuiusdam nauigij. Est autem cymbium in forma diminutionis ab eo quod est cymba.

*Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.*

Paul. 34. Dig. tit. de auro & arg. 2. leg. pedic. 32. [cymbia, inquit, argēt. crustis aureis illigata.] N.

**CIMELIARCHIVM**, locus est ubi reponitur thesaurus. Cod. de bon. auct. iud. poss. l. sin. §. sin autē. & de Agr. & cens. l. litibus.

**CIMITERIVM**, vide cimiterium.

**CINCTVS**, pro eo qui ad militiam conscriptus, miles factus est. Marcell. l. Titius. 25. de Testam. mil. [Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus manente eodē testamēto decessit.] Paul. l. quod dicitur. 38. §. 1. n. eod. [Miles testamentū fecerat, deinde nō agnominiæ causa missus, rursus cinctus est in alia militia.] Moris fuit antiquis, ut togari ciues Romani essent in militia, sed prælium in itinere præcingerentur, inde testamenta in procinctu. Sed eo more sublato cingulum mansit perpetuū. Vnde qui ab Imperatore ignominia afficiebantur plerunq; discingebantur: quæ pena vsum Marcellum Liu. li. 7. testatur. Augustum verò Suet.

**CINGERE** arborem, est illam deglabrare, sine deribrare, hoc est, decorticare, siue corticem detrahere, encernardar Hispani dicunt, quo factio arbores inarescunt. Paul. lib. 47. Dig. tit. arborum furtim cæsarum. l. cædere,

[cingere, inquit, arbore, est illam deglabrare.] Item ff. eodē, l. furtim. & Alphenus lib. 19. Dig. tit. Locari & cond. l. in lege locationis. Neve quem cingere, cædere, vrere finito. Ant. Nebr.

**CINGVLVM** quandoque exponitur, i. administratio in Au. vt liceat ma. & auia. §. quia verò quædam. Quandoque pro ense vel pro titulo dignitatis. C. de præpos. sac. cub. l. vltima lib. 12.

**CIRCA**, est significationis restrictiua, non autem ampliatiua, vt in l. Rutilia Polla. ff. de cōtra empt. & hoc nota pro statutis. Et quid dicitio [circa,] operetur in testē, vide Bart. in l. Celsus. ff. de vscapionib. Et [circa] pertinet ad tempus [circum] ad locum, [circiter] ad numerum.

**CIRCEIENSIS**, e, nomen possessiuum gentile, ab eo quod est Circeij, orū, oppido Italiz in Latio veteri, atque promontoriū eiusdem nominis, quondam insula, vt inquit Plin. auctoritate Homeri, vasto mari circumdata. Illic Circe venefica illa decētatissima regnasse dicitur, quæ tempore Vlysses orbem peterbat. Hinc Plin. de ostreis: [candidiora, inquit, Circeiensibus.] Liuius [Circeiensium quidam cogniti & coloni à Velitis.] Paul. lib. 22. Dig. tit. de iu. & fa. ign. l. regula est. [Ad opus, inquit, aquæ duct. reip. Circeiensium.] Circeses ludi appellatur qui in circo magno Romæ fiebant, atque inde dicti ea forma qua ab Hispali Hispalenses. Ex quo Seruij Grammatici & quorundam aliorum error cōvincitur, qui putant, Circenses ludos esse dictos, quod vbi suo tēpore metæ fuerunt, olim gladij ponebantur, quos circuibant: vnde ludi Circenses, quasi Circumenses.

ses. Virgil. lib. 8. *Æneid.*  
*Magnis Circensibus actis.*  
 Et Iuuenalis.  
*Si potes auelli Circensibus optima Sora.*

Hermoge. lib. 50. Dig. tit. de muneribus. l. 1. [Equorum, inquit, Circensium spectacula] Et Paulus lib. 30. Dig. qui est de legatis primus. l. ciuitatibus. [Ludos, inquit, scenicos, vel ludos Circenses.] Ant. Nebrif.

**CIRCENSSES** ludj, qui Romæ in circo maximo fiebant.

**CIRCITORES** dicuntur, qui vigilias nocte circumeunt. Hispani [rondas] vocant. Veget. lib. 5. de re militari. [Tribuni, inquit, eligunt qui vigilias circumeunt, vt renunciarent si qua emerferit culpa, quos circitores appellant, nunc militiæ factus est gradus.] Quid, in Priapeia,

*Quid tecum tibi est circitor moleste?  
 Ad me quid prohibes venire suæm?*

Ulpianus lib. 4. Dig. tit. de Institoria actione, l. quicumque. circitores vocat, qui circumferunt merces per vicos & vrbes, vendendi causa.

**CIRCVITORES** dicuntur, qui circumeunt vel circumdant patrias, à nundinis ad nundinas deferentes res vanales. Et dicuntur alio nomine circummeatores.

**CIRCVLATORES** circunforanei dicuntur, qui publicè officias quasdam & præstigia faciunt, vt videant deuorare gladios, & gestare serpentes, & talia quædã facere. Apuleius in 1. de asino: [circulatorems aspexi equestrem spatiam præacutam mucrone infesto deuorasse, ac mox eundem inuitamento exiguæ stipis venatoriam lanceam, qua parte minatur

exitium, in ima viscera condidisse.] Paul. lib. 13. dig. tit. de extraordinariis criminibus. l. vlt. [In circulatores, qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnun datum est.] Ant. Neb.

**CIRCVLATORIS**, qui serpentes circumferunt & proponunt. l. fin. de extraord. crimi.

**CIRCVMDVCERE** literam, est eam circumducta linea damnare: & sic differt à cancellare, & sup. punctare.

**CIRCVMLVIO**, inquit Festus est ius quoddam prædiorum, vel (vt alij malunt) prædiorum. Est autem circumluuio cum parte aliqua diuisum flumen agrum alicuius ita ambit, vt inferius vnitum illum in insula formam redigat. l. Adeo. 7. §. quod si ff. de acq. rer. dom.

**CIRCVMFORANEVS** secundum Isidor. lib. 10. dicitur qui admodum rotæ circumfertur.

**CIRCVMSCRIBERE**, est fraudibus cauillationibusq; vt iudicio vti vt causam obtineas, vincasq; aduersariû: Ambr. in Lu. c. 4 [Vtitur diabolus testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt circumscribat, & fallat.] Idem ad Constantinum: [Nec quisquam aut viduam spernat, aut circumscribat pupillum.] & ibidem, [Quid circumscribitur fratri? fraudatur mercenarius?] Inde circumscriptio. Idem Ambrosius ad Irenæum, [Omnia plena fraudis, plena circumscriptiois.] Et circumscriptor, oris: Iuuenalis:

*Pupillum ad iura vocantem  
 Circumscriptorem.*

Iulianus lib. 44. tit. de exceptionibus. l. exceptiones. [Pro minore

nore, inquit, viginti quinque annis circumscripto.] Nebr.

**CIRCUMSEPTVS**, est circumdatus vel vndique cinctus: vt notat. in proem. Clem.

**CIRCUMSCRIPTIO** quid sit Bartolus in Authentica ex causa. C. de liber. præterit.

**CIRCUMSTANTIA** alicuius loci intelligitur per 30. pedes, vt dicit Bart. in l. item apud Labeonem. §. conuictum ff. de iniur.

**CIRCUMVENIRE** in eadem propè significatione accipitur, qua circumscribo, vnde illi propriè dicuntur circumuenti, quos graffatores quasi ex insidiis adoriuntur. Cæsar in cōmentario Hispaniensi: [cūm vndiq; se circūueniri animaduertisset.] Ambr. in illud Euāg. [Reddite quæ sunt Dei Deo.] Nec interest apud Deū, vtrū vi aut circumuentione res alienas occupet. tit. de doli mali except. l. apud Celsum. Nebr.

**CIRCUMVENIRE**, est adhibita caliditate decipere. l. i. de dolo.

**CISIARIVS** auriga cisiij, quod genus est vehiculi gestatorij. l. item quæritur ff. loca.

**CESTA** pro capsula. l. i. depo.

**CISTERNA**, pluuiarum aquæ conceptaculum est dicta, vt inquit Festus, quod inest in terra. Martia.

*Sit cisterna mihi quàm vinea mulo Ravenna.*

Vlpianus lib. 43. Digest. de fonte deducendo l. vnica. [cisterna, inquit, non habet perpetuam causam, nec viuam aquam. Sed vinum condatur in conceptaculo cisternæ simili.] Cisterna quoque per translationem potest appellari. Vlpianus lib. 47. de turcis. l. vulgaris. [Et quidem, in-

quit, si cisterna vini sit.]

**CISTERNA** est locus in quo congregantur aquæ pluuiarum, & ibi collectæ vsui referuntur. l. vnica. ff. de fon.

**CITATIO**, est in ius vocatio vel inuitatio, cū quis de aliquo conqueritur, & querimonia sua corā iudice deposita, iudex emissio citationis edicto ad eius instantiā vocat, vel inuitat illū ad se in quē agere desiderat qui cōquæritus est. Si verò in edicto iudex vel prætor adiciat hanc clausulam, si in die præscripto non veneris, quasi contumax cōdemnaberis, vel reputaberis, tūc edictum olim dicebatur peremptorium: hodie autem sufficit quòd dicatur, citatus talē peremptoriè. Et est quadruplex modus citandi, secundū Gulielmum de Mont. Land. Primus per nūcium literis citatoris. Secundus per præconem. Tertius per edictum, Clem. i. de iudic. Quartus fit ex iuris dispositione. Item quædam citatio fit ad monitionem iudicis, ea consuluit. de offic. deleg. Item quædam est verbalis, quædam realis vel actualis ducendo ad iudicem. Item citationis sunt tres actus. Primus est impositio, cū iudex imponit nuncio, vt citetur reus. Secundus manifestatio, cū nuncius denunciatur citato vt veniat. Tertius relatio, cū nuncius refert iudici se talem in tali loco citasse. Additur etiam quartus, scilicet comparitio citati, & quando citatus tenetur comparere, & si non comparet, multetur. not. per Doct. in c. præterea. de dila. Et de illis actibus in c. fin. de feriis. Et nota quod citatio est de iure naturali, vt in Clement. pastoralis. de re iudi. & citatus ad locum

morboſum , ſeu ubi aër eſt peſtifer  
 lentialis vel corruptus, non tene-  
 tur ire, cum ſalutis hominum ſit  
 ratio habenda. l. ſed ſciendum. ff.  
 ad Trebel. & ibi per doct. Nec ci-  
 tatus peremptoriè poteſt dici  
 contumax ante libelli oblatio-  
 nem. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de  
 Damno infecto.

CITRO adverbium, i. infra 20 dies, in  
 Auth. de mand. princip. §. ſed &  
 ſuſcipientes.

CITRA quandoque ponitur pro  
 præter. de Calum. l. ult. quando-  
 que hebet effectum priuationis  
 vel negationis ff. fam. herciſcum.  
 l. ſi filia. §. Papin. Quandoque pon-  
 nitur pro ſine, in Authentic vt  
 iudi. ſine quoquo ſuff. §. quod au-  
 tèm à nobis. Quandoque exponi-  
 tur citra quàm, id eſt, aliter quàm  
 in Authen. iuſiurand. quod præſt.  
 ab his §. iuro quoque. Quando-  
 que exponitur citra, id eſt, con-  
 tra ff. de noua. l. ſeruus Aliquan-  
 do id eſt, ante. Extra, de teſtibus. c.  
 dilecto.

CITREAE mēſa, id eſt, ex citri ma-  
 tēria, celebrantur apud auctores,  
 & fuerunt in tanto pretio, vt  
 cum aliquando viri obieciſſent  
 ſeminiſ nimios ſumptus, quos in  
 coemendis margaritis faciebant,  
 [ & vos, inquit, menſis citreis  
 vtimini. ] Sed cum apud omnes  
 conſtet, citrum arborem, & mala  
 citrea eſſe, quæ poſtea cœpta ſunt  
 cognominari mala rancia, quo-  
 rum materia neque firma, neque  
 odorata, neque quicquam habens  
 quod laudabile ſit: ſuſpico aliquid  
 erroris ſubefſe circa has ar-  
 bores iam inde ex antiquitate  
 contractum, vt citrum videlicet  
 pro cedro accipiatur, hoc eſt  
 [alerze] cum præſertim arbor il-  
 la ſylueſtris ſit, copioſeque pro-  
 ſpiciat in monte Atlante. Unde

Martialis de menſa citrea dixit,

*Accipe felices Atlantia munerà ſyluam*  
 Idem alibi.

*Cum poſſunt Libycas ſuſtinuiſſe trabes.*

Paulus lib. 19. Digeflorum, de  
 aſtione empti & venditi l. ſi ſte-  
 rilis. [ Veluti ſi menſas quaſi ci-  
 treas emat, quæ non ſint. Anton.  
 Nebriff.

CITREAE menſæ, ex citri arboris li-  
 no confeſta l. ſi ſterilis. de Actio.  
 empt.

CIVILIS actio. Require ſupra  
 [ actio ]

CIVILE [debitum] vide in gl. l. c. ff.  
 de ſolut. Et quandoq; ciuile, idem  
 eſt quod vrbani & elegans, vt  
 in gl. in l. ciuile eſt. C. de fur Sic  
 inciuile, i. inurbanum vel inde-  
 cens. l. inciuile. ff. de Legib.

CIVILIA verba, quæ etiam directa  
 in iure appellantur, verba ſunt  
 formularum ciuiliũ, hoc eſt  
 quæ ad ius ciuile accommodatæ  
 olim à Iuriſconſultis fuerunt. Ex  
 eo nimirum quod hæc pars iuris  
 propriè nonnunquam ius ciuile  
 appellatur. Vt Pomponius docet.  
 l. 2. de Orig. iur. Siue quod vernacu-  
 lum eſſet, neque ab exterarum  
 gentium inſtitutis ſumptum ſiue  
 quod ſoli ciues iis legis actiõni-  
 bus ac formulis vti poſſent. Pa-  
 pinianus l. 7. de Vulgar & Pupil.  
 [Verbis ciuilibus ſubſtitutionem  
 poſt quartum decimum annum  
 ætatis fruſtra fieri conuenit. [Vi-  
 pian. c. 25. Inſtit. ſidei commiſſum  
 eſt quod non ciuilibus verbis, ſed  
 precatiue relinquitur. ] hoc eſt,  
 non iis formulis quæ ad hære-  
 dum inſtitutionem accommoda-  
 tæ ſunt, ſed precatiuis.

CIVILITER eo modo, eaque for-  
 mula quam Iur. excogitarunt &  
 tradiderunt: Hinc Pompon. in l.

pen ff. de Solu. scribit: Verborum obligationem ciuilitate per acceptilationem tolli, non rei naturam ac substantiam. i. consentum & pactum spectans: sed modum ac formam aduentitiam, cum Vlp. in l. 8. in fin. ff. de Acceptilat. aperte dicat acceptilationem esse iuris gentium quatenus sc. pactum conuentum, i. substantiam ipsius actus consideramus: vt acceptilationis materia sit iuris gentium, forma verò iuris ciuilis. Hotom.

**CIVITAS** dicitur, quasi ciuium vnitatis, & murorum ambitu terminatur, de Senten. excom. si ciuitas. cuius appellatione etiam comprehenduntur Burgenses. ff. de Ver. fig. l. 2. Item ciuitatis appellatione comprehenduntur mille passus à muro ciuitatis, ff. eod. tit. l. mille. & ff. de penu leg. l. quod liquidè. §. si ita legatur. Item comprehenduntur horti. arg. ff. de procu. l. præsens. Item ciuitatis nomine non comprehenduntur diœceses, nec è contra. Vocatur autem proprie ciuitas, quæ habet Episcopum, vt 80. dist. in illis.

**CIVIS**, est natus in ciuitate. l. ciues. C. de Appellat. vbi gl. Sed quid de natis in comitatu? Dicitur in Auth. quibus mod. nat. effi. sui, §. si vero non ciues.

**CIVIUM** appellatione veniunt non solum illi de comitatu, sed etiam illi de territorio. Felin. in c. Rodulphus. vers. [quarta conclusio] de Resc. Adde quod ciuium appellatione veniunt illi qui sunt de ciuitate, diœcesi, vel comitatu Doct. in rubr. ff. Solut. matrim. licet gl. aliter sentiat in d. c. Rodulphus. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Adde quod Bart. in l. 3. C. de Nat. lib. dicit ibi per illum text. quod ille qui oritur ex villico

vel ex vico, fortitur originem ex ipsa ciuitate cui subest vicus, & an repræsentat concessa contra ciues, comprehendant conciuitatesenses. Bald. in l. vbi alij. ff. de Offic. Proconf.

De C. ante L.

**CLAEVLA**, est genus vehiculi quo utebantur in transitu militum, legatorum, armorum. l. 4. ff. de Veter. mil. & Cuiac. ad tit. de curs. public.

**CLADES**, id est, calamitas. l. 1. C. de iure emphy.

**CLAM** [possidere,] id est, occultè possidere.

**CLANDESTINVS**, na, num, à clam particula derivatur, notamque habet significationem, neque ob aliam causam hoc in loco posuimus, nisi quod vulgò accentu barbaro ab omnibus profertur, hoc est, accentu in antepenultima, cum penultimam habeat longam, & iuxta regulas Latine linguæ in eadem accentus debeat collocari. Quod verò penultima longa sit probatur carmine Manilij in 1. Astronomicon dicentis,

*Et clandestinis surgentia fraudibus arma.*

Silius quoque Italicus in libris Punicorum,

*Cum clandestino traheretur fœdere bellum.* Nebris.

**CLANDESTINVM** coniugium, est despecta personarum presentia, vel iuris solennitate, vel denunciatione non præmissa, sine sacerdotis benedictione, occultum matrimonium.

**CLANDESTINA** [electio] dicitur, quæ



- quæ in cameris per occulta concuenticula fit, vel illa quam canonici inter se secretam tenent.
- CLARISSIMATVS**, est dignitas. C. de Prox. sacr. scrip. l. peculiari. Aliquando accipitur pro consulatu. C. de equ. est. dig. l. 1. & ibi no. de Dom. & prot. l. 2. lib. 1. 2.
- CLARISSIMVS** dicitur etiam qui est spectabilis: eo quod claram habeat dignitatem. Cod. de princ. agen. in re l. fin.
- CLARISSIMARVM** sœminarum nomine, Senatorum filix, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt, non habentur. Tandiu igitur clarissima sœmina erit, quandiu senatori nupta est vel clarissimo, vel separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupserit. l. 8. ff. de Senato. l. 2. §. 1. ad municipi.
- CLASSIS**, i. navis, inde classicus, i. numerus classatorum, i. navium ad bellandum. Et qui censetur, vel voluerit se huic ministerio deputare, dicebatur incensitus: vt C. de Class. lib. 11.
- CLAVSTRVM** dicitur, quasi claudens, siue castrum, id est, priuans habitantes in eis, ne euagentur. 7. quæst. 1. §. vlt. & not. per Archi. de statu reg. cap. vno. §. verum. lib. 6. super verbo [moræ] & est locus religiosus, extra, de Const. cap. 2. in princ. Aliquando claustrum dicitur instrumentum ad claudendam domum vel partem eius, ff. de Actio. empt. & vend. l. fundi.
- CLAVSI** dicuntur etiam vincti, si ita vincti sunt, vt vincula erumpere non possint. l. si quis in graui. §. clauso. ad Silla.
- CLAVSVLA** codicillaris dicitur, quæ in testamentaria scriptura subiungitur: vt si minus testamenti, saltem codicillorum vim, & auctoritatem obtrahat.
- Eius autem duæ formulæ fuerunt. Prior hæc, vt si iure testamenti non valeat, iure codicilli valeat. l. vlt. C. de codicil. l. si iure. 11. C. de Testam. manumif. l. cohæredi. 41. §. 2. de Vulgar. substitut. Altera sic, *ὅτι πρὸς ἐξουσίᾳ*, quacumque oratione poterit: quoquo modo poterit. l. ex ea scriptura. 26. ff. de Test. l. 3. ff. de Milit. test. l. Lucius. 89. §. vlt. ff. de Leg. 2. **QUIN** & rogatio legitimorum hæredum, sine vlla scriptura pro clausula codicillari valet. l. ex testamento. ff. de fideic. liber.
- CLAVSVLA** derogatoria statutorum. 7. C. tit. 39. l. 4. in princ. A. in libellis, [saluo iure addendi.] 2. C. tit. 1. l. 3. N.
- CLAVSVLARIS** cursus, erat quod Galli [chevaux de munition ou d'artillerie,] vulgò vocant. l. 4. ff. de Vetera. mil.
- CLAVVS** in veste erat verruca ex auro, vel ex cocco, aut aliis coloribus vesti intertexta, ad ipsius vestis splendore adhibita. Quintil. libro 8. [Vt affert, inquit, lumen clauus purpuræ solo insertus] Hinc & laticlauij & angusticlauij dicebantur ab antiquioribus, qui poterant huiusmodi genere vestium vti. Varro de lingua Latina: [Si quis, inquit, tunicam ita consuat, vt altera plagiola sit angustis clauis, altera latis, vtraque pars carebit analogia.] Suetonius in Augusto, [vsus est togis neque restrictis, neque fufis, clauo neque lato neque angusto.] Vlpianus lib. 34. de Aur. & Arg. leg. 1. cum aurum. [clauus aurei & purpuræ pars sunt vestimentorum.]
- CLAVVS**, morbus est in similitudinem tuberculi coloris albi, fit in plantis digitisque pedum maxime. Celsus libro 6. de clauo

- eiusque curatione multa ponit: [clauus, inquit, nonnunquam etiam alibi, sed in pedibus maxime nascitur, sed præcipue in contuso:] à Græcis ἄλος dicitur, vt apud Galen. lib. 10 & 11. de medicina simplic. Hoc morbo perit Silius Italicus, vt auctor est Plinius Cæcilius in epistolis. Vlpianus lib. 21. tit. de adilitio edicto. leg. qui clauum. [Qui clauum, inquit, habet, morbosus est.] Nebriss.
- CLAVI** in re vestiaria quid sint, facile est intelligere ex leg. cum aurum, in sine. & l. seq. & vestis. de Auro leg. sunt enim, vt puto, fibulæ, & veluti clauiculi quidam qui vestibus insuntur, vel ad ornatum, vel ad illas annexendas, quod fere fit in ea parte, qua pedus contegitur.
- CLAVVS**, præter notum significatum, ponitur pro genere morbi. leg. qui clauum. de Adil. edict. & quibusdam videtur id tuberculum esse, quod digitis tum pedum, tum manuum plerunque innascitur, & ab Italis vel porrus, vel callus nuncupatum.
- CLERICA**, dicitur corona clericorum rasa: vt not. Io. And. de vita & honest. cler. c. clericus.
- Κληρος** Græce, est fors Latine, vel hereditas. Sunt ergo dicti clerici quia de sorte domini sunt. 21. dist. clericos. vbi ponuntur nomina omnium graduum in Ecclesia Christi deseruientium Et appellatione clericorum etiam intelliguntur monachi: licet non è contra, quia sunt etiam electi in sortem domini, 12. q. 1. duo sunt genera. Et hoc maxime in causis favorabilibus, sed in odiosis secus, vt not. in c. 1. de iura calum. vbi etiam appellatione clerici non venit monachus, quia ibi postea
- specificat. vide cap. cum secundum Apostolum. de præbendis. & cap. clericos præalleg.
- CLERONOMIA**, idem est quod hereditas diuina.
- CLIENS** dicitur ille, cuius causam aduocatus ruerit & defendit. Inde clientulus diminutiuum, & idem est, secundum Isidorum. Vel dicitur quasi colens, à colendis patronis.
- CLIPVS** & scutum significat & imaginem, vt docet Charisius libro 1. & Plinius libro 35. capite 3. Atque in hac significatione usurpatur ab Vlpiano in leg. si vero. §. Si id, quod. ff. de his qui effu. [Nam cum pater in pergula clipeum vel tabulam expositam habuisset.] Hotom.
- CLIVI** appellantur fossæ terrestres per gyrum. ff. de Seruit. urb. præd. l. seruitutes. §. si domo. Vel verius dicuntur loca in sublimi surgentia, cuiusmodi sunt ascensus montium. l. si ex plagis. §. in cliuo. ad l. Aquil. vnde cliuosam viam & planam, vt opposita distinxit Vlp. in l. 1. §. de reiore, ff. Ne quid in loco pub.
- CLIVOSA** dicuntur loca in sublimi clementer surgentia, nam cliuus est montis latus. Vnde decliuus ex monte descendens, ac cliuus ad montem ascendens: Virgilius 1. Georg.

-cliuosi tramitis vndam

Et Iuuenalis.

Elicit.

*Clivosa veneris dum per monumenta Latine.*

Vlp lib. 43. tit. ne quid in lo. leg. prætor. [Via cum plana fuerit, si cliuosa fiat.]

**CLOACA**, alueus est per mediam urbem, in quem latinarum fœdes confluunt. Itaque latine

sunt, quemadmodum Hispani dicunt, privatæ: dictæ ab eo, quòd lateant, Cicerone auctore. Cloacæ verò sunt publicæ: quod eleganter Columella vno versu expressit, dicens:

*Immundis quacunque vomit latrina cloacis.*

id est, quod ex foris privatis fordes confluunt in cloacas publicas, & inde emittuntur extra urbem. Vnde Iuuenal. de Tiberino pisce dixit:

— *Pinguis torrente cloaca.*

Vlpianus lib. 44. de cloacis. l. 1. [cloaca est, inquit, locus concavus, per quem colluies quædam fluit.] Inde cloacarius, qui cloacæ curam habet. Vlpianus lib. 7. de usufruct. & quemadmodum quis utatur. l. si pendentes. [Si quid, inquit, cloacarij nomine debeatur.] Ant. Nebr.

CLOACA dicitur locus concavus, vbi fordes confluunt ex quocunque vili loco, vel effluunt de viis & plateis, vel vbi stercora recipiuntur, scilicet latrina. ff. de cloac. l. 1. Vel cloaca est locus cavus, per quem colluies quædam fluit, & ponit prator ibi duo interdita de cloacis. Primum est prohibitorium, quo prohibetur vicinis facere vim, quominus cloaca purgetur & reficiatur. Secundum est restitutorium. Et appellatione cloacæ tubi & fistulæ continentur ex l. 1. præ l. ff. de cloacis. Inde cloacarius qui cloacæ curam habet, cloacarium, quod ob cloacarum purgationem soluitur. l. si pendentes de Usufr.

*De C ante O.*

COACTIVIA, in argumento. ff. de

Aur. & arg. leg. dicuntur pelles seu lora, quibus involuuntur alliganturve vestimenta: quæ omnia sunt instrumenti viatorij. l. 5 §. fin. de Supell. legat. à cogendo, id est, adstringendo, coarctandoque dicta.

COACTIO est duplex, absoluta, & conditionalis. Coactio absoluta est, cui resisti non potest, ut cum quis violenter trahitur ad aliquid faciendum, quo casu quis omnino excusatur. 50. distinctio. presbyteros. & 1. quæst. 1. constat. Coactio conditionalis est, quæ metu cruciatus, vel aliquid graue minatur, quæ si excusat à tanto, non tamen à toto. c. sacris. de his quæ vi metusve caus. fiunt. in gloss. verbi [attenuet.] secundum Gos. in Sum. eod. tit. & etiam in c. cum dilecti eod. tit. vide Bart. B. ix. in gl. verbi [inuita.] dist. 5. ad eius verò vbi bene distinguit. E. coacta voluntas etiam voluntas est. 15 q. 1. merito. ff. quod met. caus. l. si mulier. §. si metu.

COALERE est cohærere, & quemadmodum Vlp. ait, [vnitatem facere.] l. non amplius. de dam. inf. aliquando est conerescere. l. per omnes. C. de defen. eiu.

COALLVERE est per alluionem aliquid augere. Pomponius libro 41. tit. de Acquir. rer. do. l. ergo. Paulatim aliquid coalluendo locum eminentem supra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Nebr.

COARCTARE, id est, restringere, ut exponunt Host. & Arch. de Rescript. disp. in princip. lib. 6. habetur hæc dictio extra. de immun. eccl. c. 1. in fin. & de offic. de leg. consuluit

COCCVM non continetur appellatione purpuræ. leg. si cui. de Leg. 3. A cocco soccin. vnde cocceina vestimenta

vestimenta, id est, cocco frutice infecta, de quo apud Plinium & Dioscoridem est.

**Coccyum** est granum quod in quifquilia inuenitur frutice. [grana] Hispani appellant, vnde purpura adulteratur. Plin. lib. 9. [Coccyum Galliarum rubens granum aut circa Americam Hispaniam in laude est.] Idem lib. 16. [Quecus dotes illex solo pronocat cocco. Granum hoc, primoque acu scapus fruticis paruz aquifeliz illicis cusculum vocant, pensionem alteram tribui pauperibus Hispanie donat. [Ulpian. lib. 32. Dig. qui est de Legatis tertius, l. si cui.] Purpura, inquit, & coccum, quia nihil natui coloris sunt, contineri arbitror. [quod Accursius exponens nescio quas nugas affert: [coccum, inquit, bis tinctum in constructione tabernaculi erat quidam pannus fericeus duorum colorum, ] & videtur extra viridis, & intra ruber. Ant. Nebr.

**Cocus** venit appellatione artificis, quia cocum esse, est ars. l. si quis venditor. §. 1. & 2 ff. de Edil. edict. Imo cocus Imperatoris habet dignitatem, ad quod Bald. allegat text. in l. 1. quis cocorem. in Vrbibus feud. hzc Lud. de Rom. in sing. suis.

**CODEX**, est quilibet liber, qui continet in se diuersos libros partiales, & hoc generaliter. Sed proprie est liber, qui continet diuersa precepta Imperatorum. Vnde ante tempus Iustiniani erant tres Codices, scilicet Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus, & multe constitutiones extra illos diuulgantes. Videtur ergo Iustinianus tantam legum multitudinem, de istis tribus Codicibus extraxantibus, fecit

fieri vnum Codicem, quem suo felici nomine nuncupauit Codicem Iustiniani.

**CODICILLI** dicuntur Codices parui, id est, libelli, in quibus cum aliquis impeditur aliqua necessitate, ne faciat testamentum de rebus suis, disponit in vicinia voluntate, secundum Azon. in Sum. C. de Codicillis. In hoc autem differunt a testamento. In Codicillis hereditas neque dari, neque adimi potest directe, ne confundatur ius testamentorum & codicillorum. Nec in eis potest exhereditatio scribi, nec conditio heredi instituto potest adici, nec substitui in eis directe potest, sed per fideicommissum in eis hereditas directe relinquatur, vt Inst. eod. §. codicillis. & §. directo. & plura alia que not. Azo. & Hostiens. in Sum. rit. de Testam. & Spec. tit. de Instr. edi. §. viso.

**CODICILLVS** est scriptura vel littera, in qua testator voluntatem figurat suam, nulla indigens solemnitate, sed sola testatoris voluntate, qualicunque scripturae significatione expressa, cuius beneficio subuenitur voluntatis defunctorum propter deficientem solemnitatem verborum legalium, vel certe propter necessitatem adhibendorum solemnium quia minor est numerus testium, &c. vt ex modernis doct. Gul. de Can. tenet eum gl. in ff. C. de eod. hzc Bal. de Peru. in quodam cof.

**COELEBS** dicitur ille, qui non vult contrahere matrimonium & hic secundum Azon. forte orbis dicebatur, quia sine matrimonio & sine liberis erat: & illi olim non poterant causa mortis donare, quod hodie per leges corrigunt, vt patet C. de Infirmis

pœnis cœlibatus & orbitatis. dicitur autem cœlebs, quasi cœlo beatus, quia talis est secundum Isidor. qualia sunt lumina cœlo quæ absque connubiis sunt.

**COELIBATUS** venit inde, & est status vel modus permanendi, seu viuendi sine coniugio: unde, prout dicunt Theologi, cœlibatus Ioannis, id est, uirginitas, vel castitas, non præferebatur coniugio Abrahæ.

**COELIACI** dicuntur fluxu ventris laborantes, qui à Latinis aluini dicuntur: nam *αλινα* Græcè, Latine interpretatur aluus. consistit autem morbus ille in ventriculi porta, quæ à Græcis *πυλωσις* dicitur, ex Cornelio Celso lib. 4. Iurisconsultus in tit. de *Ædil. edict.*

**COELICOLAE** dicuntur, qui cœlum, vel planetas cœli, id est, Solem & Lunam, & stellas quasi Deum colunt, ut C. de Iudz. & cœlic. l. cœlicolarum. & quasi per totum tit.

**COELVM**, id est, cœlestis altitudo imperij, vel expone aliter, ut notat. C. de Sum. Trinit. l. ult. in princ. super verb. (cœlum), Vel cœlum, id est, vniuersalis Ecclesia, Extra de Maior & obed c. solita. Vel cœlum, id est, aër, ff. de Vsufruct. l. æquissimum.

**COEMITERIVM** interpretatur dormitorium, distinctum à *κοιμητήριον*, quod est dormio, non cimiterium, quemadmodum vulgus nunc loquitur: conditoria uero siue sepulera mortuorum in nostra religione dicuntur cœmiteria, id est, dormitoria, quoniam propter spem resurrectionis, mortuos consuevit dormientes appellare, & eosdem dormire in domino. Nebr.

**COEMITERIVM**, locus ubi mortuo-

rum corpora conduntur.

**COEMPTIO** dicebatur, cum vir & & uxor se inuicem emerent, unde matrimonium per coemptionem. Seru. in illud V. sig. 1. Geor.

*Tæque sibi generum Thetis emat omnibus undis.*

quod ait emat, inquit, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus & uxor inuicem emebant: sicut habemus in iure. vide Uxor. Horom.

**COENACVLVM**, inquit Vallæ, et si formam diminutiuui habet, diminutiuum non est, neque est locus, in quo cœnatur tantum, sed superior domus contignatio. Festus, [cœnacula dicuntur ad quæ scalis ascenditur.] Liuius lib. 39. ab urbe condita, [cœnaculum super ædes datum est, scalis ferentibus.] Paulus lib. 44. Dig. tit. uti possid. l. si duo. [Sed si supra ædes quas possideo, cœnaculum sit.] & ibid. sæpius. Item in tit. de iis, qui eiec. aut effudi. sæpissime. Nebr.

**COENACVLVM** præter vulgatam significationem, de qua supra in verbo cœnaculum, appellantur loca superiora domorum, ad quæ scalis aut cœchleis ascenditur, cœnacula antiquitus incolabant tenuiores & inquilini: hinc.

**COENACVLARIAM** exercere in l. si uerò. de iis qui deiec. hoc est, domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locare, & [Cœnacularius cœnaculorum locator. Item cœnacularium, pensio quæ soluitur pro conducto cœnaculo.]

**COENOBIVM** *κοινοβιον*, unde dicitur, & quamobrem sic appellentur monasteria, docet Iust. Nouel. CXXIII. de Ecclesiast. diuers. 5. *εἰς κληρ.* vide cœnobium.

**COERCERE**, tum de pecuniaria, tum de corporali pœna vsurpatur: nã & coërcere pignorbis dicitur in l. 4. §. 1. ff. de damn. infect. Cicer. 3. de Legibus [Magistratus ciuem nec obedientem multa, vinculis verberibusque coërcendo.] Sic in l. 6. ff. de Pœn. l. nemo 70. ff. de Reg. iur. l. 2. in fin. ff. de Pub. iudic. Hinc Coërcitio, animaduersio in facinorosos, que duplex est, grauis & modica. Grauis est veluti cū gladio, aut metalli pœna, aut deportatione, aut verberibus animaduertitur: quæ etiam capitalis dicitur, l. noxis, 200. de Verb. signif. ff. Modica est, veluti vt quis in carcerem ducatur, aut virgis cedatur. l. 2. ff. de In ius voc. l. vlt. ff. de Offic. eius cui mand. l. si quid. de Offic. procons. Hotom.

**COERRARE**, Paul. in l. 3. §. 3. ff. de Offic. pœf. vig. vsurpat, pro oberrare, &, vt opinor, cum aliquo comitatu. Sciendum est, inquit, Præfectum vigilam per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis, & dolabris.

**COESTIMARE**, simul æstimare apud Celsum. l. 67. §. 1. ff. de Furt.

**COETANFI** sunt homines paris ætatis, secundum Isid.

**CORTVS**, vide Cetus.

**COGERE** exponitur, id est, congregare. ff. vi bon. rap. l. 2. in princ. & §. dolo.

**COGNATIONIS** nomen, ait Paulus, à Græca voce dictum videtur. συγγενής enim illi vocant, quos nos cognatos appellamus. Agnati sunt per patrem, cognati ex eadem familia: qui autem per feminas cōiunguntur, cognati tantum nominantur. Inter cognatos igitur, & agnatos hoc inter-

est, quod inter genus & speciem nam qui est agnatus, & cognatus est, non vtrique autem qui cognatus est, & agnatus est, l. 10. §. 1. ff. de Grad. & affin.

**COGNATI**, ait Modestinus, ab eo dici putantur, quod quasi vnã communitérve nati, vel ab eodem orti progenitiue sunt. l. 4. §. 1. ff. de Grad. & affin.

**COGNATI**, inquit Vlpia, appellati sunt quasi ex vno nati, aut vt Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint. l. 1. ff. Vnde cognati. Hotom.

**COGNATIO** legalis secundum Host. eod. tit. est quædam proximitas proueniens ex adoptione vel arrogatione: vt not. in Rub. de eo. Leg.

**COGNATIO** spiritualis est propinquitatis vel attinentia quæ prouenit ex sacramenti datione, vel ad sacramentum recipiendum attestatione vel attentione, vnde ex cognatione spirituali, quæ in baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur. Prima filiatio inter sacerdotem baptizantem & baptizatū. Secunda compaternitas inter sacerdotem & patrem baptizati. Tertia, cōmaternitas inter eundem & matrem baptizati. Quarta, inter filios sacerdotis & baptizatū, sc. fraternitas 30. q. 1. omnes. & q. 3. ita diligere. Quinta, filiatio inter baptizatū & suscipiētem de baptismo. Sexta, filiatio inter eundem & uxorem suscipiētis. Septima, fraternitas inter baptizatum & filios suscipiētis. Octaua, compaternitas inter suscipiētem & patrem suscepti. Nona, maternitas inter eundem & matrem pueri. 30. q. 3. per tot.

**COGNOMEN** dicitur à cognatione ff. de Lib. & posthum. l. 1. & Inst. de Leg. §. si quis in nomine. & C. de Testam. l. si in nomine.

**COGNOMINA** debent poni, quando ex nominibus propriis resultat incertitudo. Bart. in Const. 1. ff. ver. [quæro nunquid sit necesse.]

**COGNOSCERE** instrumenta, est ea relegere & recognoscere.

**COHORS**, i. societas ff. ad leg. Jul. repet. l. 1. de Offic. præf. vig. l. 3 in prin.

**COHORTALIS**, est apparitor qui obnoxius est cohorti. l. si cohortalis. C. cod. tit. lib. 12.

**COERTVS**, tam in bonam quam in malam partem accipitur, vt coire societatem, & coire, id est, conspirare. l. 2. de coeuss.

**COIRE**, conuentus est, siue congregatio, à coëundo dictus. Virg. 1. Æneid.

*-Et cæm cinxere polum.*

Vnde in Decret. dist. 15. Qui cætum fecerit, vt inquit Seneca in declamationibus capitale est, i. dignus morte. Nebr.

**COLLECTANEVS** dicitur, qui eisdem mammis nutritus est.

**COLLATERALES** dicuntur, qui se attingunt vel sibi attinent transfuersaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam ascendentem vel descendentem, vt consanguinei vel consimiles. Dicuntur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter quasi lateribus considerantes.

**COLLATIO** secundum Azonem in Sum. Cod. de Col. est ius quo res quædam non hæreditaria sit hæreditaria, i. redigitur in commune. Et dicitur collatio quasi in commune latio. Nam quod erat proprium, dicitur ibi medium: & confertur. i. communioni subicitur. Vel est confusio siue conuolutio rerum conferentis in res communes seu cum rebus com-

munibus diuidendis, vt notatur in l. si soror. C. de Collationibus.

**COLLATIO** instrumentorum est: quando duo instrumenta inspicuntur & examinantur simul, vtrum in vno ita sit sicut in altero, vel vt videatur per modum & formam scripturæ effectus eius.

**COLLATORES** dicuntur à conferendo, quia conferunt in fiscum, siue ordinaria sit collatio, siue extraordinaria.

**COLLECTARIJ**, appellantur campfores. leg. quisquis. Cod. si cert. pet. secundum Alciat. lib 4 disp. cap. 22.

**COLLECTIVA** dictio dicitur, quæ significat collectiue ex sua impositione, quandoque etiam ex significato sumpto aliunde ex quauis alia materia subiecta significationi. Verbi gratia ibi [omnes ferunt lapidem] vel [trabem] significat collectiue. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Sed ibi, [omnes student auaritiæ,] significat distributiue. Ratio, quia in primo exemplo ex vnitæte lapidis sumitur significatum verbi: sed in secundo exemplo sensus est, quod quilibet homo studet auaritiæ.

**COLLEGA**, secundum Isidorum, dicitur à colligatione societatis vel complexu amicitia, & est idem quod sodalis in officio alterius paræ potestatis.

**COLLEGARIVS** etiam est vnus ex talibus sociis.

**COLLEGIATI** dicuntur qui sunt de aliquo corpore, id est, congregatione vel artificio hominum, velati pistorum, fabricorum, monachorum, & quorundam aliorum collegium habentium.

**COLLEGIVM**, vt scribit Neratius Priscus. tit. de Verborum significatione, l. Negatius. à tribus fieri potest

- potest, quam plures videantur in collegio contineri. Sed cum duo tantum sint consules, atque alter alterum collegam appellat, nonne dicemus collegiam consulum? quando quidem collega & collegium coniugata sunt. Num Pompilius instituit collegium tibicinum, artificum, architectorum, tinctorum, coriarios, fabrorum & figulorum. Erit itaque collegium illorum, qui sunt eiusdem ordinis & professionis: ut Papinian. lib. 22. tit. de excusationibus. l. qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur. Item lib. 42. Dig. de collegiis illicitis saepe.
- COLLEGIUM**, est congregatio, quam ad minus tres facere possunt. Nam duo faciunt congregationem, collegium tres, populum decem, turbam viginti quinque, gregem quinque porci, vel debem oves, ut notat Bern. de Elect. cap. 1. in gl.
- COLLES** intelliguntur homines inferioris vitz. C. de Sum. Trin. leg. finali, in princip. super verbo [collis]
- COLLISVM** argentum quid sit, vide ff. de aur. & argent. leg. l. quintus. 2. §. cum autem.
- COLLOBIVM**, est toga vel vestis sine manicis.
- COLLVCTATIO** fit dum aliqui simul luctantur pugnis vel calcibus: vel verius quando pugnant non stant certo loco. ff. ad Leg. Aquil. leg. qua actione. §. si quis in colluctatione in gl.
- COLLVDERE**, in fraudem tertij est convenire. Unde est collusio dictum, quod simul ludant, id est, illudant tertiam: quod in libris Dig. saepe legitur. Est præterea titulus de collusione detegenda. Nebris.
- COLLVSIO**, secundum Bernardum in gl. in c. audiimus. de Collusione detegenda. & c. cum Clerici. de Centit. est inter actorem & reum latens & fraudulenta conventio, per quam alter in iudicio superari se permittit.
- COLLYRIVM**, est vnguentum ad oculos. Inst. de Rerum diuis. §. cum ex aliena.
- COLONARIA** conditio. C. tit. 52. l. 3. Colonarium ius quale. Nouell. 7. in præfatione. §. 1.
- COLONARIVM** ius & Emphyteusis differunt. C. tit. 2. l. 24. §. 1.
- COLONATVS** perpetuus, l. l. C. tit. 25. leg. 1.
- COLONIA** ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est, metropoli. quandoque agrum colono locatum significat. leg. si in lege. ff. Locat.
- COLONVS**, est qui prædium habet agri colendi causa. Differt autem colonus ab inquilino, quia hic in rure, ille autem in ciuitate moratur, habet plures species agriculturam, secundum Azo. quia alij vocantur coloni conditionales, alij coloni inquilini, alij originarij, alij coloni simpliciter nuncupati, & c. de quibus infra patebit. Pro differentia coloni ab usufructuario, vide in gl. Inst. de Rerum diuis. §. is vero.
- COLONVS** simpliciter secundum Ioanem dicitur qui sub certa annua mercede in pecunia numerata, prædia colenda accipit. Nam secundum eam non esset locatio sine pecunia. ff. Deposit. l. 1. §. si quis seruum.
- COLONI** [conditionales] dicuntur, quasi ex sua conditione prædium vel agrum colere debentes, & secundum Ioannem. sic constituuntur, quod primo in scriptis, vel sine scriptis perpetuo in iure colo



colonos se esse in fundo promittunt, vt postea per viginti annos in fundo permaneant. Et licet quidam putent hos esse adscriptitios conditionales, tamen secundum Ioannem male putant, quia colonus temporis transcurso potest liberari, adscriptitius verò minimè, vt Cod. de Agric. & cens. l. cum scimus. lib. 11. require supra Adscriptitius.

COLONI dominici dicebantur, qui colebant agros Imperatoris, vt Cod. de Præd. & omnibus rebus, lib. 11.

COLONI Illyrici, aliàs, & meliùs, Illyriciani de Illyrico, id est, de Sclauonia dicuntur, & habetur in lege cum quærebatur. Cod. vnde vi. vbi dicitur inter Illyricianam aduocationem. gloss. inter Aduocatos de Illyrico. Cod. de Col. Illyric. lib. 11.

COLONVS inquilinus, licet secundum quosdam inter colonos conditionales & inquilinos nulla sit differentia, pro quibus videtur facere lege definimus. Codice de Agric. & Censit. lib. 11. tamen secundum Ioannem hæc est differentia, quia inquilinus minus adstrictus est quam colonus conditionalis, vnde inquilinus bene potest in alia parte cuiuslibet suburbij demum conducere & inhabitare, sed conditionalis colonus non audet cum sua familia recedere à fundo quem colit, nec alibi habitare.

COLONVS originarius, secundum Ioannem dicitur, coloni conditionarij filius, ex eo quòd originariter conditioni colonariæ subiectus est, nec refert secundum Ioannem, siue in solo fuerit natus, siue extra solum, quia tanquam originarius ad terram illam reducendus est, quam pater

Voc. Iur.

ter suscepit colendam

COLONI [Palatini,] habetur de colon. Palatin. l. vnic. lib. 11.

COLONI [Palæstini,] sunt de Palæstina prouincia dicti.

COLONI [partiarij] dicuntur illi, qui terram colunt pro communi damno & commodo. Et competit contra eos actio pro socio.

COLONVS [ad nummum conductus,] est ille qui statim cum fructus fuerint à solo separati, vt usufructuarius intelligitur, secundum Ioannem, ff. de Furtis. leg. si apes.

COLONVS [superficiarius] est, qui aream conducit ea conditione, vt sibi liceat in ea ædificare, & domum tollere cum voluerit.

COLOR pro prætextu lege 2. de inofficioso testamento, vnde color quæsitus in l. sed Iulia ff. ad Macedonian. cum id quod verè agimus, simulatione aliqua obtegimus.

COLORATA donatio, libro 4. Cod. tit. 35. leg. 23. in principio.

Coloratum Sacramentum lib. 6. Cod. tit. 40. leg. 2. circa med. [Ne ex necessitate legis, & colorato Sacramento periurium committatur.]

COLUM [niuarium,] instrumentum erat ad percolandum aquam siue vinum ex niuibus, eratque colum illud ex viminibus, vt apud Virg. lib. 2. Georgic.

*Tu spisso vimine qualos,  
Colaque pralorum fumosis deripe  
tectis.*

Aut ex sacro cilicino, siue lineo, vt Martialis in disticho cuius index est, Saccus niuaris.

*Attenuare ciues norunt & lintea  
nostra.*

*Frigidior celo non ſalis vnda tuo.*

Aut erat ex argento, vt Pompon. de Auro & Argentio leg. I in argento. [In argento, inquit, potorio, vtrum id dumtaxat fit in quo bibi poſſit, an etiam id quod ad preparationem bibendi comparatum eſt: veluti colum niuatum, & vrceoli.] pro quo mendose legitur [columnarium,] nihili verbum. Ex Marziale poeta, in diſticho, cuius titulus eſt. Colam niuatum.

*Satinos moneo noſtra niue frange  
orientes.*

Sed de hoc in obſervationibus noſtris plura. Ant Nebr.

**C O L U M B A R V M** oſculum vocant Graeci *καταλάττισμα*, *ὁταν ἀνὴρ ἐν κρείσσῃ ἢ πνευματικῇ γλώττιαν αὐτῷ τῷ ἢ πνευματικῇ ἐμβάλλῃ σῶματι.* Vide D. Auguſt 21. de Ciuit. Dei cap. 11. & l. Si à ſponſo, 16. C. de Donat. ante nuptias.

**COMES**, cūm ſit nomen ad aliquid dictum, referaturque ad ducem, quod vtrumque eſt nomen honoris, aliquando tamen dicitur abſolutè, vt apud Horat. in 1. Sermonum.

*Hospitio medico rhetor comes Heliodorus.*

Comitatus verò dignitas multiplex fuit, pura comes conſistorij, comes largitionum, comes ſacri palatij comes rerum priuatarum, comes prouinciæ, comes orientis, comes ſcholarum, de quibus cūm aliis in locis, tum in C. Iuſtiniani multa leges. Nebr.

**COMES**, qui comitatur & ſequitur, 1.

itemque. §. comitem de Iniur.

**COMES** domorum, Iuſtiniano eſt præfectus domesticorū principis.

**COMES** [horreorum,] de quo in poſterioribus libris C. curator erat piſtrini Principis, qui habebat mancipia quædam purgatis horreis, coquendoque pani Principis adſcripta.

**COMES** [orientis,] ſecundum Azon. in Sum. eod. tit. forte erat procurator rerum Cæſaris quas habebat in oriente.

**COMES** [Palatinus] dicitur qui curam gerebat præcipuam, vt niſſorum notariorum & iudicum negligentiam argueret, & à prouincialibus tributa exigeret, & conſuetæ depoſceret, ita quòd non in prouincialibus, ſed præcipuè iuſſus eſt vt iudicibus, & eorum Officialibus præceptor immineret & ſuperſeſſet. C. de Offic. comi. ſacrarum largitionum & de Offic. rect. prouin.

**COMES** [rerum priuatarum,] ſecundum Azonem, erat forte procurator Cæſaris in priuatis rebus. Alij dicunt quòd privati commodi & fiſcalium rerum habuit adminiſtrationem, vt eas conſeruaret, & in eis negotiaretur.

**COMES** [ſacrarum largitionum] ſecundum Azonem, erat ille per quem principes ſua ſtipendia largiebantur: & hic forte erat procurator Reipublicæ, qui Græcè *λογιſτης* nuncupatur. Alij dicunt quòd per hunc Imperator liberalitatem ſuam & magnificentiam exercebat, & largitudinem agebat.

**COMES** [ſacri patrimonij] erat qui Imperatoris procurabat patrimonium, qui in hoc differt à comite rerum priuatarum, quia hic tenet cuſtodiam rerum priuatarum, & exercet negotiationem

nem circa mobilia, scilicet, ille patrimonium & immobilia procurat. & hæc differentia sumitur ex verbis, C. de offic. com. rer. priuat. & de Offic. proconf. Cæsar. l. i.

**COMITES** [ consistoriani ] sunt illi qui steterunt in principis consistorio, qui dici meruerunt etiam spectabiles, & pro consulibus comparantur. C. de Comi. consist. lib. 12. l. 2. Vel consistoriani dicebantur, qui præerant castris principis ordinandis, & erant plures, & eligebantur decani de consistorianis & ministerianis, ut eodem titulo præalleg. Alio modo consistoriani dicebantur castrensium, & apud nos hodie castrellani vocantur, licet apud alios vocentur omnes, quibus prouisum est de certis redditibus, ut in castro aliquo pro defensione & custodia commorentur. de Com. rer. milit. & qui prouincias regunt, &c. vide C. de comit. rei milit. lib. 12. cum suis tit.

**COMITES** [ iudicum ] qui intelligendi. in l. in comites. 5. ad leg. Iul. repetund. explicat ibi eleganter Bad. sunt assessores.

**COMITES** [ scholarum, ] ut tradit Hegendor. dicuntur comites locorum in quibus tyrones ad operam bellicam exercentur, qui & tribunt scholarum appellantur.

**COMESOR**, vel comesor, idem est quod gulofus.

**COMITATVS** propriè de Imperatoria aula dicitur: hodie & territorium appellatur, cuius rei rationes affert Alciat. in l. pupillus. de Verb. signif.

**COMITATENSES** [ milites, ] dicuntur milites stipendiarij, à comitatu dicti, quia militant non solum in comitatu. Sed secundùm Alciat. dicuntur Palatini omnes

qui eunti Imperatori assistunt.

**COMITIA** dicebantur apud Romanos, conuentus populi: dicta à cœuendo, hoc est, conueniendo in vnum locum ad suffragia ferenda, aut aliquid aliud faciendum. Fuerunt autem comitia calata quæ rursus in centuriata & curiata diuidebantur, quemadmodum supra diximus, in verbo calata comitia. Neb.

**COMITIVM** locus, in quem populus suffragiorum causa cõueniebat, inde calata comitia dicta, quod populus vocatus ad ferenda suffragia, eò se conferebat.

**COMMAGENAM** Pompon. in l. 21. §. 1. ff. de Aur. arg. numerat inter ea vnguenta quæ valetudinis causa parata sint. Plin. lib. 10. cap. 22. & lib. 29. cap. 4. Ex Comagena Syriæ parte nomen sumfisse, fierique ex adipe anserino in vase æreo cum cinnamo multa niue obruto ac rigore gelido macerato. **COMAGENA** tamen ea regio dicitur à Plinio, Ptolemæo, & reliquis. Hottoman.

**COMMATA**, id est, aggeres. ff. de extraordin. crimin. l. pen. §. pen. & ibi not. sed scribi debet per ch.

**COMMEATVS**, duo significat, nam omnia quæ ad victum publicum pertinent, commeatus nomine continentur. Sallustius Carilina [ commeatus abundè, municipia atque colonie patebunt. ] Est præterea commeatus, facultas quæ datur militi abeunti ex exercitu ad præscriptum tempus. Festus, commeare, inquit, est vitro citroque ire: vnde commeatus dicitur tempus quo ire & redire quis possit. Liuus lib. 21. ab vrbe condita, de Hannibale milites suos post expugnatam Saguntam alloquente, [ Si quis, inquit,

- quit, vestrū suos visere vult, [commeatum do.] Idem lib. 22. [Magna pars militum sine commeatibus dilabebatur.] Marcell. l. 48. Dig. tit. de pœnis. l. relegati. [commeatum, inquit, remeatumve dare.] Itē de re militari, l. 1. & l. desertorem. Item ad municip. l. quoties. & l. Titius.
- COMMEATALIS** miles dicitur, qui in stipendij partem accipit alimenta ex comeatu, id est, ex alimento publico nam (quemadmodū diximus) comeatus in priori significatione accipitur pro cibariis, atq; alimētis exercitus. Iustinianus in tit. de offic. præfect. prætorio Africae. l. quas gratias. [Nullum audeant duces vel tribuni commeatalē de ipsis dimittere, nedum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquunt prouincias:] & paulo post, [Non de commeatibus militum, aut de eorum stipendiis lucrum facere.]
- COMMEATVS** est, quod vulgò dicitur [saluus conductus,] i. transitus, a commeando descendens.
- COMMEATVS** etiam dicuntur quæcumque ad publicum victum pertinent.
- COMMENDA**, est custodia ecclesiæ alicui commissa. cap. nemo deinceps. de Election. lib. 6. vbi gl in verb. commendare.
- COMMENDARE** est deponere. ff. de Verb. signific. l. commendare. Etiam capitur pro laudare, vt in gl. præalleg. d. c. nemo.
- COMMENDATARIVS** dicitur nudus minister, vt patet in leg. Lucius, ff. deposit.
- COMMENDATIIVÆ** litteræ, sunt dimissoriæ, quibus clericus dimittitur & absoluitur a potestate sui episcopi, in quibus perhibetur de vna & ordinibus illius testimonium.
- COMMENDO**, est verbum importabile fideicommissum. Barc. in l. fideicommissa. § si ita ff. de legat. 3.
- COMMENTARIENSIS** ab Alconio Petiano is dicitur, qui præstet commentariis, id est, libris & rationibus publicis. Hier in 2. Reg. c. 8. [Iosaphat autem præerat à commentariis.] Paul. l. 46. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quoties. [Ea, inquit, manu commentariensis annotanda sunt.] Neque dictus est quia acta ei committuntur, vt ait Accurs. Aliàs pro carceris custode accipitur, vt C. de Custod. reorum. l. ad commentariensem.
- COMMENTARIENSIS** dicitur custos in carcere positorum. & Cod. de cust. reor. l. ad commentariens. aliàs ponitur pro eo cui commissa sunt acta, l. in fraudem. de iure fisci.
- COMMENTARIVS**, seu [commentarium,] liber est quem sibi quisque priuatim conficit, in quo capita tantum & summa rerum, de quibus agimus, memoriæ causa annotari solent. Huiusmodi libellos sibi conscripsisse Romanos Principes obseruauit diligentissimus Bud. in leg. abesse Ex quib. caus. maio.
- COMMENTVM** significat deceptionem vel occultum seu malitiosum tractatum. de restitut. in integ. c. 1. lib. 6.
- COMMENTVM**, ti, est fictio, ab eo quod est comminisor, comminisceris. Terentius in And.

*Ipsis commentum placet.*

Virgil. in 2. Æneid.

*Timidi commenta retexit  
Naupliades animi.*

Papin. lib. 48. l. miles. ff. 5. 3. de adulteris. [ Socr cum norum adulterij accusaturum se libellis præfidi datis testatus fuisset, maluit ab accusatione desistere, & lucrum ex dote magis petere quæritur, an eiusmodi commentum eius admitti existimes? ] Accursius pro commero, [ commearum ] legit. Item Marcell. lib. 49. Digest. tit. de iure fisci. l. res quæ. [ Dignum fuisset puniri pro tam turpi, tamque inuidioso commento. ] hinc Accursius pro voluntate inspecta exponit. Item Vlpian. titulo de rebus eorum. l. quamuis. [ Tam callidam commentum in exemplum coercere debeat. ]

COMMENTITIVUM ius, id est, novum & recens introductum, quod recentiores ius positivum vocant. l. si pœna. de pœnis.

COMMERCIVM secundum Isid. li. 5. est derivatum à mercibus, quæ res venales nuncupamus. & est commercium quasi commutatio mercium. Etiam dicitur copula, dicendo, carnale commercium.

COMMERCIVM, inquit Vlpian. Instit. c. 19. est emendi vendique inuicem ius, id est, rerum legitimo aliquo modo acquirendarum, vt l. 5. ff. de Iust. & iure. Hinc,

COMMERCIVM earum rerum non esse dicitur, quarum acquiri dominium non potest. l. 9. & 34. omnium ff. de Cont. empt. l. 1. § 1. ff. Quæ res pig. l. ult. ff. de Act. emp. quales sunt sacræ sanctæ, religiose, publicæ. Hinc,

COMMERCIVM certæ rei non habere dicitur, cui non licet eam rem sibi acquirere l. multum inter. ff. de Verb. oblig. §. 1. de Inuicil. stipul. Horoman.

COMMILITIVM societas militiæ, quam inter se commilitones habent. Tryphon l. 19. ff. de Castr. pecul. [ De hæreditate ab agnato commilitone data, Scævola non ster dubitabat: quia potuit & ante notus & amicus dare: potuit & non dare, nisi commilitum caritate auxisset: nobis ita videtur, si ante commilitum factum sit testamentum non esse peculij castrensium eam hæreditatem. ] Hor.

COMINATIONES, sunt minæ per iudicem impositæ, nec tamen habent auctoritatem rei iudicatæ, secundum Azo.

COMMIVS, id est, statim, vel ad minus. ff. de pig. act. l. si qua. & de rei vend. l. fin. à bonæ fidei. & de Verb. obl. l. continuus Aliquando comminus exponitur, i. tota ea die: C. de fr. & lit. exp. l. terminato. & ibi not. vel comminus, id est, presentialiter. C. de legib. l. si imperialis. in prin.

COMMISSORIA lex, vide [ lex commissoria ]

COMMISSVM, delictum non soluti vestigalis. l. Imper. de publica.

COMMISSA dicuntur, inquit Asconius, quæ contra testatoris voluntatem facta, ab hærede multa aliqua & pœna pleantur. Hinc,

COMMISSA hæreditas ea dicitur, in qua id commissum est, quamobrem alteri debeat. Iustus hæres fuerat in foro statuas ponere: Nisi poneret Veneri Eryciæ, multatus est mortuo testatore non posuit: commissæ multa dicitur & hæreditas, quoniam id commissum est, quamobrem ei auferatur.

COMMISSA dicuntur in iure, & in commissum cadere, quæ fisco propterea debentur, quia quid factum, aut non factum est. Ve-

Iuti si quis apud Publicanos professus non est. l. ult. de Publ. Vlp. l. commissæ 14. eod. Quod commissum est, inquit, statim desinit eius esse, qui crimen contraxit, dominiumque rei vestigali acquiritur. Hinc,

COMMISSA pœna dicitur, quæ debetur. l. 4. §. Cato. & l. seq. ff. de Verb. oblig. Item sub tit. de Recep. arb.

COMMISSA stipulatio, cum id quod per eam promissum est debetur, passim sub tit. de Verbor. oblig. & commissæ obligatio, l. 1. §. ult. ff. de stipul. seruo. & Commissa deuotio capitis à Cic. pro domo sua, cum se reum fateretur, & caput douotum deberet. Horom.

COMMITTERE inter alia significat etiam pugnam conferere: vt apud Lucan. in 1.

*Exiguum dominos commisit azy-  
lum.*

Et Martialis,

*Victores committe Venus.*

Iurisc. lib. 9. Dig. tit. si quadruples pauperiem. l. 1. [Cum arietes, inquit, & boves commississent, & alter alterum occiderit,] subaudiendum est enim pugnam. Nebr.

COMMITTERE modo significat delinquere, aliàs ad contentionem & concertationem exhibere, vt in l. qua actio. ad l. Aquil. interdum quod vulgò [confiscare] dicunt, l. debitor. de Neg. gest. accipitur, & pro irritare ad pugnam, leg. 1. §. cum arietes. si quadrupes paup. fec. di. Sæpe pro concedere seu tradere, vt in l. 1. de Offic. præfect. vrb.

COMMODARE, est rem ad vsum alicuius quamdiu velit concedere,

COMMODATARIUS est ille, cui res aliqua datur vtenda, videlicet ipsum commodatum.

COMMODATI actio, require supra [actio commodati.]

COMMODATVM, est alicuius certæ rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta cõcessio. Adde quod ad certum tempus tacitū, vel expressum, sec. 10. And. in c. vnic. de Commo. & differt à precario, per vsum specialem, item quia precarium potest reuocari, sed commodatum non potest reuocari, nisi expleto vso ad quem datur.

COMMODATVM alienatio non est, oportet enim illud restituere. 4. C. tit. 23. l. 2. Est contractus bonæ fidei. eod. tit. l. 2. Horom.

COMMODATI & vtendum dati differetia traditur, 13. ff. tit. 6. l. 1. §. 1.

COMMODOVM secundum Isid. lib. 5. Ety. est illud quod est nostri iuris, & etiam ad alios temporaliter translatum est, cum modo temporis quandiu apud eos sit, vnde commodum dicitur etiam alio nomine commodatum.

COMMODOVM [cum erit] qualiter intelligantur hæc verba, traditur in l. nepos. de Ver. sig.

COMMONITORIVM, pro conuentione tacita & facta absque scriptura. l. vnic. C. de suffragiis.

COMMUNE pro Rep. vt vulgò dicitur [cõmunitas.] Ouid. 12. Metam.

*Gentisque simul commune Pel-  
lasga.*

Horat. 2. Carm

*Prinatus illis census erat mag-  
num commune.*

Cic. 3. in Verrem. Quomodo iste cõmune Miliadum vexauit. Scæu. lib. 46. tit. de Appellat. l. Imp. Alexander, communi, &c.

**COMMUNI** diuidendo secundum Istorum, libro 5. est inter eos quibus res communis est. require supra, [actio communi diuidendo.]

**COMMVNIA** dicuntur, quæ cum sint in vfu omnium animantium occupantibus conceduntur, vt lapilli, &c. Institut. de Res. diuis. in gl. supra §. litorum & quomodo differat commune à publico quare ibidem.

**COMPARARE** & [emere] differant, vt not. in l. 1. §. penult. ff. de cont. empt. & vend. C. de Res. permut. & vide l. 1. ff. de pri. cred.

**COMPARATIVVS** capitur interdum pro positiuo: vt latius, id est, late, cap. auaricia. de Elect. lib. 6. sicut interdum positiuus capitur pro comparatiuo, vt in Psalm. 117. [Bonum est considerare in Domino, quam in homine. Bonum est sperare in Deo, &c.] ibi bonum, id est, melius.

**COMPASCVVS** ager, in quo vicinis communiter compascendi ius est. Scruola. l. pen. ff. si Seruit. vind. [Plures saltam communem, vt ius compascendi habeant, mercati sunt.] Et paulo post: [An pars illorum fundorum aliquid iuris secum huius compascui traxerit.]

**COMPEDITVS**, qui compedibus, quæ genus sunt vinculi, coërcetur. §. fin. Institut. de lege Aquil. Nebr.

**COMPENDIVM**, in via, est contractio quædam & breuitas, quam maxima esse potest, sicut è contrario, dispendium, via per ambages, Modestinus lib. 50. Dig. tit. de legationibus. l. 1. eundem. [Itineris, inquit, compendium suadeat.] Et per translationem, tit. de Admin. l. Titium. Verum compendium negotij, an vsuras præstare debeat, &c. Nebr.

**COMPENDIVM**, pro lucro & utilita-

te, siue pecuniar, siue temporis, siue opera, vel alterius rei. leg. Titium, de Admin. tit. ff. de legat. l. eundem plures. Inde & pro breuitate sumitur. lege Mænius, de leg. 2.

**COMPENDIOSA** [substitutio] dicitur, quia sub verborum compendio plura complectitur tempora, & quandoque plures substitutiones. Vide infra [Substitutio compendiosa.]

**COMPENSATIO**, secundum Azonem in Sum. eod. tit. est debiti & crediti ad inuicem, id est, ab vtraque parte inter contrahentes contributio. Dicitur enim quasi communis pensatio, vel est debiti ad debitum hinc inde facta deductio: vt debes tibi 40. tu mihi centum, dum peto à te centum tu deducis 40.

**COMPERNDINATIO**, & ampliatio sic differunt, quod in lege comperndinationis numerus actionum duarum præstitutus est. Ampliationis nullus est certus numerus. Præterea in ampliacione iudicari primò poterat, in comperndinatione non nisi post secundam actionem [Vide ampliatio.]

**COMPETENTER**, pro eo quod est mediocriter, & conuenienter, & competentia pro ipsa mediocritate & conuenientia Gellius libro 1. [Omnium membrorum inter se competentia.] Idem libro 13. [Plures simul ad eandem competentiam nasci non queunt.] Martianus. [Memoratum arbitror competentem quæ sine fastigia litterarum.] Iuri consulti, soluto matrimonio, leg. si cum patri & filia competentem consulari. Nebr.

**COMPETENTER**, not. gl. 24. q. 3. votum. & vide quod not. cap. quamquam. de Consul. lib. 6.

**COMPETERE** dicitur, cum ius est ad petendum illud quod petitur. not. in glossa, ff. de Damno infec. leg. damnium in principio Item competit exponitur, id est, conuenit, vt in Authent. de Æqualit. dot. §. his consequens.

**COMPETERE**, verbum est Iurisconsultis familiare, pro idoneum & aptum esse. Itaque,

**COMPETENS** iudex passim dicitur, cuiusde re controuersa vel iurisdicatio, vel iudicandi potestas est. l. pen. ff. de iur. om. iud. l. 2. ff. Si quis in ius vo. l. pen. ff. iud. sol. & ad differentiam iudicis dati dicitur. l. pen. ff. iud. sol. l. sed & ha. 35. ff. de Procur.

**COMPETENS** tribunal, apud quod ius fait de re cognosci. l. Sed & hæ ff. de Procur.

**COMPETENTES** vsuræ, leg. 1. Cod. si maior fact

**COMPETERE** actio dicitur, cum alicui proprie conuenit. l. qui habeat. §. Scripti ff. de Manum. test.

**COMPETERE** libertates quæ ex testamento debentur, l. 7. ff. de Petit. hæz l. 8. ff. de Inoffic. test.

**COMPETITORES**, qui in magistratibus, officiis & honoribus petendis concurrunt. leg. 3. §. penult. de Decurio.

**COMPILARE**, est facto impetu in quempiam grassari, quod proprie latronum est Horat. I. Seru. [Serui ne te compilent.] id est, te a dorti trucident Aliquando accipitur pro eo quod est aliorum scripta & inuenta furari, vt idem in eodem, [Ne Crispini serinea Iippi compilasse putes.] Macrob. libro I. Saturn. Possent pluribus edocere, quantum se mutuo compilarint bibliothecæ veteris auctores. Paulus libro 48. titulo ad leg. Iul. peculatus. leg. sacrilegi. Sunt, inquit, sacrilegi, qui publica

sacra compilauerint. N.

**COMPILARE** [leges,] ðue [componere,] est leges ab aliis scriptas in vnum volumen redigere: alias compilare est furari. l. sacrilegi ad l. Iul. pecul.

**COMPILATOR** secundum Isidorum libro 10. est ille qui aliena dicta suis permiscet. Et sic solent pigmentarij in pictura diuersa mixta confundere. Vnde illud Horat.

———— *Pictoribus atque poetis  
Quidlibet audendi semper fuit  
aqua potestas.*

Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam versus Homeri transferebat suis permiscuisset, & cum compilator veterum ab æmulis diceretur: ille respondit, [magnum esse virium clauam è manu Herculis extorquere.]

**COMPINGERE**, est res diuersas in vnum coagmentare, atque conglutinare. Vnde est illud Iob c. 10. Hieronym. interprete: [Ossibus & neruis compegisti me.] Celsus lib. 6. [Tenuissimis minutissimisque ossiculis caput compingeret.] Paul. lib. 46 Digest. de Sol. qui res. [Si nauem, inquit, eisdem tabulis compegerit.] Neb.

**COMPITA** dicuntur loca vbi plures viæ conueniunt simul, vt l. 2. q. 2. de Viro. in princ. ibi per abrupta itinera & compita.

**COMPLACITA** pactio quæ dicatur, vide l. Donatio. 25. C. de Donationibus.

**COMPLEXVS** vel [copulatio,] dicitur plurium in idem in vnitatem sermonis coniunctio. Et fit ab homine vel à lege. Ab homine fit tripliciter, vt l. triplici. ff. de Verborum signific. Nam aut est complexus



pletus vel copulatio nominum tantum, scilicet, verbis, quando vnum nomen sequitur aliud immediate cum copula, vel sine, verbi gratia: [Titio & Seio lege fundum pro æquis portionibus.] lege Re coniuncti. 1. Resp. ff. de leg. 3. ibi, isti non sunt re coniuncti, sed verbis tantum, quia vnum sequitur aliud immediate cum copula, & idem esset sine copula, quia tunc intelligitur. lege triplici præalleg. in §. videamus. Authent. secundum rem tantum, quando per rem tantum fit complexus, vt, [Titio lego fundum, & eundem fundum Mæzio lego.] lege præalleg. Re coniuncti. in princ. Aut tertio re & verbis, simul complectendo res & nomina, [vt Titio & Seio lego fundum Sempronij,] vbi Titius & Seius sunt coniuncti verbis, propter verbum complexum: & re, quia eadem re copulantur. Et sic testator censetur cuiuslibet in solidum legasse eam rem, vt §. si eadem res. Institut. de legat. Et ex complexu prædictis modis facto, habetur hæc differentia, quia ex complexu re tantum, vel re & verbis simul: si vnus coniunctorum deficit, vel quia repudiat, vel alias non admittitur in perpetuum, vel interim aliter in totum admittitur iure non decrescendi, leg. si separatum. ff. de cond. & demon. Nam non potest partem agnoscere & partem repudiare. leg. neminem. ff. de leg. 2. & lege vnica, §. sin autem ad deficientis personam. Codice de Cad. toll. & res in solidum cuique assignatur. dist. leg. vnica §. si verò. Sed in coniunctis verbis tantum, si vnus coniunctorum repudiat, vel alias deficit, aliter admittitur ad partem deficientis iure accrescendi, & cum

onere imposto, socio deficiente, vt lege planè. §. coniunctim. ff. de leg. 1. & lege vnica, §. ne autem hoc. de Caduc. tollendis. præalleg. Item si socius interim non admittitur scilicet, spes est quod admittatur, alter iterum ad hanc partem non admittitur. lege si duobus. in principio. ff. de legat. 1. Sunt & alie differentie ex complexu vel coniunctione prouenientes, de quibus in tractatu de Verborum significatione qui incipit, [verbum.] Finaliter ergo complexus vel coniunctio significat diuersimodè, secundum quod sunt coniungendi modi vel quodais aliud significatum significare declarat: coniunctio autem legalis dicitur, quæ lege inducitur, & significat id quod ipsa lex vel alia ex suis, vel alterius legis aut verbis, aut aliter quocunque modo significare debeat.

**COMPLICIS** qui dicantur, vide Bartolum in leg. 1. Cod. si rector prouincie.

**COMPROMISSARIUS** dicitur, cui simpliciter vel ad tempus committunt, vt eligat vice eorum qui compromittunt, vt extrà de Elect. cap. quia propter. Nec est per omnia idem arbiter & compromissarius ad eligendum datus: vt ibidem cap. sicut. cum per formam. ibidem de Re iud. cum ab vno. lib. 6.

**COMPROMISSVM**, id est, arbitrium.

**COMPROMISSVM**, dicunt certa pecunia ab utroque litigatore mutuo promissa, ni arbitri sententia pareant.

**COMPROMISSVM** plenum appellatur, quod de rebus, controuersis, ve, compositum est. Nam ad omnes controuersias pertinet l. 21. §. 6. ff. de Recept. arb.

**COMPROMISSARIUS** iudex, id est, ex compromisso sumptus in l. 41. ff. de Accep. qui arb. l. ult. C. de Testib. l. pen. C. de Pactis.

**COMPROMITTERE**, est causam executoriam vel executivam ad dictamen arbitratorum dare, & secundum dictamen rectæ rationis pro vtraque parte appolita explicari ab ipsis.

**CONCAMERATIO**, est structura fornicata siue testudinea: nam Camera est forax siue testudo: vnde concamerare, est cameram struere. Plinius libro 34. [Dinocrates Alexandri architectus Archinoës templum concamerare instituerat.] Vitruvius libro 2. [Neque paries, inquit, concamerationes recipit.] Idem libro 6. [Si hypogea, concamerationesque instituerentur.] Labeo lib. 32. Dig. de l. 3. l. si cui ædes. [Aliquod, inquit, conclaue, quod supra concamerationem.] Neb.

**CONCAMERATIO** structuræ genus arcuatæ. l. si cui ædes. de Legatis tertio.

**CONCEPTVM** furtum dicitur, ait Imp. cum apud aliquem testibus presentibus furtiva res quaesita & inuenta sit. Nam in eum propriè actio constituta est, quamvis fur non sit: quæ appellatur conceptus. §. 4. de Oblig. quæ ex delict. & apud Paul. 2. lib. Senten. c. 31.

**CONCEPTIO** pro formula, l. libellorum de Accus. Vnde conceptis verbis iurare, i. dictatis à deferente iuramentum.

**CONCHA** apud rubrum mare & crescit & coalescit. l. etsi. de Auro & Arg. leg.

**CONCHYLIA** à concha dicuntur, inde conchytegulus, legendi conchas, vel conchylia. C. de Mutise. l. qui aut à patre. lib. II.

**CONCILIIVM**, est euentus ali-

quorum tractantium arduas causas totam Christianitatem concernentes. Et dicitur à verbo concalare, id est, conuocare. Vel à communi intentione dictum est, eo quòd existentes in concilio, in vnum dirigant omnem mentis obtutum. Vel dicitur quasi concidium, d. in l. literam transeunte, 15. distinct. capite 1. Vbi etiam synodus, cœtus, & conuentus exponuntur.

**CONCINNARE**, inquit Fest est apte componere: nam cinnus, vt ait, mixtio est. Plin. lib. 14. [Cato iubet vina concinnari ad cinnum.] Inde concinnatorius, a. um. res ad concinnandum apta. Paulus libro 33. Digest. tit. de penul. legata leg. instrumentum. [Vasa, inquit, concinnatoria instrumento non continentur.] Nebr.

**CONCINNARE**, aptè componere: Hinc concinnatoria vasa in lege penul. de pe. leg. i. ad concinnandum apta. & concinnatores causarum in leg. quicquam. de Offic. procons. qui simulatis captiombus cauillisque in longum lites ducere moliantur, cum iure agere non possunt.

**CONCINNATORES** litium, id est, architecti, fabricatores, structores, Vlp. leg. 9. §. 2. de Offic. procons. Nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores vel redemptores deprehendat: id est, qui lites calumniosè conflare soleant. Nam concinnare antiqui pro facere. Plaut. [Qui me insanum dicitis concinnat ius.]

**CONCIPERE** est exprimere, l. quidquid. de Verb. obligat. & propriè ad certam formulam. Vnde concipere iusiurandum est iuratio certam iuramenti formulam præcibere.

**CONCLAVE**, quid sit, omnes norunt

nerunt: nam est in domo locus secretior: sed ideo posuimus hoc in loco, quia in praeferendo accentu plerique omnes peccant, cum enim in penultima collocari debeat, in tertia à fine ponunt. Horat. 2. Sermon. [currere per totum pauidi conclauae.] clavis namque primam producit. Vlp. l. 25 tit. de ventre inspic. l. 1. [In quo, inquit, conclauis mulier paritura erit.] Item Neratius lib. 39. Digest. tit. de dam. in fec. l. quod Cornel. [conclauae, inquit, binarum ædium.] Nebr.

**CONCLAVE** dicitur cella, vel thalamus secretus, ad quem per multas clauas venit: vide gloss. in verb. conclauae. l. quod conclauae, ff. de Damno infect. & ideo in electione Papæ Cardinales intrant conclauae.

**CONCLUSIO**, est terminus exclusiuis probationum & allegationum Panor. in cap. cum dilectus, de fid. instr. in fi.

**CONCRATITIVS** paries in l. si fratres. pro soc. dicitur paries ex cratibus insertis factus, seu ex asseribus arrectis transuersisque in modum cratis. Alc. in l. quantum. de Verb. sign.

**CONCUBINA** sumitur duobus modis. Primò dicitur illa, quam quis cognoscit fornicario affectu: & talis non impedit ordinis promotionem. Secundò dicitur illa quam aliquis cognoscit vxorio siue maritali affectu: & talis impedit promouendum ad sacros ordines. 33. dist. Si quis de laicis. de Præsump. c. illud. de clan. de spons. per totum.

**CONCUBINATUS**, est crimen merè ecclesiasticum vnde debet puniri per iudicem ecclesiasticum, non per saecularem. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. versic. decimo

septimo, de Constitut. quia secundum leges non est crimen. I in concubinato. in fi. ff. de concubin.

**CONCUSSIO**, interprete Alberico, est, cum officialis à subditis per metum aliquid extorquet. aut non facit iustitiam nisi pecunia recepta: vel aliquid ultra debitum salarium extorquet, vel cum quis accusat vel ab accusatione desistit propter pecuniam.

**CONCUSSIONIS** crimen dicitur, cum quis ab eo, quem iudicij magistratusve terrore affectit, eius periculi deuitandi causa pecuniam extorquet: Nam concussus metu dicimus, pro percussus & perturbatum. vnde Rubr. de concussione, lib. 47. Pandectar. apud Ciceron. 4. Tuscul. Terror definitur, metus concutiens.

**CONDEMNARE**, aliquando pro condemnari facere. l. furti. §. mandati. de iis qui notant infamia.

**CONDICERE**, est rem suam in iudicio petere, personam pulsando, vel inquierando. & ipsam dicendo obligatam sibi esse ad aliquid dandum vel faciendum. Vnde dicitur indebiti conditio, & tractum est hoc verbum à veteri obseruatione: quia olim erant in vsu solennia verba, quæ oportebat actorè, cum litigabat, coram iudice condicere, id est, fimal dicere quando litigaret, vt si caderet à syllaba caderet à tota causa. Et quia in personalibus actionibus hoc obseruabatur, ideo personales actiones dicebantur condictiones. Deinde præfata solennitas in desuetudinem transit: hoc tamen nomen adhuc remansit, vt personales actiones adhuc dicantur condictiones

Aiones, quamuis non sit necesse hanc solennitatem obseruare. Et ex hoc datur intelligi, quod condictio non est aliud nisi personalis actio. Et condicere aliquid, est illud per actionem personalem petere.

**CONDICERE**, inquit Imperator, prisca lingua est denunciare: nunc vero abusive dicimus Condictioem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit, §. 15. de Action.

**CONDICERE**, est simul dicere: Nam Festus lib. 3. Condictum interpretatur simul dictum Ergo condicere, est diem locumque communi consensu constituere, quo quid fiat. Horom.

**CONDICTIO** multiplex est: Nam quaedam est condictio certi, qua competit ex vna causa & omni obligatione ex qua aliquid certum petitur, siue ex certo contractu, siue ex lege Aquil. agatur, siue suo nomine siue hereditario obligetur: Vnde manifestum est, quod ista condictio concurret cum actione mandati, depositi, & ceteris, vbi quid certum petitur. Et ideo secundum diuersitatem casuum nunc re, nunc verbis, nunc litteris, nunc consensu contrahitur, nunc etiam ex contractu, nunc ex quasi contractu, nunc ex delicto competit: in mutuata tamen pecunia sola illa competit.

**CONDICTIO** ex lege, secundum Azonem eodem tit. locum habet, quando ex noua lege surgit obligatio, nec in eadem leg. cautum est quo genere actionum experiatur, quae pro varietate causarum, nunc ex contractu, nunc ex delicto nascitur, & sic non sta-

tuitur vel cauetur, qua actione agatur.

**CONDICTIO** furtiua competit domino rei contra furem, eiusque successores ad ipsam rem persequendam, vel restitutionem eius quanti plurimi fuerit. postquam ablata fuit, eò quod fur semper est & fuit in mora.

**CONDICTIO** indebiti competit ei, qui per errorem, indebitam pecuniam soluit alicui, credens ei teneri, cum non teneatur, vel cum a procuratore suo soluta esset, ipso ignorante. Est ergo condictio indebiti secundum Azon. in Sum. eod. tit. postquam soluta indebita repetantur, siue per ignorantiam facti, etiam non probabilem, vt quia errauit quis in facto suo, siue per ignorantiam iuris talia indebita soluantur, quia ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno vitando: vt ff. de Iur. & fact. ignor. l. iuris ignorantia.

**CONDICTIO** [liberationis] competit ei, qui, quod omnino non debuit, promittit.

**CONDICTIO** [ob causam datorum] secundum Azo. eod. t. competit, & locum habet vbiicumque contractus innominati interuenit, sc. do vt des do vt facias, facio vt facias. In illo autem contractu innominato, scil. facio vt des, datur actio de dolo. Et (provt alij dicunt) competit ad rem petendam quae ob causam honestam (vtpote in causam futuram vel praeteritam) data est, causa non secuta: potest enim condici, causa non secuta, si penituerit dantem re integra. Si vero dedisti de dolo, vt Bononiam irem, & aliquid erogauit ad perfectionem praeparatam habes condictionem, tamen vt praestetur mihi indemnitas.

**CONDICTIO** ob turpem causam, per quam repetimus ea, qua dedimus alteri, causa non secuta, ob quam data sunt: si turpitudine tantum ex parte accipientis versetur. Alioquin si ex parte dantis & accipientis repeti non potest, quia in pari causa turpitudinis potior est condictio possidentis, c. in pari. de Reg. iur. lib. 6. & secundum Azo. eod. titu. ponitur exemplum. Ego dedi tibi ut facriligium non faceres: ab hoc enim debuisti abstinere nullo tibi dato. Et ideo etiam causa secuta possum petere quod tibi dedi.

**CONDICTIO** ob causam, hanc conditionem parit res apud alium constituta, siue ab initio, siue iam, siue postea peruenit ad eum ex iusta causa, postea ad instantiam rediit, ut chirographum apud creditorem debitor post debiti solutionem repetit. Sed hanc conditionem ob causam putant quidam ex contractu provenire, quia non competit, nisi alij contractus precedant. Alij ex quasi contractu credunt descendere, ad similitudinem conditionis indebiti: quia qui ob causam condat actori, primum contractum dissolvit.

**CONDICTIO** sine causa competit, quando aliquid primo ex iusta causa est apud alterum, sed postea per aliquem effectum esse non debet: v. g. mutuasti mihi centum, feci tibi instrumentum, in quo confessus sum me tibi teneri, solvo tibi, modo instrumentum obligatorium est apud te sine causa, per quam repeto ipsum. competit ergo condictio sine causa, finita causa ex qua res ad aliquem peruenit ex contractu, qui iam finitus est. unde videtur descendere, item si sine causa pe-

nes te res est, quam non habes per contractum, & ita nec ex contractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiam locum habet vubique sine causa aliquid quod apud te est, mea interest me habere.

**CONDICTIO** triticaria generalis, est de aliis rebus omnibus competens, praterquam de pecunia numerata, siue mobiles, siue immobiles sint. Ideoque fundus & usufructus, & cetera servituteres prædiorum per ipsam repetuntur. Rem autem suam nemo petit hac actione, nisi ex certis causis, ut ex causa furti vel rapinæ.

**CONDICTITIA** actio, quæ & præcisè Condititia dicitur, nihil aliud est quam condictio. Imp. § 1. Quibus modis re contra. Dat. utq; ageri contra reum propter repetitionem Condititia actio. Item Vlp. in l. 13 §. 2. ff. de Iureiur. [Atq; adeo inquit, neque furti, neque condititia teneri, quia condititia, inquit, solus fur tenetur.]

**CONDITIO** est dispositionis suspensio ex eventu incerto futuro ei apposto, in quem eventum eius dispositionis facta est collatio. ff. si cert. pet. l. itaq; v. g. promitto, vel lego si Titius fuerit consul. Hæc dispositio est conditionalis, ex incerto apposto, [si Titius, &c.] Et per hoc dispositionis fit suspensio, & eveniente casu quo Titius sit consul, purificatur, & non plus suspenditur. Inst. de Verb. oblig. §. ex conditionalis, & ff. de Coadit. & demonstr. per totum. Potest autem capi conditio dupliciter. Uno modo pro temporis suspensione, quod solet apponi in contractibus, aut ultimis voluntatibus, de quo in tit. præalleg. de Cond. & demonstr. & in tit.

in tit. de Cond. institutionū. Secundo modo, quando aliquid solutum est, & illud intendimus recuperare, & appellatur cōditio addita litera, c. quasi soluti repetitio. de ista tractatur in titul. de Cond. caus. data. ff. & tit. seq. Et not. quod cōditio differt à modo & à causa, & à demonstratione, secundum gloss. in Rubr. ff. de cond. & demonst. Bar. sic definit, [Cōditio est quidam euentus futurus, in quem dispositio suspenditur.] Intelligitur autem de euentu in facto, vel in iure. I. multum interest, de Cond. & de sine conditionis affirmatiuæ vel negatiuæ. I. in test. cod. tit. Et dicit [futurus,] quia de præterito & præsentis propriè non est cōditio, quia non suspendit. I. cum ad præsens. cum duabus seqq. ff. Si cert. petat. Bald. verò sic definit. [Est adiectio quædam, per quam dispositum habet in sui esse pendentiã, existentiam, vel defectū. Et hæc generalis est ad omnem conditionem inductiuam, & extinctiuam, de præterito, præsentis, vel futuro Petrus de Perusio sic definit: Cōditio est verborum adiectio in futurum suspendentium, secundum quam disponens vult dispositum regulari. Significatur autem cōditio per dictionem [si,] vt in hoc exemplo, lego si Titius fuerit Consul. Item per aduerbium [cum,] dicendo, cum Titius Consul fuerit. Sed est differētia inter si, & cum, non quoad conditionem faciendam, sed quo ad modum significandi, quia dicitio [si,] significat principaliter conditionem vel suspensionem, & per consequens tempus dilationis, & dispositionis in euentum futurum. Et quia ille est incertus, ideo cō-

secutiue suspensionem significat I. si Titio. ff. Quando dies leg. ced. & l. qui promisit. ff. de Cond. & demonst. Item dicitio [nisi,] significat conditionem, vt vendo tibi librum, pro decem, ita quod venditio valeat, & perficiatur, nisi alius conditionem meliorem intra mensem faciat. l. 2. cum ibi notatis ff. de In diem addic. Item dicitio, [alioquin,] conditionem facit, vt promittis mihi scribere librum intra mensem, alioquin decem nomine pænæ. nam sensus est, si non scripseris, &c. l. si finita. §. ex hoc edito. ff. de damn. infecto. Idem in dictione [alias,] quia eodem modo exponitur, id est, si non scripseris. Item in dictione [siue,] dicendo promitto si nauis ex Asia venerit, siue Titius Consul fuerit. Et quæ illarum conditionum disiunctiuarum prior fuerit, purificat dispositionem. Item in alternatiua, vt dicendo, aut relinquis prædia propinquis, aut libertis. I. cum pater. §. penult. ff. de legat. 2. nam sensus est, si non sint propinqui, veniant liberti, & hoc significato sumpto ex maiori affectione propinquorum, quibus testator primò relinquare voluerit. vt patet ex ordine scripturæ. Item in aduerbio [quandiu,] vt tibi promitto vel lego singulis annis decem, quandtu res meas vel hæredis mei gesseris: nam sensus est, si gesseris habeas decem. l. pater. §. finali. ff. de Conditionib. & demonstrationib. Item in dictionibus [quoad, donec, quousque,] quia idem significant. Item in dictione [dum,] dicendo, lego vxori, dum cum filio meo erit. l. qui concuqinam. §. vxori. ff. de Leg. 3. Idem in dictione [quandocunque,] vt vir legat vxori, quando

quandocumque filios habuerit. lege cum vir. ff. de Conditione, & Demonstratione. Item de[quando] ut, lego puellæ quando nupserit. Idem de[ubi], dicendo, lego filio ubi nupserit. Item de[quatenus], ut, lego quatenus hæres meus erit, quia scilicet est, si in toto vel in parte. lege Stichum, ff. de Leg. 1. Idem de[postquam], & [ad], ut lego ad tempus liberorū lege si uxori. ff. de Condit. & Demonit. Idem de Præpositione [cum], ut ancilla cum liberis libera esto, intelligendo quod ancilla libera non fit nisi cum liberis. lege si ita fuerit. ff. de Manumissis testament. Idem de[in], ut lego Titio in disciplina, lege nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies legat. ced. Idem in nomine, ut, promitto tibi partem Agnetis, vel fructus fundi talis. lege interdum. ff. de Verborum obligatione, & leg. 1. in fine. de Condit. & Demonit. & pendet dispositio ex incerto futuro euentu, id est, si pariat: vel fructus crescant. Idem si dicam, promitto centum nomine dotis, id est, si matrimonium sequatur. l. si stipulationem, ff. de Iure dorum. quia dos sine matrimonio esse non potest, ergo sic intelligitur. Idem de Donatione causa mortis, lege si mortis causa. ff. de Donatione causa mortis. & hoc ex natura huius contractus, qui præcedit ex communi modo sic agendi. Idem in pronomine, ut veltem quæ mea erit, lego. leg. nuper. ff. de Legat. 3. Idem de[quisquis], ut quisquis mihi hæres erit, sic hæres filio meo leg qui liberis. §. hæc verba. ff. de Vul. substituit. Idem de[quisque], ut Titium & Sejum pro quanta parte quisque hæredem me fecerit, ipsum instituo. l. hoc

articulo. ff. de Hæred. instit. Idem de[qui], ut qui prius ascendit Capitolium. l. si fuerit. ff. de Rebus dubiis. Idem de[quicumque], ut quicumque professus fuerit, &c. l. edictio. ff. de Iure fisc. & hoc ex significato non tantum pronominis, sed verbi futuri temporis. l. 2. ff. de Hæred. instit. Similiter ibi, emo pisces qui capientur, emptio est conditionalis. Idem in principio, ut acceptis centum à Titio, instituo eum hæredem. l. à testatore ff. de Cond. & Demonit. Nam licet, [acceptis], sit præteriti temporis, tamen significat ibi futurum, scilicet, si accepero, &c. Idem ibi, lege Stichum. futurum meū, argum. l. Stichum ff. de Leg. 1. Idem in gerundio, ut sum institutus adeundo repudiante Titio. l. si tu ex parte. ff. de Acquir. hæred. Idem in supino, ut lego vel promitto euntibus spatium in die Dominico, & sic de similibus.

**C**ONDITIONVM duo sunt genera, aut enim possibilis est, aut impossibilis: possibilis quæ per rerum naturam admitti potest, impossibilis quæ non potest. Paulus lib. 3. Sent. c. 6.

**C**ONDITIONVM possibilium genera sunt tria, aut enim ex casu & Fortuna pendent, veluti si filius nascatur: quæ idcirco Casualia à Iustiniano appellantur. Aut ex hominis voluntate, veluti si seruum manumittat: quas idem Iustinianus potestativas vocat: aut mixtæ sunt, quarum euentus, aut idem, ex fortuna & personæ voluntate pendet: veluti si victoriam reportet. l. 1. §. Sin autem aliquid. C. de Cad. toll.

**C**ONDITIONO alia certa est, alia incerta. Certa conditio est, quæ omnimodo est existitura, veluti siue nauis ex Asia venerit, siue

non

*Ubi e  
omni  
de h  
ob  
9  
non  
in*

non venerit. l. necessariò 8. §. 1 ff. de Pericul. & commod. Incerta conditio est, quæ an impleatur incertum est, vt si nauis ex Asia venerit.

**CONDITIO** rursus alia dicitur faciendi, alia dandi: illa cum apposita lex est vt quid fiat: hæc vt quid detur l. 31. §. 1 ad Trebell l. 68. ff. de Solut. l. 82. ff. de Condit. & Demonstr.

**CONDITIO** interdum nihil aliud est quam pactio. vt apud Cicero- nem l. de Inuent. & in Topic. Hinc,

**CONDITIO** pro pactione nuptiarum: in leg. vlt. ff. de Sponsal. leg. vlt. de Proxenet l. 19. & l. 36 ff. de Ritu nupt. l. 65. ff. de Iudic. Hinc Festus, Conuenta, inquit, conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Hinc,

**CONDITIO** IUA non vtor, formula erat renuaciandi sponsalibus l. 1. ff. de Sponsalibus. Hot.

**CONDITIO** NALIS creditor quis sit, habetur in l. Conditionales. de Ver sign.

**CONDITIO** NALIS stipulatio. Require infra Stipulatio.

**CONDITIO** NALIS Imperat. Leo tabularios interpretatur in l. Scriptura l. C. Qui pot. in pig. nimirum qui ea conditione munus illud adepti sunt, ne ad vllū alium aspirent. Conditionales ferui appellantur in l. Defensionis. 7. C. de Iur. Fisc.

**CONDITIO** NALITER, pro sub conditione, l. quæ res. ff. de Verborum oblig.

**CONDITURA**, est illud quod ferculis aliisque esculentis concinnandi condendivè gratia solet adhiberi. Apud Columellam lib. 3. de Rustic. [caput est de oliuarum conditura.] Vlpianus lib.

33 Dig de Tritico & Vino leg. l. si quis [Quòd potius, inquit, conditura loco sit]

**CONDITURA**, quòd ferculis condendi gratia adhibetur. l. si quis, de Vin. trit. & oleo. leg.

**CONDUCERE** dicitur ille, qui rem aliquam ab aliquo data mercede, vel promissa, accipit vtendam. Vnde [Conducit, qui dat, sed qui locat, accipit illud] Interdum tamen, per contrarium euenit, vt locatur qui pretium dat, conductor qui accipit vt in l. 2. in prin. ad l. Rhod de iact & aliis sæpe, vt ibi annot. Budæ.

**CONDUCTI** actio. Require suprâ, Actio conducti.

**CONDUCTOR** est, qui vel rei alienæ vsum, vel alieni operis perfectionem certa mercede pacta recipit.

**CONDUCTOR** operis, pro redemptor lauol. l. 44 ff. de fideiuf. [Et quia opus effectum non erat. alij locasti: & cum posterior conductor satis non daret, ipse opus fecisti.] Hotom.

**CONFESSIO** est duplex, scilicet, iudicialis, & pœnitentialis. Et ad hoc, quod confessio iudicialis præiudicat, debet habere hæc sex, [Vnde, maior sponte. sciens, contra se, ius sit, & hostis. Nec natura neget, fauor aut lis, iusve repugnet] Vide hoc cū allegationibus singulorum, in gloss. cap. nos in quenquam. 2 quæstione in verb. [confessum] Et confessio iudicialis est certa, & clara assertio, id est, responsio eius, de quo queritur in iure coram legitimo iudice facta. Et fit in iure tripliciter, scilicet ore, facti euidentiæ, & interpretatiuè, scilicet contumacia. c. nullus dubitat. de Præsump. Et præiudicat, dum fit in iure, id est, in iudicio coram iudice com-

petent



petente, & aduersario presente: quod intelligitur per dictionem hostis, supra positam. Item per licentiam conuictam, nec sit contra naturam, ut enim occidisse, qui uirum, nec de litigiosa, nec in causa fauorabili secundum Bern. in gl. præl. Et confessio facta in penitentia sacerdoti, non facit fidem coram iudice seculari. C. de Episc. audien. l. archigerontes, & ibi per doct. Sicut nec præiudicat confessio extra iudicium facta, nisi causa adiciatur, ut, confiteor me debere tibi centum ex causa mutui. C. de non nume. pec. l. generaliter. gloss. not. 3. quæst. 9. c. testes. §. de his.

**CONFESSORIA** actio. Verbum è Græcorum Iurisconsultorum fontibus derivatum, pro actio uerbis agentibus concepta, cui opponitur negatoria. Usurpatur autem in seruitutum uendicationibus, cum quis suam esse seruitutem petit. l. 2. & l. 4. §. 1. ff. Si seruit. uindic. l. pen. §. ult. ff. si Usufr. petat. Neque unquam nisi uerbis aientibus concipitur, ne in casu quidem l. 4. ff. Si serui. uindi. dicitur & confessoria actio in lege Aquil. quæ ex confessione rei, id est, aduersus reum qui confessus est. Inde Neratius 23. §. ult. l. proinde. 25. §. 1. ad l. Aquil. Vide supra Actio confessoria, & Hotom. in Commentariis. Inst.

**CONFESTIM** intelligitur, cum prius vel quam prius poterit. l. 2. §. pen. ff. ad Trebel.

**CONFINTA** dicuntur ea quæ adeo sibi proxima sunt, ut nullus medius paries interponatur, sed urbana parietibus distingui consueuerunt. Et ideo non sunt confinia, sed magis dicuntur vicina. ff. fin. regun. l. 3. §. hoc iudicium.

**CONFIRMARE**, est alio iuri vel

facto firmitatem præstare.

**CONFIRMATIO** est iuris prius corroboratio, ut colligitur de fide instrum. cap. inter dilectos. Alio modo: ut sacramentorum administratio, scilicet in fronte christi assignatio. Et sit confirmatio primo modo dicta his uerbis: [Confirmamus te sicut ritè possides, vel sicut sine prauitate facta est electio, vel sicut prouidè facta est.]

**CONFISCARI**, est fisco applicari vel in fiscum induci. unde fisco est regius saccus in quem reducuntur bona damnatorum & proscriptorum. Unde dicitur, [Facta est omnium bonorum confiscatio.]

**CONFISCATUS** tutor dicitur in l. 9. §. penul. ff. de Tut. & rat. dist. cuius bona fisco commissa sunt Sueton. Caligula, [Prætereuntes duos equites Romanos locupletes, sine mora corripit confiscarique iussit.] Hotoman.

**CONFLATVM** vas, i. factum. §. cum ex aliena Inst. de Rer. diuis.

**CONFUNDERE**, est commiscere. §. si duorum. Inst. de Rerum diuisione. Nonnihil tamen inter se differunt, ut not. gl. in §. quòd si frumentum. eod. tit.

**CONFUNDI** obligatio dicitur, cum debitor in creditoris ius succedit, leg. debitori, leg. grauius ff. de fideiuss. l. 6. & 14. Cod. ad l. Falcid. & similiter confundi seruitutes, cum prædium quod seruit, & cui seruitus debetur, eiusdem domini efficitur, leg. 1. & 15. ff. Quemadm. seru. amitt. & leg. 7. ff. de fund. dot. Confundi usufructus, cum proprietatem usufructuarius adipiscitur, l. 4. ff. de Usufr. quemadm. cau.

**CONFUGA**, qui ad asyllum confugit, leg. præsentis. 5. Cod. de ijs quæ

ad Ecclef. conf. fi qua. C. de Episc. & cler.

**CONGIARIUM**, sportula erat, qua diurni cibi nomine comitibus, antambulonibus, affeculis, stipatoribusque suis potentiores cibos distribuiebant: dictum à congio vini mensura sextarios sex capiente. Plin. lib. 14 [Tribus congiis epotis vno imperu,] hinc congiarium: Martialis. [centum miselliam valete quadrantes, Antambulonis congiarium lassu.] Pau. lib. 33. Digest. de fundo instr. leg. tabernæ. [Vrnæ, inquit, aræ & congiaria & sextaria.]

**CONGIARIUM**, præter alia significata, genus est mensura vinaria. l. tabernæ. de fund. instr.

**CONGREGATIO** apud Canonistas dicitur etiam de duobus cap. 1. de Elect. quodan generaliter verum fit, tractat Alciatus in l. detestatio. § fin. de Verb. sig.

**CONIECTIO** causæ, Paul in l. 1. ff. de Reg. iur. [Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & ut ait Sabinus quasi causæ coniectio est.] Hoc quid sit declarat Asconius Cùm, inquit, in rem aliquam agerent litigatores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant Iudicem qui dabatur post trigessimum diem. (Hottomanus legendum arbitratur post tertium diem) quo dato, deinde inter se perendinum diem, ut ad iudicium venirent denunciabant, quò cum esset ventum, antequam causa ageretur, quasi per iudicem rem exponebant, quod ipsum dicebatur causæ coniectio, quasi causæ suæ in breue coactio: Hæc ille.

**CONIECTURA**, est verisimilis ratio suspicionem inducens non de necessitate personarum vincens.

**CONIICERE**, est perpendere vel præsumere.

**CONIUGIUM**, idem est quod matrimonium, & dicitur coniugium, quia communi iugo & æquali coniuges vitam trahere debent, licet aliquando disparti tractu.

**CONIUNCTIO** quandoque ponitur pro disiunctione: ut cum dicitur, mihi hæredique meo. ff. de Verb. sig. l. coniunctionem. & disiunctio quandoque pro coniunctione, ut ff. eod. l. sape.

**CONIUNCTIONIS** materia, de qua in l. re coniuncti ff. de leg. 3. vnde supra in ver. complexus.

**CONIUNCTIO** in hæreditatibus, & legatis triplex observata, aut re, aut verbis, aut re & verbis simul. l. re coniuncti. ff. de l. 3. l. iriplici. 142. ff. de Verb. sig. Re coniunctio est, cum duobus separatim res eadem legata est, hoc modo, Titio fundum Tusculanum do lego. Eundem fundum Mauius lego. Verborum coniunctio est, cum pluribus res eadem definitis partibus legata est. Re & verbis hoc modo coniunctio dicitur, Titio & Seio fundum lego.

**CONIURARE**, est oculos claudere: & interdum ponitur pro dissimulare, ut cum dicitur coniuventibus oculis. Quandoque consentire ut coniuvens consentiens dicitur, & coniuventia consensus. leg. quilibet. C. de postu.

*Qui mihi coniuvent oculis signum mihi præbet.*

**CONNUBIUM** est vxoris iure ducende facultas. Ulpianus cap. 25. Institi Seruius autem. Connubium inquit, est ius legitimi matrimonij.

**CONSAINGINEI**, qui inter se sanguine coniuncti sunt. l. 1. §. pen. de suis & leg. hæred.

**CONSANGVINITAS**, est attinentia personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab alia, vel ambæ ab eadem: vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendencium carnali propagatione contractum. Vel est conuentio vnus personæ ad aliam proueniens ex parentela: & dicitur consanguinitas, quasi sanguinis vnitas.

**CONSCRIPTI** patres dicebantur, quoniam eorum nomina scripta erant in aliquo loco, vt in corona capitis eorum, vel aliàs, vt gl. Inst. quib. mo. ius pa. po. sol. §. sed ex constit. in verb. [patritiatus.]

**CONSENSVS**, & auctoritas tutorum. require supra auctoritas præstanda.

**CONSENSVS** autem est quadruplex, sc. negligentia, consilij, cooperationis, & auctoritatis, vel defensionis. Primo & secundo modo consentiens minus punitur, quàm faciens, tertio æqualiter, quarto verò plus. De hoc gl. optima in c. i. de Offic. delegat. super vers. [pari pœna.]

**CONSENSV** dicitur obligatio contrahi, velut in emptione, locatione, conductione, permutatione, mandati, pro socio, & similibus. In quibus dicitur ideò obligatio contrahi consensu, quia absque eo, quòd res in præsentia datur, hiac inde nascitur, & erit obligatio vtilis & efficax ad agendum.

**CONSEQUENS**, id est, conforme, Institut. de Don. §. est & aliud.

**CONSEQUENTIA** literarum, dicitur consequens ordo scripturæ, scil. quando scribitur sine titello, vel titellis, id est, sine omni abbreviatione. Et dicitur tenor literarum: seu tenorem dicimus

textum literarum, quamuis titellis scribatur.

**CONSERERE** manus dicebantur in vindiciis, qui vim moribus, festucas inter se, quasi hastas dieis causa committentes, faciebant. Lex autem duodecim tabularum, de qua Gel. lib. 20. cap. 9. commemorat, his fortasse verbis concepta erat, si qui in iure manus conferunt, vtrique superstitibus præsentibus vindicias sumunto. Vnde illud Cic. 1. de Oratore, [multisq; præessem qui te ex iure manu confertum vocarent.]

**CONSERVATOR**, est index datus ad defendendum aliquos cõtra manifestas iniurias, iudiciali indagine non vtens. de Offic. deleg. c. statuimus. lib. 6. Et non sunt nisi episcopi, vel eorum superiores Abbates, vel dignitates aut personatus in cathedralibus ecclesiis obrinentes. de Offic. deleg. c. vlt. lib. 6. vbi ponitur differentia inter conseruatorem & delegatum.

**CONSILIARIJ** dicuntur, eo quòd alter alteri suum præbeat consilium.

**CONSILIVM**, est de aliqua re facienda vel non facienda excogitata deliberatio. Vnde dicitur etiam locus, quò plures consultandi gratia conueniunt. glo. in §. eadem. Inst. Quibus ex causis manon lic. sæpe tamen ponitur pro iis qui consilij audiendi gratia vnum in locu conuenerunt. Item consilium dicitur hominis intentio, seu propositum, vt ff. de furtis. l. si quid fur. 22. §. 1.

**CONSISTORIANI**, require supra, Comites.

**CONSISTORIUM** idem est, quòd prætorium vel tribunal: locus, scil. in quo ius redditur ex more. Et est vulgare Italarum seu

Lomb. Cle. pastoralis de re iud. 2. q. 6. anteriorum. de Appell. ex infirmatione. Et dicitur à confisto, consistis.

**CONSORINI** dicuntur, duarum fororum filij, quali consororini. etiam possunt dici ex duobus fratribus nati, licet propriè dicantur fratres consanguinei vel patruales. Inst. de Grad. §. quarto gradu.

**CONSOLIDATIO**, est proprietatis cum usufructu coniunct. Imp. §. 2. de Usu. Vel ex contrario, si usufructuar. proprietatem rei acquisierit, quæ res quoque consolidatio appellatur. Hinc fruct. proprietatem acquirens consolidare dicitur. l. 3. & 6. de Usu. accres. & Iauol. l. à libertis. ff. de bo. liber. Solida proprietas dicitur in qua usufructus inest. Itemque apud Paul. l. Sempron. 26 §. 1. de Usufr. l. g. Hor

**CONSORTES** eiusdem litis dicuntur illi qui simul agere vel conuenire possunt.

**CONSORTIUM** idem est quod matrimonium: & ita dicitur, quia omnis societas inter eos communicari debet: vt not. per glo. Inst. de patr. potest.

**CONSPIRATIO**, est quedam fraudulenta confederatio facta in præiudicium alicuius personæ vel dignitatis: & dicitur à simul spirando, quando se. plures spirant, flant, & tendunt in vnum: & fit sine iuramento, à spiritu superbiæ & elationis: & omnis talis est illicita, secundum gl. in c. exhibita. de iudi. Est tamen quandoque licita, iusta & approbata, vt si canonici conspirent de non obediendo prælato excommunicato, vel de non eligendo indignum. in dubio tamen præsumitur illicita, vide 2. q. 3. c. coniu-

rationem. & c. conspirationum. Nam coniuratio est plurium in vnum iuratio.

**CONSPONSORES** Cicero vocat eos, qui à Iuriscultis correi debendi, id est, eiusdem obligationis debitores dicuntur. libro 12. Epist. ad Atticum. Consponsores antiqui dicebant fide mutua obligatos. Festus.

**CONSTITVERE** potest quilibet qui pro alio obligaturum promittit, vel obligat, secundum Azon. in Summa de constit.

**CONSTITUTIO** speciali vocabulo dicitur, Imperatoris vel alterius principis qui constitutionem facere potest: & describitur sic. [Est ius relatum in scriptis, redactum] Vel secundum Goffr. est ius scriptum, dist. 1. §. cum itaque. Dicitur autem constitutio, quasi commune statutum. Nam Papa cum fratribus suis Cardinalibus, & cæteri prælati cum capitulis & canonicis suis constitutiones faciunt. de sent. excom. inter alia. Et de his quæ fiunt à prælatis per totum. Item legatus, synodus prouincialis, synodus episcopalis, principalis, princeps cum proceribus, præfectus prætorio, populus Romanus, collegium approbatum, capitulum facere possunt constitutiones, secundum Gof. in sum. eod. tit. §. namque Papa

**CONSTITUTIONVM** alia generales sunt, alia personales. Generales quæ ad omnes pertinent. Personales verò in quibus propter certæ personæ rationem à iure communi recessum est, quæ & priuilegia appellantur. l. 1. & l. 3. C. de legib. & §. quod principi. de Iur. nat.

**CONSTITUTOR** dicitur qui pro alio se soluturum promittit, vel aliqua

aliqua facturum, & alterius in se transfert vel suscipit obligationem.

**CONSTITVTVM**, vocabulum ad ius civile pertinens, & significat tēpus communi cōsensu indictum, quo se aliqui in loco certo ac constituto sistant. Cicero, pro Cælio: [Cum sit iis constitendum, nunquam se nō congressu quidem & constituto cōpisse de tantis iniuriis experiri.]

**CONSTITVTORIA**, siue constitutia actio dicitur, quæ in eum, qui se soluturum constituerit, datur, his ferè verbis: Si appareat Mæuium Titio pecuniam cōstituisse, eamque pecuniam cūm constituebatur, debitam fuisse, neque Mæuius aut soluat, aut faciat id quod constituit: ac per actorem non steterit quo minus fieret quod constitutum est, tum Mæuius damnetur. l. 16. l. 17. l. 18. ff. de Constit. pecun.

**CONSVETVDO** dicitur ius quoddā moribus i. assiduis actibus institutum, quod pro lege suscipitur cūm lex deficit. i. dist. consuetudo. Quæ enim in scriptis redacta est, vocatur lex siue constitutio: quæ autem in scriptis non est, retinet nomen suum consuetudo, dist. i. §. cūm itaque. Et dicitur consuetudo, quasi communis assuetudo. glo. Inst. de iur. na. gen.

§. ex non scripto, & ad hoc quod confirmata sit, requiritur vsus decem annorum, vt ff. qui & à quibus manu. non li. l. si cum fideic. §. Arist.

**CONSVL**, olim dicebatur senatus, magistratus, vt Instic. de iur. nat. gen. & ci. §. lex. Hodie tamen consul sumitur à consulendo, quia Reipublicæ consulit. Ex actis enim à Romana ciuitate regibus, constituti sunt consules

qui reipublicæ consulerent.

**CONSULARIS** dicitur qui consulum gessit. Consulares autem feminas intelligimus vxores consulum & consularium, non etiam matres. l. 1. de senat.

**CONSULTATIO** dicitur, in qua alicui Papa de iure respondet. Item deliberatio futurarum rerum rectè consultatio nuncupatur.

**CONSULTVS**, i. interrogatus, sic ff. de pac. l. item quia. Vnde, *Consulo te, quæro, tibi consulo, consilium do.*

*Consultor pascit, quod consulens bene noscit.*

**CONSVMPVTVM** vel [consumptio] est ratio, videlicet quando dictio vel syllaba abraditur, & alia scribitur.

**CONTESTARI** [litem,] quid sit, patet ex dictis.

**CONTESTATIO** [litis,] secundum Host. co. ti. est per petitionem in iure propositam, & congruam responsonem ad eam secutam animo contestandi litem, facta narratio, & rei responsio in iudicio facta l. vni. C. de lit. con.

**CONTEXTA** [lana] dicitur, cui tantum deest prætextura, quam vulgò cimostam vocamus, vt à texturinis instrumentis detrahi possit. l. vestimentum. de aur. & arg. leg.

**CONTIGNATIO**, est trabium coassatio ad tabulata, cōnaculāq; cōstituenda. Plin. li. 31. [Sei quipedalis paries non amplius quam vnam contignationem sustinet.] Liu. l. 21. ab vrb. cond. [Bonem in tertiam contignationem sua spē scandisse refert.] Papin. li. 8. Dig. de seruit. vrb. præd. l. binas quis. [Binas, inquit, quis ædes habebat vna contignatione rectas.]

**CONTINENS** plerumque pro continuus,

nus, hoc est, cōtinuatus accipitur Cic. 1. Tusc. quæst. Continētem orationem audire malo. Celsus lib. 3. [Et multò magis si continentes febres sine remissione sunt.] Triph. lib. 27. Dig. de excu. tut. l. Titius. [Testamento, inquit, Romæ confecto, vel in continētib.] Item Vlp. lib. 39. de aqua plu. arc. l. 1. [Noceat loco, qui est intra continentia ædificia.] Pau. de Verb. sign. l. vrbis appellatio. [Romæ, inquit, continentibus ædificiis.] Nebr.

**CONTIGNATIO** dicitur, lignorum, vel tignorum, vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoque dicitur tegmen. vnde duæ ædes dicuntur esse sub vna contignatione, hoc est, sub vno & eodem tegmine.

**CONTINENTES** prouinciæ dicuntur, quæ Italiæ coniunctæ sunt. l. notionem. de Verb. sign.

**CONTINENTIA** vrbis appellantur suburbia, inde dicta quòd cum ipsa vrbe se reneant, contiguæque sint. l. qui in continentibus. de Verb. signif.

**CONTINUÈ** recipit quandoque interuallum per Bart. in l. Celsus. ff. de Vsu. Qualiter etiã continuè intelligatur, ponit Bar. in l. si quis ira ff. de con. & demonstr. Nã qui tenetur cum aliquo cōtinuè morari, nō tenetur quolibet momento cum eo morari. facit hoc ad quæstionem si testes debeant probare quòd Titius decē annis cōtinuè possedit fundū: sufficit deponere quòd viderunt eum omni anno colligere fructus vel arare, &c licet enim non continuè steterit in conspectu Titij & fundi, tamen intelliguntur continuè per decem annos vidisse.

**CONTINUÒ**, id est statim. l. stipulatus sum. de Verb. oblig.

**CONTRACTVS** est duorum, vel plurium in idem consensus. Et ponitur quandoque pro omni pacto vel conuentione, vel quasi contractu, vt si quis gessit alterius negotia, vel tute am: de hoc vide Arch. in §. contrahentes. c. Romana. de for. comp. lib. 6. in glos. ver. inuitos, ideòque dicimus quòd paciscendo diuersas in vnu trahimus volūtates. Et nota quòd etiam aliqua obligationes dicuntur oriri ex quasi contractu, in quibus fingitur tacitè consensus intercessisse, dato quòd non intercesserit expresse: vt pote hæres aduendo hereditatem, obligatur creditoribus hereditatis, & legatariis. Et in pluribus aliis casibus de quibus infra.

**CONTRACTVS** etiam est nomen iuris, quando nascitur obligatio, & est nomen facti, quando non nascitur obligatio l. Labeo §. cōtractum. ff. de Ver. sig. & ibi per Bar. sicut in simili dicimus de testamento. l. tabularū. ff. quemadmodum testa. aper. & secundum alios in Auth. sacramēta puberf. C. si aduersus vend. Et in suo generali nomine cōtractus prolatus cōtinet tam innominatos, quam nominatos contractus, vt est gl. super. verb. [in suo nomine.] in l. iurifgentiū. ff. de Pac. Et hoc valet pro statutis. Bal. not. triplicè esse cōtractum, s. propriū, impropriū, & impropriissimum. Primus est quando vltro citroque, i. hinc inde ex vtraq; parte oritur obligatio. §. cōtractam. in l. Labeo. præalleg. vt in emptione & locatione. Secundus scilicet improprius est, quando solum vna pars obligatur, vt in donatione solus donans ad tradendum. & aliquando de euictione, vt no. l. Aristo. ff. de do. cau. mortis, & in

mutuo solummodo recipiens obligatur ad tantundem restituentum ff si cer. per. l. 2. Et in stipulatione, quando solummodo una pars obligatur: nam tunc non est proprie contractus: & ita intelligitur gl. In st. de diuis. stip. §. conuentionales super verbo [contrahendarum.] Tertius, sc. impropius, est, quando ex nulla parte oritur obligatio, sed potius dissoluitur obligatio facta, ut est transactio facta nudo pacto, ex qua non agitur ante complementum conditionis. de hoc Salicet. in l. siue apud acta. C. de Transact. ut etiam est liberatio per acceptationem. In st. Quibus modis sol. oblig. §. 1. & in lege ubi pactum. C. de transa. per Bart. Ergo si statutum facit mentionem de contractu, intelligitur de proprio tantum, quia verba statutorum sunt proprie intelligenda, l. 1 §. si in qui nauem. ff. de exercitoria actione, nisi diceret omnem contractum, ut in gl. §. contractum. præallegat. Item contractus appellatione intelligitur de validis, non de inuvalidis, ut in Auth. sacramenta puberum, præallegat. & continetur instrumentum, ff. de duobus reis. leg. eandem Item continetur donatio. C. quod metus cau. l. si donationem. Et generaliter omne illud ex quo nascitur obligatio, appellatione contractus intelligitur. l. si ab eod. ff. de Legatis secund.

**CONTRADICTOR** quando dicatur legitimus ad contradicendum alicui actui de mittendo aliquem in possessionem, vide Bartolum in legea diuo Pio. §. si super rebus. ff. de Re iudic. & Innoc. in cap. cum super. de Re iud. & Specul. in tit. de Action. §. super est. & contradicere sibi ipsi quando

quis dicatur, vide in verbo Variare.

**CONTRIBUTIO** persape pro conjunctione & cumulatione variarum summarum, velut in leg. Falcid. ratione ineunda, cum varia legata cumulantur, ut de dodrantis quantitate appareat, contributio fieri dicitur. leg. 1. §. interdum omnimodo. leg. in ratione 11 §. quod vulgo. ff. ad l. Falc. & l. 1. in prin. ff. si cui plus quam per leg.

**CONTUBERNALES** appellatur, quicumque simul habitant, ut tradit Alciat. in l. inde de Verb. signific. Quapropter in re quoque militari contubernales dicuntur qui in iisdem tabernaculis seu tentoriis militant: nam taberna omnem habitationem complectitur. Idem fit ut contubernales seruorum, intelligantur eorum uxores & nati. l. quæsitum §. contubernales. de fund instr.

**CONTUBERNALITVM**, est matrimonium contractum, & proprie seruorum In st. de nupt. in gl. super verbo, ciues.

**CONTUMAX** à contemnendo dicitur. Et secundum Istorum est qui comparere debet in iudicio, & non comparere. Et dicitur quandoque verè quandoque fictè, vel præsumptiuè. Verè contumax dicitur qui expresse dicit iudici vel eius seruenti, scil. nuncio ipsum citanti, quod non comparebit coram ipso, vel qui dum comparere illicentia us recedit. Fictè verè contumax est qui citatur, non tamen venit, vel latitat, aut facit, quod citatio ad ipsum non veniat, aut eum non apprehendat, vocem vel qui iudicis audire negligit Sed isto vitimo casu potius dicitur vere contumax

**CONTUMACIA**, est erga iudicem vel prælatum commissã

inobedientia Et est multiplex, Aliquando enim committitur in non veniendo. Aliquando in non respondendo. Aliquando in latitando, absentando, vel procurando ne ad citatum veniat citatio. Aliquando in non restituendo Aliquando in non emendendo delictum. Aliquando in non exhibendo. Vide Goffr. de sentent. excom. §. excommunicatio fieri debet, in Sum. & Gulielm. Spec. tit. de contumac. §. 1. vers. & nota. vbi distinguit duplicem contumaciam Primo sc. veram & præsumptam. Secundo triplicem, scil. veram, eurentem & præsumptam, vt in gl. not. in Clemen. vnica, de do & contum. quæ est gl. fi. & per Inno. in c. querela. de Procur. Bar. in l. fin. ff. de in integr. restitut. & in l. ex consensu. §. 2. ff. de Appel. Cy. & Pet. post Iac. Butr. in l. properandū §. sin autē reus. C. de Iud.

**CONTUMELIA** à contemnendo dicta est, capitur sæpe pro iniuria. Inst. de iniur. in prin.

**CONTURBO**, as, præter illum significatum quem habet in præsentem, significat etiam decoquere, siue fidem frangere, nec creditori vel le aut posse soluere. Martialis:

*Conturbabit Atlas, & non erit  
vncia cælo,  
Decidat tecum qua pater ipse  
Deum.*

Iuuenalis.

*Sic Pædo conturbat, Martho desit,  
exitus hic est.*

Alphenus lib. 15. in tit. de in rem verso. l. quidam fundum. Postea, inquit, conturbauerat, qui boues

vendiderat. ] Item de Inst. act. l. cuiuscunque §. idem Labeo. [ Si quis pistor secum suum solitum fuit ad certum mittere locum ad panem vendendum, deinde conturbauerit ] Accurs. i. non fecit quod conuenit, exponit. Nebr.

**CONTURBARE**, interprete Bub. in l. cuiuscunque de Inst. act. est decoquere, & patrimonium dissipare: proprie autem dicitur, qui soluendo non suat quod à dominis acceperunt. l. quidam. de in rem verso.

**CONVENIRE**, est simul in vnum locum venire. Etiam dicitur conuenire quod alicui competit, secundum conditionem suam, vt istud conuenit illi. Item conuenire capitur quandoque pro conuentione i pacto, ex consensu de aliquo faciendo.

**CONVENIRE** etiam quandoque sumitur pro alium in iudicium vocare, vel facere euocari. Item est placere. Vnde conuenire inter aliquos est complacere inter eos, vt conuenit inter te & me vt des mihi hoc.

**CONVENIRE** mihi, est congruere mihi vel adesse mihi quod me decet honestumque est.

**CONVENIRE** me, est alloqui me super aliquo facto.

**CONVENTICULA**, pro illicitis congregationibus.

**CONVENTIONIS** nomen generale est ad omnia pertinens de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. siquidem nullus est contractus, nullaque obligatio, quæ in se conuentionem non habeat, l. i. ff. de Pacto. Conuentionū autem tres sunt species, de quibus in l. conuentionum. & seq. de Pacto.

**CONVERSATIO**, habitatio. Vlp. l. 12. §. 1. de Relig. & sumpt. Senatusconsulto

*Contumacia  
tanto maior  
e quanto  
ve minor  
iurij est.*



sulto cauetur, ne vsus sepulchrorum, permutationibus polluantur: id est, ne sepulchra alia conuersationis vsum accipiat: hoc est, ne quis aliam ob causam quam sepulchri & regionis ibi habitet, aut versetur, vt ex edicti verbis intelligitur, quæ idem Vlp. refert in l. 3 ff. de Sepul. viol. Hotom.

**CONVERSI** & oblati differunt, quia conuersi portant habitum religiosorum, & proficentur solemniter, sed non sunt clerici: oblati verò portant aliquando habitum, & aliquando non, & possunt recedere, nisi sint perpetuò oblati, quo casu æquiparantur aliis professis. Domin. de sancto Gemin. in c. per exceptionē. de Priuileg. in 6.

**CONVERSI** veniunt appellatione monachorum, & gaudent immunitate religiosorum. Felin. in cap. non dubium. de Senten. excommunic.

**CONVIVIUM** dicitur quasi conuicium, sc. quando in vnum plures voces conseruntur, & iniuriam esse Labeo ait. ff. de Iniur. l. item apud Labeonem §. conuicium.

**COPPIARVM** negotium, in lege ob negotium. de compen. dictum videtur pro mercimoniis rerum victualium quæ ad exercitum deferuntur.

**COPPIAT** AE, I. C. tit. 2. l. 4. E & 4. C. tit. 63. l. 5. k.

**COPULATIVA** oratio dicitur, in qua plura copulatiuè ponuntur, vt in omnibus verificetur, & ideo ad verificationem ipsius omnium concursus exigitur ex proprio significato. Sed hunc concursum quandoque diuersimodè significat, prout diuersa materia vt alius quiuis modus significandi significare declarat. verbi gratia, ibi, interrogatus promitto, [lego Stigam & Pamphilum,] significat

vrumque esse in stipulatione vel dispositione. l. inter stipulantem. §. sed stipulante. ff. de Verb. obl. l. scire debemus. in prin. eod. tit. l. quoties. ff. de leg. 2.

**COPULATIVA** etiam quandoque significat concursum alterius tantum, prout ex significandi modo concluditur: nam quandoque ponitur pro disiunctiua, l. sæpe. de Ver. sig.

**CORACINVM** colorem, cuius meminit leg. quæstum §. coccum de Leg. 3. Alciat. in Parerg. interpretatur nigrum.

**CORAM** not. Paul. in comment. de confess. c. ex parte de Elect. vt circa lib. 6 Et intelligitur ita vt præsentem intelligant. ff. de Arbitr. l. diem. §. coram.

**CORBIS**, textum est vimineum, quod Græcè, vt Priscianus ait, *κόρυμβος* appellatur, sed propriè corbis est quo messes excipiuntur. Varro libro 4. de lingua Latina: [corbis, inquit, dicta ab eo quòd spicæ, aliudve quid eo coruebat.] Sed cum Grammaticis sub genere fæminino relinquatur. Seruius in 1. Georgic. auctoritate Ciceronis sub fæminino proferendum esse dicit, qui dixit, [messoria se corbe contexit.] Vlp. lib. 33. Dig. de fan. instr. l. instrumenta. [Instrumenta, inquit, cogendi fructus, quemadmodum torcularia, corbes, falces messoriæ, falces fornariæ.] Nebr.

**CORBIS** refertur inter ea fundi instrumenta, quæ fructus cogendi gratia parantur. l. instrumenta. de Fund. instr. leg.

**COREPISCOPI**, hi remoti sunt ab ecclesia, vt 68. dist. c. corepiscopi. Et poterant constitui in villis vel castris, episcopi verò non nisi in ciuitatibus, conferebant tamen minores ordines.

**CORINTHIUM** æs, & vasa Corinthia ab ære Corinthio dicta, quod Corintho vrbe Achaia à Romanis euerfa & incensa, ex variis fit metallis conflatum. Plinius de ære Corinthio: [casus, inquit, hoc miscuit, Corintho cum caperetur incensa] Sed auctor ostendit, opifices nobiles Corinthiorum vasorum Corinthi excidium præcessisse. Martialis,

*Consuluit naves an olerant æra Corinthon.*

Suetonius in Augusto: [Propter vasa, inquit, Corinthia inter profcriptos curasse referendos.] Labiennus Priscus, de legat. 3. l. hæres, §. pen. cui Corinthia, inquit, vasa legata essent & paulo post: Proculus verò rectè ait, si æneæ quidem sint abaces, si autem Corinthiæ, non deberi. Accurs. Corinth. 2, i. de vili materia, puta palea vel herba palustri, exponit, putans pretiosiora esse vasa ænea quàm vasa Corinthia: atque ita lectio-nem cum sensu perturbat. Erit igitur ordo & littera sensustalis: Proculus vero ait: subandi abaces deberi, quia vasa Corinthia erant in tanto pretio, vt vna libra permutaretur aliquando quingentis. Equalitas itaque legis in hoc consistit, quod abaces ex viliori materia debentur, ex pretiosiori tamen non debentur. Nebr.

**CORNICULARII** dicuntur illi, qui gerebant cornua vel aciem in bello, vel qui in aures iudicum vota perferrent sua. Sed in l. 2. C. de Prox. sac. scrib. accipiuntur pro adiutoribus principis, custodis, vel officialis, vt eo in loco attestatur Alciat.

**CORNUPEA**, require supra [bos.]

**CORONA**, quæ etiam clerica dicitur est signum regni & perfectionis, cum sit circularis, carens angulo, in signum carentiæ sordium, quia vbi angulus, ibi sordes. Se igitur & alios virtutibus regere, & à sordibus mundare debent qui coronas gerunt, & sic in Deo regnabant. 1. 2. q. 1. duo sunt, & quomodo rasura, tonsura, & corona differant, & quid significant, vide gl. in verb. tonsuram, in Clem. 2. de vita & hon. cler. Et differentiam inter diadema, coronam, & seruum vide in Cl. vni. de iureiur.

**CORONARIUM** aurum appellatum est, quod ciuitates & oppida nouis Imperatoribus offerebant: de quo extat tit. lib. 10. C. de Aur. cor.

**CORPVS** pro collegio à Iurisconsultis nonnumquam accipitur, vt Callistrat. lib. 27. de excus. tut. l. non tantum [Non omnia, inquit, corpora vel collegia vacationem tutelaram habent.] Item Pomponius lib. 41. tit. de Vscap. l. rerum. [Corporum, inquit, tria genera.] Iustinianus quoque C. de legib. & constit. l. quæ ex relationibus. [Quibuslibet corporibus, inquit, aut legatis.] Aut Nebr.

**CORPORIS** vitiatum dicuntur, qui sunt mutilati in membris, vel debilitati proprie, sicut qui membrum habent, sed inefficax, vt oculum cæcum, manum aridam, crus fractum, &c. sic mutiatus proprie dicitur, qui caret aliquo membro.

**CORPORATI**, id est, collegiati. require supra collegiati.

**CORPORATVS** vrbi Romanæ, dicitur, qui in aliquo corpore, & præcipue vrbi, scribitur, sicut quodlibet membrum hominis dicitur incorporatum, vel ciuis factus, vel incolæ, vt C. lib. 11. de Privil. cor. urb. Rom.

**CORPVS** quandoque dicitur collegium siue vniuersitas, cuius caput est Prælat. c. nouit. de his que sunt à Prælat. Et tale corpus potest habere vnum sigillum. de Except. præl. c. dilecta. Dicitur etiam congregatio cuiuscunque ciuitatis, vel villæ, vel castri habere corpus. Item quælibet congregatio pro iustitia faciendi, vt congregatio Scabinorum, vel rotius vniuersitatis. Item societas causa religionis, cui permissum est corpus habere, debet instar reipublicæ habere res cõmunes, sc. actorem siue syndicum communem, per quem agere potest, & c. ff. Quod cuiusq; vniu. no. aga. l. 1. Item episcopus cum capitulo suo facit vnum corpus, cuius ipse caput est. Sed cum clero ciuitatis vel diocesis non dicitur facere vnum corpus: sic nec Abbatissa cum clericis suis, licet sit caput, vnum corpus facit.

**CORPVS** etiam vnum dicitur, quod vno clauditur spiritu, vt animal. Etiam dicitur quod habet partes integrantes, siue sibi coherentes, vt domus: vel habet partes distantes, vt grex, populus, collegium, secundum Bern. de Excess. prælat. c. vnic. lib. 6.

**CORRADERE** pecunias, est vndeunque illas eruscare atque conquirere. Teren. in Adelp. [Minas decem corradere alicunde;] Idem in Phormione: [Muus hoc ei corraditur.] Vlp. tit. de bonis dånatorum. l. diuus. [Plerunq; inquit, corrasas pecunias Præsides ad fiscum transferunt.] Idem l. 5. ff. de Administ. & per tut [Ita autem depositioni pecuniarum locus est, si ea summa corradi, id est, colligi possit, vt comparari ager possit.]

**CORRECTORAS** prouinciarum in

Iurisconsultorum libris appellantur, quibus pars aliqua prouinciæ regenda tradita est l. ex omnibus. 10. & l. pen. ff. de Off. præf. Trebel. in Tetrico tyranno: [Eum quem triumphauerat correctorem totius Italiz fecit.] Sic in l. vlt. C. Vt omnes Iud. & apud Marcellinum lib. 15.

**CORRIUALES** dicuntur, qui ex eodem riuo simul aquantur, & per translationem, qui eandem amicum habent communem. Vlpianus libro 44. de aqua æstiu. l. 1. [corriuales, inquit, id est, qui per eundem riuum aquam deducunt.] Nebr.

**CORRIUALES**, Vlpiano sunt, qui per eundem riuum aquam ducunt. l. 1. de aqua quotidian. & æsti.

**CORROGARE**, est quasi simul rogare, & simul colligere, vel adanare.

**CORRUMPERE**, hoc verbum late patet, vt Inst. de leg. Aquil. §. capite & l. si seruus seruum. ff. eod. tit. Et quandoque significat stuprare, vt in l. si quis aliquid: de pœnis. Seruus etiam multis modis corrumpi dicitur, vt intelligere licet ex tit. de seruo corrupto. ff. & C.

**CORRUPTELA** est peruersa consuetudo, sacris canonibus inimica de Consuet. c. cum venerabilis. de vita & honestate cleric. c. cum decorem, & c.

**COSTVM** Marcian. in l. vlt. §. 5. ff. de Public. inter species ad vectigal. pertinentes recenset Plin. lib. 12. c. 12. sic scribit,] Radix & solium Indis est maximo pretio: Radix costi gustu feruens, odore eximio, fructice aliàs inutili.] & lib. 22. c. 24. [Odorum causa, vnguementorumque & deliciarum, si placet etiã superstitionis gratia emantur,

emantur, quoniam thure sup-  
pliamus & costa. Horom.

**COTIDIE** per c, & non quotidie  
per q, debere scribi, Quintil. est  
auctor lib. 1. de Orat. inlt [Frigi-  
diora, inquit, his alia, vt quicquid  
c, quartam haberet: & quotidie,  
nō cotidie, verūm hæc iam inter  
ineptias euauerūt:] Frigida esse,  
& inter ineptias numerat  
Quintil. quòd quotidie per q, li-  
teram debeat scribi. Victorinus  
quoque in libro de orthographia  
cotidie per c, literā debere scribi  
his verbis ostendit: Quamuis, in-  
quit, cocus à coquendo, & coti-  
die à quoro, & die, deriuata sunt,  
per c, non tamen per q, scribenda  
sunt.] Adnotarunt & hoc Angel.  
Polirianus, & Laur. Abstemius, &  
Ludonicus Bognoninus in an-  
not. suis.

**COTORIA**, æ, vena est, vnde cotes  
excisuntur, sicut Sulphuraria,  
vnde sulphur eruitur: Scypteria  
vnde alumen. Alphen. lib. 39 de  
publica. & vestigal. l. Cæs. [cūm  
insulæ Cretæ cotorias locaret, le-  
gem ita dixerat.]

### De C ante R.

**CRABATVS**, *νεγκρατος*, lectulus me-  
ridiando idoneus. Scæuola l. 20.  
§. 8. ff. de Inst. [Instructis domi-  
bus legatis crabatus argento in-  
aurato, lectus mortis Titia tem-  
pore, in domibus non est reper-  
tus, sed in horreis tantisper con-  
ditus.] Horom.

**CRETAEFODINA**, dicta est, vnde  
creta effoditur. Sed cūm multa  
sint cretæ genera, cymolia, sarda,  
vmblica, saxea, argentaria, figu-  
la, de cymolia creta intelligen-  
dum est dixisse Iuricons. lib. 27.  
Dig. tit. de reb. eorū qui l. sed si.  
[Cretæ fodinas, inquit, vel argen-

trifodinas vel aliud simile.] Caius  
li 39. de Public. & vestig. l. sed &  
ij. Est autem creta cymolia, qua  
vtuntur in lanificio pannarij, ad  
lanæ duriciem molliendam.

**CRASSARI**, est quasi crudeliter gra-  
di. 2. Reg. vlt. [Cesset interfectio,  
quæ crassatur in populo.] facit  
23. q. 2. militare. ff. de pœn. l. ca-  
pitalium. ad medium. Et not.  
Ioan. Andr. in Clem. 1. de pœn. in  
verbo [crassantibus.]

**CRASSATVRÆ** dicuntur, quæ fiunt  
à latronibus in itinere, dum cru-  
deliter contra transeuntes cras-  
santur. de pœn. dist. 1. à crassatu-  
ris. Et crassatores sunt, qui prædæ  
causa aliquid faciunt, & proximi  
latronibus habentur, & sunt ad  
malum nitentes. vt est text. iun-  
cta gl. in leg. capitalium. §. cras-  
satores. ff. de pœn. & dicitur à  
[crassor, crassaris,] alias [grassor.]  
idque rectius.

**CRATICVS** paries, qui rectis cra-  
tibus infixis, tūm aliis transversis  
circumplectantibus constat. Vlp.  
l. 52. §. 2. ff. pro Socio. [Si vicini  
semipedes inter se contulerunt,  
vt ibi craticium parietem inter  
se ædificarent, ad onera vtrius-  
que sustinenda, &c.]

**DREDITOR**, est qui alienam fidem  
sequitur mutuam pecuniam  
numerando. Generaliter verò  
creditor dicitur, qui ex causa  
quacunque alienam fidem se-  
quitur. Et dicitur ideo creditor,  
quia credit debitori.

**CREDITORES** dimittere, est sol-  
uere quod illis deberet. leg. à di-  
uo. §. quod si. ff. de re iud.

**CRETA**, est terræ species qua figuli  
præcipuè vtuntur. l. si cretæ. ff. de far.

**CRETIO**, id est, additio. l. cretionis.  
C. de iud. deli. vide supra, CERNO.

**CRIMEN**, est peccatum, quærela,  
id est, accusatio & damnatio-  
ne di

ne dignissimum: unde & pro accusatione ipsa sumitur: vt in l. 2. de crim. expil. hæred.

**CRIMINVM** alia sunt priuata, vt illa quorum executio id est, accusatio vel denunciatio pertinet tantum ad illos, quibus inferuntur, vt furta, damna illata & iniuriæ. Alia sunt publica, quorum accusatio datur cuiuslibet de populo, quoniam ad publicam utilitatem spectat, ne maleficia maneat impunita, vt sunt homicidia, parricidia, adulteria: post sexagesimum tamen diem, l. iure mariti. C. de adult. Item crimen læsæ maiestatis. Item sunt quædam crimina excepta, scilicet ad quorum accusationem & restitutionem etiam laici contra clericos admittuntur, si bono zelo procedant: & sunt ista, crimen simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis, & sacrilegij, de quib⁹ vide concordantias in gl. sum. 2. q. 7. vbi additur crimen dilapidationis, &c. cum P. Manconella. de accus. & nota quod crimen dicitur quinque modis. Primo sumitur pro quolibet peccato, siue sit mortale, siue veniale sit. Secundo pro crimine irrogare infamiam, quod est accusatione & damnatione dignum. Tertio, pro peccato, siue mortale, siue veniale sit, quod non deletur nisi per penitentiam. Quarto, quod semel commissum sufficit ad condemnationem, non tamen infamat. Quinto, quod irrogat perpetuam infamiam: vt not. 25. dist. c. cap. vnum orarium. §. nunc ante. n. & 81. dist. Apostolus unde, Si quilibet est peccator, non tamen quilibet est criminofus.

**CRIMEN** concussionis committit, qui prætextu officij sibi commissi, extorquet, comminando ali-

quid ab inuito, & tali crimine punitur quis pœna quadrupli l. q. 7. sancimus. in fin. & tam laicus quàm clericus. punitur pœna concussionis, 23. q. 1. militare. cuius contrarium tenet gloss. in verb. [quadruplum] dist. 18. §. portio.

**CRIMEN** ecclesiasticum, est quod pertinet ad iurisdictionem ecclesiæ, vt hæresis, sacrilegium, simonia, periurium, vsura, adulterium.

**CRIMEN** merè ecclesiasticum, est quod principaliter ortum à canonibus sumpsit: & solum coram iudicibus ecclesiasticis cognosci debet, de cuius cognitione iudices sæculares se nullatenus intromittere possunt, vt est crimen hæresis. Sed crimen merè civile per oppositum est delictum, legibus civilibus prohibitum, aliàs in se non peccatum vt in ciuitate ire de nocte post sonum campanæ, vel consimile. crimen verò mixtum, est quod spectat ad forum vtrumque, vt est sacrilegium, quod spectat ad forum ecclesiasticum, & potest etiam iudex secularis de pœna eius cognoscere, & sacrilegium punire, secundum gl. in verb. [audiuimus.] in c. foelicis, de pœn. lib. 6. de hoc est gl. in sum. 11. q. 1.

**CRIMEN** expilatæ hæreditatis, est cum res hæreditariæ subtrahuntur, antequam hæres earum possessionem adipiscatur.

**CRIMEN** fraudatæ annonæ, est cum portiores furantur victualia à republica ad exercitum missa.

**CRIMEN** fraudati census committitur, cum quis furatur publicam pecuniam sibi accommodatam.

**CRIMEN** hæresis, in multis conuenit cum crimine læsæ maiestatis, & huiusmodi secundum can. est proprie læsæ maiestatis, quia lædit

lædit Remp. Imperatorem etiam diuinum & celestem.

**CRIMEN** læsæ maiestatis, est vbi-  
cunque quis contra urbem ali-  
quid molitur, aut qui profugit ad  
hostes, vel illos iuuat qualicun-  
que causa, sc. armis, consilio, vel  
pecunia, vel qui subiectas provin-  
cias nititur facere rebelles, vel se-  
ditiones aut bella mouet in ciui-  
tate, vel qui prælatum, magistra-  
tum, vel principem occidit, vel  
qui contra latus eius militat, vel  
arma fert & occupat contra Remp.  
publ. Et idem dicitur crimen per-  
duellionis, i. e. hostile. nam per-  
duelliones dicuntur hostes. Secus  
si committatur hoc crimen, non  
contra Remp. quia tunc non di-  
citur perduellionis, sed simplici-  
ter læsæ maiestatis. Et nota, non  
subditus crimen læsæ maiestatis  
non committit, vt in § rursus. in  
Clem. pastoralis. de Re iud. vbi  
Rex Sicilia Robertus non eo mo-  
do subfuit Henrico Imperatori,  
quòd crimen læsæ maiestatis in  
eum commiserit.

**CRIMEN** peculatus secundum Azo.  
eod. tit. locum habet pro pecunia  
publica intercepta, vel quocunq;  
modo contaminata, vt si in aurum  
vel argentum vel æs publicum a-  
liquis ferrum, vel simile aliquid  
inducat, i. adiciat. Idem est in sa-  
cra re, vt in vasis ecclesiæ. idem  
est in religiosis ornamentis se-  
pulchri, &c.

**CRIMEN** piaculare, est quod morte  
expiatur.

**CRIMEN** sacrilegij, secundum Azo.  
& secundum leges, fit propriè  
quando sacrum de sacro aufertur.  
Ac etiam, secundum eum, si quis  
non sacrum de sacro recipit, vel  
sacrum de non sacro. Sed secun-  
dum leges, tunc sacrilegium non  
est: quia quando res priuata aufe-

runtur de sacro, tunc actio furti  
locum habet. Host tamen dicit,  
quòd si accipiat sacrum de sa-  
cro, vel sacrum de non sacro, sem-  
per sacrilegium fit, vt 17. q. 4.  
quisquis. vers. [similiter.] Et sic  
secundum II. requiruntur duo vt  
fiat sacrilegium. Primo, vt auferatur  
res sacra. Secundo, de loco sa-  
cro. Quorum alterum sufficit se-  
cundum can. Sed pone, statutum  
est quod faciens sacrilegium sic  
puniatur, quæro an intelligatur  
secundum ius ciuile, vel canoni-  
cum. Solutio. Si statutum fit à ci-  
uitate, intelligitur secundum le-  
ges. homines populi. ff. de Inst. &  
iur. Si fit per episcopum, intelli-  
gitur secundum Can. Do. Cato  
putat quod etiam primo casu in-  
telligatur secundum can. quia  
disponit de Rebus ecclesiæ. ergo  
debet intelligi secundum mate-  
riam subiectam. leg. i. C. de Edict.  
success. vbi est casus à contrario,  
quòd gradus commutantur secun-  
dum leges, exceptis causis matri-  
monialibus.

**CRIMEN** stellionatus, secundum Azo,  
eod. tit. dicitur à quodam animali  
reptili, quod dicitur stellio, & est  
quasi simile serpenti: stellionatus,  
quasi diuersis coloribus pictum,  
sicut cælum stellis. Et committit  
hoc crimen qui ex varietate ani-  
mi rem aliquam alteri pignori o-  
bligatam siue pignoratam alij po-  
stea obligat: & dicitur à stellione,  
quia sicut ille vermis est varius in  
coloribus, sic ille qui committit  
hoc crimen, est varius in ore, &  
inconstans in mente. Deinde ta-  
men illud crimen locum habet ge-  
neraliter, quòd deficiente in cri-  
minib. alia speciali actione, quæ  
est alicui subueniri contra delin-  
quentem. Sicut enim in pecunia-  
riis causis actio datur de dolo in  
subst

subsidium, ita in criminibus quibuscunque, ubi titulus deficit criminis, crimen stellionatus obicitur, ut si quis vendidit tibi massam electri pro argento vel simile, aut aurichalcum pro auro.

CRINA Pomp. l. 21. § 1. ff. de Aur. & Arg. numerat inter ea unguenta quæ valetudinis causa sunt parata. Nisi fortè CRINONIA legendum sit, ut sit oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditum: nam Crinonis Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod liliū rubens appellat. alij tamen CRINA retinent, ut sit liliū positum pro unguento crinino.

CRINALE, ornamentum capitis est ad cingendum capillos, ne turgentur evagenturque. Ouid. 3. Metamorph.

*Nec terque s collo, nec habens crinale capillos.* Idem in 5.

— *Curuum crinale capillos.*

Virgil. Æneid. 11.

*Pro crinali auro, pro longa regimine palla.*

Vlp. lib. 34 de Aur. & Arg. leg. 1. argumento 25. §. 4. [Fasciæ, inquit, crinales pedulesque] Philip. Beroal. non legit crinales, sed [fasciæ crurales pedulesque:] quasi fasciæ sint crurum pedumque munimenta quædam.

CRINALES fasciæ dicuntur, quibus crines coercentur, ne evagentur. l. argumento. de Aur. & Arg. leg.

CRUCIPHANTIA opinatur Hotom. esse ornamenta villosa, quæ sub reticulis contexta, per eorum plagulas apparent, quod & origo vocabuli *κρουφάντιος* declarat. Vipian. in l. 25. §. 10. ff. de Aur. & ar-

gent [Ornamentorum, inquit, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, cruciphantia.] Alciat. autè & alij eruditi homines vocabulo cõquiritendo mirabiliter exercentur.

De C ante V.

CUBICULARII dicuntur serui, qui cubiculum domini sui procurant.

CUBICULARII officium quod sit, & an sit dignitas, vide Bart. in l. 1. c. de Præpos. sac. cub. lib. 12.

CUBITVS proprie est mensura pedis cum dimidio.

CUCUMA quid sit, nondum liquet mihi, neque enim ego is sum, qui incognita pro cognitis habeam, Angelus Politianus observationem fecit de cucuma, sed quid ea esset non ostendit. Nam cum dicit Martialis ad Torquatam:

— *Cucumam fecit Otacilius.*

videtur esse genus ædificij tugurij pauperis. Ambr. in vita B. Agnes pro vase quodam æreo videtur posuisse: [Dij, inquit, tui, ærei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt.] Vnde cucumelam inter vasa posuit lib. 8. Digest. tit. si serui vend. ff. si quando § 1. [Seius, inquit, sylvam seuisset in qua labra & crateras, & cucumelas positas haberent.] pro genere verberis cuiusdam posuit Martian. lib. 24. ad l. Cornel. de sicar. l. 1. [Si clam, inquit, percusserit, aut cucuma,] Petronius Arbiter pro fornace videtur posuisse Ant. Nebr.

CUCUMA genus vasis, vnde cucumella. l. si quando. si serui vend.

CUCURBITA secundum gl. in leg. si inimicitia. de iis quib. ut indi. est verbum iniuriosum. Inde verbum cucurbitare, in c. 1. quibus mod. feud. ant. in vsibus feud.

CUCV

**CVCVRINA** quid sit, declarat Accur. in l. vnic. Cod. nulli licet. in ste. lib. 11.

**CVLCITRA** generali nomine dicitur omne stragulum, in quo aliquid quiescendi gratia inculpatum sit, l. 3. de supel. leg.

**CVBLBVS** vter est ex corio bouis accipiens viginti amphoras. Priscian. de ponderibus & mensuris:

*[Cuius supplicio non debuit una parari]*

Plin lib. 14. [Septenos culleos singula iugera musti.] Vlp. lib. 33. Dig. de fun. instr. l. quæ sit. [Cuppes, inquit, & cullei.] Item Sexuol. cod. lib. tit. de Annulis leg. l. legatum. [Vini, inquit, Falerni, quod domi nasceretur, quotannis binos culleos.] Est præterea culleus mensura frumentaria, tantundem capiens Sexuola lib. 13. Dig. cit. de Pignorat. action. l. vlt. [Pecuniam sub pignore culleorum accepit.] Est præterea culleus publica parricidarum pœna, ex leg. Pomp. de parricidis. Hinc Iuuenalis de Nerone parricida:

*[Culleus hac maior nulla est mensura liquoris.]*

*Simia, nec serpens vnus, nec culleus vnus.]*

**CVLLBI** sunt sacci de Corio. ff. de Pign. actio. l. vlt. §. fin. & C. de his qui parent. vel fil. occid. l. vnic. Et processit illa pœna à Tarquinio Rege Romanorum, vt patet apud Valerium Maximum lib. 1. c. 14.

**CVLLBVS** vel calcipenus est idem quod saccus, in quo portatur triticum, & maxime de corio, qui supra ponitur equum. Vel dicitur

saccus coriaceus in quo ponuntur interficientes parentes. l. vn. C. de His qui par. vel fil. occid. vbi dicitur insutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera & simia. Erat item culleus mensura vinaria capiens viginti amphoras, de qua meminit l. legatū. de Annuis leg. **CVLPA**, dolus & fraus quomodo differunt, not. 50. dist. §. dolus. Item quod duplex sit culpa, quæ sit leuis, leuior, & leuissima; item quæ lata & latior, vide per Bart. lacissime in l. quod Nerua. ff. de pos. & infra in verb. Dolus.

**CVM** accipitur interdum pro [ & ], ff. de legat. 1. l. Titia. §. nihil. & de Ver. obl. l. quodcunque. §. non solum. etiam interdum accipitur pro [ si ], & principaliter notat tempus, & non conditionem, nisi in consequentia. l. centesimis. in fin. ff. de Verb. obl. Etiam facit adiunctū videri accessorium, non principale sicut coniunctio, vt l. si cui fundum. ff. de fun. instr. & not. quod dicitio [ cum ], inuenitur in duabus partibus orationis. Vno modo est præpositio, & construitur cum ablativo. Alio modo est aduerbium temporis. Primo modo significat dupliciter, sc. accessorie & principaliter. Accessorie, vt lego seruum cum veste, equum cum capistro, fundum cum eius instrumento. l. 1. ff. de pecul. si cui fundum ff. de fun. instr. & instr. l. Idem in contractu, vt depono seruum cum veste. l. 1. §. quæ depositis. ff. de pos. & ibi not. per gloss. & Doct. & est effectus quod non debet depositarius restituere accessorium sine principali, & si seruus moritur sine culpa depositarij, vestis per se peri potest, alias locupletaretur depositarius sine causa cum iactura aliena, quod esset iniquum, de Reg. iur. locuple



capletari. libro 6. Principaliter  
 autem secundo modo coniungit,  
 quando res coniungit, quarum  
 una non est alteri accessoria, vel  
 cum personas coniungit, & pa-  
 trem aut matrem. l. 3. & 4. ff. de  
 Pecul. & §. si eius. Instit. de legat.  
 & licet inter filium & matrem  
 aut patrem non sit æqua princi-  
 palitas, quoad honorem debitum  
 & reverentiam, quæ debentur  
 parentibus à liberis, & non è  
 contra, est tamen principalitas  
 æqualis inter eos quoad effectum  
 iuris: nam si extinguitur legatum  
 in patre vel matre, non sequitur  
 ergo, quod in liberis extinctum  
 sit, quia anima, quæ principalis  
 est in persona, est à Deo & non à  
 patre vel matre, item & ex com-  
 muni modo loquendi distinctio  
 [cum] significat accessionem ho-  
 noris inter personas, vt dicendo,  
 veni mecum, significat te mihi  
 accedere associando accessorie,  
 secus in distinctioe [ & , ] vt dicen-  
 do, ego & tu eamus, quia significat  
 utrumque principale. Sed  
 dominus vobiscum, non potest  
 significare, quod Dominus acce-  
 dat vobis, quia hoc non patitur  
 summa & immutabilis maiestas.  
 Et non refert si præponatur ac-  
 cessorium sic dicendo, depono  
 capistrum cum equo, lego instru-  
 mentum cum fundo. argumen. l.  
 præposter. C. de test. nisi essent  
 alia coniecturæ, ex quibus con-  
 cluderetur voluntas testantis, le-  
 gantis, vel contrahentis. item di-  
 ctio [cum] posita circa nume-  
 rum, non includit. v. gr. Testator  
 deposuit apud Seium 200. & le-  
 gando bona dixit, Seio 300. cum  
 200. quæ apud eum deposui, le-  
 go, non includuntur cum 300. l.  
 si is qui ducenta. in principio. ff.  
 de rebus dubiis. Sed cum, prout

Voc. Iur.

est adverbium, significat tempus  
 & dilationem, quandoque ex  
 conditione, quandoque etiam  
 accelerationem temporis & di-  
 lationem significat, vt ibi, pro-  
 mitto cum Titius morietur, leg-  
 nam & si. ff. de condit. & demonst.  
 tempus & conditionem signifi-  
 cat, ibi, lego Titio impuberi cum  
 14. annorum erit. leg. si Titio. ff.  
 quando dies legat. cedat. Item  
 significat tempus & non condi-  
 tionem, ibi, lego Titio cum ipse  
 morietur. l. hæres meus. in princ.  
 ff. de condit. & demonst. Quando-  
 que nec tempus, nec dilationem  
 significat, vt ibi, promittis decem  
 cum petiero, vbi statim cum pe-  
 rit, soluere tenetur. Quandoque  
 etiam nihil significat, & frustra-  
 torie ponitur: vt ibi, lego cum  
 hæres adierit hereditatem. Bart.  
 prædicta ponit in leg. Gallus. §. 1.  
 ff. de Lib. & Post. vbi ponit diffe-  
 rentiam inter [ & ] & [cum] vt not.  
 in l. Stichum qui meus. ff. de leg.  
 1. An inducat conditionem vel  
 demonstrationem, de hoc text.  
 singularis in l. si ita fuerit, §. fin.  
 ff. de manumif. test. & quandoque  
 inducit copulam in l. illi cum il-  
 lo. ff. de Vsufr. legat. & quandoque  
 est coniunctio non faciens condi-  
 tionem, in l. demonstratio. ff. de  
 Condit. & dem. & quandoque est  
 adverbium, tunc iungitur verbo  
 futuri temporis, & principaliter  
 notat tempus, & in consequentia  
 conditionem, vt not. Bart. in l. 1.  
 ff. de cond. & idem.

CUMVLATIO secundum Bart. in l.  
 edita. C. de Eden. est vnus actio-  
 nis cum alia coadunatio. verbis  
 gratia, egi tecum actione deposti-  
 ti, & quia dubito non posse pro-  
 bare depositum, volo cumulare  
 aliam actionem in libello, per  
 quam probare possum intentionem

D. Rem

nem, hoc est, cumulare, i. plures actiones ad idem ex diversis causis competentes coaceruare.

**CVNICVLVS**, est riuus coopertus, ff. de damn. infect. leg. Proculus est etiam animal minus lepore, & ei simile.

**CVPPA** & **cuppula**, vasa sunt vinaria, hoc est, in quibus vina conduntur. Nonius Marcellus de generibus vasorum cuppas ponit & uinas. Vlp. de fando instrum. l. instrumenta ubi cuppas exponit vasa vinaria lapidea, vel de terra facta, cum illa sint dolia, cuppæ verò ex lignis constant. Item de l. 3. l. Lucius. §. pe. [Vasa, inquit, vinaria, i. cuppæ & dolia, quæ in cella defixa sunt.] Inde **cuppula**, pauca cuppa, vt de tri. & vi. leg. l. si cui. [In cuppis, inquit, siue cupulis.] Neb.

**CVPPAB**, sunt vasa facta causa portandi fructus.

**CVRATOR** dicitur, qui curam alicuius gerit defendendo ipsum, à prætorè secundum leges legitimè datus. Vel, secundum alios, est qui res adolescentis administrat. Datur autem secundum eos curator principaliter rebus, & secundariò persone: tutor verò primò & principaliter datur personæ, & secundariò rebus vel patrimonio. Et hæc est differentia vna inter tutorem, & curatorem. Alia est differentia, quia tutor datur pupillis infra 14. annum existentibus. Sed datur eisdem vltèrius ad 25. annum, masculis quidem ab ætate 14. annor. & foeminis ab ætate 12. Et similiter datur adultis furtoſis, vel similibus. Inst. de curat. in 1. & §. furiosi. & §. sed & mente captis.

**CVRAX** pro diligenti & sollicito, Caius l. 18. ff. de Edilit. edict. Si constantem aut laboriosum, aut

curacem, vigilacem esse, aut et fragilitate sua peculium acquirentem affirmauerit.

**CVRIA**, media breui, est locus ubi redditur ius: vel habitatio principis. Sed media longa est meretrix: [vnde,

*Curia ius curat, meretricis est dicta curia.]*

Appellabantur curiæ & triginta illæ partes in quas Romulus populum Romanum diuisisse fertur: vnde & curiatæ leges dicuntur, vt differit Pomp. in l. 2. de Orig. iur.

**CVRIALIS** dicitur ille qui est de officio curiæ, vel iudici obnoxius, id est, obligatus. Vnde curialis vel curiales dicimus omnes, qui quacunq; conditione obligati sunt curiæ alicuius publicæ potestatis, siue milites, siue aduocati sint, siue iudices, siue officiales, siue histriones, & breuiter quoscunq; siue habentes officium honestum, siue inhonestum.

**CVRIOSI** sunt, qui in curia principum vel magistratum commissa delicta denunciant, l. 1. C. de Cur. lib. 12. alias curiosi dicuntur nimium diligentes, vt in l. 3. §. pen. de in rem ver.

**CVRIOSITAS** sumitur pro subtilitate nimia cura exquisita, de renunc. c. 1. lib. 6. Nam curiosi de his, quæ non multum expediunt, sæpe disceptant, de Re iudic. Abbate sanè, lib. 6.

**CVRSOR** proprie est, qui pedibus celeriter literas defert, leg. seruit. vrbani. de leg. 6.

**CVRSVS** publicus, vt tradit Bud. erat vehicularis. Antiqui olim non equis singulis & expeditis, vt hodie, quos postas, quasi posticos collocatosque certis in locis, vocamus.

camus, sed vehiculis utebantur.

**CVRVLES** equi, not. C. de spect. l. nemo. li. 11. **Ædiles** curules quare sic dicantur, vide ff. de **Ædil.** edict. l. 1. in princ.

**CVRVVS** dicitur qui non habet corpus rectum. de **Ædil.** edict.

**CYSTODIA** & exhibitio reorum, ut dicit **Azo.** secundum **Legittas**, est custodia quæ fit in carceribus publicis, & etiam ponitur pro carcere, & pro ipsis personis in carcere inclusis. l. ad commentariensem. C. de **Cult. reo.**

**CYDONIVM** *αυδωνιον*. **Plinius** **Cotoneum** appellari latine scribit. **Vlp.** in l. 9. ff. de **Trit. vin.** **Cydonium** vinum appellat, ex malis cotoneis confectum. [**Cydonium**, inquit, & si qua alia sunt, quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur.] **Hotom.**

**CYLINDRI**, lapilli teretes & oblongi **Cylindrorum** inquit, de quibus **Plin.** lib. 38. cap. 5. **Paul.** in l. 32. §. vlt. ff. de **Aur. & arg.** [cum quædam ornamentum mammillarum ex cylindris triginta quatuor legasset.]

**CYMBIA**, **Seruius** pocula esse ait ad cymbæ similitudinem facta, vide supra **CIMBIVM.**

### De D littera.

**D**LITTERA datum significat, ut in extrema præfatione **Institutio.** D. C. P. Datum **Constantinopoli**, & alibi frequenter. **Hotoman.**

### De D ante A.

**D**ACTYLOTHÆCA interpretatur anulorum repositorium, nam δακτυλος digitus, & anulus interpretatur, & δεικνυμι repositorium.

**Plin.** lib. 37. **Dactylothecam** primus omnium habuit **Roma** primus **Syllæ** **Scaurus**. **Martialis**, [**Dactylothecam**, inquit non habet.] **Paul.** lib. 32. de **legat.** 3. l. argento. [**Anulis** legatis **dactylotheca** non cedunt.] atque ibidem iterum, [**in dactylotheca**, inquit, legata.] **A. Neb.**

**D**ACTYLOTHÆCA, est vas in quo anuli reponuntur. ff. de **legat.** 3. l. argento.

**D**ALMATICA, est vestis, quæa modo videntur omnes **diaconi** ex consuetudine in solemnitatibus: ut 76. dist. de **ieiu.** Antiquitus tamen sine concessione **Papæ** nec **Episcopis**, nec **Diaconis** licebat hæc vestis, dist. 23. cap. communis filius.

**D**AMNO, as, præter illam notam significationem significat etiam obligare, ut **Virg.** in **Buc.**

*Damnabis tu quoque votis.*

tit. de **Divortis.** l. si filius. [**Damnandum**, inquit, eum quanti mulier litem iuraverit.] **Itē** de **leg.** 1. l. cum filio. [**Hæredem**, inquit, mihi dare damnauerit.] **Hinc** sæpe legitur **damnatus**, pro obligatus; nam mendum est ubicunque legitur **damnas** nihili verbum, cum legi debeat **damnatus**, ut apud **Horatium** 2. **Serm.**

*Gladiatorum dare centum.*

*Damnari populo paria.*

**Nebriss.**

**D**AMNARE & reprobare differunt. Nam **damnare**, est reum, sine remedio subleuandi, tormentis, seu ignominia sententialiter deputare. **Reprobare** verò est rationibus evidentibus reum facere, istam differentiam assignat

signat Panor. in c. damnatus. in  
1. nota. de summa Trinitate, & fi-  
de catholica.

**DAMNAS**, in iure. civili quandoque  
est nomē adiectiuum omnis ge-  
neris, idem valens quod damnatus,  
vt in l. damnas esto. ff. de vsu  
& vsu fructu. legat.

**DAMNUM**, est diminutio vel adem-  
ptio patrimonij. & dicitur à de-  
mō, vel diminuo secundum text.  
ff. de damno infecto. l. 3. Etiam  
quandoque damnum est lucrum  
cessans. Et diuiditur damnum si-  
cut actio, quia alia est de damno  
dato, alia de damno infecto: &  
actio de damno dato competit  
ex lege Aquil. requiritur supra  
facto legis Aquil. ] Differtque  
damnum à periculo, quod dānum  
proprie refertur ad res seu pecu-  
nias: periculum autem ad per-  
sonam. Et de duplici damno cir-  
ca rem, & extra rem, vide infra,  
[damnum infectum] vbi com-  
plura de damno.

**DAMNUM infectum secundum Spe-**  
d. N. ope. nuncia. in tract. li-  
bellorum, §. nunc dicamus. dicitur  
si aedificium alicuius ruinam  
minatur aedificio vel pradio al-  
terius vicini: tunc enim aedificij  
istius vel pradij dominus à do-  
mino aedificij ruinam minantis  
perere potest, quod sibi caueatur  
nomine damni infecti: quz sti-  
pulatione continebit totum inter-  
esse illius vicini. ff. eod. tit. l. in  
hanc stipulationem. & l. sed & si  
conducere. & l. damni infecti.  
Et damnum patetis, quando rebus  
tuis aliquid decreuit: non quan-  
do accrescit. Quando autem lu-  
crum amittis, damnum non pa-  
teris. Etiam quoddam damnum  
sive interesse est circa rem, vt si  
subtraxisti mihi instrumenta qui-  
bus possessio firmatur, teneris

ad damnum quod contingit pro-  
pter ablationem instrumentorum.  
Et quoddam damnum est extra  
rem. Differunt etiam damnum de  
iactura, vt not. Ioan. Andr. in  
Novella de Election. quia tape-  
lib. 6.

**DAPHNENSIS lucus**, nemus est sub-  
urbanum Antiochiæ Epidaphne,  
id est, ad Daphnem posita, id est,  
ad Lauretum quod decem mille  
passuum ambitu patet in Syria  
curua, quo in loco Antiochen-  
sium conuentus agitabatur, ex  
Strabone. fuit autem hic lucus à  
Cneo Pompeio magno consecra-  
tus, Eusebio auctore. Est quoque  
Antiochiæ porta Daphnitica; de  
qua Hieronymus in vita Ignacij:  
[Reliquiæ, inquit, corporis eius  
Antiochiæ iacent extra portam  
Daphniticam in cimiterio] Iu-  
lian. libro Codic. 11. de cu-  
pressis ex lucu Daphnensi. l. [Si  
quis autem Daphnensis luci in  
Syria arborem amputauerit.]  
Nebr.

**DAPHNE**, erat suburbanum iuxta  
Antiochiam valde amenum,  
quod 80. stadiorum ambitu con-  
tinebatur. In eo erant spectatissi-  
mæ lauri, à quibus nomen sum-  
psit. Erant ibidem & cupressi  
miræ amenitatis, de quibus non  
excidendis vel vendendis spe-  
ciali titulo cautum est. C. de Cu-  
pr. ex lucu Daph.

**DAPIFER** dicitur ferēs dapes, & est  
nomen officij magnæ dignitatis  
in Curia Imperatoris, vnde inter  
proceres eligentes Imperatorem  
computatur.

**DAPSILIS**, est ille qui liberaliter  
secundum mensuram com-  
municat.

**DARDANARIUS** dicitur, qui imi-  
tatur Dardanum quendam ho-  
minem sceleratum, de quo est  
donius

donius lib. 5. Epist. [Omnia in Dardano crimina simul execrarentur.] ab hoc Columella dixit in horto, [Dardania veniant artes.] Dardanarij quoque dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, vt postea carius vendant. Cic. contra Pisonem, [Panis tibi de cuppa acque propola.] Plautus in Dardanarij præproperta emptione: [Flagellabat, inquit, annonam.] Vlp. lib. 47. de extraord. crim. l. annorum. [Annonam vexare Dardanarij solent.] Item de pennis. in l. Dardanarios. Ant. Nebr.

**DARDANARIJ** dicuntur à Græcis propolæ, qui omnia præemunt, vt postea carius vendant. vulgò reuenditores appellantur.

**DARE** in arte notariatus dupliciter accipitur, scilicet propriè & impropriè. Propriè quando res data transit in dominium accipientis, vt in instrumentis in quibus agitur de rerum alienatione & dominij translatione, in quibus transfertur dominium, si tradens erat dominus, aliàs non. Vnde dare propriè est accipientis facere: aliter enim non datur, nisi sic datur quòd in ipsum cui datur, statim dominium transferatur. Impropriè capitur in instrumentis emphyteuticis, & feudi, & locationis: vbi ille qui locat vel concedit, licet dare dicatur, non tamen dominium transfert. Et est differentia inter dare, donare, & tradere. Nam tradere dicitur qui solum possessionem transfert, & non dominium. De hoc not. 23. q. 6. §. vlt.

**DARE** intelligitur qui remittitur. l. & generaliter ff. de calumn. & l. si mulier. ff. de condit. can. dat. Bart. in l. Modestinus. ff. de soluc.

**DARE** facere, vt res fuit formula

actionis in personam, quia id quod aliqua de causa debebatur, peti solebat: siue id in dando, siue in faciendo constaret. l. actionum. ff. de obliga. & acti. soluta enim pro separatis in ea formula accipiuntur. l. sæpe 53. ff. de verb. signif. hoc est, vt alterutrum tantum debeatur. Vsurpatur in l. vlt. ff. Commu. præ. l. 18. §. 1. de Accepti. l. 3. ff. de Inoff. test.

**DATA** vel datum est caracterizatio in sine constitutionum vel litterarum inscripta, ex qua cognoscipotest quo anno, mense, vel die instrumentum, vel qualibet littera emanauit, & à quo tempore obliget constitutio, vel profic gratia in scriptis facta. vide de hoc Ioan. in fin. lib. 6. super verbo [data]

**DATIO** in solutam, est datio pro solutione & satisfactio, verbigratia Cùm Petrus deberet Ioanncentum, agitur inter ipsos vt Petrus det ei in solutum, id est, pro solutione & satisfactione eiusdem vnã domum.

**DATI VVS** quandoque resoluitur in ablatiuum per præpositionem vt ei, id est, ab eo. l. 2. de condic. tritic. ff. vsu. quemadmodum cau. l. huic. si cer. petat. l. fin. §. si duobus: vbi exponitur vtri eorum, id est, à quo.

**DATI VVS** quid importet. vide Bart. in l. impubercem. §. fin. ff. de falsis.

**DATIVI** tutores propriè sunt quæ neque lege neque testamento instituti, sed à magistratu dati sunt, Africanus scilicet & Iulianus. l. datiuus. 7. ff. Rem pupil. sal. l. generaliter. 40. C. de Episc. & cler. l. vlt. C. de legir. tuto. Vlp. tamen cap. 11. instituit datiuos appellat qui testamento dati sunt.

**DATVIRI**, vetustè, pro datum iri.  
Vlp. l. 38. §. 15. ff. de verb. oblig.  
[Si quis stipulatus à Mauius fue-  
rit fundum Titio datuiri.]

### De D ante E.

**DE**, ista præpositio quandoque au-  
get, vt in dictione [depositum.]  
vt not. ff. depo. l. 1. in princ. Ali-  
quando priuat, vt 35. dist. epif-  
copus. Item quandoque exponi-  
tur [de,] id est, [propter,] vt de  
re familiari, id est, propter rem  
familiarcm. C. quando cui. ac.  
præiu. crim. l. vnic. in princ. Ali-  
quando, id est, [pro,] vt ff. de  
aqua plu. arc. l. post vditionem.  
Aliquando ponitur pro [à.] l. si is  
qui rē. §. si fur. ff. de fur. Aliquan-  
do de, mutat ex toto significatum  
dictionis cui adiungitur, vt de-  
struo, dedecus, degener. Aliquan-  
do nec addit, nec minuit, vt de-  
tergere, id est, tergere, in Auth.  
de mona. in princ. Et regulariter  
ponitur declaratiuè. ff. de Arb. l. si  
de meis. cum aliis cōcordant. In-  
terdum ponitur pro [super.] C. si  
à non compe. iud. l. 3. interdum  
ponitur pro [valdè.] vt de pro-  
perat, id est, valdè properat. C. de  
vet. iu. enu. l. 2. §. sed quia diuine.  
Aliquando ponitur pro [secun-  
dum] vt de libellis, id est, secun-  
dum libellos. 20. dist. de libellis.  
Aliquando pro [turpiter,] vt de-  
pectus, id est, turpiter peccatus. ff.  
de calumn. l. & generaliter. Ali-  
quando subauditur à iure. ff. de  
Adult. l. 2. §. lenocinij in fin. Ali-  
quando denotat causam materia-  
lem: vt ff. de coniu. cum emanc.  
lib. l. 1. §. nunc videamus. Itē an  
ista præpositio [de] significet  
causam proximam vel remotam,  
vide Bar. in l. si finita. §. deinde,  
de dam. in fo.

**DEBET**, & [oportet] aliquando, di-  
cunt necessitatem, aliquando ho-  
nestatem. vide Ioan. Andr. inc.  
fin. de iur. calum. super verb.  
[per teipsum.] & not. in c. intel-  
leximus. in verbo, potest. de lud.  
Et nota quòd verbum, debet, in  
propria significatione importat  
necessitatem, vt est glo. in clem.  
attendentes. in verbo, debeār. de  
Statu monach. Sed honestatem  
significat vbi æquitate suadente  
verba possunt impropèriari. C. de  
pig. l. 2. Nota tamen vbi materia  
est indifferens, verbum, debet, re-  
gulariter importat necessitatem  
gl. in cle. attendentes. de sta. mo.  
Item dicitur quòd quacumque  
actione debetur. l. pecuniæ ver-  
bum. §. fin. de Verb. sig.

**DEBITA** diem venire, est debitum  
posse petere.

**DEBITOR** est, qui accipit pecuniā  
à creditore. Item secundum Mar-  
cel. dicitur, qui nactus est excep-  
tionem iustam, nec à naturali  
æquitate, abhorrentem, id est, dis-  
crepantem secundum Accurs. in  
l. Marcellus. ff. de Reg. iur. Sed  
proprie is est à quo inuito exi-  
gere possumus. l. debitor. de verb.  
signific.

**DEBITVM** est, in quod aliquis alte-  
ri naturali vel ciuili obligatio-  
ne tenetur. Et debitum intelli-  
gitur remitti in redditione chi-  
rographi vel instrumenti, non  
autem sic in redditione pigno-  
ris. Item debitum est quod exi-  
gitur ab inuito. ff. de Verb. sign. l.  
debitor & est gl. in clem. 1. de  
dec. Et debitū ciuile potest capi  
duobus modis. Vno modo effi-  
caciter & proprie, prout est in  
chirographo post biennium, vel  
in obligatione ciuili resultante  
ex sententia, l. Iulianus, ff. de  
condicione iudicari. Secundo  
modo

modo improprie & inefficaciter, prout est in omni debito regulariter, cui obstat exceptio, vel etiam pone exemplum secundum gl. in l. 1. ff. de Cond. inde. scil. in chirographo ante biennium.

**DEBITUM** grauius quod dicitur, vide Bart. in l. si quid ex famosa. ff. de sol.

**DEBITUM** vetustè pro debitum iri. Vlp. l. 1. §. 3. de dote præleg.

Item l. 11. §. 17. ff. de Legat. & fideicom. lib. 32. & l. 14. de nox. act. & l. 10. & l. 23. de Rebus cred.

**DECANICA** dicuntur carceres, in Auch. apud quos oportet §. pen.

**DECANVS** nomen dignitatis est ecclesiastica, sic dicta quod forte ab initio decani præerant decem clericis, sicuti & in re militari decani appellantur qui decem præfunt militibus, ut accipitur in tit. C. de Deca. lib. 12. Significatur tamen quandoque hac appellatione etiam archiepiscopi, ut in cano. in cap. 50. dist. Interdum & clerici ecclesiæ Constantinopolitanae, l. non plures. C. de sacrosanctis ecclesiis, eo quod in decanias essent diuisi.

**DECAPROTIA**, i. decemprimatus: annumeratur inter munera euilia mixta, l. fin. ff. de Mun. Erant enim decaproti seu decemprimi ex decurionibus, qui tributa exigebant fiscalia.

**DECEDERE** contrarium est ei quod est succedere: ut si dixeris, Appi. Clau. successit in prouincia Cicero, & Cicero decessit Appio. Vnde dicti sunt successores & decessores. Vlp. lib. 48. Dig. ad l. lul. maest. l. quive. [Quive, inquit, de prouincia cum ei successum esset, non decesserit.]

**DECI DO**, cidis, est cum creditore super debito transigere. Cic. 3. in Ver. [Nisi cum muliere, inquit,

decideretur.] Idem 4. in eundem [cum reo transigat, cum accusatore decidat.] Idem in 5. [Qui septingentis decidere noluisse, mille promisit.] Plin. lib. 7. [Abunde igitur atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non queat scilicet.] Mart.

*Conturbabit Atlas. & non erit uncia celo.*

*Decidas tecum, qua pater ipse Deum.*

Sczuola lib. 26. de admin. & peric. tuto. l. cum hæreditas. [Cum plerisque, inquit, creditoribus ita deciderit.] & paulo post: [cum plerisque creditoribus ita deciderant.] Nebr.

**DECEDERE** aliquando significationem habet contrariam verbo accedere: unde & decessio pro diminutione, i. pecuniæ verbum. §. 1. de Ver. sign. Magistratus autem decedere dicuntur, qui ei qui successore missus est, cedunt.

**DECEMPRIMI**, qui plerunque *Αρχιπρωτοι* nominantur, erant decem uiri ex decurionum ordine constituti, qui tributorum exactio ita peccerant, ut si qua detrimenta fiscus defunctorum culpa contraheret, ipsi suis sumptibus resarcirent. Eorum namque administratio nequaquam in Reip. gubernatione ciuitateque regenda ac defendenda versabatur: sed potius in sumptibus Reip. causa faciendis. Illa autem munera Iuriscoisulti personarum, hæc verò patrimoniij appellantur. Herm. l. 1. ff. de iug. & hon. Patrimoniij sunt munera rei vehicularis, ite nauicularis, decemprimaris. Arcad. aut in l. 8. eiusdem. [Decaproti & Icosaproti tributa exigentes & corporale ministerium gerunt, & pro omnibus defunctorum detrimenta resarcunt.]

**DECIMPRIMATVS**, Decemprimorum munus.

**DECIMVIRI** litibus iudicandis, quo tempore, inquit Hotom. creati fuerint non reperio, lites autem eos causaque priuatas, in quibus de iure controuersa erat, tractasse, multis ex locis constat. Ouid. ad Pisonem.

*Sen trepidos ad bella decem citat hastas virorum,*

*Et firmare iubet censeno iudice causas.*

Pomponius l. 2. §. 16. de Origin. iur. [Deinde cum esset necessarius magistratus qui hastæ præficeret, decemviri litibus iudicandis sunt constituti.]

**DECIMVIRI** quando primum creati, & qua de causa, vide lib. 2. §. & cum plabuisse. de Orig. iur.

**DECESSIO**, vide [Decedere.]

**DECESSOR** dicitur qui obiit nullo medio, prædecessor qui ante decessorem, antecessor, qui ante prædecessorem. 94. dist. cap. 1. per Archid. Apud Iurisconsultum est, cui è prouincia abeunti successor missus est l. 4. de offic. Proconsul.

**DECIDERE** est transigere. leg. cum hereditas. de Administ. tut.

**DECIMA**, secundum Hostiens. in Sum. de deci. §. 1. est omnium bonorum mobilium licite quæsitæ pars decima Deo data, diuina constitutione debita: vt colligitur de deci. cap. 1. & c. parochianos. c. non est. c. tua nobis. §. verum. c. cum non sit. Et est danda de omnibus bonis iuste acquisitis. eod. tit. c. ex transmissa. & c. commissum. sc. de lana, feno, & piscariis, nullis deductis expensis. c. pastoralis. eod. tit. & c. cum homines etiam de iis quæ proueniunt de molendino ad ventum. cap. ex transmissa. præal-

leg. Item de apibus & omni fructu in capite nuncios. eodem titulo, & debentur decimæ in signum vniuersalis dominij, nec sunt retinendæ, sed soluere compelli debent per Ecclesiam. de Deci. cap. tua nobis. 2. in fine. De hoc vide gl. in verb. [præmonici.] in clem. 2. de iudic.

**DECIMARVM** tres sunt species secundum Hostiens. in Summa, scilicet, quædam personales, quæ debentur ex opere personali, vt ex artificio, scientia, militia, negotiatione, & c. quædam prædiales, quæ proueniunt ex prædiis, vt vinum, bladum, fructus arborum, & c. Tales enim dandæ sunt illi Ecclesie in cuius parochia sita sunt prædia. de Decimis. cap. ad Apostolicæ. etiam decimas prædiales tenentur soluere Iudæi. c. de terris. eod. tit. Item debent solui de diuersis seminibus vnius agri, non tantum de vno, si fuerint successiuè feminata. cap. ex parte canonicorum. eod. tit. Etiam Cistercienses & alij, qui nullo gaudent priuilegio, dare tenentur decimas de terris de nouo acquisitis licet eas propriis manibus excolant. cap. nuper. eod. tit. Quædam sunt decimæ mistæ, secundum Hostiens. ibidem & possunt dici hæc de quibus dubitatur vtrum sint prædiales, vel personales, vt de agnis & fortibus aliorum animalium, quæ sunt in pascuis, & gregatim pascuntur.

**DECISIO**, onis, ab eo quod decido, idis, in superiori significatione, vt sit decisio idem quod transactio. Cicero de prouinciis consularibus. [Cum tyranno, inquit, decisiones & direptiones.] Ambrosius ad Titianum: [Promptior esto decisioni, cuius & spes potior & fructus est.] Paulus libro



35. ad legem Falcidiam. l. si hæres: [ & hæres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne solidum solveret, & ob eam decisionem factum sit ut aliquid retineret. ] Ant. Nebriff.

**DECISIO** est lex Imperatoris, de qua vide C. de contahenda & committ. stipulat. l. veteris. & de emen. Iustin Cod. in princ. super verbo [decisiones] & Inst de nup. §. vnde quæ sitam. Aliquando ponitur pro transactione. l. si hæres. ad l. Falc.

**DECLINARE** sententiam, est paulatim illam infirmare, & ideo nisi sententia declinetur rebus iudicatis stabitur.

**DECOQUERE**, est consumpto patrimonio creditores ære credito fraudare: vnde decoctores, quos vulgò vocamus fallitos, ut opinor, quod creditoribus fidem fefellerint.

**DECOCTORES**, dicuntur qui cum non sint soluendo, vertunt solium, atque aufugiunt. vnde Casullus, [Decoctoris amica Formiani,] & Valerius de varietate casuum: [postea inopia turpem decoctoris superlationem,] Beneca libro 5. de beneficiis, [Quomodo fornerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse,] Iustin, lib. 10. de decurionibus. leg. quilibet. [Quilibet principalium, vel decurionum siue decoctor pecuniarum publicæ fraudulentus,] Hinc decoctorem videtur posuisse, non tam pro eo, qui cum soluendo non sit, fidem publicam frangit, quam pro eo qui depeculatus est pecuniam publicam. In quo significatu accipit Martialis, cum ait:

Hoc est, defraudavit atque interceptit. Accursius non intelligens quid esset decoctor, officij nomen esse dixit. Nebr.

**DECOLORARI**, pro infamia notari, l. eum. qui. C. de episc. & clericis.

**D. C. S.** De consilij sententia: actor Valerius Probus: apud quem tamen Consulis mendose legitur pro Consilij. Cicero 7. in Verr. [Cum Consilium causam Mamertinorum, cognoscit, & de Consilij sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronunciat.] Harum autem ignoratio notarum errorem apud Vlpianum peperit in l. vni. ff. de offic. conf. vbi sic legitur, [cum ipse sit, qui ex S. C. Consilij causam examinat,] pro **EX SENTENTIA CONSILII**.

**DECRETALIS** bonorum possessio quæ sit, vide supra [bonorum possessio extraordinaria.]

**DECRETALIS** epistola est, in qua Papa ad consultationem alicuius respondet. de Rescr. c. 1. siue solus, siue de consilio fratrum, ut de Elect. bonæ memoriæ. 1. Vnde,

*Decretum statuit, decretalisque respondet*

Et de differentia horum nominum, decretalis epistola, decretum, canon, dogma, mandatum, interdictum & sanctio, est gl. in Sum. dist. 3. in verbo [omnes.]

**DECRETUM** secundum Spec. dicitur multis modis, ut in tit. de primo & secundo decreto. §. dicitur ergo. Quandoque dicitur sententia definitiva, ut ff. de Re iud. leg. decreta, vel interlocutoria, ut ff. de assess. l. 1. in fin. Quandoque dicitur quod Papa constituit, seu statuit de consilio Cardinalium, nulla facta consultatione, & tunc

in scriptis redigitur, vt de res. present. 20. dist. si decreta. & c. seq. Quandoque est consequens consentus eligentium in scriptis redactus, vt 2. q. 1. legum. & de Elec. c. innotuit. Quandoque est illud, quod capitulum, vel ordo, vel vniuersitas, vel maior pars ordinauit. vt ff. quod cuius. vni. no. leg. planè. & quasi per totum. Quandoque est iudicis auctoritas in alienationibus rerum præcipue minorum interposita, vt C. de prædiis minorum. leg. inter. & per totum. Quandoque decretum dicitur auctoritas principis in rescriptis beneficalibus interposita, vt de rescript. cap. gratiæ. lib. 6. & secundum Azo. illud decretum est confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps insinuat suam voluntatem, quæ seruanda est, etiam secundum eum ligat ignorantem. Est etiam quoddam decretum decurionum, quod in inuitos super muneribus rerum tribui potest, exceptis qui in liberalium studiorum laboribus sunt, & qui medendi cura funguntur. C. de Decret. decurio. l. exceptis. lib. 10. Quandoque decretum est iussus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam possideri, & illud diuiditur in primum & secundum decretum. Decretum primum, est primum iussus iudicis quo mandat bona propter contumaciam in pœnam contumacis detineri. Vel sic describitur. Primum decretum est alicuius rei prohibitæ vel permissæ regulariter, in certo casu facta prima prohibitio, vel permissio, referendo singula singularis. Secundum decretum eodem modo describitur, nisi quod ibi ponitur secunda prohibitio, vel permissio; & taliter dicitur

primum rescriptum secundi. Quandoque interponitur primum decretum, & non secundum, quia in aliquibus non est opus secundo. vt not. in capite quoniam frequententer. §. in aliis. vt lit. non contest. super verbo [constituitur.] Et illud decretum habet locum in actione reali, vel personali, licet diuersimode, vt dicto §. & §. sequen. & interponitur ante litem & post, quotiescunque aliquo contumace existente adhuc non ita liquet de causa, quod diffinitiuæ sententiæ valeat terminari, vt in dicto capite, quoniam. præalleg. Decretum secundum est secundus iussus iudicis, quo licet bona alicuius propter contumaciam possideri, quæ prius ex primo decreto detinebantur, vt de eo, qui mit. in possess. cap. primo in glossa vltima. Et habet locum secundum quosdam in actionibus personalibus tanquam, quia secundum Bernardum in glossa vbi supra, in realibus solum lapsus anni constituit missum ex primo decreto verum possessorem: nec opus est secundo: secundum alios tamen habet locum tam in realibus, quam in personalibus. de hoc plene Bern. in cap. contingit de Dolo & contumacia in glossa vltima. Vel sic, secundum Ludou. de Rom. Est prima iudicis aggrauatio punitiuæ contumaciæ, & sic suo modo diffinitur secundum decretum. Et secundum non potest interponi nisi contra latitantem. Et latitatio est debitoris absconditio fraudulenta in damnum creditoris. l. Fulcinius. §. si quis possidet. ff. quibus ex causis in pos. ea quod est verum, nisi periculum sit in mora, tunc enim interponitur secundum decretum, contra non la-

irantem debitorem, vt not. Ioan. Andr. in cap. cōsultationibus, de Offic. deleg. in Nouella & Bald. dicit in c. 1. de mil. vas qui cont. est, in vsib. feud. Sed verum secundam decretam sic sententia interlocutoria vel diffinitiuā, effectus est magnus, vt in c. cum cessante. de Appellat. & 1. quod iussu. de appellat. vbi per Bart. & C. de Episcop. aud. l. 2. per Bald. & 1. si finita. §. si fortè. ff. de Damn. infect. vbi per Dyon. Sed Lud. de Rom. dicit quod secundum decretum est sententia interlocutoria. allegat. gloss. singulare in præfenti. §. cum autem. in verbo [admodam.] C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. not. Ioan. Andr. in gloss. magna in fine, cap. 1. de Rebus ecclesiast. non alienand. lib. 6. & ibi vide iura de hoc.

**DECUBERIT**, id est, in lecto iacuerit, ff. si quis cautio. l. 2. §. si non propter valetudinem.

**DECURIONES**, in coloniis & municipiis dicuntur qui Romæ Senatores appellantur: dicti à numero equitum, quibus in militia præerant. Auctores sunt Nonius Marcellus, & Festus Pompeius: dignitas verò ipsa Decurionatus dicitur: de officio decurionum, & de illorum dignitate, lege in libris Digestorum, titulum ad Municipales. l. quoties. & l. libertus. Item de Decret. ab ord. l. ambitiosa. Omnino decurionum officium est, pecuniam publicam habere, tractare, & exigere. Nebr.

**DECURIO** dicitur, qui decimam partem de bonis ducit, vel qui est super decem milites constitutus in curia dominorum vel principum, sicut centurio super centum, qui alias etiam vocatus

est centenarius. Et vtuntur illo vocabulo Theologi, quia dicitur 1. Machab. 3. quod Iudas constituit duces populi, tribunos & centuriones. Beda tamen dicit super illud Luc. 23. & Marc. 15. [Ioseph nobilis decurio,] quod decurio vocatur ideo, quia est de ordine curiæ, & officium curiæ administrat. Qui etiam secundum eum dicitur curialis à procurando, quia procurat munera ciuilia & curialia. Vide de hoc ff. de Decurionib. & fil. eorum. Quidam autem dicunt decuriones appellari ex eo, quod cum ciuitates & municipia construiebantur, cuiusque loci, gratia consilij, decima pars hominum colligebatur, vt ff. de Verb. signif. l. pupillus. §. decuriones. Etiam quidam dicunt decuriones esse ex eo dictos, quod cum Coloniarum ducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur, in consilium publicum constituiebantur: & decuriones vrbis Romæ à muneribus excusabantur, vt C. cod. tit. lib. 11.

**DECUSSATE**, id est, ornate.

**DEDUCEVS**, quando aliquid dicitur fieri cum dedecore, vide Bart. in l. 2. §. si emancipatus. ff. de Bonor. possess. contra tab.

**DEDERIT**, id est, dare voluerit. ff. de Verbor. oblig. l. si stipulatus sum. Aliquando dederit exponitur, id est, reddiderit. ff. locat. l. in naue Saupheli.

**DEDISSA**, inquit Paulus intelligendus est etiam is qui permutauit vel compensauit. l. 76. ff. de Verb. signif.

**DEDITITI** serui dicuntur, qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris. formam autem deditiois scribit Livius lib. 1. ab vrbis condita.

[Obses]

- [ Obsessor, inquit, interrogauit : Estisne vos legati oratorésque missi à populo Collatino, vt vos populúmque Collatinum dededitis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? est. Deditisne vos, populúmque Collatinum, urbem agros, aquam, terminos, delubra, vrenilla, diuina, humanaque omnia in meam Romanique populi ditionem? dedimus. Et ego recipio. ] De seruis deditiis Iustinianus in 1. Institutionum lib. titu. de libertinis, & quomodo manumissi obtinebant infimum libertinitatis gradum; [ quoniam illorum, inquit, pessima conditio est. ] Nebr.
- DEDITITIA** libertas secundum Azon. in Sum. eod. tit. hodie sublatam est, sed olim eorum dicebatur dedititia libertas. qui sic seruebant, vt toto tempore vitæ sue seruili iugo detinerentur, post mortem verò eriperent in libertatem, colligitur in lege vnica. C. de Lat. liber. tol. & institut. de succes. lib. §. vlt. & l. vnica. C. de Dedit. lib. tol.
- DEDITITII** liberti olim erant, & dicebantur, quia hi, qui se debebant timore destructionis suæ, hanc talem libertatem cõsequerentur, & dicebantur liberti forte propter spem libertatis. Vel verius liberti vocabantur, quia verè liberti erant, licet seruire cogentur: hodie verò non sunt. Azo in Sum. C. de Dedit liber. tol. Erant autem hi pessimæ conditionis, quia toto tempore vitæ suæ erant serui, & in morte liberti, vt dictum est, in Institut. de liberti, §. libertinorum autem, & dicunt doct. quòd tales non erant serui, sed coacti erant ad seruiendam: & erant induci ex l. Alia Sentia, quæ etiam multa alia (scilicet licet mala) induxit: vt in gloss. Instit. tit. præ alleg. Sed de deditiis aliter & verius Theophilus & Caius in Instit.
- DEDUCTIO**, est defalcario.
- DEDUCTIO** & compensatio hoc differunt, vt notat Cuiacius libro 8. obseru. c. 3. quòd compensatio ipso iure fit, deductio vi exceptionis. l. 15 ff. Ratam rem. Secundo, deductio est partis, compensatio totius, interdum & partis. l. si quis. 11. C. Deposit. vel com.
- DEFALCARE**, idem est quod deducere & detrahere.
- DEFECTAB** senectutis homo, id est senectute confectus, exacta ætate, Vlp. l. 12. §. 3. ff. de Vusufr. Vt putà ægrotanti seruo, vel infanti, vel defectæ senectutis homini. Sic.
- DEFECTVS** ætate eadem significatione dicitur, l. 3. §. ignoscatur. ff. ad Silan.
- DEFENDERE**, est vicem domini subire, vel illud facere quod faceret dominus in lite, & pro eo respondere.
- DEFENDI** in maioribus in int. restituendis non is videtur, cuius se defensor ingerit, sed qui requisitus ab auctore non est defensionis defuturus. l. 21. §. 3. ff. ex quib. caus. maior.
- DEFENDI** rectè hoc est, iudicium accipere vel per se, vel alium, sed cum satisfactione; nec ille videtur defendi, qui quòd iudicatum est non soluit. leg. 63. ff. de Indic. Hotoman.
- DEFENSIO** quod duplex est. vide Bar. in l. de pupillo, §. 1. ff. de Nubi operis nunciatio. & quo iure est introducta: idem Bart. in l. vt vim ff. de Iusti. & iure. & quòd modis sumatur defensio Bart. in l. liberti. in fin. ff. de Nego. gest. Quando

Quando aliquid dicitur fieri ad defensionem, vide Barr. in l. i. C. vnde vii. Interdum sumitur pro excusatione, vt l. Sed etfi. de Viu. aliquando pro exceptione, vt l. siquidem. C. de exceptionib.

**DEFENSOR** est ille, qui sine mandato cautione praestata de iudicio solui, alium defendit, vel eius defensionem se offert, vt ff. de Procuratoribus. l. si procurator. §. finali.

**DEFENSORES** ciuitatum secundum AZOR. in Sum. eod. tit. C. de def. ciu. sunt hi qui in omnibus tanquam patres, potius quam vt iudices se habere debent, vt ita nominis sui vtantur officio. C. eod. tit. l. 3. & Authent. vt iudices sine quoquam suffrag. §. eos. Inest autem officio defensoris huiusmodi praebere auctoritatem his, quae aguntur, apud eum ex voluntate partium, vt adoptionis, emancipationis, manumissionis, testamentorum, insinuationis. vt in Auth. eodem tit. §. sed neque proprias. Item donationis insinuatio. In contentiosa autem iurisdictione habet cognitionem vsque ad trecentos aureos, vt in Authent. praalleg. §. & indicare.

**DEFERRE** aliquem, est eum accusare: sed deferre alicui, est gratias, reuerentias sibi facere. ff. de accus. l. libellorum. & sic dicimus, plus Deo deferendum est, quam homini. deferre autem appellationi, est illam admittere. differunt autem deferre & accusare in hoc, quia deferre fit reo absente, sed accusare fit reo praesente.

**DEFERRI** iuramentum, est aliquem arctare vel adstringere, ad iurandum, & quandoque deferretur a iure, & quandoque a iudi-

ce, quandoque a parte, quandoque etiam delatio a parte parti deferretur. de omnibus his not. C. de iureiur. l. i.

**DEFERVESCERE** iram alicuius dicimus, cum ex irato mitis redditur. l. quis sit. §. idem ait. ff. de edil. edict.

**DEFICERE** dicuntur, qui ab iis, quorum sub Imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt. l. a missione. de capitulis dimin.

**DEFICERE** debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutae sunt, vt iam soluendo non sint. l. 3. §. multa. ff. de Iur. fisc. vnde defectus facultatis apud Vlp. l. si extraneus. 33. ff. de Iur. dot.

**DEFICERE** conditio dicitur, cum non exiit. l. 2. & passim, ff. de Condit. instit. & passim sub Rub. de Cond. & demonstr.

**DEFECTVS** & defici conditione dicitur, cui conditionis euentus non respondet, l. quae sub 8. in fin. ff. de Cond. instit. l. 10. & l. mulieri. 74. de Cond. & demonstr. l. si quis. 13. de Statu lib.

**DEFICERE** haeredes dicuntur, qui hereditatem non agnoscunt: & Deficientes partes, quarum nemo haeres exiit. l. 5. ff. de Vulg. & pup. l. 8. de Alim. cib. Horom.

**DEFINIO** & definitio, non dissinso & dissinitio, notatum a Ludouico Bonognino, semper legi in Pandectis Florentinis: & sepe nunquam aliter legitur in libris vetustissimis, qui reperiuntur scripti, etiam in aliis facultatibus. Nebr.

**DEFINITIO**, est plurium rerum summam facta traditio: quod idem est cum regula l. omnis definitio. iuncta l. 1. de Reg. iur. definitio autem est propria & breuiter comprehensa rei, substantiae

enunciatio, quæ constat ex genere & differentiis. Bar. in l. 1. de test.

**DEFLORARE** virginæ quid sit, not. per Arch. extra, de desponsation. impuberum. c. vnic. lib. 6.

**DEFRUTUM**, mustum est quod decoquitur, quousque pars tertia relinquatur. Plin. tamen lib. 14. [Sapa, inquit, fit multo vsque ad tertiam mensuræ partem decocto, quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus.] Virgil. 4. Georg.

— *Aut igni pingui à multo Defruta.*

Vlpianus libr. 33. Dig. de fundo instruct. l. qualis. [Vas, inquit, æneum, in quo sapa coqueretur, & defrutum fieret.] Item de vino & tritico legato. l. qui vinum. [mustum, inquit, passum, defrutum.] Defrutum dictum est quod auctore Plinio sit ad dimidias defraudatum: aut, quemadmodum vult Nonius Marcellus, quod ad tertiam redactum sit. Non, quod Accursius hallucinatur, quod de vsa sit sublaturum, ut quandiu possit seruetur: quasi sit dictum à fruer, eris. Nebr.

**DEFRUTUM**, mustum est, quod decoquitur quousque tertia pars tantum relinquatur.

**DEFUNCTIO**, est à debito liberatio, inde defunctus, id est, liberatus. Secundò idem est quod mortuus. Et fortè dicitur ideo mortuus defunctus, quia liberatus à miseria conditionis humanæ.

**DEFUNCTORIE** & [perfunctoriè] idem sonant, quod transitorie, vel incuriosè, & negligentè. Vlpia. l. 2. §. 16. ff. ad S. C. Trebel. & l. vn. C. qui num. tut.

**DEGLABRARE**, est delibrare siue cingere, hoc est, arborem deco-

ticare: nam glaber propriè dicitur qui lauis est, & pilis caret: sed hic deglabrare pro leuem facere, posuit I. C. Paulus lib. 47. Digest. tit. arborum furtim casarum. l. cedere [Cingere, inquit, arborem, est deglabrare siue delibrare.] Ant. Nebr.

**DEGLABRARE** seu [deglubere] est corticem eximere. l. cedere. ff. Arbor. fur. cas.

**DEGRADARE**, est deponere de ordine, ut 81 dist. dictum. Qualiter autem debeat fieri degradatio, not. de Pæn. c. degradatio. lib. 6. nam deponere fit simplici verbo, sicut suspendere: degradare autem cum solennitate.

**DEICTIO** duplex est, armata & non armata: qui armata deicitur, quamuis non possideat, aut vitiosè possideat, restituitur. l. 14. ff. de Vi. & vi. arm. Qui non armata, nequaquam, nisi possideat.

**DEIERARE**, est falso iurare, c. in litteris. de testibus. & c. litteras. de Præsumptionibus.

**DEINCEPS**, id est, de cætero. C. de Episc. audi l. nemo deinceps.

**DEINDE**, vide Instit. de rer. diuis. §. insula.

**DELATA** hæreditas intelligitur quam quis adeundo consequi potest. lege delata. ff. de Verbor. signific.

**DELATOR**, est alicuius criminis denunciator, dummodò ad officium suum non pertineat ea denunciatio. hoc genus hominù odiosum habetur. Martial. de delatoribus.

*Turba grauis paci, placidaque inimica quieti,*

*Qua miseris semper sollicitabat opes. Idem,*

*Et delator habet quod dabit exilium.*

Pro denunciatore tantum posuit  
 Iuriscons. Papin. tit. de Diuers. &  
 temp. præf. leg. intra. [Intra qua-  
 tuor, inquit, annos vacantium  
 bonorum delator.] In tit. tamen  
 de iure fisci propria delatoris  
 significatione vitur sæpe. Nebr.  
**DELATOR**, est idem quod accusa-  
 tor, vel qui bona aliqua tanquam  
 vacantia fisco denunciat, id est,  
 manifestat. Et nota quod deferre  
 dicitur multis modis. Primò, id  
 est, afferre, seu offerre, vnde di-  
 citur hæreditas deferri: vt leg. 2.  
 Cod. de Carbon. edict. Item ac-  
 cusare de quolibet crimine, vt l.  
 iubemus. C ad l. Iul. repet. Item  
 delator, id est, bonorum nuncia-  
 tor, l. intra. ff. de diuers. & temp.  
 præf. & Bart. in Rubr. de delat.  
 & de hac materia vide plenè per  
 Bartol. ist. dicta Rubr. de delator.  
 lib. 10. Cod.

**DELEGARI** plura significat: primò  
 est aliquem iudicem loco sui, &  
 auctoritate sui iudicaturum con-  
 stituere, vel substituere: vt lege  
 præcipimus. Cod. de appell. cir-  
 ca medium. & l. seq. in fin. Quan-  
 doque est in locum suum, vel vi-  
 ce sui alium reum creditori dare,  
 vel cui iusserit creditor. Et hoc  
 modo inter delegatum & eum  
 cui fit delegatio, oportet inter-  
 uenire stipulationem, vel litis  
 contestationem. His enim modis  
 fit hæc delegatio. l. delegare. ff.  
 de Nouat. & Azon. in Sum. cod.  
 tit. de Nouat. Delegare enim  
 possum, i. vice mea debitorem  
 meum dare creditori, & ex dele-  
 gatione liberor ego à creditore  
 meo, & extinguitur ipsa obliga-  
 tio qua tenebar. vt quando tibi  
 sum obligatus, & alium habeo  
 debitorem mihi obligatum, &  
 istam tibi assigno vt debitum ab  
 excipias: te & ipso volenti-

bus, hæc est delegatio quadam.  
 Interdum delegare est destinare  
 seu assignare, vnde in l. 2. ad leg.  
 Iuliam. pecunia delegata, id est,  
 destinata.

**DELEGATUS**, est cui causa commit-  
 titur terminanda vel exequenda,  
 vices delegantis representans, &  
 in iurisdictione nihil proprium  
 habens: vt ff. de Offic. eius cui  
 mand. est iuris. d. lege 1. in fin. &  
 extrà de Offic. deleg. sane quia, &  
 c. cum olim. & Host. in Sum. cod.  
 tit. Vel sic, Delegatus est is, cui à  
 summo Pontifice, vel ordinato,  
 vel delegato Principis causa  
 committitur. Inde venit [subde-  
 legatus,] qui dicitur respectu de-  
 legati. Item is, cui principium  
 causæ vel medium committitur,  
 & sic iudex propriè dici non po-  
 test: vt cap. super quæstionum §.  
 porrò. eod. tit. Delegatus tamen  
 propriè delegare potest princi-  
 pium, medium & finem, in §. in-  
 tentionis cap. super quæstionum.  
 præleg. Vel secundum Specul.  
 eod. tit. in princip. est is, qui alter-  
 rius commissione recipit alicuius  
 causæ iudicalem cognitionem:  
 nam & subdelegatus est, cui per  
 aliquem habentem iurisdictionem  
 demandatur in iudicio ali-  
 quid vel extra iudicium facien-  
 dum, non iure proprio, sed de  
 iure mandantis. Et differt à sub-  
 rogato, & conseruatore. Nam  
 subrogatus habet iurisdictionem  
 iure proprio, & merum imper-  
 rium, sicut iudex principalis, cui  
 subrogatur, sed conseruator nul-  
 lam habet iudicalem cognitio-  
 nem, sed tantum potestatem su-  
 per notoriis & manifestis. capit.  
 statuimus. de Offic. delegati, li-  
 bro 6. Iudex autem delegatus  
 habet iurisdictionem in eccle-  
 siasticis personis, non propriam, sed

sed à superiore commissam, vide  
Goufr. in sum. eodem tit. & dele-  
gatus in causa sibi delegata ma-  
ior est ordinario. de Offic. deleg.  
sanè. 2. & de Offic. ordin. pasto-  
ralis. quia talis vices gerit dele-  
gantis.

**DELIBERARE**, quod est librum, hoc  
est, corticem arbori detrahere.  
lege supra, in verb. [cingere ar-  
borem.] & verb. [deglabrare]  
Nebriss.

**DELIDERARE**, est factum diligen-  
ter tractare, vel in mente reuol-  
uere, vel cum amicis suis explo-  
rare, an expediat sibi illud ad-  
mittere de quo queritur, puta  
hereditatem agnoscere vel ad-  
ire: vt l. Arist. in principio. ff. de  
Iure deliberand.

**DELIBERATIO**, est prouida causa  
circumspectio, cum qua ratio to-  
tum agit, & furor sibi nihil ven-  
dicat, II. q. 3. illa præpositorum.  
& cap. seq.

**DELICTUM**, dicitur quasi dereli-  
ctum, & nota, prout supra retigi  
in verb. [contractus.] quod sicut  
actionum quædam proueniunt ex  
contractu vel quasi contractu, ita  
actionum quædam proueniunt ex  
delicto, aliæ verò ex quasi deli-  
cto. Ex delicto proueniunt actio-  
nes, vbi delictum personæ verè &  
directè comprehenditur, vt est  
videre in furto, rapina, homici-  
dio. Ex quasi delicto, vbi personæ  
delictum verè & directè non  
comprehenditur, sed interpreta-  
tiuè, vel iuris fictione: vt si iudex  
per imperitiam suam male iudi-  
cauit, tenetur pari, quam læsit  
ex quasi delicto. Item si tenes in  
domo vel officina aliquem pra-  
uum hominem, qui dandum de-  
dit mihi, teneris ex quasi delicto,  
eo quod in culpa sis vtendo ma-  
lorum hominum ope. Et est deli-

ctum desertio boni. Peccatum ve-  
rò prauus actus. Sed crimen est  
peccatum graue accusatione &  
damnatione dignissimum, Hæc  
est differentia secundum Ang.  
Si. dist. c. 1. & not. de Pœnit. dist.  
1. si peccatum, & per Ioan. And.  
in regula peccatum. Et pro differe-  
ntia inter delictum & pecca-  
tum est bona gl. in l. 1. si aduer-  
sus delict. vbi dicit Accurs. Deli-  
ctum est genus generalissimum,  
siue veniat ex animo, siue non.  
Crimen verò genus subalter-  
num. Continet enim sub se fur-  
tum, adulterium, & alia quæ ex  
animo proueniunt, i. conscientia.  
Adde quod delictorum quædam  
sunt publicata, quædam priuata.  
de quibus infra in verb. [priua-  
ta.] Item aliud est delictum ge-  
nerale, aliud speciale: generale  
est, quod certa appellatione plu-  
rima eiusdem naturæ criminæ  
complecti potest, vt furtum, ho-  
miciidium, falsum: quod Doct. no-  
stri nominatum delictum appel-  
lant. Speciale verò delictum Iu-  
risconsulti intelligunt quod Doct.  
innominatum dicunt, vt cum quis  
in ius vocatus non pareat, cum te-  
merè appellat. hæc enim facta  
pluribus specialibus verbis de-  
signantur, non vno generali, vt  
copiosius declarat Alc. in l. aliud  
est fraus. de Verb. sign.

**DELINIMENTA** pro blanditiis. l. 4.  
de Inoffic. test.

**DELPHICORUM**, ciuitas est Phocidis,  
ad montis Parnassi radices posita,  
vbi Apollo solitus erat responsa  
dare, sed quemadmodum ait Iuu.

*-Nunc cessant oracula Delphis.*

tit. de Censibus.

**DELPHICAE** mensæ à Delphis  
vrbe Apollini sacra dicte sunt  
& crants



& erant ex ære, quas veteres cortinas vocabant, Plinius lib. 34. [Ex ære, inquit, factisuerunt cortices tripodum nomine delphicas.] Cicero sexta in Verrem, [mensas delphicas e marmore.] Martial.

*Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.*

Florentinus tit. de sapelle&ili legata. l. 3. [Trapezophora, inquit, delphica, subtellia.] Anton. Nebriss.

DELVDT, i. decipit, & sic delusio non approbatur à iure, extra, de alie. iudi. mut. causa fac. cap. 1. & ff. de iudic. si prator. ibi, delusoria essent pratorum decreta.

DEMENS est, qui nescit vel non potest exprimere quid velit aut nolit, cap. castoris. de cle. agro. lib. 6. vbi bonus text. & gl. ibi super ver. remittit.

DEMENS à furioso distinguitur: & is appellatur qui non vsquequaque, sed ex parte tantum errore mentis affectus est, quem Cicero stultum appellat, velut is fuit de quo D Pius loquitur in l. his qui. 12. ff. de Turo & curat. dat. exempla extant in l. si furiosi. 25. ff. de nupt. l. 2. ff. de Inoff. test. l. tam dementis. 21. C. de Epis. aud. l. 6. ff. de Curat. fur. l. vlt. §. 1. C. de Admin. tut.

DEMINVO, is, & deminutio, onis, non diminuo & diminutio, vt passim legitur in libris Digestorum, debere scribi adnotauit Ludouicus Bonogninus ex Pandectis Florentinorum. Est autem capite deminutus, vt ait Festus, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua & igni interdicitum est. Nebriss.

DEMINVTVM de hæreditate intel-  
Vos. iur.

ligitur, si quid vsucaptum est, & ob id de hæreditate exiit, l. 21. ff. de Hæred. pet.

DEMINVTVM capite, [vide supra, capitis deminutio.]

DEMOLITIO, demoliris, est illud quod extructum est diruere Nam moliri est ædificare, cuius contrarium est demoliri. Virgilius 1. Æneid.

*Molirique arcem, & manibus subuolueresaxa.*

Apud antiquiores demolitio, is, declinabatur, vt Diomedes testimonio Varronis ostendit, quem citat in libro poëtico: [Non demolitio, inquit, astra.] Et Nzuus in corollaria, [Hæc demolite,] inquit Vlpianus titulo de vsufructu. leg. hæres. [Ante quam vsufructu prohibuerit, demolierit.] Et demolitas passiuè vt in titulo de vsucapi. lege Eum qui A. N.

DEMOLITIO, est dissipare vel destruere. Math. 6. [Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi tinea non demolitur.] Vnde demolitio, i. destructio. l. stipulatio. de ope. no. nunc.

DEMONSTRATIO idem significat quod ostensio. Nam omne verbum vel factum per quod aliquid ostenditur, demonstratio dicitur. Ideo dicit text. in lege certum. ff. si cert. pet. [Certum est quod nomine proprio vel alia demonstratione quæ vice nominis proprii fungitur, ostenditur, & sequitur. Non refert an proprio nomine res appellentur an digito ostendantur.] Et licet falsa demonstratio non sit demonstratio, tamen ex ea quandoque sumitur significatum ad inualidandum actum, qui alias ea non expressa, esset validus: vbi gratia, Testator dicit, le-

go vxori meæ vestem quæ causa eius parata est. Hæc verba [ quæ causa eius: ] &c. sunt demonstrata. Sed pone quod nihil est paratum causa eius; tunc demonstratio est falsa, & dicit rex in l. Quintus Mutius. ff. de Aur. & argen. l. quod nullum est legatum, Secus si diceretur. Vestem meam purpuream quæ causa eius facta est: quia licet demonstratio sit falsa, tamen apparet de re legata per verba præcedentia, vt in leg. Quintus Mutius. præalleg. E: si vis scire plenissime, an & quando falsa demonstratio vitiet dispositionem, trahit Bartol. in l. demonstratio. ff. de Cond. & demonstrat. Porro demonstratio si differt à conditione, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio vero futuram. l. si nominatim. eod. tit.

**DENI** denæ, dena, nomen est diuiduum, distributiuum, quale illud bini, binæ, bina, & similia, cuiusmodi nomina Accursius solitus est exposere in his tantum, cum re vera significant cuilibet tantum, quod latuit Bartolum. Is enim exponens legem quæ habetur de legat. 1. si quis testamento Titio & Seio decem dari iusserit: nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena dixisse videatur, qui decem vixerit: putauit per dena viginti intelligi, ait namque: [ **Qu** reliquit decem non videtur relinquere viginti. ] Nam cum inter decem & dena illa sit differentia inter oratores obseruata, quod decem numerum simplicem, hoc est, decem unitates significet, dena vero cuilibet decem, erat sensus legis: quod qui Titio & Seio legauit decem, non legauit dena, id est, cuilibet decem, sed decem

simpliciter, hoc est, cuilibet quinque. In tit. de Ver. oblig. l. in ita Accur. dena pro his interpretatus est. Idem de annuis legatis. l. si legatum, exponens illud, [ si legatum forte sit resiectum annua, bina, trina die, forte triginta dena per singulos debentur annos: licet non fuerit adiectum æquis pensionibus, ] dena pro decem interpretatus est, cum dena non simpliciter decem, sed per singulos an decem significat. N.

**DENA**, i. decem, sed distributive, vt si legem Titio & Seio dena, intelligitur singulis decem legasse, ff. de Verb. obligat. l. si ita stipulatus, & ff. de legat. 1. l. si quis testamento.

**DENARIALES** manumissi qui, explicat Godofr. de Latin. liber, tollent. l. i. c. h.

**DENARIUS** dicitur à numero decem de conse. distin. 5. ieiunium,

**DENIQUE** no. Arc. 4. d. denique.

**DENUNCIARE**, est crimen alicuius superiori nunciare, vt præpositio de, augeat nunciationem, vt in simili ff. Depos. l. 1. in prin. Hostien. autem in Sum. tit. de Accus. & rub. de denunc. §. 1. dicit quod denunciatio est criminis alicuius apud iudicem sine inscriptione facta delatio ad poenitentiam agendam, vel aliam legitimam poenam imponendam, vel etiam ad vtramq; in §. seq. ipse distinguit denunciationem, dicens quod quædam est denunciatio poenitentialis & Euangelica, & ad illam quilibet admittitur, quædam verò iudicialis & canonica, & ad illam non quilibet admittitur. Vide ibi de illa, & in reportationibus Ioan. And. cap. nouic. de Iudic. Est & denunciatio species protestationis, quæ ad aliud mittitur, vt cum aliquem admoeco, vt

ab emptione desistat: vt defendenda causæ adlit: vt à matrimonio causa legis Iulie exercenda abstineat. Ale in l. de testatio. de Verb. signif.

DENUO, i. de nouo, vel iterum.

DEPACISCI, est turpiter pacisci.

Inde depectus, i. turpiter pactus. l. 3. de calum.

DEPECTVS participium est, ab eo quod est depaciscor, quod significat turpiter pacisci: vnde depector apud Apuleium in oratione pro magia: [Est, inquit, litiū depector, omnium falsorum commentator. Vlp. lib. 3. de calumniato. l. & generaliter. [Hoc, inquit, edictū tenetur qui depectus est ] Nebr.

DEPACTVS inquit Vlp. dicitur turpiter pactus, l. 3. §. 1. ff. de Calum. quasi verò & non depacisci aliquis honestè possit. Sed edictum de calūniatorib. Vlp. interpretabatur, præterea, quod ad illius excusationē valet plurimum, homo erat Afer, non Romanus. Depacisci, est pactione trāsigere, inquit Donatus in illud Terent. in Phorm. Iam depacisci morte cupio. Cic. 3. de nar. Deor. [In quo nō extimesco periculum: cum enim tot impendēat, cur non honestissimè depacisci velim?] Idē pro S. Rosc. [Ipse sibi tria prædia depactus est.] Const. l. 1. C. TH. de Rap. vir. Si quis nihil cum parentibus puellæ ante depectus inuitam eam rapuerit, &c.

DEFENDERE, soluere, & præstare. l. 3. §. in iis. de Vfur.

DEPERDITVM dicitur quod desit esse in rerum natura. l. deperditum. de pet. hæred.

De plano aliquid dicitur fieri, quod iudex sine figura & strepitu iudiciario facit, de cuius verbi significato habes hodie plene, de

Verb. sign. in Clem. sapē Arch. de elect. c. indemnitatebus. lib. 6. super verb. strepitu & figura. ] Dicitur ergo iudex aliquid facere de plano, quando scilicet non est in consistorio, vt scilicet residens in loco in quo iudicare cōsuevit, & aliquo aliter instructus, sine iuris solemnitate aliquid facit, statuit, aut determinat.

DE plano, id est, ex æquo loco, veluti vnde magistratus in tribunal, quod editiore in loco positum erat, conscendebat. Itaq; de plano & pro tribunali opponuntur. Vlp. l. 3. §. 6. ff. de bon. poss. Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi quam pro tribunali dari potest. l. 2. §. 1. ff. Quis ord. in bon. Sed non sessionum dies numerabuntur: si modò ea sit bonorum possessio quæ de plano peti potuit: quod si ea quæ causæ cognitionem pro tribunali desiderat, vel quæ decretum exposcit. Similiter in l. 1. §. 4. ff. ad S. C. Tur. & l. 18. in fi. ff. de Quæstor. & l. 9. §. 3. de Offi. præcon. Hotom.

DEPORTARE, est aliquem perpetuo exilio damnare: sed relegare etiam ad tempus vt ff. de Interd. l. relocatorum. §. hæc est differentia. & in gl. Instit. quib. mod. ius pæpo. sol. §. relegati.

DEPORTATIO, exilij species atrocissima, cum quis ita ciuitate sua multabatur, vt vincus neruo aut cōpedibus, in nauim aliquā imponeretur, seruusq; publicis, vt eū in insulam certam transferret, traderetur. Terent. in Phor.

Tantiā affectum hominam quemquam esse amittit 3

*Nonne hoc publicitus scelus hinc deporta-  
tur in solasterras.*

**DEPORTATIO** in locum aqua &  
ignis interdictionis successit. l. 2.  
§. 1. ff. de Pecul. l. 3. ff. ad leg. Jul.  
de Pecul.

**DEPONERE** pro demoliri, & dirue-  
re. l. 3. §. sed et si. ff. fin. regun. l.  
2. §. si quid. ff. Ne quid in loco  
publ. Hinc,

**DEPOSITIO** aedificij apud Vlpian.  
in l. metum. 9. Item ff. Quod met.  
caus.

**DEPOSITUM**, est quod custodiend-  
um alicui datum est, l. 1. ff. co. Et  
dicitur a [de, & positum.] sic quod  
præpositio [de.] augeat, ut osten-  
datur totum fidei eius commis-  
sum, apud quem ponitur quoad  
custodiam, & videtur separata  
custodia à deponente. Est ergo  
aliud pono, aliud depono, ut ff.  
eod. l. 1. Quid sit actio depositi  
directa & contraria, require su-  
pra, [actio depositi.]

**DEPOSITIVUM**, est contractus quò  
res aliqua ea lege apud alterum  
deponitur, ut is dolum tantum,  
& nonnullam in ea ipsa reddenda  
culpam præstare debeat.

**DEPOSITIVUM** in sequestre, proprie  
dicitur, quod à pluribus in soli-  
dum certa conditione custodiend-  
um reddendumque traditur. l. 6.  
ff. Deposit. Hotom.

**DEPOSITARIUS** est, apud quem res  
aliqua deponitur custodienda Et  
differt à sequestro, quia deposita-  
rius ad hoc præcisè tenetur, ut  
depositori rem restituat: tenetur  
etiam maximam diligentiam ad-  
hibere. Sed sequester neutri liti-  
gantium tenetur præcisè rem  
restituere, sed indeterminatè illi  
qui vicerit. Alia differentia ha-  
betur in l. licet. ff. de po.

**DEPRECATIO** à deprecari,  
quod est precibus rogare. lege

deprecatio. ff. ad legem Rhod.  
**DEPRECIATVS**, vilior factus, cuius  
pretium imminutum est. Paul. l.  
22. ff. ad Leg. Aquil. Sed & eius  
ratio haberi debet, quo cætera  
corpora deprecata sunt.

**DEPREHENDERE** aliquem, est quod  
barba è dicunt, in ipso facto ca-  
pere. l. quod ait. ff. ad leg. l. iam  
de Adul.

**DEPRIMERE** nauim, est demergere,  
licum depressa ad l. Rho.

**DEPRIMERE** vitem dicitur à Caro-  
ne de Re rust. cap. 31. qui eam in  
terram deductam defodit, ut ann.  
insequenti renouetur. Venuleius  
leg. h. vitem. 22. ff. Quod vi aut  
clam. [ Si vitem meam ex fundo  
meo in fundam tuum depresso-  
ris, eaque in fundo tuo coalerit,  
vile est interdictum, Radices que  
in fundo meo sint tuas fieri, quia  
his accessiones sunt.

**DIRECTARIJ**, qui domos alienas  
furandi animo introeunt, Vlpian.  
leg. 7. de Extraor. cri. Item, qui  
directarij appellantur, hoc est  
qui in aliena cœnacula se diri-  
gant furandi animo, plus quam  
fures puniendi sunt. Paul. hb.  
Sen. 5. c. 4. Quoties quis pulsatur,  
vel cuius domus introitur, ab iis  
qui vulgo directarij appellantur.  
Vtitur & Vlp. l. 1. ff. de Extra-  
storibus.

**DERELICTVM** dicitur illud quod  
cæret possessore, ver quod in nul-  
lius est possessione, ut inst. de re,  
di. §. hoc amplius. circa finem.

**DEROGARE** est deminuerè, vel in  
parte tollere, vel detrahère, ut ff.  
de Ver. sign. l. derogare, & differe  
ab abrogare, ibidem. require su-  
pra [abrogare.]

**DESCRIBERE**, est exemplum sume-  
re, quod, Barbari dicunt copiare.

**DESERERE** proprie militum est,  
qui relinquunt locum in acie, aut  
sine

sine comiteatu discedunt ex castris, unde est desertor & desertio de quibus sæpe in libris Dig. tit. de Re militari. Nebr.

**DESERTORES** dicuntur clerici, qui propriæ ecclesiæ ministeriis destituti, ad aliam vitio fugæ transferunt, vel confugiunt, ut 21. q. 2. placuit & hoc secundum Canones. Sed secundum leges, desertores dicuntur milites vitio fugæ suam militiam deserentes, ut l. 3. de re milit.

**DESERTUM**, est locus non habitatus penitus, neque cultus vltra memoriam hominum: ut c. 1. de Verb. sign. lib. 6. unde & desertus pro neglectus. l. 3. C. de agri. & censit. lib. 11.

**DESERTA** causa dicitur, eum altera parte absente, fertur sententia.

**DESIDERIA** passim in Iuriconsultorum libris, pro libellis quibus quid à principe magistratue postulatur ac desideratur. Vulgus Requeſtas vocat. l. 4 §. ingressus. l. 9 §. obseruare. ff. de offic. procon. l. 3. de Appel. recep. l. 3. C. de Postu. Sic Suet. Aug. [Promissus salutacionibus admittebat & plebem, tanta comitate adestium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigeret, quasi elephanto stipem.]

**DESINERO** præter illam notam significat etiam desinere. Cæsar in commentariis, [Desiderati sunt, inquit, eo die sagittarii circiter ducenti,] i. defecerunt: hoc est, interempti sunt. Suet. in Augusto, [Desiderauit nonnunquam M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem.] Quem locum Eutropius & Sextus Aurelius non intelligentes, decepti huius verbi ambigua significatione putauerunt, quod Augustus

esset æquè patiens atque Agrippa, & taciturnus ut Mæcenascum apud Suetonium, desiderare accipiat pro deficere illud, quod desideramus. In quo sensu accipit Iuricons. in tit. si libertus ingenuus esse dicatur. l. quoties. [Sive officium, inquit, desideretur] deficiat in eo qui debet obsequi & obtemperare. Nebr.

**DESIDIA** similis est imperitiæ, C. de test. l. ambiguitates & quid est desidia, not. per Arch. 30. q. 1. de inde desides. i. negligentes. C. de Anno. & trib. l. iudices. lib. 10.

**DESIGNATVS**, i. electus, l. Barbarius. de offic. præto.

**DESIGNATORES** qui, vide sup. in verbo, braheutz.

**DESIGNATORES**, Donatus in Adelphi. Terenti. dicit fuisse, quibus ludis funebribus præerant: ob eam causam fortasse, quod ipsis ludis multa fiant noua & spectanda. Designare enim, inquit, est rem nouam facere. Sed videamus ne ex eo potius nomen inuenerint, ut Vlp. l. 4 ff. de his qui not. inf. quod præmia victoribus designent, i. decernant. Atque, ut nunc loquimur, assignent, quæ postea ex designatorum decreto eis persoluantur. Unde & designati cōsules dicuntur, quibus decretus est Consulatus. Et locum sepulchro pedes triginta designare, dixit Cicero, pro eo quod dignum assignare. Horat.

*Designatorem decorat lectoribus atris.*

**DESINERE** propriè est in perpetuum, ut rursus non redeat. l. si. de Assig. lib. Desinere autem res vel abesse quando dicitur, explicat Iurif. in l. mulieris. de Verb. signif.

**DESISTERE**, est à negotio iam suscepto

cepto abstinere. l. destitisse. de Iudic. & ad Turpil.

**DESTITVTVM** testamentum, id est, desertum, ex quo nullus est hæres. Instit. de hæred. quæ ab intest. §. cum autem.

**DESVETVDO** & consuetudo differunt secundum Bart. in l. de quibus. ff. de legib. Nam consuetudo est quando fit contra legem per ipsam consuetudinem, sed desuetudo est quando non vtimur aliqua lege in iure posita.

**DVSULTORES** erant, qui in ledis duos equos absq; ephippiis agitantés ex altero in alterum mira pernicitate desiliebant. l. apud. de præscrip. ver.

**DETEGERE**, id est, publicare, vel testibus probare. C. de malefic. l. si excepta.

**DETERREBRE**, præter vulgatum significatum, est & à proposito auertere. l. quod si. §. qui mancipia. de Edil. edicto.

**DETESTARI**, est absenti denunciare testibus adhibitis, vt l. subsignatum. §. 2. ff. de Verb. sig. & l. seq. Aliter autem detestari, est facta alicuius abrenunciare, spernere, vel abominari.

**DETESTATIO**, est cum testibus facta denunciatio.

**DETEXTA** lana dicitur cum perfecta est, & à texturinis instrumentis detrahi potest.

**DETRACTARE** pro vitare, fugere, auersari: vnde detractatio. l. qui cum §. qui post de re mili. & l. si maritus. ad leg. Iul. de Adult.

**DETRYSVS** in l. quicumque C. de Epif. & cler. est quem canonistæ vocant depositum, Latini verò [exauctoratum.]

**DEVNVS** est vna pars assis quæ ex tri. vnciis perficitur. Inst. de hæred. instit. §. hæreditas.

**DEXTANS**, est pars assis quæ 120.

vnciis perficitur.

**DVS DEDIT** est proprium nomen, c. tanta de simon. Similiter Deodatus. co. tit. c. 3.

### De C arte I.

**DIABATHRARI** in l. 1. C. de excus. artific. sunt coriarij. Aliis tamen ibi aliter legendum placeat de quo vide Alciatum ibid.

**DIACATHARTIA** in l. quicumque C. de omni agro de l. 1. est id munus, cum Imp. priuatis in iudic. concedit, vt purgentur: quod latius explicat ibi Alcia.

**DIACATOCHVS** (vt quidam legunt in præl. l. quicumque) significat titulum possessorum prædij.

**DIACONVS** Græcè dicitur minister Latine, quia sicut in sacerdotæ consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur. Et hypodiaconos Græcè dicuntur subdiaconi Latine, quia subiacent præceptis Leuitarum. Et apud Hebræos Nathanei vocantur: vt habetur 21. di. clericos.

**DIADEMA** proprie est corona Imperialis.

**DIACOPI** *ἄνθρωποι τὸ διακόπειν*, Incisa, siue Iacilia. i. aditus in aggeribus Nili patefacti, per quos aqua influere possit in arua. Vlpia. in l. pen ff. de extraor. cri. [Commata etiam diacopi, qui in aggeribus sunt.] Hotoman.

**DIÆTA** locus est in domo, vbi per otium versamur. Papin. in 2. syluarum:

*Vna tamen cunctis procul eminet vna diæta.*

Sidonius Apollinaris in Episto. [Ex triclinio fit in, dictam siue cœnaculum transitus.] Iuriconf. ti. de leg. 3. l. ligni. §. lignis. [Cellarium, inquit, iunctum eidem dictæ.] Inde diætarius dicitur est seruus siue minister in diætæ deseruiens.

uens. Meminit Vlp. in tit. de fun. instr. l. quæsitū. Est præterea diatarij, qui ex diata quippiam furatur, ut Vlp. in tit. de effract. l. 1. [Simili, inquit, modo, & diatarij,] ibi legitur diatarij, & sacularij puniuntur. Pro quo mendose legitur [de rectorarij.] Idem in tit. de effractoribus. l. sacularij. [Qui diatarij, inquit, appellatur, hoc est, quod in aliena cœnacula se dirigat furandi animo.]

**DIATARIJ** dicuntur qui in cœnacula aliena se dirigunt animo furandi, à diata secundum primam significationem sic dicitur & sic exponitur in l. sacularij. in prin. ff. de extraor. cri. licet ibi legatur in text. [diatarij.] Sunt & diatarij serui deseruientes in diata leg. quæsitum. §. obstarj de fun. instr. Item custodes nauis, non pretio aliquo conducti, sed ob solum victum. leg. 1. nau. cau. stab. vide supra de rectorarij.

**DIARIUM**, præter ephemeridis significationem, refertur etiam ad vnius diei cibum, vel ad id quod alicui datur, ut singulis diebus se alat: quo sensu plerumque in iure accipitur. l. diariis. de adim. leg.

**DIASTOLE** vel [diastolez] dicuntur cum astu diastatores vel distinctores λόγων, hoc est, publicæ rationis. Et secundum hoc accipitur in gl. de tab. scri. logo. C. li. 10. l. 4.

**DIATHEMUM** videtur esse genus poculij, sicut syntheton siue synthesis. Iuriscons. ad l. Aquil. l. seruus. [Si calicem, inquit, diathetum faciendum dedisti.] Iustin. quoque li. 10 leg. 1. [Artifices, inquit, diathetarij. i. calices diathetos fabricantes.] Neb.

**DIATHEMUM** διαθημῆς Græcè, tornatile aut factum torno significat. Unde apud Vlp. in l. seruus.

ad l. Aquil. calix diatretus, & diatretarij pro tornatoribus in l. 2. C. de excus. artific.

**DICERE** de Inofficioso, pro inofficiosum testamentum dicere. Scævola l. 20. ff. de Inoff. test.

**DICERE** doti & promittere dotem differunt. Dicere est certis ac solemnibus verbis sine stipulatione polliceri: promittere vero cum stipulatione. Vide Vlp. c. 6. Inst. tit. & Caium 2. Inst. c. 9. Hinc dictio dotis, à promissione ac stipulatione distinguitur in l. 3. C. TH. de Inc. nu. & l. vlt. C. Th. de doti.

**DICERE** legem, est conditionem in contractu apponere. Nam lex contractus appellatur, pactum in principali negotio appositum. Vlp. in l. quo tutela 73. de Reg. iur. [Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando, quisquam alij cauere potest.] Sic in l. legē. Cod. de pact. leg. 1. Cod. de Pact. conuen.

**DICERE** vindicias, pro dare vel addicere, in l. 2. §. initium. ff. de Orig. Iur.

**DICERE** sententiam, existimatur arbitri, qui ea mente quid pronunciat, ut secundum id discedere eos à tota controuersia velit. leg. 19 §. 1. ff. de Recep. arbi.

**DICI** s causa Varro antiquam esse locutionem scribit, lib. 5. ling. Latin. c. vlt. & eadem ab origine deductam ut verbum dico. Unde coniecturam facere, dicis causam esse à recto Dex, declinatū, ut sit dex, dicis, à dico, ut Index, dicis, à iudico. Omnes autē vno ore consentiunt, dicis causa id fieri, quod alia nulla de causa sit nisi ut factum esse dicatur, ut cum scribit Caius in leg. 4. ff. commodati. [Sæpe enim ad hoc commodantur, pecuniæ, ut dicijs gratia numerationis loco intercedunt.]

Itémque in omnibus adumbratis & imaginariis contractibus, quibus vno nummo emptio perficiebatur. Nummus enim aliam nullam ob causam tradebatur, nisi ut qui ei contractum quasi testis ac spectator interesset, dicere ac testari posset pecuniã fuisse traditam. Si cum Vlpian scribit in l. i. ff. ad S. C. Syll. §. 34. [Excusantur serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo, nam si finxerit quis auxiliũ ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit.] Hoc significat si non animo domini defendendi, sed tantum propter Dicem, i. propter eum qui aderat, ac dicere poterat seruum conatum esse suum dominum defendere, hæc simulatio nihil illi proderit: Vtuntur Cicero Verrina 6. & Plin. lib. 22. hæc Horomann. Nusquam probanda Accursij sententia, qui Dicis, à Diuine ductum arbitratur.

**DICTARE** actionem vel iudicium, est intendere actionem vel agere. Vip. l. i. ff. de Edend.

**DICTATORES** olim dicti fuerunt qui summum magistratum gerebant, & quorum erat in maioribus causis sententias ferre vel dicere: ut ff. de Orig. iur. l. 2.

**DICTÆ**, sunt columnæ ecclesiæ in quibus imagines patrũ in suo catalogo ponuntur. Vel sũt tabulæ scribendi vel pingendi, à dicto dictæ.

**DICTVM** à promisso eleganter distinguit Vlp. in l. sciendam. de edil. edict.

**DIDRAGMA**, est denarius valens duos denarios, stater valet duo didragmata: unde, Valet nummos didragma duos, stater duplicat. idem notatur per Archid. l. i. qua. r. magnum.

**DIDYCERE** est diuidere & distinguere. Instit. de oblig.

**DIENSUS**, populi sunt Macedonia à Dio colonia dicti. hos Pausanias Diastas appellat, apud quos gymnicum certamen agebatur. Pau. l. ult. in tit. de centib. l. si. [in Macedon a, inquit, iuris Italici sunt: Dientes.] Ant. Nely.

**DIES** est duplex, naturalis & artificialis. Naturalis est ab ortu solis vique ad occalum. Civilis est, à media nocte, in sequente media nocte. l. more. de feriis. Ecclesia vero Romana exorditur diem ab occasu solis, & finit in tertium occasum. Hæc Alciatus in l. 2. de verb. sign. licet Accusaliter definire videatur in d. l. more.

**DIEM** cedere vel [venire] obligationis quando dicitur, debeat aperte Iuriscons. in l. cedere. de verb. sig.

**DIEM** diffundi, (vel, ut quibusdam placet, diffundi,) olim dicebatur, cum res de qua erat controuersia, in sequentem diem cognoscenda reuocabatur.

**DIATA** in vna significatione est cœnaculu, in quo die magis quã nocte solent homines residere: ut ff. de Donat. l. Lucius. vel dormituri constructa in hortis pro colligendis fructibus, seu oblectationis gratia: ita expritur in l. senatus §. Marcell. ff. de l. i. In alia vero significatione dicitur spatium vnius diei vel lapsus. Quarto est vni<sup>9</sup> diei certa & determinata comestio. Continet autem diata legalis 10. millia Italica. Diata vulgaris dicitur illa quæ habetur secundum conditionem regiminis.

**DIFAMATOR** quis sit, & quis dicatur diffamare, vide Barto. in l. turpia ff. de legat. i. & quando quis diffamari dicatur de malicio, an sufficit in genere vel specie mali fieri requiratur: vide ibidem Barto.



**DIFFICILE** dicitur quandoq; quod nullo modo fit, 2. q. 6. biduum. ver. [si aduersus.] & glossa fin. de restibus. capite presentium. exponit non de facili, id est, nullo modo. Adde quod difficile interdum exponitur, id est, raro, vt ff. de leg. 3. Seto & l. hares meus. §. vxori. Aliquando difficile, id est, [nunquam] 1. q. 1. si quis neque, &c. principatus & ibi not. Aliquando difficile exponitur, id est, laboriosum. in Authent. vt hi qui ob. se hab. perh. res mi. §. quoniam autem. Aliquando, id est, vix. 47. dist. quantumlibet. & ibi not. Item qualiter difficile & facile intelligitur, vide de hære. instit. l. seruus.

**DIFFICULTAS** & impossibilitas sæpe parificantur, vt pulchre ponit Fel. in cap. ecclesie sancte Mariæ. in 39. col. versic. [secundum notabile est quod ecclesia.] de constituta.

**DIFFINITIO**, vide Definitio.

**DIFFINITIVA** sententia. Require infra, [Sententia.]

**DIFFINDERE** diem, & diffisio diei, quid significet, non est in promptu, neque cur sic dicatur. Gellius libro 14. capite 2. [Iussi, inquit, diem diffindi:] & iterum: [In dierum diffisionibus & comperendinationibus.] Vlpianus libro 2 Digestorum, titulo si quis cautionibus leg. non extinguemus. Si quis, ait, in iudicio se fisci promiserit, & valetudine vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus se sistere non potuit, exceptione adiuuatur non inmerito. Cum enim in tali promissione presentia opus sit, quomodo poterit se sistere, qui aduersa valetudine impeditus est? Et ideo etiam lex 13. tabularum, si iudex vel alteruter ex litigatoribus

morbo febrico impediatur, iuber diem iudicij esse diffisum.] Sic enim legitur in Pandectis archetypis Florentinorum, non diffusum, videturque significare diem intercisum, siue intercapedinarum atque dilatum. Antonius Nebriss.

**DIFFUNDI** vina proprie dicuntur, quæ postea quam defæcata sunt, in doliis conduntur transuasanturque. Iuuenalis.

*Ipse capillato diffusum consule potas.*  
Et Horacius.

*Vina bibes iterum Tauro diffusa.*

Vlpianus libro 32. de lege 3. leg. cum quæretur, [Nam si vina diffudisset habiturus vsui.] Item Proculus libro 33. de Tritico & vino legat. leg. [Cum vinum, inquit, hares damnatus est dare quod in amphoris seu cadis diffusum est] Ant. Nebriss.

**DIFFUNDERE**, vel [diffundere] diem, quid sit, vide supra in ver. diem.

**DIFFUNDI** vina proprie dicuntur, quæ ex vasis in quibus defæbuerunt, postea quam defæcata sunt, in alia vasa transferuntur. leg. cum vinum. de tritico, vino & oleo legat.

**DIGESTVM** secundum Azonem in sum. de Veteri iure enuel. dicitur legalis liber, qui alio nomine vocatur Pandectæ, seu liber Pandectarum, ex eo quod omnes disputationes & decisiones legitimas in se habet, quem in quinquaginta libros partiales digessit Imperator. Collectus autem fuit iste liber ex veteri iure quod ab vrbe Roma condita & à Romuli temporibus vsque ad tempora Iustiniani ferè per mille & CCCC. annos confusè statutum obtinuit. Et extendebatur in duo millia pene librorum, & tritices

centena millia versuum vel responsum: vt patet Cod. de veteri iure enucle. leg. 2. § sed cum omnia. Et dictum fuit Digestum, eo quia omnia ibidem decidentia digerantur & soluntur, secundum Accursium in proem. Institutionum. Dicitur autem Pandecta à πᾶσι quod est totum & auctoritate doctrina, quia ibi est tota doctrina omnium Iuriscultorum, vt in §. præleg. sed cum omnia decidentia ibi digerantur & soluntur, secundum Azonem ac Dinum in principio Institur. Et notat Ioannes Andreas in proemio Clementinar. quod Digestum capitur alibi pro decodum. de Confec. distinctione 5. ne tales. & capite præcedenti. Quidam dicunt quod iste liber olim per duplex dd, scribebatur, vel per d, & g, quod postea per vitium scriptorum corruptum sit. Sed ratio videtur melior, scilicet quod Digestum scribatur contra morem omnium legalium librorum per duplex ff. [quamuis illæ duæ litteræ nec in principio, nec in fine huius nominis Digestum ponantur:] ideo quia ille liber fuit Digestus secundario per duos Fredericos Imperatores, à quorum cuiuslibet nomine sumpta est prima littera f, sic erunt duo ff. licet ista ratio aliis non placeat, quia neuter illorum Imperatorum aliquid fecit, exceptis paucis constitutionibus positis in vrbibus feudorum. Dicunt ergo esse vitium scriptorum. Et vnus illorum librorum nominatus est infortiatum, quia cum Romæ esset studium amissum, & Bononiæ inoleret, eius recuperatione facta Rauennæ cum esset amissum ius est reddidum, forte cum multa adsint quæ

deerant, & sic sumitur in pro [valde.] Alij dicunt quod fortes leges in eo sunt, sed certe & in veteri. Alij ab inuentore seu auctore sic nominatum dicunt. Vel dicitur quod nomina magistralia sunt, quare non est de eis disputandum, sed relinquatur pertinacibus, secundum Tullium, & quia plura sunt negotia quam vocabula, ff. de Præscript. verb. leg. natura enim. Alij ab infortium Chaldæorum vocabulo, quod est dispositio, dictum volunt, quia vltimæ dispositiones in eo sunt. Vnde:

*Sum tiber fontis disponens spolia moris,  
Et clausis porus, me discat lecter in  
harris.*

Hæc in glossa huius libri. Adde aliam rationem meliorem, quare libri Digestorum scribantur per duo ff. quam ponit Alciarius in libro Dispunct. Nam Græci Pandectas per π, cum accentu circumflexo notabant: quod posteriores per ignorantiam Græcarum litterarum putantes esse duplex ff, hoc signo abusi sunt. P.

DIGITVS aquæ, est modulus, vnde salientes tali mensura censentur. Frontinus de aquæ ductibus. [Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram redigendi sunt. Est autem digitus sextadecima pars pedis, vncia vero duodecima. Quemadmodum igitur inter vnciam & digitum diuersitas, ita & ipsius digiti; nam alius vocatur quadratus, alius rotundus.] Hæc Frontinus. Paulus libro 8. Digestorum de seruitutibus rustic. præd. lege Lucius Titius. [Digitum tibi dono aquæ.] Accursius per aquæ di-

*Cod. de Iuri  
beni Dige  
tur per d  
ff. ibi: idem  
alim vatio ibi:  
de aliis*

gitam intelligit, quantum fuit per digitum statur. Nabris-  
fentis.

**DIGITVS** non est membrum, sed membri officium, ff. de Stat. hom. l. non sunt liberi. Adde Bar. in l. 2. ff. de pub. Iud. in vers. [ sed quero quid appellatur. ] Adde Felin. in cap. ego N. vers. [ digitus. ] de iureiur. ubi limitat in sex casibus. & fallit secundum Bart. ad hoc quando quis esset notabilis artifex, quia si amittit digitum, dicitur amittere membrum, & ista confirmat Bart. vide Ioan. de Ana. in c. cum ex coniuncto. de hered. in 6. Fel. in c. cum illorum. de Excom. vers. [ & not. limitat. ] vide ibidem late per eum. Adde quod digitus est etiam genus mensuræ, l. Lucius. de Ser. rustic. præd est autem sextadecima pars pedis secundum Alciat. in l. mille. de Verb. signif.

**DIGNITAS** quid sit secundum Archid. patet de consue. c. 1. lib. 6. in gl. Dignitas quandoque idem est quod potestas vel conditio, vel prærogativa secularis, vt 23. q. 5. administratores. & C. de Dignit. lib. 12. Et sic iudex dicitur habere dignitatem, vt ff. de Alb. scrib. l. ult. de hac etiam not. 4. q. 3. si testes. in princ. Item dignitas est quedam præeminētia ecclesie, vel in ecclesia. c. quamuis. de Verb. signif. Et quod modis sumatur dignitas, not. de rescript. sedes apostolica. in gl. super verbo, [ maiores, ] quæ incipit, sed [ quas personas ] & Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Quandoque autem sumitur strictius pro eminentia prærogatiuæ personæ ecclesiasticæ: quæ prærogativa etiã dicitur personatus, qui cognoscitur quando aliquis ha-

bet prærogatiuam in choro, vel capitulo, in optionib<sup>9</sup>, in processionibus, in vocibus dandis, & similibus, plusquam alij canonici sui ordinis, vt in d. c. 1. de consue. cum similib. Et illa cognoscitur his modis: primò, quando quis habet administrationem rerum ecclesie cum iurisdictione. Secundò quando habet nomen dignitatis & prælationem seu prærogatiuam, tam in choro, quam in capitulo. Tertiò, quando ex consuetudine ecclesie habetur aliquis in dignitate: vide Archid. ubi supra. Etiam dignitas significat latius & strictius secundum usum ecclesiarum, nam quod in vna ecclesia continetur sub nomine dignitatis, in aliqua continetur sub nomine officij, & è contrà: prout cuiusvis ecclesie usus habet. Reperitur etiam latissima significatio pro quavis excellentia. Sed de his omnibus & aliis huc pertinentibus latissimè Bart. in d. l. 1. C. de Dignit.

**DILAPIDARE**, est res vel bona prodigaliter & indifferenter erogare, secundum quod notat. Archid. de rescrip. statutum. lib. 6. & de Elect. quia sapè. eod. tit. Et sic sumitur in l. si pro ea. C. mādati. ff. de Minor. l. verum. circa fin.

**DILATIO**, est temporis in causa prorogatio Et dilationum secundum Hostiens. in Sum. tit. de dilation. §. 1. alie sunt citatorie, quæ dantur vocato ad causam, ad veniendum ad iudicem ante litem contestatam, intra quas citatus se præparabit vt veniat in termino, & nihilomin<sup>9</sup> post mortem, vt extra de offic. de leg. consulu. de quibus ff. de iudic. lege ad peremptorium. cum sequente vsque ad leg. de qua in reg. Et alie sunt restitutorie, quæ dantur  
his

his qui spoliati fuerunt seu sunt, vel dantur ad appellandum, quæ sunt 10. dierum, vel ad restitutionem in integrum petendam, quæ olim intra annum vtilem, hodie intra quadriennium cõtinuum dantur, vt C. de In integr. restit. l. fin. Aliæ sunt deliberatoriæ, quæ dantur reis ad deliberandum, de quibus C. de lit. cont. in Auth. offeratur. hodie canonizata 3. quæst. 3. c. de induciis. §. offeratur. Aliæ sunt reparatoriæ, quæ dantur volenti probare: de quibus in l. 1. C. de dilat. Aliæ sunt executoriæ, quæ dantur cõdemnato ad hoc quòd satisfaciatur, de his lege 2. C. de vsu rei iudic. Aliæ sunt renocatoriæ. quæ dantur habentibus ius renocandi domum, de quibus habetur lege 2. §. legatis. ff. de Iud. Aliæ sunt vacatoriæ siue feriales, vt in lege 1. ff. de Per. & 25. quæst. 3. per tot. Aliæ sunt persecutoriæ, quæ dantur ad appellatiõem persequendam, de quibus in Authent. ei qui appellat. C. de temp. appellat. Aliæ sunt saluatoriæ, vt pænitentiales. Aliæ præceptoræ, de appellat. cap. præterea. Aliæ electoriæ, vt de conuers. conjugat. c. ex publico de Elect. ne pro defectu. Aliæ sunt expeditoriæ, vt extrà de frigid. & malefic. laudabilem. Aliæ exemptoriæ, vt qui matrimonium aculat. poss. c. fin. & C. de Ingen. manu. l. diffamati. Aliæ sunt representatoriæ, vt de Appellat. cap. personas. & cap. 2. requiris. & cap. sæpè. de Elect. dudum. 1. de Renunc. cap. veniens. Aliæ exceptoriæ, scil. ad proponendas exceptiones concessas à iure. de except. pastoralis. Hos modos & species latius prosequitur Hostiensis ibidem, & Specul. eodẽ

titul. & plures addit Specul. vide ibidem & gloss. sum. 3. quæst. 2. declarat notabiliter quinq; species induciarum, vel dilationum, Spec. autem enumerat quindæcim in tit. de dilat. §. 1. & Hostiens. in Sum. eodem tit. §. 1. Nam restitutoriæ induciæ dabantur olim spoliatis, vel eiectis, & tandem restitutis, intra quas à iudiciorum strepitu quiescebant, & erant nõ minores sex mensibus, nec maiores anno. 3. quæst. 2. eiectis. Vel veriùs & erant arbitrariæ. cap. si episcop. ead. quæst. Et deliberatoriæ dantur ante litem contestatam. Cùm enim citatus venit ad iudicem, porrigitur ei libellus, quo oblato, datur à iudice induciæ viginti dierum, in quibus deliberat reus, an cedat vel contendat, siue iudicem recuset. Et talis exceptio dilatoria est, ideo ante litem cõtestatam proponenda, de Re iud. c. cùm inter monasterium. & exceptio recusatoria iudicis debet prima esse inter dilatorias: qua omissa, si alię proponantur, ad ipsam rediri non potest, nisi ex noua causa. Dantur etiam ante litem contestatam, quæ paternaes adiectiones induciarum dicuntur, vt §. q. 2. præsent. Præparatoriæ vero dantur post litem contestationem probare volentibus, intra quas præparent suas probationes, quarum spatium moderandum est, vt dicit tex. 3. q. 3. §. spatium. Et datur tam auctori, quàm reo, & tantum semel, vt in §. spariu. præll. nisi casus emergat inopinatos. Iudicatoriæ autem dantur cõdemnatis, & sunt quatuor mensium, & Re iud. c. ad consultationem. Nec habent locum in causis criminalibus, in quibus executio non differtur, nisi in quatuor ca-

libus, vt not. Goff. de Ind. §. parti-  
bus. Et nota quod in ciuilibus  
causis pro qualibet causa neces-  
sario datur vna dilatio. In crimi-  
nalibus vero tres sunt reo, & duæ  
actori. Hæc Goffr. in Sum. eod.  
titulo.

**DILATIO** potest etiam sic describi  
secundum Baldum, [Est tempus,  
quod habet certum principium  
& certam finem.] vel sic, [Est  
tempus datum à lege vel iudice  
partibus ad veniendum.] Et lis  
est duplex, scilicet prima, quæ  
datur ab homine, vel iudice: se-  
cunda quæ datur à iure vel à le-  
ge, vt patet in Ru. de feriis.

**DILIGENTER** verbum exponitur  
secundum subiectam materiam,  
secundum Corsetum singulari in-  
cipiente, [Verbum diligenter] in  
littera D, vbi dicit quod ali-  
quando refertur ad oculum in-  
tellectus, & ad subtilem modum  
inuelligandi, & optime probatur  
secundum eum in capitulo quàm  
graue, & capitulo licet, de Crim.  
talli.

**DILIGENTIA** est, quæ culpæ è re-  
gione respondet, l. si cum 68. ff.  
de Contrah. empr. Ea autem tri-  
plex est, infima, mediocris, &  
summa Infimæ è regione respon-  
det culpa lata: Mediocri culpa  
leuis: Summæ cupa leuissima.  
Hotom.

**DMINVTIO** capitis, require supra  
[Capitis deminutio.]

**DMINVTVM** intelligitur quod v-  
sueaptum est, leg. de perditum, de  
Pet. hered.

**DI MISSORIÆ** litteræ sunt, per  
quas causa ad iudicem appella-  
tionis dimittitur, quæ vulgò di-  
cuntur apostoli. l. dimissoria. de  
Ver. sig.

**DIMITTERE**, pro relinquere, in Au-  
th. de Ecclesiast. tit. §. si quis ante

**DIMITTERE** creditorem, est ei sa-  
tisfacere, sic vt amplius molestus  
non sit. Vlp. l. ait Prætor. ff. Quæ  
in fraud. cred. [Cæterum, si cre-  
ditores dimisit, & alios sortitus  
est: siquidem dimissis prioribus  
quos fraudare voluit.] Item in l.  
quæris. 28 ff. de Pact. dot. le. 1. de  
distr. pig. l. 16. qui pot. in pig. l. 3.  
in fin. D. de Separ.

**DI OECESIS** per æ diphthongum in  
secunda scribitur, & non diocesis,  
vt vulgò legitur: neque accentu  
in tertia à fine, vt omnes profe-  
runt, sed in penultima. Item diœ-  
cetes, non diocetes, pro diœce-  
seos præfecto. Est autem diœcesis  
gubernatio siue dispositio, & di-  
œcetes gubernator siue procura-  
tor. Cicero in Epist. [Ex prouin-  
cia Ciliciensi, cui scis res diœce-  
ses astaticas attributas esse.] Iu-  
stinianus titulo de episcop. aud.  
lege Archigerontes, & diœceta.  
Nebr.

**DI OECESIS**, secundum Arch. de  
rescript. statutum. lib. 6. dicitur  
distinctio vel diuisio, siue guber-  
natio, quia diuisa & diuersa est  
ab ecclesia alterius episcopatus,  
& commissa gubernationi vnus,  
vt patet 10. quæst. 1. episcopum.  
Aliquando sumitur pro regione  
vel prouincia, & sic forte capitur  
in l. præsidet. C. de Offic. rector.  
proninc. Aliquando sumitur pro  
parochia. Vide de hoc Archid.  
ibidem. Et nota quod appella-  
tione diœcesis non comprehen-  
ditur ciuitas, quia dignius sub  
minori comprehendi non debet:  
sed appellatione ciuitatis, bene  
diœcesis comprehenditur, vt no-  
tat. in c. Rodolphus. de Rescript.  
Et quod nomen ordinarius plura  
comprehendat, quàm nomen di-  
œcesanus, vide glossam 2. Cle-  
mens. de vita & honest. cleric. &  
melius

meliùs gl. in verbo [diocesani.]  
in Clem. 1. de iure patron.

**DIPLOMATATA**, sunt codicilli, siue libelli, in quibus beneficia à principibus impetrantur, quales nostro sunt tempore, quas appellant bullas, dicta, quòd in duplicibus tabellis solita sunt concedi supplicibus: Suet. in August. [In diplomatis libellis & epistolis signandis.] Idem in Nerone: [Diplomata ciuitatibus singulis obtulit.] Cicero in Epist. ad T. Appium, [Diploma, inquit, statim non est datum.] Apud Iuricons. accipitur pro itinere festinatione, hoc est, cum per dies singulos duplicia itinera conficiuntur. Venuleius lib. 45. Dig. de Verb. oblig. l. continuus. 137. §. 2. [Qui æstimer, quanto tempore diligens paterfamil. efficere possit, quòd futurum se promittit, is qui Ephesi daturum se sponderit, vt neque diplomate, id est diebus ac noctibus, & omni tempestate cõtempna, iter continuare cogatur.] Et paulò post: [Quòd si diplomate vsus, ac felici nauigatione, maturum quam quisquam peruenerit Ephesum, confestim obligatus est.] Modestinus lib. 48. ad legem Cornelium. de falsis. l. eos qui. [falso, inquit, diplomate, committit vias.]

**DIPLOMATATA** sunt, quas literas patentes vulgò appellamus, cuiusmodi sunt bullæ Pontificiæ. Iureconsultus autem vsus est pro itinere duplicatione, in l. continuus. 137. §. cum ita stipulatus. 2. de Verb. oblig.

**DIPONDIVS**, est genus ponderis leuissimi, ex duobus assibus compositi, vt dicit Beda super illud Luc. 12. [Nõne quinque passeris vancunt dipondio? vel est

as duplicatus, videlicet 24. vnciæ, vt not. Inst. de hered. inst. §. & si plures vnciæ.

**DIRECTA** in Iure dicuntur, quæ simplicia sunt, atque ita perse constant, vt aliunde non adiuuentur. Hinc,

**DIRECTA** actio, vide Actio directa.

**DIRECTVM** verbum est in testamento, quando significat illum cui relinquitur, vel in quem disponitur, vt sua manu recipiat. Sed obliquum verbum est quòd significat, vt de manu alterius accipiat. Et commune verbum est, quòd vtramque significationem habet: v. g. directum verbum est instituo, quia significat quòd institutus sua & non alterius manu accipiat. ff. de hered. inst. per totum. Idem in verbo [hæres esto,] cod. tit. & in verbo [accrescat,] vt in tit. C. Quando non pet. par. petentib. accrescunt. Idem in verbis [accipiat, lego, capiat,] quia sunt directè significantia. Oliquum verbum est [restituio,] l. restituta. & per totum tit. ff. ad Treb. Item ibi, [volo quòd talem hæredem recipias] quia tunc per fideic. pars hæreditatis est illi restituenda. l. pater filii. §. si ff. de leg. 3. Item ibi, [rogo vt Titium hæredem facias.] l. ex facto. in princ. ff. ad Treb. nam per hoc videtur velle intelligere, quòd hæreditatem suam sibi restituat, & sic non directè hæredem illum facit. Idem in verbo [detur] l. fun. Trebat. ff. de vsu f. leg. Et breuiter omne verbum significans quòd quis de manu alteri accipiat, est obliquum de communi verbo, vt [substituto:] nam si paganus substituit filio impuberi, quando eumque decesserit per verbum [substituto.] hæc substitutio est fidei commissa.

commiffaria. vt in l. Centurio. ff. de Vulg. fubftit. Si autem fubftituit filio, fi haeres non erit fubftitutus admittitur ex directo fuo iure. Eft ergo commune, quia habet vtramque fignificationem. Et ratioem quare non eft directū, ficut illud verbum [inftitutio,] ponit Bar. in praal. l. Centurio. quia magis generale eft: nam in loco alterius qualitercunque pofitus, dicitur fubftitutus etiam in fingularibus, l. fecus de verbo [inftitutio.] Idem in his verbis [peruenit, pertineat, habeat, retineat, reuertatur, deuoluatur, conuertatur, fuccedat.] Et breuiter quodcunque verbum fignificat fic vtroque modo, quod quis fua manu habeat, vel ab alia, dicitur cōmune, vt not. Bart. in l. Centurio. praal. Hinc directa inftitutio & precaria opponuntur in l. querebatur. 19 ff. de Testam. mil.

**DISCEPTARE**, eft ambigere, contendereque, vt in iudicio fieri folet. Aliquando fignificat iudicare. cap. forus. §. iudex. de Ver. fignif. Inde,

**DISCEPTATOR**, qui iudicis officio & munere fungitur. Vlp l. 3. §. 1. ff. de Arbit. [Quoniam non deberent decipi, qui eum quasi virum bonum difceptatorem inter fe elegerunt.] Hinc,

**DISCEPTATIO**, pro cognitione & iudicio. Vlpianus l. cum hi. 8. §. Si cui. ff. de Tranfa. [Hæc omnia habent difceptationem prætoris, & pro vtilitate alimentarij recipienda funt.]

**DISCRETIO**, i. differentia, C. de factof. eccl. l. fin. in princ. & discretum, i. diftinguam, leg. discretis C. qui test. fac. poff.

**DISCRIMEN**, i. damnum. C. de fide fide inft. l. 2. & dic vt ibi. & extra, de Elef. vt quis duas. lib. 6.

Aliquando difcrimen, i. differentia. inft. de liber. §. fin. & ibi not. Aliquando, i. periculum ff. de iniur. l. prætor edixit. & C. de Pœn. iud. qui male iudic. l. 2.

**DISCVTIBRE**, eft difficere & difturbare: vnde difcutere matrimonium in l. 2. de Donat. inter vir. & vxor. pro dirimere, & diffoluere & difcuffum periculum in leg. nihil. de Nau. fornor. hoc eft, fublatur.

**DISCVSSORES** sub Rub. C. de difcufforibus, dicuntur qui in prouincis fifcalibus rationibus fubducendis præfecti funt, earumque confectionem fuo periculo præftant: quantum enim illis deeft, tantum de fuo præftare coguntur. l. 1. C. illo tit. eorum mentio fit in l. penul. C. quorum appell. non recipiat. Hinc

**DISERTIONES**, ait Fef. funt diftiones patrimoniorum inter confortes.

**DISERTVS** eft idem quod facundus, inde venit fuperlatiuus difertifsimus: vt C. de Aduoc. diuerfo. iud. l. petitionem.

**DISIUNCTIONEM** appellant veteres Iuris, quam recentiores alienationem, qualis eft [aut, vel, vtriusque,] alienationis. & l. Coniunctionem. de Ver. fig. Interdum tamen difiunctiue ponuntur pro coniunctis, l. fæpe. eod. tit.

**DISIUNCTI** dicuntur, quibus feparatim res eadē delegata eft, vel fic

**DISIUNCTIM** legatum dicitur iis, quorum finguli fingulis enunciationibus ad rem eandem vocantur, l. vni. C. de Cad. toll. l. 1. §. interdum ff. de Iure accref. veluti, Titio Dauum do lego, Mauio Dauum do lego. §. Si eadem. 8. Inft. de leg. l. triplici. 142. ff. de Ver. fig. l. re coniuncti. 89. ff. de l. 3. Vbi de coniunctio hæc vocatur.

Nam

Nam qui rem coniungit, verborum quidem & lingua sono coniungit, mente vero atque intelligentia coniungit, quoniam vnius eiusdemque rei communionem inter illos inducit.

**DISIUNCTIVVM** est, veluti cum dicimus, aut dies est aut nox, quorum posito altero necesse est tolli alterum. l. hæc verba. ff. de Ver. sign. Hinc,

**DISIUNCTIM** legari dicuntur, que sub alternatione legantur. l. cum illud. 25. ff. Quando dies legat. l. sub diuersis. 51. l. cum pupillus. 78. ff. de Cond. & demonst.

**DISPENDIVM** dicitur damnum vel detrimentum. Alter dicitur longum & inutile, compendium vero breue & vtile, de Accusat. cap. qualiter & quando. 2. ad fin. & c. dispendia. de Rescript. lib. 6. in gl. 2. & Clem. dispendiosam. de Ind. facit regula, quod ob gratiã, de Reg. iur. lib. 6. inde dispendiosus, id est, damnosus. Clem. præalleg. de Ind. vbi boncord. in gl. Quandoque dispendium dicitur idem quod vtiliosum, absque tamen vtilitate, vt in iur. præalleg. c. dispendia & c. qualiter.

**DISPENSARE** idem est quod disponere, vnde dispensatores dicuntur, eo quod damnum alicuius vel res disponunt, & ita accipitur in l. dispensatorem. ff. de Solut. Et dicitur dispensare, quasi diuersa pensare, videlicet rigorem iuris relaxare per eum qui hoc facere potest. Et si aliter sit, non est dispensare, sed dissipare.

**DISPENSATIO** est iuris communis prouida relaxatio, vtilitate sua necessitate pensata, secundum Gulielmum in Spec. tit. de dispen. §. 1. Vel sic, est rigoris Iuris per eum, ad quem spectat, canonicè facta relaxatio, l. q. 7. cap. requi-

ris. §. nisi rigor. & cap. seq. Quandoque enim dispensatio sumitur improprie, scilicet, pro iuris declaratione, vt in cap. Quintus. al. de Iureiuran. prout ponitur in Specul. titulo de Dispen. §. 1. Item secundum Ioan. Andr. (quem sequitur dominus Ant. de Bar.) dispensatio est quædam communis menturatio ad singula, & est de iure concessa propter impossibilitatem prævidendi de omnibus particulis, sicut nauigantes quædam proliciunt, vt alia salua sint. l. q. 7. dispensationes. Et traxit originem à Deo, qui ex sola misericordia & dispensatione vniuersa creauit, & ea subiecit homini. inst. de Res. diu. §. in pecudum. Et dispensatio est quadruplex, scil. simpliciter ad maiores l. q. 1. si quis hæreticæ. Plena ad sacerdotium. l. q. 2. conuenientibus. Plenior ad episcopum. l. 2. dist. nos ad consuetudinem. Et plenissima ad primatum, omnes ordines & dignitates. 23. q. 4. ipsa pietas, vt not. Ioan. Andr. in gloss. cap. præalleg. nos consuetudinem. Et debent tria mouere dispensantem, necessitas, vtilitas, & euidentis prerogativa meritorum. l. q. 7. tali coniugio. & cap. exigunt. Item dispensatio non conceditur cuiquam, nisi habenti legem concedere & tollere: & sic per principem & Papam vel eorum auctoritatem fieri potest.

**DISPUNGERE**, siue expungere, est transuerso calamo rationem cancellare. Seneca de breuitate vite: [Dispunge, inquit, ac recense vitæ tuæ dies.] Apuleius de deo Socratis: [si cotidiana eorum dispungas, inuenies multa rationibus prodigè diffusa.] Item de Verbo, sig. l. cognoscere. [Dispungere



gere, inquit, est conferre accepta & data, & ex ea collatione, ut ait Accur. cancellare quod est redditum. Hinc est disunctio, onis, pro ipsa rationis cancellatura, ut apud Tertul. in Apologetico: ad virtusque, inquit, meriti disunctio. Vlp. lib. 43. Dig. tit. de bon. aut. iudic. pos. l. cum plures. An recognitio, inquit, & disunctio concedenda sit creditoribus: nam quod in quibusdam codicibus legitur disputatio, pro disunctio, mendum tamen est N.

**DISPUNGERE** est conferre data & accepta, ut in l. cognoscere. §. 1. de Verb. sig.

**DISPUTARE**, est allegare, & videlicet intentionem suam per probationem in iudicium deductam ostendere, & eam pro viribus asserere & roborare, ut 9. quæst. 3. aliorum, & 23. q. 8. conuenior. & de fide instr. inrer dilectos. & de Re iud. cap. Abbate sanè. lib. 6. cum similibus. Quod autem huiusmodi allegationes & disputationes fieri debeant super testibus, & aliis actibus, patet in c. in causis de Test. De hac materia vide Specul. tit. de disp. §. all.

**DISSIDERE**, est discordare, unde dissidium pro diuortio. l. miles. §. vi. ff. de Adult.

**DISSIDIUM** inter virum & uxorem, idem est quod diuortium, hoc à diuertendo, illud à dissidendo appellatū. Terent. in And.

*Valeant qui inter nos dissidia quarunt.*

*Idem in Hecyra.*

*Nihil mali est quod sit dissidium.*

Papinianus lib. 48. ff. ad l. Iul. de Adult. l. miles. Quæro, inquit, an  
Voc. Iur.

causam dissidij præstitisse videat.

**DISTRABERE**, pro eo quod est vendere aut actioni exponere. Suetonius in Vespasiano, coemendo quædam tantum ut postea distraheret. Gell. lib. 19. [Sicut nunc, inquit, bona venum distrahuntur.] Vlp. in tit. de transact. leg. si vni. [Si vni, inquit, pluribusve fundus fuerit distractus.] Titulus est præterea lib. 20. Digest. de distractione pignorum. Ant. Nebrissenfis.

**DISTRABERE**, est vendere, ut ff. de Contrahen. empt. l. si ita distrahatur. & l. rem alienam. & l. quoties. eod. tit. cum multis similibus. Generaliter tamen significat dissoluere: unde distrahere matrimonium in l. 2. de Diuor. & distractu, pro resolutione contractus. §. penul. Instit. de obligat. ex quasi contract.

**DISTRACTIO** ponitur pro diuortio, Authen. de nupt. §. nuptias & ibi in gloss.

**DISTRIBUI** non est verbum directum in substitutionibus. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupilla. & est verum quod dicit Bart. de ver. [distribuantur:] quia est obliquum si est simpliciter prolatum, secus si cum adiuncto, scilicet per fideicommissarios seu executores, quia tunc est directum, ut ibidem per Bar. in vers. [sed quid si testator dicit:] &c. & melius per Bart. in l. fundi Trebatiani. in fin. ff. de Vsufr. l. dum loquitur de verbo [dentur.] De natura distributiui vide Bart. in l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de Verb. oblig. & in l. si quis in fundi. vocabulo §. 1. ff. de l. i. & in l. qui filius. §. fin. eod. tit. Et quæ sint nomina distributiua, Bart. in l. hoc articulo. ff. de hered. instit.

**DISTRIBUTIVUM** dicitur quod di-

q stribu

distributionem significat, & hoc diuersimodè, prout diuersitas subiectæ materiæ, vel aliud medium probabile habet diuersificare Verbi gratia sic dicendo, [quilibet fert lapidem,] sensus est quod vnusquisque per se in solidum, fert lapidem. Ideo si testator dicat, [quilibet hæredum meorum det Titio decem,] tunc quot sunt hæredes, toties Titius habebit decem. l. si pluribus. & ibi not gloss de leg 2. Si autem testator ostendens duos vel tres eum digito, & dicat, [quilibet vestrum hæres mihi esto,] sensus est, quòd quilibet sit hæres in parte, non in solidum. l. hoc articulo. in fin. de Hære. instituit. Nam materia subiecta non patitur de pluribus quemlibet in solidum esse, cum impossibile sit cuilibet eandem hæredit. in solidum attribui. Item ibi, [quisquis mihi hæres erit, det Titio centum,] siue vnus solus hæres sit, siue plures, Titio debentur centum solum. l. ab omnibus, in prin. ff. de l. 1. & l. si quis in fundi vocabulo. in fin. eod. tit. Et si in eod. casu testator postea prohibet vnum hæredem dare Titio, vel eximi eum à dando, adhuc centum debentur Titio ab aliis. l. ab omnibus. in prin. præalleg. Item ibi, [quicumque primò ingressus fuerit castrum, habebit centum,] duo simul ingrediuntur, quilibet admittitur, quia hæc distributiva verificatur in vno solo, & etiam in pluribus vel omnibus concurrentibus, quia primus est. qui aliud ante se non habet, & actus primi verbi distribuitur cuilibet in solidum: ideo etiam actus secundi verbi: ergo quilibet qui primò ingreditur, habet centum. leg. qui filium. §. 1. ff. de leg. 2.

Sed si dicatur, [quicumque ingressus fuerit primo, habebit illum equum, vel hunc fundum,] tunc pluribus simul ingrediensibus nullus debet habere in proprio significato verbi, quia vnum tantum requirit. Item ibi, quicumque ceperit vexillum Bohemorum, habeat centum: duo simul capiunt: hi duo simul centum tantum habebunt. Ratio Bart quia actus primi verbi, scilicet habendi centum: & est simile, sicut cum duo simul portant trabem, & nullus eorum per se. l. ita vulneratus. §. 1. ff. ad Aquil.

**DISTRICTVS** idem est quod territorium. Cle. ne Romani, de Elect. licet non desint qui exiitiment latiore habere significationem verbum districtus, quam territorium, vt tradit Alciat. in l. pupillus. 239. §. territorium. 9. ff. de Verb. sig.

**DISTRICTE**, prorsus, omnino, profectò ita est, certè sic se res habet. Vlp. l. 7. §. 5. ff. de minoribus, Districtè, pro præcisè, religiosè, Vlp. leg. 13. de procur. [Hæc neque passim admittenda sunt, neque districtè deneganda.] Idem leg. 15. de recep. arb. [Licet autem prætor districtè edicat sententiam se arbitrum dicere coacturum.]

**DISTRICTO**, difficultas, anxietas, impedita ratio. Paul. leg. 16 ff. de recep. arbit. [quod sine distractione ipsius interdum futurum est.]

**DITIO** est idem quod potestas: vt ff. de Origin. iuris. l. 2. §. capita. Inde iurisdictio.

**DIV** ponitur pro biennio. ff. de Re iudic. l. fin. & ff. loca. l. cum domin. Quandoque ponitur pro tribus mensibus. 63 distinct. lectis in gloss. Aliquando pro decennio. Instit. de lit. oblig. §. fin. & ff. qui & à qui, l. si cum fideicommissa.

ria. §. Arist. Ponitur etiam aliis modis: vt ibi nota. Aliquando pro triennio: ff. de vsuca. leg. 1. & leg. quamuis aduersus. Aliquando ponitur pro anno. ff. de Successione edict. leg. 1. §. largius. & §. quibus. Aliquando momentum significat. Cod. de Acquir. possess. l. 2. Item quando diu fieri intelligatur, vide extrà de Elect. quia propter. & cap. 1. de mutu. per. cum multis iuribus.

**DIVERSORIUM** Accurs. in l. 3. ff. In quibus cau. pign. rectè sic interpretatur. Statio in qua diuersi generis merces afferuntur. Aliis locis diuersorium est mercenarium hospitium, quo ex itinere aliquantisper commorandi causa diuertimus.

**DIVERTERE**, est discedere diuortio, id est, contractum matrimonium separare, vnde dicitur, mulier diuertit se à viro suo. lege 3. ff. de Diuort. & lege si filia. eodem titulo.

**DIVISIO** auctore Accurs. in §. 1. Institut. de Oblig. est immanerabilis materiz breuis compositio. Et propriè diuisio est generis in suas species: partitio verò totius in partes. Nonnunquam tamen vnum accipitur pro altero: vt in l. stipulationes non diuiduntur. de Ver. oblig.

**DIVINVS** aliquando exponitur, id est, Imperatorius: vt in leg. ad instructiones. Codice de sacrosan. eccles.

**DIVINATIO** accipitur tripliciter: Primò, pro scientia Theologiz à qua Theologi dicuntur diuini. Secundo, pro scientia infusa à Deo, & sic accipitur, Prouer. 16. [Diuinatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius, &c.] Tertio pro scientia magica vel fallaci prophetatione, vel

prophetizatione, quia falsi propheta & magi fingunt se prouidere vel præscire futura: vt capitur in l. nemo. C. de Malefic. & mathe. &c. & sic dicitur diuinatio, à diuino, ar, are, id est, vaticinari vel futura prædicere. Genus autem diuinationis à Persis fertur esse allatum. Et diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Sunt autem duo genera diuinationis, cuius quidem quatuor dixerunt esse genera. Et habentur hæc omnia 26. q. 3. can. 1. in principio.

**DIVORTIUM**, vt paulo antè diximus, idem est prope quod dissidium, hoc dictum ab eo quòd vir & vxor dissideant, id est, dissentiant inuicem, illud quòd in diuersas partes vertantur. Fiebat autem diuortium per illa verba quæ sunt apud Plaut. [Res tuas tibi habe: quæ mea, redde mihi.] Paul. in tit. de Verborum significatione, l. inter. 191. inter diuortium & repudium hoc interesse dicit, quòd repudiari etiam futurum matrimonium potest, non rectè autem sponsa diuertisse dicitur, quòd diuortium ex eo dictum est, quòd in diuersas partes eunt, qui discedunt. Et præterea titulus de Diuortijs, lib. 23. Dig. Nebr.

**DIVORTIUM**, secundum Goffred. & Hostiens. in Summ. eod. tit. §. 1. est inter virum & mulierem legitime facta separatio. Et dicitur legitime, quia [quos Deus coniunxit, homo non separet,] scilicet violenter & absque ratione. Non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat. 32. quæst. 2. soler. & de cõsang. & affin. cap. de infidelibus. Et dicitur à diuersitate mentium, quia

illi qui matrimonium distrahūt, in diuersas partes eunt: vt ff. eod. tit. l. 1. & l. 2. & ff. de ver. sig. l. inter stuprum. §. diuortium. & l. inter diuortium.

**DIUORTIUM**, inquit Modestinus, inter virum & vxorem fieri dicitur, repudium verò sponsæ remitti videtur, quod & in vxoris personam non absurdè cadit, l. 101 ff. de Ver. sig.

**DIUORTIUM**, inquit Paulus, & repudium hoc differunt, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest, non autem rectè sponsa diuortisse dicitur, quod diuortium ex eo dictū est, quod in diuersas partes eunt qui discedunt. l. 191 ff. de verb. signif.

**DIUTURNUM** quomodo intelligatur, tradunt interpretes in §. ex non scripto Inst. de iure nat. gen. & cini. & l. diuturna de leg.

**DIVVS**, idem est quod sacer vel diuinus.

**DI VALEM** accipere, id est, epistolam Imperialem, per quam reuelata est quantitas quæ solita erat dari in ordinatione Pontificis.

### De Dante O.

**DO**, lego, perinde significat, ac lego, vel do, solum. l. 1. ad leg. Falc. & de proprietate verbi do, vide in dictione dare.

**DO**, dico, addico: verba sunt quibus vniuersa prætoris iurisdictio continebatur, de quibus Ouid. 2. Fast.

*Ille nefastus erit per quem tria verba  
silentur:*

*Fastus erit per quem lege licebit agi.*

**DOCIBILIS** propriè dicitur liber, sed docilis est homo doctrinalis:

ponitur tamen vsus pro reliquo. 23. distinct. qui episcopus, in princip. Et Petrus in Epistola, [Erunt omnes dociles Dei] 36. distinct. cap. qui ecclesiasti. §. ecce.

**DODRANS**, sunt nouem vnciæ.

**DOLARE**, verbum fabricorum, cum lignorum asperitas complanatur. l. ferri. de verb. sig.

**DOLIUM**, vas fictile est, vino, atque aliis rebus cõdendis aptissimum, Plin. li. 13. [Mitiores, inquit, plagæ doliis conduūt vina, infodiuntq;] Cato de re rust. [Dolia olearia decem habeat.] Vlp. lib. 33. Dig. de fundo instr. l. instrumēta [Dolia inquit, licet desofsa non sint, & cuppæ.] Idem de Auro & arg. lega. [Dolia, inquit, fictilia, quibus terra adiecta est] Inde doliarius, qui facit dolia: & doliarius, a, um: & doliaris, re ad dolia pertinēs. Plin. lib. 3. [Afiglinis, inquit, doliariorum.] Et Pau. de fund. instr. l. tabernæ. [Doliaria, inquit, vasa, & ancones.] Itē l. si vinum. [Si doliare, inquit, vinum emeris.] Nebr.

**DOLIA**, vasa erant tam vino quàm etiam aliis rebus condendis apta, l. vinaria. de Verb. signif. Hinc vinū doliare in l. 1. §. vltimo. de peric. & com. rei vendi. quod in doliis conditum esset. In doliis enim veteres mustum coniciebant offeruescendi causa: vbi verò deferbuisset, ac defæcatum esset, vel vendebatur, vel in amphoras, aut cados, vt meliùs inueterasceret, diffundebatur. l. pen. in fin. de vin. legat.

**DOLONES**, hastæ sunt, in quibus tanquam in vaginis latent pugiones: dicti ab eo quod dolus subeat. Virg. lib. 7.

*Sensusque gerunt in bella dolones.*

Supp. in Claudio: [Cum dolone ac venatorio cultro præstolantes.] Alphenus lib. 9 Digest. ad legem Aquil. l. si ex plagis. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolo inerat, vulnerare tabernarium cœperat: ] ubi mendosè pro [dolon] legitur [dolor,] neque minus falso Accursij interpretamento locus enarratus. Nebris.

DOLONES dicuntur flagella quædam, intra quorum virgam later pugio, de quib. meminit Iurisc. in l. si ex plagis § 1 ff. ad l. Aquil.

DOLUS malus secundum Hostiens. eod. tit. in Sum. & Goffr. est calliditas, fallacia, aut machinatio ad circumueniendum, decipiendum, seu fallendum alterum adhibita: vt ff. de Dolo. l. 1. §. 1. & committitur calliditas talis in tacendo vel dissimulando. Vnde Salomon: [ Qui dissimulat iniuriam callidus est. ] Prouerb. 12. Potest autem poni exemplum in venditore, qui sciebat seruitutem deberi, vel rem alienam, vel alij obligatam esse, nec certificauit emptorem, tenetur ei, quia dolo malo versatus est. De hoc de rescript. c. super literis. Sed fallacia committitur in mentiendo, & falsum asserendo contra conscientiam. Vnde August. [ Mendacium est falsa vocis significatio, cum voluntate fallendi ] 22. q. 2. cap. beatus. §. ille ergo. Machinatio committitur ex parte verborum. 22. q. 5. quacunque arte verborum: nam machinatio est occulta insidiatio. Dicitur autem [dolos malus,] ad differentiam [boni doli:] nam dolus bonus est quando aduersus latronem vel inimicum quis machinatur, multo fortius in hostem publicum, 22. q. 2. vtilem. & c. quæ-

ritur. & 23. q. 8. vt pridem. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Titia. ad fin. & talis dolus fraudem excludit. ff. de leg. 2. l. præall. Est tamè hosti fides seruanda fidem seruanti. 33. q. 1. noli existimare.

[ Sed frangenti fidem, fides frangatur eidem. ]

vt C. de pact. cum proponas. in §. 1. Accurs. Vnde veteres [dolum bonum] vocabant solertiam: vt ff. eo. tit. l. 1. §. non fuit. Vnde dicimus: ] [ Ille est bonæ indolis: ] quasi bonum dolum intus habes. i. ingenium & solertiam. Vnde & Salomon in iudicando meretrices, bonum dolum adhibuit, id est, ingenium, de Præsumpt. cap. afferre Item [dolos bonus] fraudem excludit. præall. l. cum pater. Idem, dolus, fraus, & simulatio sunt nomina reatuum, quæ nunquam permittuntur à canone, & qui peccat non peccat de legis auctoritate. 23. q. 4. qui peccat. Et utilis simulatio est de his, quæ vi metusve causa fiunt. Vnde, nihil refert, armis contingat palma, dolove.

*Nam dolus est virtus quam quis in hoste requirit.*

Et quomodo ex dolo detur actio doli, quæ dicitur subsidiaria, cum nullum aliud remedium superest de hoc vide Goffr. Et nota differentiam inter ista quinque nomina, dolus, lata culpa, leuis culpa, leuissima culpa, & casus fortuitus. Nam dolus est insidiosa vel studiosa machinatio ad aliquem decipiendum: vt supra dictum est de dolo malo, verbi gratia, Deposuisti penes me librum, & ego dolosè, ad finè quod Titium (quem scio furem esse, & qui vult furari librum tuum) in

domum meam intrare faciam dimitto ostium apertum vt intret & furetur : ego teneor depositi subtrahere, quia comisi dolum. Sed lata culpa est, non intelligere quod omnes intelligunt, vel nescire quod omnes sciunt, vel quod maior pars scit. Leuis culpa est desidia vel negligētia. Sed leuissima culpa est, quæ aliquo modo potuit præuideri. Casus fortuitus est inopinatus rei edentus, qui à nullo quantumvis diligenti potuit præcaueri, vt inundatio, naufragium, ruina, incendium, tempestas, incursum latronum, de quibus Inst. Quibus modis contrah. obli. §. Item is cui & ibi melius quàm aliqua alia lex, & C. de Pign. actio. l. quæ fortuitis. Item dolum est fraus, & non è cōuerso. ff. de Pa. l. iur. gentium. §. dolo. Sed contra, ff. de Reg. iur. l. Fraudis. vbi dicitur quod fraus non fit sine dolo Solut. Fraus fit dupliciter. Vno modo de re cum consilio, & sic fraus nunquam fit sine dolo. Alio modo de re sine consilio, vt aliquando aliquis decipit alium re ipsa ignoranter, & sic fit sine dolo.

**D O L I** capax est proximus pubertati, scilicet, quando mas habet duodecim annos & dimidium, tunc enim potest delinquere, præterquam in adulterio, secundum Accursium. Fœmina verò quando habet undecim annos & dimidium: vt notat. ff. de Reg. iur. l. pupillum Augustinus verò dicit in Epistola ad Renatū quod puer dicitur doli capax cum est septem annorum: quia tunc mentiri & verum loqui potest. de hoc not. in c. vtriusque sexus. de Pœnit. & remis.

**D O M B S T I C V S** quis dicatur vide Bar. in l. i. in p. iac. ff. ad Sylla. &

in l. 1. 2. C. de testib. in l. præsent. §. sanè C. de his qui ad eccles. conf. & bon. gl. 3. q. 5. in summa. Fel. in cap. cum oporteat. ver. nec obstat quod habetur. de accusat.

**D O M I C I L I V M** alicuius est ibi, vbi maiorem partem fortunarū suarum constituit, vel magnam partem bonorum suorum, vel si ibi habet larē, id est, familiam, vt C. de Incol. l. ciues. 7. lib. 10. vel tametsi nihil ibi habet, assidue tamen conuersatur: sola tamen domus non constituit domicilium: sed magis ibi erit vbi summam rerum suarum constituit: vnde rursus discessurus non sit. Vnde cum profectus fuerit, peregrinari videtur, & ad quem locum tamen redierit peregrinatus definit, de hoc Innoc. de foro compe. ex parte. Abbas tamen non potest habere domicilium nisi in suo monasterio, licet alij sæculares clerici sicut & laici, bene possint plura domicilia, si diuersis locis se ita instruxerint, vt non minus in vno quàm in alio se collocasse videantur. Potest etiam quis esse sine domicilio: secundum Goffr. de for. compe. Et quamuis Goffr. scripsit quod clericus ibi habeat domicilium vbi larē constituit, & non semper vbi ecclesiam habet, Archid. tamen not. quod locus vbi clerici seu loca in quibus clerici tenentur ad residentiam, semper debent pro domiciliis reputari, licet etiam aliqui contradicant: & sic etiam not. Innoc. Host. de priui. c. ex ore. vide de hoc Archid. de rescript. statutum. lib. 6. in gl. super verbo [actor & reus.]

**D O M I N I** appellatione qui continentur, docetur in l. 1. §. ad Syllan.

**D O M I N I** minores magistratus sic

beri, vt in tit. de Donat. propter nup. A quo iure verò descendat, vide Inst. de Donat. in gloss. de Don. §. 1.

**DONATIO** ante nuptias vel propter nuptias secundum Azon. in Sum. C. eo. tit. est illa quam facit sponsus, vel aliquis nomine eius sponsæ, vel alteri nomine sponsæ: & hæc donatio est ob causam. Fortè tamen sic dicitur, l. fin. Cod. eod. tit. vbi hoc expresse habetur, quod non sit donatio simplex, quia sicut sine matrimonio dos est nulla, ita hæc donatio sine matrimonio nulla est. Hinc est quod illa donatio vocatur *an-*  
*te nuptias*, quasi contraria donatio. Et dicitur ab *ante*, quod est, ðetra, & *ante*, id est, dos: vt præalleg. l. fin. Cod. eod. tit. Maritus enim ab vxore accipit dotem, id est, donationem ob matrimonium: sic è contrario ipse donat vxori propter nuptias: & ideo, licet olim diceretur donatio ante nuptias, tamen quia hodie conceditur fieri post nuptias, ideo hodie vocatur donatio propter nuptias. vt instit. de Donat. §. est & aliud genus. & d. leg. si.

**DONATIO** causa mortis secundum Azon. in Sum. eod. tit. est cum quis vult magis se habere quam eum cui donat, subaudi tradendo, vel se obligando, ne hæc definitio legatum contineat per verba ibi posita. Dicitur enim tradendo vel se obligando, vt non referatur ad testatorem. Differt autem hæc donatio, sc. causa mortis à legato, iuxta ea quæ not. Instit. de Donat. §. 1. Hostien. autem eod. tit. in Sum. §. 1. eam sic definit, [Donatio causa mortis, est timore mortis imminentis, vel futuræ alicuius rei, prouidè & liberè facta collatio.] Et huius

tres sunt species secundum Host. tit. de Donat. in Sum. quas ponit sub §. quod eius. sub Verb. donationum. Nam donationum causa mortis prima species est, cum quis donat metu mortalitatis futuræ, & non instantis. Secunda est cum quis donat metu mortalitatis instantis, desperans omnino de conualeſcentia, & hæc donatio comparatur ei quæ est inter viuos. Tertia est quando magis vult se habere quam eum cui donat, & magis donarium quam suum hæredem. Prædictæ species possunt colligi ex leg. Senatus §. mortis. iuncta leg. 1. ff. eod. tit. & sunt expresse in l. 2. eod. tit.

**DONATIO** inter virum & vxorem, secundum Azonem in Sum. Cod. eod. tit. est quæ fit constante matrimonio, quæ secundum leges est prohibita, ideo, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa ergo se facilitate abutentes, nec esset eis studium liberos potius educandi: & illa est ratio, secundum Azonem, quia sæpe futurum esset vt matrimonia separarentur, & matrimonia vernalia essent. Omnia prædicta habentur eodem tit. leg. 1. & 2. Aliter tamen accipitur, de hoc vide Host. in sum.

**DONATIO** inter viuos secundum Azonem in Sum. est quando rem quam dono, malo habere illum cui dono, quam me. Hæc definitio colligi potest ex l. 1. in princip. ff. de Donat. Et hæc quinque causis potest reuocari, gl. Inst. de Don. §. sciendum.

**DONATIO** inter parentes & liberos, secundum Azonem in Sum. C. de Donat. inter virum & vxorem, omnia illa quæ dicuntur de donationibus inter virum &

vxorem, intelliguntur etiam de Donatione inter parentes & liberos. Ha enim (vt not C. eod. tit. l. donationes.) iuris impossibilitate prohibita sunt, cum vna & eadem persona iuris artificio existimetur pater & filius, genitor & genus, vt Cod. de Impub. & aliis substituit lege final. ad finem. Si enim alter alteri donat, sibiipsum donare videtur, & ideo nulla est donatio nisi in casibus; puta in dote, & donatione propter nuptias: vt ff. familiae heriscund. Pomponius Philadelphus. ff. de collat. bon. per totum, quae aequis partibus ambulant, vt lege final Cod. de donationibus ante nuptias. Item cum donat mobilia filiofamilias eunti in castra, vt Cod. familiae heriscundae l. 4. Item valet remissio vsusfructus in rebus aduentitiis, vt C. de bonis quae liber. leg. cum oportet. §. si autem res. Et de omnibus praedictis casibus, scilicet in quibus tenet haec donatio, est gloss. not. Cod. de Inoffic. donatio. l. 1. in verbo [ex duabus.] Item donatio facta est in alimentum. Alias non tenet donatio, sed tamen si facta est in filium tanquam in extraneum, vel collata in eum supremo iudicio, confirmatur eodem modo & cum eadem determinatione, qua confirmatur donatio facta inter coniuges: vt l. donationes praal. C. de Donationibus inter virum & vxorem.

**DONATIO** mera est eadem cum simplici, scilicet quando inter viuos donatio fit, quae etiam dicitur pura liberalitate fieri, non ob causam secuta. Si vero fit ex causa praecedente, tunc dicitur remuneratio potius quam donatio: vt Cod. de bon. quae liber.

l. cum oportet. §. cum autem, **DONATIO** [facta ob causam interpositam] secundum Host. in Sum. eod. tit. §. quo eius species. est quaedam donatio inter viuos, quae fit ob causam interpositam, & denotat vt aliquid fiat vel non fiat, vel propter quid fit donatio secuta, iuxta ea quae habentur l. 1. §. 1. ff. de Donat. vt etiam supra dictum est.

**DONATIO** perfecta & pura est species donationis simplicis, & est, quando statim pura liberrate transfertur dominium rei datae. de ista Cod. de Donat. & ff. eod. tit. generaliter per totum. & maxime ff. eod. tit. l. 1.

**DONATIO** autem imperfecta siue condicionalis vel sub modo, est etiam species donationis simplicis secundum Hostien ibidem. Et est quando statim transfertur dominium rei datae, & non nisi sub conditione, vel modo, vel in diem, vt dono tibi si Rex intrauerit Italiam, vel dono ita quod tuum sit hinc ad annum, vel aliquid huiusmodi. De ista materia requirit C. de Donat. quae fit sub modo & con.

**DONATIO** simplex est, quae causam non habet, & cum donator nullo casu vult ad se redire quod dedit vel daturum se promisit, vt ff. de Donat. l. 1.

**DONATIO** sub modo comprehenditur supra sub donatione perfecta vel imperfecta.

**DONATIO** sponsalitia secundum Antonem in Sum. Cod. de don. ante nupt §. sponsalitia. dicitur illa, quae a sponso sponsae fit, vel e conuerso licet raro accidat. Cod. tit. praalleg. l. si a sponso. §. quod si sponsa interueniente. Haec donatio fit intuitu mulierum, & ideo non potest dici vere propter



fle dicitur, quia domini recti: quia suffragio duorum eligebantur: vnus constituebatur à Plebe, alter à maioribus. v. C. de iudi.

**DOMINI recti**, erant quidam officiales defensores ciuitatum vel municipiorum.

**DOMINIUM directum** secundum Azonem in Sum. de iure emphyt. circa finem dicitur habere ille qui possidet ciuilitate tanquam dominus, & illud dicitur dominium directum, quia solus dominus directus habet ciuilem possessionem: vt not. in l. 3. §. ex contrario ff. de Acquirend. posses. vel ideo dicitur habere dominium directum: quia sine omnia obligatione liberam potestatem habet rei, qualiter non est in illo qui habet dominium vtile vel mixtum.

**DOMINIUM [merum]** fortè idem est quod directum, licet de illo dominio & sequenti raro legatur: dicitur tamen quod illa duo dominia [merum] & [mixtum] sunt potius duæ differentie, quæ diuidunt hoc genus imperium, vi sic omne imperium aut sit merum, aut mixtum, vt in l. imperium ff. de iurisdictione omnium iudic.

**DOMINIUM mixtum** est illud, quod partim conuenit cum directo dominio, & partim cum vili.

**DOMINIUM [vtile]** secundum Azonem dicitur habere ille qui solum naturaliter possidet, & non ciuilitate: vt emphyteuta, usufructuarius, & feudatarius, quod Ioan non placet, vt lege 3. §. ex contrario. ff. de Acquirend. poss. Sed quidam, vt Azo refert in Sum. C. de iure emphyt. dicunt emphyteutam habere quandam ciuilem possessionem, & vtilem

rei vindicationem. ff. Si ag. vec. l. 1. Et differt dominium à possessione, vt l. si quis vi. ff. de Acquirend. poss. in §. differentia. & ibi not. Bart. quid sit dominium, & quotuplex. Et quamuis communiter dominium tradatur rei traditione, datur tamen casus quo dominium traditur sine rei traditione, saltem noua, quando videlicet quis prius habet rem aliquo titulo scilicet, pignori obligatam, ex locato, vel conducto, & creditor dicit debitori: placet quod habeas pignus in solutum: & alter respondeat, placet: vt not. in l. cum dominam Cod. de pign.

**DOMVS** sumitur quandoque pro agnatione. leg. cum vnus. in prin. ff. de aliment. & ciba. lega. & ad Syllan. leg. 1. in princip. Item pro omnibus cohabitantibus in domo C. de li. po. par. li. præ. l. 1. in fin. Accipitur etiam pro omnibus gerentibus eadem signa vel arma. Etiam communiter domus est, quæ constat ex parietibus, tecto & fundamento, protegens nos à chaumatibus & imbris. Si omnes de domo nobilium dicuntur, an bastardus comprehendatur. Et responderetur quod capiendo pro agnatione, tunc non comprehenditur. Si pro descendenti bus ex eodem sanguine, tunc comprehenditur: vt leg. pronunciat. in fin. ff. de Verborum significatione. Si capiatur pro habitatione, tunc attenditur an sit habitans, vel ne. Similiter accipiendo pro portantibus idem signum, est videndum an portet, vel ne. Et dicit Bartolus quod secundum comunem modum Lombardie dicendo omnes de domo, intelliguntur omnes de eodem sanguine descendentes: sed quan-

do simpliciter fit mentio de domo tunc capitur pro loco. de hoc vide Bart. l. tutelae. ff. de Capitis demin. Nam appellatione domus secundum Bart. non comprehenditur porticus, nisi fiat extensio vocabuli, & sic statuta de domo non comprehendunt porticum. Alij contra, in l. cetera. ff. de leg. 1. in §. sed & si quis ad opus. Stante ergo statuto quod puniatur reperiens sine lumine in nocte extra domum, secundum illos non puniatur reperiens sub porticu domus suae.

**DOMVM** reuocare, est dicere te non debere litem pati eo loco quo conueniris, sed ibi ubi domum habes. Vnde legatus qui mittitur Romam, vel vocatus à principe pro necessitate vel utilitate reip. non tenetur ibi tunc respondere, sed habet ius reuocandi domum. De hoc vide quod legitur & nota. de for. comp. c. ult. & de dilat. exposuit. & ff. de Iud. l. 2. §. legati

**DONARIA**, inquit Valla, contra Seruium, non sunt loca in templo ubi dona reponuntur, sed potius ipsa quae offeruntur dona. Virg. 3. Georg.

*Imparibus ductos alta ad donaria curru.*

Luc. in 9.

*Nec eis splendens donaria gemmis.*

Paul lib. 49. de Re milit. l. qui excubias. donariam pro donatione posuit. Item C. de sacrosanc. eccl. sancimus. pro dono posuit Iustin. dicens: [vasa vel vestem ceteraque donaria.] Neb.

**DONARIA** pro donis. l. sancimus. C. de sac. ecc. iuncto §. sacrae. Inst de rer. diuis. interdum pro donatio.

leg. qui excubias de re milit.

**DONATIO**, secundum Azon. in sum. C. de donat & secundum Host. in sum. eo. tit. §. 1. est rei licite nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio, vt ff. eo. tit. de don. l. donati. Nam illicita donatio non tenet. Et dicitur [donatio] quasi doni datio. vt ff. de donat. cau. mor. l. senatus §. donatio. Donationis autem diuersae sunt species, prout not. Azon. & Hostien. ibidem, quia alia est inter viuos, alia est causa mortis, & haec sunt duo genera donationum, vt inst. eod. tit. in prin. Item donationum inter viuos, alia est ob causam interpositam, alia simpliciter. Et illarum simplicium alia est simplex, pura & perfecta alia imperfecta seu conditionalis. Et sub hac specie donationis ob causam, forte cadunt donationes inter virum & uxorem, imò quandoque sunt simplices, & tunc regulariter sunt prohibita, propter causas, quae not. C. de dona. ante nup. l. fin. ante medium, ibi, [simplices] interdum enim donationes istae fiunt ob causam honestam & licitam, & sunt permittae, & in casibus qui sunt ff. de Donat. inter virum & uxorem. leg. si sponsus. §. concessa. vsque ad §. si maritus. & quae in illo §. etiam consueuerunt notari per Doct. scilicet casus plures, inter quos sunt aliqui, in quibus etiam simplex donatio valet: ideo dictum est supra regulariter. Et sponsalicia donatio semper in dubio ob causam futuri matrimonij presumitur facta: vt not. in l. cum veterum C. de donat. ante nuptias. Donationem etiam causa mortis tres sunt species, non tantum secundum ordinem regularem, sed etiam secundum ordinem alphabeti,

per nuptias donatio, sed simpli-  
citer. Conditio autem inest, si  
steterit per dantem, vt C. de don.  
ante nup. l. cum veterum sent.

**DONATIVVM.** largitio est Impera-  
toris in milites. l. qui excubias.  
de Re milit. Bud ibi.

**DONVM** eo differt à munere, quo  
genus à specie: nam munus est  
cum causa, puta natalis vel nu-  
ptiarum. l. inter donum, de Verb.  
significat.

**DO NEC**, vt notat Ioann. Cal. in cō-  
mento Decreta. post cessionem.  
de probatio. significat diuersi-  
modè, prout quoduis medium  
probabile significare declarat.  
verbi gratia: Lēgo filix decem  
donec nubat, significat legatum  
esse annuum. l. legatum. ff. de  
Annuis legatis. Ratio, quia hæc  
dictio significat limitationem. Er  
ex hoc sequitur quòd testator  
voluit facere multiplicationem,  
cuius sit limitatio ad tempus nu-  
bendi, vt ex tunc non debeat.  
Item ibi, lego filix fundum Cor-  
nelianū, donec nubat, vel donec  
Capitolium ascendat, non signi-  
ficat legatum annuum, quia sub-  
iecta materia non patitur, quæ  
non est multiplicabilis, sed tan-  
tūm significat extinctionem ad-  
ueniente tempore nuptiarum vel  
ascensionis Capitolij. Itē ibi do-  
nec inuentarium scribitur, non  
licet creditoribus & legatariis  
hæredem conuenire, lege finali,  
§. donec. Cod. de Iure delib. quia  
subiecta materia hoc declarat.  
Nam inuentarium debet incipi  
& finire intra certum tempus, vt  
in eadem l. dicitur. Item ibi, cre-  
ditor facit debitori pactum de  
non petendo, donec Titius fiat  
consul, significat limitationem  
exceptionis per euentum, l. & sic  
etiam conditionem, vt si Titius

fiat consul, finiat exceptione pa-  
cti, si non, sed moriatur antequam  
fiat consul, fiat perpetua excep-  
tio, leg. sufficit ff. de Condit. &  
demonst. Nam ex euentu incerto  
futuro significatur conditio. l.  
itaque. ff. si cert. pet. Item ibi lo-  
cus est conditioni furtiua, do-  
nec dominium à domino recedat,  
significat limitationem, &  
quòd ipso iure dominium ab eo  
recedente non est locus condi-  
tioni, leg. sine. §. tandiu. ff. de  
Condit. furtiua. Item promit-  
to decem singulis annis donec  
Titius consul fiat. Titio existen-  
te consule, adhuc obligatus sum  
ipso iure, sed petentem repel-  
lam. leg. eum qui ita. §. qui ita. ff.  
de Verb. obligat. Ratio, quia non  
est in potestate disponentium  
obligationem limitare tempore,  
vt ipso iure finiat tempore.  
Item lego fundum donec Titius  
fiat consul: ipso existente con-  
sule, finitur legatum, dominium  
ipso iure ad hæredem reuertitur.  
lege final. Cod. de Legat. quia in  
potestate testatoris est facere le-  
gatum certo tempore finiri ipso  
iure, vt ibidem. Item ibi, Dono  
tibi prædium, donec Titius fiat  
consul: Titio existente consule  
non finitur donatio ipso iure,  
nec reuertitur dominium ad do-  
nantem: argu. l. ea leg. C. de Con-  
di. ob causam. Ratio, quia non est  
in potestate contrahentium fa-  
cere contractum finiri tempore,  
vel dominium transferri. Et sic  
de consimilibus.

**DOS**, secundum Azon. in Sum. C.  
de iure dotium, est quod datur à  
muliere marito, vt l. si rem æsti-  
matam. ff. de Iure dot. vel ab eius  
patre, vel extraneo, vt in §. ac-  
cedit. l. vnica. de rei vxor actio.  
Codic. cum infinitis alijs, in qui-  
bus

bus dos semper marito datur, vel eius patri, vt l. fundus. ff. familiæ herciscum & l. si maritus & l. si filia. §. hoc amplius. eo. tit. & hoc propter onera matrimonij, vt l. pro oneribus. Cod. de Iure dot. vt perpetuò sit penes eum, vt l. i. ff. de Iure dot. & durat quandiu durat matrimonium, nisi maritus vergat ad inopiam. Hoc ideo dicitur, quia dos soluto matrimonio debet redire ad uxorem vel eius hæredes, sicut donatio propter nuptias ad maritum vel eius hæredes. C. de pactis conuen. super dot. l. penult. & in Authent. de æqualit. dot. & propter nupt. don. vbi dicitur quòd bonum est argui de dote ad donationē propter nuptias. Fallit hoc in casibus in gl. vnica, circa medium, in c. peruenit. de Emptio. & vendit. Diuiditur autem secundum Azo. vbi supra, dos in profectitiam & in aduentitiam.

**Dos aduentitia** secundum Azo. est quæ non proficiscitur à Parente, vt si extraneus dederit patri vt daret in dotem. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iure dot. Vel si pater non tanquam pater, sed vt extraneus dedit, puta quia debebat filiz, & eius voluntate dedit in dotem viro, vt d. l. profectitia. §. fin. vers. [exterum.]

**Dos profectitia** est quæ à patre & tanquam à patre vel ab auo, vel proauo paterno profecta est, scilicet, de bonis eius, vel factò eius, pro filia vel nepte eius, vel quã alius de mandato eorum constituit, vel præses, aut curator dedit de bonis alicuius eorum, si erat parens prodigus vel furiosus. Nec refert an filia vel neptis sit in potestate constituta vel emancipata. Non enim ius potestatis, sed nomen parentis facit

profectitiam. A parente ergo videtur data, si ipse dedit vel iussit alium dare, vel præses, vel curator eius dedit, vt dictum est. Idè est si negotiorum gestor eius dederit, & ipse ratū habuerit: quæ omnia habentur in d. l. profectitia. in princ. iuncto §. i. & fin.

**DOTEM** legare, & pro dote legare, idem sunt. l. 3. §. i. de dot. præleg.

**DOTALIS** fundus quid sit, docet Accurs. in Rub. de fun. dot.

**DOTALITIVM**, i. donatio propter nuptias vel res paraphernales, id est, ultra dotem datæ. doctor. in cap. ex parte. de for. comp. & in cap. nuper. de Donat. inter vir. & vxor.

### De D ante R.

**DROMONES** dicuntur qui præerant nauibus ad seruandum traiectum maris, in hoc reipublicæ militantes, & maris transitum tenentes, vel tuentes. C. de Offic. præfect. prætor. Afric. l. 2. vnde etiam adhuc eorundè naues nomine vulgari [dromones] appellantur.

### De D ante V.

**DVBIVM** esse non dicitur illud de quo est regula, licet, sint aliqui casus speciales, nisi de casib. specialibus mentio fiat. Bartol. in l. quoties ff. Si quis cautio.

**DVBIVS** in fide est infidelis, de hæret. c. i.

**DUCERNARI** dicuntur duces vel magistri ducentorum militum, quorum dignitatem dicimus substantino genere ducennam.

**DUCES** factionum, id est, malorum operum. ff. de appellatio. l. constitutiones.

**DUCERE**, verbum est proprium dote minorum, qui sua mancipia adducunt. hinc duci in casibus liberalibus

- talibus dicebantur serui, contra quos vindicta in seruitute data fuerant. l. duobus. 30. ff. de Liber. cau. Duci oberati dicebantur qui additi creditoribus in seruitutem fuerant. in l. 12. Tab. [Ast qui & endo iure vim dicit secum ducito] ducere pugnum, cedere pugno. Paul. l. 4. ff. de Iniur. [Si cu seruo meo pugnū ducere vellem, in proximo te stantē inuitus percusserim.] Duci vxor, quæ ritu præscripto ex domo patris in mariti domum deducebatur.
- DVDVM**, id est, ante, in Auth. vt lib. de cert. §. quapropter. & hæc dictio aliquando non respicit multum retro, in Auth. de hæred. & Falc. §. si verò aut. & §. si verò nullus. & §. si verò nulla. Quandoque [dudum], id est, [cū] in Auth. de mon elig. secund. nub. §. Gregoria.
- DVELLVM** dicitur singularis pugna, quæ fit propter probationē alicuius, ita vt qui vicerit probasse credatur, & victus in probatione defecisse, & dicitur quasi duorum bellum, factū ad probationē veritatis, ac si per testes quis intentionem suā fundasset, vt cap. 2 de Purg. vulga. Quomodo autem sit licitum vel non, nor gl. in l. qua actione. §. si quis. ff. ad legem Aqu.
- DVM**, idem quod donec & quandiu. l. bones. de Verb. sign.
- DVMmodo**, vbi gloss. in c. non potest de Præb. lib. 6.
- DUNTAXAT**, de hoc vide Archid. de rescri. statutum. §. in nullo. lib. 6. & de Iureiur. cap. 1. eod. libro, & Bart. in l. cū ita. de Condit & demonst.
- Dv rei stipulandi & promittendi** quomodo constituentur, traditur per Imp Institur. cit. de Duobus reis.
- D V P L I C A T I O**, est allegatio quæ datur reo ad infirmandum replicationem actoris, vt Inst. de rep. §. rursus. & no. in Specul. de Except. §. nunc de replicatione. Vel, secundum alios, est elisio vel annihilatio replicationis, & debet fieri à reo contra replicationem actoris.
- D V P L A B** stipulatio committitur, cū res restituta est petenti, vel est damnatus emptor in litis æstimatione, vel est possessor contentus ab emptore absolutus. l. Euisita. de euisit.
- D V P L O I S**, vel dyplois, est dupla vestis.
- D V P L O M A**, vt habetur ff. de Verb. oblig. l. continuus. §. cū ita. est iter duplicatum vel celeritas, secundum gl. ibidem. nam text. ibi exponit.
- D V P O N D I V S**, nummus erat bilibris, duos asses valens: hinc dupondij iuuenos, in præmio ff. studiis tantum initiati, quos vulgò pupillos dicimus. Sunt enim adhuc modici valoris, Dupōdus quoque dicitur hæreditas in viginti quatuor vncias diuisa, quasi duo pondo, id est, asses. §. si plures. Inst. de hæred. inst.
- D V R A C I N A B V A** dicuntur, & duracina Persica. De vuis duracinis, lemma est apud Martiale in dist. de duracinis Persicis. Plin. lib. 15. [Duracinis, inquit, hæret corpus.] Iuriscōf. de Verb. signif. l. qui fundum. [Qui fundum, inquit, vendidit, pomūmq; excepit, ficus nuces, & vvas duracinas dūtaxat & purpureas, & quæ eiusdē generis essent, & quas non vini causa haberemus, quas Græci Troximos appellant.] Lege in verb. [Troximos.] Ant. Nebr.
- D V R A C I N A B V A**, sunt vva duriores, quæ eius duntaxat causa,

non etiam vini habentur. l. qui pomum. de Verb. signif.

**DVVMVIRI**, id est, magistratus municipij qui curiæ præfunt. C. de Decret. l. daumuirum. lib. 10.

**DVVMVIRATVS** pro ipso magistratu, l. 1. ff. de Alb. scrib. l. 1. C. de Tempor. appell. Hinc,

**DVVMVIRALIS**, qui daumuiratum gessit. dicta l. 1. de Albo scrib. ff.

### De littera E.

**E**PRÆPOSITIO, aliquando excludit. extrâ, de Renunc. cap. 1. ibi, meritum, id est, indignum: aliquando includit, vt in Luciano: [Quæ rura dabuntur Emeritis,] id est, bene meritis.

**EADEM** sunt, quorum substantia est eadem. Bald. in l. neque leges. ff. de leg.

**EATENS** quot modis capiatur, vide Barr. in l. 1. in princ. ff. de Noui oper. nunc.

**EBRIETAS** refertur ad superfluitatem potus, & est immoderatus vsus vini, & duo sunt effectus ebrietatis. Nam inducitur mentis exilium, & prouocatio libidinis, & ideo olim patres abstinebant ab esu carniū & vini, capitulo, ab exordio. & capitulo ante omnia. & 35. dist.

### De E ante C.

**ECCÆ**, not. Paul. in commento. cap. tertio loco. de probat.

**ECCLESIA** secundum Archid. de Ete. fundamenta. lib. 6. in princ. multis modis dicitur. Quandoque dicitur collectio sanctorum, vt 27. q. 1. nuptiarum. 32. quest. 4. recurrat. in fin. Secundò est catholicorum vel fidelium collectio, de Consecr. dist. 1. ec-

clesia. & sic sumitur 3. quest. 4. Engeltrudam. Et not. quod sicue ex decreto Iulij Papæ c. 2. sumitur. ecclesia est nomen Græcum, & dicitur Latine conuocatio, propter hoc quòd omnes ad se vocat. Et de expositione huius nominis ecclesia, vide c. quere lam. Ne prælat. vi sub. an. cen. conce. in gl. vbi not. Nam synagoga est congregatio, quæ propriè est Iudæorum. Sed conuocari propriè est videntium ratione. Congregari autem solèt pecora, vt dicit Hugo. Et dicitur Catholica, id est, vniuersalis, quia per vniuersum mundum est constituta, ita exponit gloss. Cod. de Sum. Trinit. & fide cathol. super rub. Vel vniuersalis dicitur, id est, generalis in eadem doctrina ad instructionem vel administrationem, vt in præall. c. Iulij Papæ. Tertio est collectio malignantium. Psalm. [Odiui Ecclesiam malignantium.] Quarto est murorum ambitus. Et vide gloss. in verb. [matricem.] in Clem. 1. §. nos igitur. de sent. excomm. ibi concordantiæ. Et quandoque sumitur pro materiali ecclesia & ecclesie parietibus. Quintò, est corpus Christi Sextò, prælatuz ecclesie. Septimo, obuentiones ecclesiasticæ pronenientes ratione ecclesie. Octauò, episcopalis ecclesia. Et hanc desponsat episcopus quando consecratur. Nonò, viri ecclesiastici. 63. dist. cap. 1. Decimò, canonici matricis ecclesie 13. quest. 1. §. vlt. Undecimò, maior pars capituli, 56. dist. apostolica. Duodecimo, significat episcopum tantum. 7. q. 1. scire. Decimotertio, est qualibet ecclesia prouinciæ Cathedralis, non Romana. Nam appellatione ecclesie matricis intelligitur

Et ecclesia cathedralis, sed non Romana: vt in c. cum super. de vfu pallij. vide gl. in c. cum clerici. de Verb. sig. & 10. q. 1. c. 1. Antiquo ecclesie Cathedralis nomine etiam intelligitur episcopus & capiculum illius ecclesie, & non alij clerici. Item ecclesia sumitur pro iure patronatus, vt dicitur in verb. [ius patronatus.] Et Ecclesiarum bona sunt Dei, licet omnia sint eius, hæc tamen specialius. Et earum res & personæ diuino & humano iure ab exactio- nibus secularium personarum sunt immunes, cap. quanquam. de Cen. lib. 6. & ecclesia non debet ditari cum aliena iactura. 54. dist. generalis. de Pœn. suam. ff. de cond. indeb. l. nam hoc natura.

**ECCLESIA** collegiata quæ dicitur, & quodammodo cognoscatur, vide late per Abb. in c. nobis. vers. in gl. in versic. in conuentali. de Iur. pat. & per Arch. in c. monasterium. 16. q. 7. vide etiam aliquid per Card. in Clem. 2. de Ætat. & qual. in 4. q. & per Fel. in accedentes in 2. col. vers. [dicit etiam Oldra.] de Præscript.

**ECCLESIA RVM** appellatione in materia odiosa & pœnali non venit hospitale, nisi sit religiosorum, Domin. de sancto Gemin. in cap. cupientes. §. 1. de Ele. in 6. in 4. col. Felin. in cap. de quarta. in 6. col. vers. & quod omne hospitale. de Præscript.

**ECVLVS**, est genus tormenti ad modum crucis dispositum. C. de Malef. & math. l. & si excepta. in fin. de hoc 23. q. 1. c. 1. per Arch.

### De E ante D.

**EDARE**, i. extra dare, quapropter & partus edi dicitur, cum nascitur. l. Arcebusa. de Stat. hom. & ratio-

nes eduntur, cum exhibentur, & copia describendi fit. l. si quis. §. edere. ff. de edend.

**EDERE** actionem secundum Azonem in Sum. C. de Edend. est exprimere vel designare ius, quo quis petit aliquid ab aliquo in iudicio. Fit autem editio actionum vel per libellum iudici oblatum, sc. vt per eum reo detur, & ipse deliberet, vel in alio quem ipse descripsit, vel sine libello distante, auctore, vel sapiente iure, quid tunc est dictaturus, aut quo iure est vsurus. ff. co. tit. l. 1. §. edere.

**EDERE** & reddere rationes multum differunt, ait Pomponius, nec is, qui edere iussus fit, reliquum reddere debet, nam & argentarius redderet rationem, etiam si quod reliquum sit apud eum non soluat. leg. 89. ff. de Verborum signif.

**EDERE** diem est, vel trahere, vel dictare libellum, vel Codicem profesre. l. 6. §. 6. ff. de Edend.

**EDERE** nomen, est profiteri nomen, vt in numerum referatur. Vlp. l. 1. ff. de Offic. cons. [Consules, & seorsum singuli manumittant, sed non potest is, qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere.]

**EDERE** operas dicitur libertus, pro dare, prestare, præbere operas. Vlp. leg. 9. ff. de Oper. lib. [Proprietas eorum, & in edentis persona, & in eius cui eduntur consistit.] Iauol. lib. 21. [Opera loco edi debent, vbi patronus moratur sumptu & vestura patroni.]

**EDITIO** instrumentorum secundum Host. in Sum. de fide instr. §. an instrumentum edi possit; & qualiter fiat, potest dici captatio, vel communicatio facta coram iudice, vel eo præsentem, siue aduer

aduersarius sit præsens, siue non, tal. è cum consule, vt l. 1. §. editiones. ff. de Edend. vbi de editione instrumentorum, in gl. ib. Nam edere est ostendere, & copiam describendi facere, vt notat in c. 1. de Probation.

**EDICTVM** quandoque idem est quod mandatum Principis, secundum illud Luc. 2. [Exiit edictum à Cesare Augusto.] Quandoque idem est quod generale statutum Principis: vnde,

*Edicunt Reges, indicit festa sacerdotes.*

Et differt à rescripto, vt ostendit Bart. in l. postquam. §. Imperator, vt l. vel fid. nom. cau. Item differt à constit. quia constitutio potest esse generalis vel specialis, vt l. 1. ff. de Const. prin. & sic accipitur C. de Edicto diui Adriani tol. & similibus. Quandoque idem est quod statutum vel mandatum prætoris, sicut omnia prætoria edicta, vt edictum de albo scribendo, & de in ius vocando, & de huiusmodi, de quibus vide Specul. de act. sca. petit. proponendis. §. postremo. vers. [nunc dicamus de edictis.] Et quædam alia edictorum est diuisio: quia quædam sunt prohibitoria, vt edictum de testibus & matrimonio: quædam permissoria, vt de iureiur.

Adde quod **EDICTORVM** aliud est monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium, de quibus per gl. in l. ad peremptorium. de iud.

**EDICTVM** prohibitorium est illud in quo regulariter omnis admittitur, qui non prohibetur, vt in procuratoribus & in testibus. ff. de Testibus, l. 1. de Translat. episc. c. inter corporalia,

**EDICTVM** permissorium secundum Ioan. Cald. de suppl. negl. prælat. c. Romana. lib. 6. est illud quod regulariter est prohibitorium, & tamen in certis casibus permittitur, vt in c. Romana. prælat.

**EDICTVM** Carbonianum: requiritur supra [Carbonianum.]

**EDICTVM** D. Adriani secundum Azonem in Sum. C. de Edict. D. Adriani. tol. continebat quod si scriptus hæres postularet se mitti in possessionem, non aliter fieret missio nisi vicesima pars daretur reipub. Et quia multæ erant interpretationes & distinctiones circa hoc edictum factæ, ideo hodie sublato hoc edicto sit missio in possessionem rerum hæreditariorum, iuxta dispositionem quam ibi disponit seu ponit Azo. & ideo ponitur vnica Rub. de Edict. D. Adriani tol. in 6. lib. C.

**EDICTVM** ædilitium dicitur idem quod actio ædilitia. Nam actio ædilitia ab edicto ædilitio descendit, vt leg. cum autem. §. hæ. actiones. iuncto §. ædilitia. l. si tam. ff. de Ædil. edict. de hoc require supra [Actio ædilitia.]

**EDICTVM** prætorium est quod prætor edicit iubendo, mandando, vel constituendo, vt facit in edicto de dam. inf. vt ff. de dam. inf. l. prætor ait. & ff. nau. cau. stabul. l. 1. & ne quid in flum. pub. l. 1. & in alijs pluribus. Fortè pro eodem sumitur hic manducare & iubere, vt not. ff. Quod iussu. l. 1. in gl. super verbo [quemadmodum.]

**EDICTVM** successorium secundum Azonem in Sum. Cod. eod. tit. est quo prouidetur creditoribus. Et dicit ibi gl. quod est quod prioribus non patentibus, sequentibus patentibus permittitur. Fit enim quandoque successio de gradu in gradum, & de capite in capite.



caput. C. de Success. edi. leg. 1. nam illud edictum propter creditores inductum est. ff. eod. l. 1. ubi illa scripta quasi de verbo ad verbum posita sunt, & hoc ideo ne creditoribus longior mora fieret, dum bona hereditaria vacua sine domino diutius iacerent. Bene igitur putavit prætor præstitueret tempus his quibus bonorum possessiones detulit, & dare successionem inter eos, ut citius possent creditores scire utrum habeant cum quibus congregiantur, an bona vacantia fisco delata sint, an potius ad bonorum possessionem procedant, quasi sine successore defuncti.

**EDICTVM** perpetuum quid esset, vide Budæ. in l. 2. ff. de statu homin. & Alciatum lib. 2. Dispunct. c. 27.

**EDICTVM** translaticium, hoc est, non nouum: sed ab interioribus prætoribus factum, & quasi ex eorum albis translatum.

**EDICTVM** circumducere, est illud delere, l. & post. de iudi. ff.

**EDICTALES** bonorum possessiones, l. supra in ver. [bonorum possess. extraordinariæ.]

**EDICTALES** dicebantur, & hoc nomine decorabantur, qui annum unum in legum studio versati, aliterum etiam adiungebant: ducta scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo nunc operam nauant. Imper. in Epist. ad antecessores. §. 3. [In secundo autem anno per quem ex edicto eis nomen antea positum & à nobis probatur.]

**EDITVS** bouis, pro stercore quo in quibusdam regionibus vtuntur: dictus ab edendo, i. extra mittendo Iurisconsultus in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. [In quibusdam provinciis editu boum ad hanc rem vtuntur.] Nebrissenfis.

Voc. iur.

**EDVCARE**, est ad victum necessaria præstare ff. de ali. & cibar. lega. l. vltima.

**EDVLIVM**, i. comestio. ff. de Offic. proconsul. & leg. l. solent. [Sed melius ibi edulia pertinent.] & in d. l. [edulium] est casus genitiui.

*De E ante F.*

**EFFOEMINATI** dicuntur, quibus virilia exciduntur, vel sodomiz.

**EFFERVESCERE**, est ebullire: vnde mataphoricè, effervesce iracundiam in l. quis sit. ff. de Ædilitio edicto.

**EFFECTV**, re ipsa, & (vt vulgus loquitur) de facto. Paul. l. is qui in. de Legat. præstand. [Quia effectu fratris aufert partem dimidiam.] & l. 5. in fin. Commod. verum in vehiculis commodato, pro parte quidem effectu me vsu habere. Item l. 5. §. 1. ff. Quod cum eo. l. 1. §. qui minorem ff. vt Lega. nomi. cau. l. si habitatio. io. ff. de Vsu & Hab. l. 14. in fin.

**EFFETA**, id est, aperire, de consecr. distinct. 4. capit. postea tanguntur.

**EFFRACTORES** dicuntur, qui siue diurni siue nocturni furandi causa solent domos effringere, vt ff. de Effracto & Expil. l. 1. & 2. vel qui carcerem vel aliud frangunt vt euadant.

**EFFRACTVRA**, pro violenta disruptione, l. 3. de Offic. præfect. vig.

**EFFRINGERE**, est furandi causa ianuas frangere. Terent. in Adelphis,

*Fores effregit, atque irruit in ades alienas.*

Inde effractores dicti. Iulius Firmicus, [Mercurius, inquit, in arietem

r te

te octavo ab horoscopo loco effractores facit. J Vnde in libris dig. tit. est de effractoribus, siue de iis qui carcerem effregerunt, siue iis qui furandi causa ianuas domorum priuatarum inuaserunt. Nebr.

**EFFUSIONIS** verbum abundantiam significat. 16. q. 1. reuertimini. 41. dist. saepe vide gl. de sent. excom. c. cum illorum. in verbo, effusionem sanguinis.

**EFFUSIO** & electio, require supra actio de effusis.

*De E ante G & I.*

**EGERS**, secundum Bart. dicuntur qui non habent vnde se alant, vnde egestas, cuius mentio in l. bona. ff. Deposi.

**EICERE**, verbū est ad immutatum partum pertinens. l. si mulier. ad l. Aquil. vnde eiecti & eiectitij partus, pro abortiuis.

**EICTA** nauis dicitur, quæ vndarum vi in litus delata impulsaque est, l. i. de Ingen. iun. nauis.

*De E ante L.*

**ELAUINE** curator oleo coemēdo. Arc l. vlt. ff. de Mun. & hon. Cura quoque emendi frumenti, olei. nam harum specierum quos *στρώμα* & *ἐλαίωμα* appellāt. creati moris est.

**ELECTIO** secundum Io. est alicuius personæ idoneæ ad dignitatem vel fraternitatem siue societatem, seruata forma canonicè facta, vocatio: & hoc modo electio sumitur strictè, quamuis eligere ad multa se habeat, vt etiam not. Goff. in Sum. eo. tit. 5. in princ. Vnde ad electionem tria requiruntur, scil. auctoritas, numerus, & zelus. Auctoritas consideratur in dignitatibus & meritis vitæ, zelus consistit

in animo, vt sine carnali animo fiat, sed secundum meritum personæ eligendæ. 8. q. 1. si ergo. de numero patet. Debet ergo electio fieri secundum ita tria habito respectu meriti ad meritum, zelum ad zelum, numeri ad numerum. Si tamen ex vna parte sit dignitas, & zelus melior tam respectu eligentium quam electi: & ex alia parte numerus maior, certe præualebit dignitas cum zelo ipsi numero, extra, de Elect. c. Ecclesia vestra. Item differunt electio, collatio, & presentatio. nam electio fit per collegium ad dignitates, & Papa confirmat, & quodlibet collegium debet eligere prælatum suum, nisi aliud sit de consuetudine vel privilegio, vt extra de Elect. & Pot. c. 1. Collatio fit ad beneficium simplex, & pertinet de iure communi ad Episcopum per totam diocesim cum consensu capituli, nisi aliud habeat consuetudo vel privilegium, & dat plenum ius, nec indiget confirmatione. Sed presentatio pertinet ad patronum, nec dat plenum ius presentato, sed requiritur institutio & inuestitura Episcopi, vt per totum titulum de iure patronat.

**ELECTIO** canonica quæ dicatur, vide Io. And. in c. non potest, in verbo, canonicè. de præben. lib. 6. Specul. in tit. 2. §. videndum rehat. veri. nunquid nocet. & debet fieri loco determinato, alias est nulla, nisi causa subesset, c. venerabilem. de Elect. gl. in c. in nomine Domini. in veri. fieri. 23. dist.

**ELECTRI** duo sunt genera, alterum est lacryma defluens ex arbore glessaria, in insulis Germaniæ septentrionalibus, quas Glessarias siue Electrides dicunt, quæ deinceps congelascens in lapidis duriciem vertitur. Virg. in Bucol.

*Pinguis corticibus fudent ele-  
stra myrica.*

A Latinis succinū appellatur: de quo in verbo succinum. Alterum electri genus est metallicum, idque duplex, aut cui per artem in auro argenti quinta pars miscetur, aut quod per naturā sic mixtum reperitur. Plin. li. 33. Vbicūque, inquit, pars quinta argenti portio est in auro, electrum vocatur. Silius lib. 1. Punicorum:

*Electri gemino pellent de semina  
vena.*

Iustin. in libris Institutionum, in tit. qui est de rer. diuis. [Si diuersa, inquit, materiae sint, & ex iis diuersa species facta sit, vt ex auro & argento electrum.] Item de leg. 3. l. pediculis. [Vasis, inquit, electrinis legatis, nihil interest quantum ea vasa argenti atque electri habeant, sed vtrum argentum electrum, an electrum argento eedat.] Illud quoque de leg. 1. [Si quis putat electri appellatione argentum vel aurichalcum contineri.] Accursius nunc dicit esse pretiosam materiam quae iungitur argento, nunc genus metalli, nunc genus vasis. Nebr.

ELECTRUM genus est vasis, vel species metalli. ff. de Aur. & ar. lega. l. pediculis. §. Nerarius. & Inst. de rerum diuis. §. si duorum.

ELAEEMPORIA, olei publicè emēdi cura. l. vlt. §. patrimoniorum. de muner. & honor.

ELEMENTA prima sunt quatuor, ex quibus omnia corpora constituuntur: quorum viribus totus mundus gubernatur, scilicet terra frigida & siccissima, aqua humida & frigidissima, aër calidus & humidissimus, ignis siccus & calidissimus: primum melancholicum, & secundum phlegmatt-

cum, tertium sanguineum, & quartum cholericum: vnde factum est, vt omnia principia dicantur elementa, vt not. in gloss. proem. Instit. super ver. [prima elementa.]

ELENCHVS, lapillus est ex genere margaritarum Plin. li. 9. de vnionibus, hoc est, grandioribus margaritis loquens: [Elenchos, inquit, appellant fastigiata longitudine.] Et Iuuen. de inauribus fœminatum:

*Auribus extensis grandes com-  
misit elenchos.*

Pau. in tit. de Auro & arg. leg. 1. pediculis. [Item cum in aures, in quibus duæ margaritæ & elenchi & smaragdi duo, legasset, & postea elenchos detraxisset.] Neb.

ELENCHVS, species margaritæ. l. pediculis. de Aur. & arg. leg.

ELICES felci sunt aquarij, per quos aqua educitur à liris. l. 1. de Aqua plu. arcen. Haloander tamen ibi aliter legit.

ELIDERE pro excludere & perimere. l. si vnus. §. pactus. de pac.

ELIMATVM, i. purgatum. C. de ver. iur. cauc. l. 2. sed cum prospeximus.

ELOGIUM est testificatio de aliquo, honoris vel vituperationis causa. Cicero in primo Tusculanarum, [Quid ipsa monumenta, quid elogia significant.] Idem de Senectute, [in quem illud elogium vnicum plurima consentiunt gentes.] Vlpianus libro 21. de Ædi. edicto. leg. adiles aiunt. paululum deflexit significationem cum dicit, [Elogium huic edicto subiectum est.] De elogio in propria significatione, hoc est, pro testimonio, sed in malam partem. Martia. lib. 48. Dig. tit. de custodia & exhibit.

reorum. l. D. Hadrian. [qui cum eo, inquit, elogio mittuntur ex integro audiendi sunt.] Et infra in eodem tit. in l. Celli, cuius initium est, Non dubium, [Remittat, inquit, illum cum elogio ad eum qui ei prouinciæ præest, vnde is homo est.] Nebr.

**ELOGIUM** idem est, quod testamentum: vbi dicitur etiam eulogium, vt infra dicitur.

**ELOGIA**, i. epist. ff. de custo. reor. l. diuus & de Re mili. l. 3. in princip. Aliquando id est, generalis ferm. de Edil. edic. l. ædiles. 2. §. Aumentorum. Quandoque, id est, panis benedictus. l. quæst. l. non liceat. Adde quod **ELOGIUM** dicitur testificatio de aliquo honoris vel vituperationis causa. Inde mittere reum cum elogio in d. l. diuus. & d. l. 3. id est, cum informationibus, & (vt vulgus Barbarorum forensium loquitur) processu.

**ELVSCO**, as, est aliquem altero oculo orbare: nam luscus est qui altero oculo caret, non (vt quidam putant) qui lumine adhibito nihil videt. Vlpia lib. 13. Digest. de condi& tritica. l. in hac actione: (Si quis, inquit, post moram seruum eluscum dederit.) Idem libro 9. ad leg. Aquil. [Iulianus, inquit, scribit Aquilia teneri eum qui eluscauerit in disciplina discipulum.] Inde eluscatio, onis, pro eluscandi, hoc est, altero oculo priuandi actione. Nam quod Vlpianus scribit in tit. de Edil. edic. l. item Offilius. Eluscationem eam quidam putant vbi homo lumine adhibito nihil videt. Qui id dixerunt non sunt audiendi, quia nulla fressi auctoritate id dicunt. Quid enim luscus significet, suo in loco videbis.

**ELVSCARE**, est altero oculo orbare. l. 5. ad l. Aquil. vnde eluscatio: licet quidam eluscationem accipiant, vbi homo lumine adhibito nihil videt. l. item. de Edil. edic. sed Haloæder ibi legit nuscationem, non eluscationem.

**ELVSORIVM**, id est, vanum. l. si prætor. de Iudic.

### De E ante M.

**EMANCIPATIO** secundum Azon. eod. tit. est relaxatio patriæ potestatis corâ iudice facta, & dicitur quasi extra manum. (i. potestatem patris,) positio: quia quando filius extra manum patris ponitur, tunc emancipatur, vt in tit. C. de emancip. liber.

**EMANCIPATVS** dicitur filius vel nepos qui à ingo & potestate vel manu patris vel aui est relaxatus & sui iuris effectus, quia emancipare est à potestate, manu, & iure patriæ potestatis dimittere vel liberare. Sed manumittere est seruum à seruitute eripere, vel emittere seu finire, & sic emancipatio pertinet ad liberos, & manumissio ad seruos.

**EMANCIPATI** duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure exierunt, aut ij qui aliorum sunt dominij, quorum vtrumque fit mancipatione. Festus lib. 5. apud quem **DOMINI** in genitiuo legendum non dubito: vt ij significantur, qui verè ac non simulate venditi sunt. Nam (vt multis ex locis constat.)

**EMANCIPARE** veteres dicebant, pro alienare & vendere, vt in Catoe maiore. [Senectus ita honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est.] Et apud Plaut. in Bacchid.

*Nunc mulier tibi me emancipo :  
tuus sum, tibi operam do.*

**EMANERE**, est diutius extra castra vagari l. 3. §. is qui, ff. de Re militari. Hinc,

**EMANSOR** miles, is dicitur qui extra castra vagatur animo reuertendi, eoque distat à desertore : quemadmodum & erro dicitur seruus, qui eo quoque animo errat, vt ad tempus reuertatur, sicut fugitiuus qui non habet animum reuertendi. Modestinus lib. 49. Digest. de re militari. l. desertorem [ Emansor, inquit, est qui diu vagatus ad castra reuertitur. ] Nebr.

**EMANSOR** dicitur qui diu vagus fuit extra castra, tandem rediens ad castra, vt ff. de re mili. l. 3. §. emansor. Vel dicitur qui imminente lict fugit extra castra, & pace reformata redit.

**EMBAMMA** à Græco ἐμβάμην, id est, intingere, vnde intinctum Plin. appellat. & est condimentum ex aceto intingendis obsoniis paratum. Vlp. l. 9. ff. de contrah. emp. [ Caterùm si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, vt embamma, aliud pro alio venisse videtur. ] Item l. 9. §. 1. de tri. vi. [ Si acetum quis legauerit, embamma continebitur, quia aceti numero fuit. ] Ergo simile quiddam est, vt quod Rosaceum aut Hyacinthinum, aut Sambucinum appellamus.

ἐμπατιστὴρ ius Alc. lib. parerg. 1. cap. 36. id interpretatur, quo & quandam detentationem respicit, & rei possidendi facultatem, tamen si proprietas vera ad alium pertineat, quale est ius superficialiarum, vel eius qui fundum vectigale possideat, ἡ δὲ ἐμπατιστὴρ.

quod est ingredi, & intro pedem ferre. Vlp. lib. 3. §. 4. De reb. cor. qui sub. [ Si ius ἐμπατιστὴρ vel ἐμπατιστὴρ habeat pupillus, videamus an distrahi hoc à tutoribus possit. ] Alciat. hætenus, cui subscribit Hor.

**EMBATAE** seu epibatæ naues, quæ vectoribus traiciendis aptæ sunt. l. 1. §. igitur. de exer. act. vbi Bud. Nebriffensis autem legit Emphractæ, interpretaturque nauigia tecta.

**EMBLEMATA**, sunt quædam ornamenta vasorum, quæ addi atque detrahi possunt: dicta ab embalin, quod est imponere siue interferere. Plin. lib. 31. Vlysses, inquit, & Diomedes erant in phialæ emblemate. Cic. quoque in Verrem, emblematum in vasis meminit. Vlp. in tit. de Aur. & arg. l. si gemma. [ Emblemata legantur & separantur, & præstada sunt. ] Et in eod. tit. l. & si. quæ est Pomponij, [ ea quæ inaurata sunt non debent, neque aurea emblemata. ] Item Vlp. lib. 10. ad exhibendum. l. tigni. [ Si ansam scypho iniunxeris vel emblemata phialæ ] Nebr.

**EMBLEMATA**, ornamenta erant vasorum apud veteres, quæ cum libitum erat, eximi poterant. l. si gemma. de Au. & arg. l. c. & l. 3. §. 1. de vino leg. secundum Bud. in l. tigni. ad exhi.

**EMBOLA** sælix appellatur, vel Romanorum iuuentus excrescens : Vnde annus bissextile dicitur embolismus vel embolismalis, quia crescit in vno die. de hoc C. de sacros. eccles. l. iubemus in gl. Sed rectius Alci. ibi, & Bud. in l. 3. de mino.

**EMENDICATA** suffragia in l. singuli. C. de accusat. sunt quæ leuiter causam adiungunt, vt potentium commendationes, &c.

ciuitatum in alicuius honorem decreta. A verbo emendicare, quod est mendicantium more aliquid petere.

**EMERGERE**, est aliquid subito euenire vel accidere. Et nota differentiam inter illa, quæ sit questio emergens & incidens, & quomodo differant, est gl. optima, in c. 1. de Ord. cog. Et dicunt ibi Doct. quod incidens respicit negotium principale, & tangit merita eius, siue sit acquisitum ante, siue post litem contestatam. Emergens vero tantum processum respicit, & tendit ad ipsum impediendum, siue etiam ante, siue post litem contestatam oriatur. Et dicitur emergens id quod extrinsecus euenit, & nihil commune habet cum negotio principali. Sed incidens intrinsecus respicit negotium principale. Quævis enim utrumque oriatur ex circumstantiis, tamen in hoc interest, quia incidens est ex circumstantiis causæ vel negotij principalis, & emergens ex circumstantiis iudicij vel processus. Vnde,

[ *Incidens perimit, emergens iurgia differt.* ]

Et ad saluandam gl. præallegatam, quæ videtur deficere in differentia quam ponit, quia incidens etiam in iudicio potest oriri, scilicet opponendo pactum de non petendo, & emergens quandoque ante litem contestatam, vt si excipiat de excommunicatione ante litem contestationem dicas quod incidens dicitur habere causam vetustiorē ad negotium principale, sed emergens dicitur de nouo oriri, quia tendit ad impugnandum, & ante processum de nouo factum esse non poterat,

cum non posset impugnare non eos. Facit cap. ad dissoluendum, de Despons. imp. & est gloss. bona in l. quod iussit. ff. de re iudica. quæ dat exemplum incidens, vt si actor dicitur seruus emergens, vt testem non admittendo.

**EMERITA** stipendia appellantur quæ peracta sunt, vt cum iam milites missionem vt veterani impetrauerunt. Emerita verò numero plurali dicuntur etiam præmia veteranorum, quo sensu intelligenda est l. 3 §. sed si. de Re milit. vt aliàs annotauit Bodæus.

**EMERITI** dicuntur milites qui sunt exauctorati, hoc est, militiæ sacramento soluti, quibusque iam donatiuum est persolutum: dicti ab eo quod mereri, hoc est, stipendium tacere deserint. Luc. in 1 Quæ sedes erit emeritis? Modest. de Re militari. l. desertorem. [ Si expleto tempore militiæ redeat veteranus, restitatur, & emerita accipiat. ]

**EMERITA**, & Emeritensis colonia, ciuitas est Lusitaniæ nominatissima, Augusta cognominata: nam (vt scribit Dion) deuictis Cantabris, & Asturibus, eam urbem illis qui supra ætatem essent, emeritis, Augustus habitandam concessit. Vnde vrbs appellata Emerita Augusta, ex nomine conditorum & Augusti. Paul. lib. 50. Dig. tit. de censib. An Lusitania, inquit, Pacenses & Emeritenses, Nebr.

**EMERITI** dicuntur milites veteres qui iam sunt à militia soluti. vt in tit. ff. de Vere. & milit. successione.

**EMIOLO**, id est, sescupla, compositum ab ἡμι, id est, dimidium, & ὅλον, totum, quasi continens totum & dimidium, & est vsura quæ continet totum, & alteram eius partem,

partem, vt si de quatuor solidis accipiantur in fine anni sex.

**EMISENI**, populi in Emisena regione Apamēnacēles Syria, vbi & Emysia ciuitas est, & quibus & in eodem titulo de censibus, [Paulus inquit, Imperator noster Antonius ciuitatem Emiseronorum coloniam iuris Italici fecit.]

**EMISENI** populi in Emisena regione Syria l. fin. de Censib.

**EMISSA** manus, pro cautione manu facta lege quidam, de probationibus.

**EMISSARIUS** dicitur qui facilliter saltat super aquas vel per aquas & fossata.

**EMOLOGARI**, alias homologari, est confirmari, vt dicimus quod arbitrium emologatur, id est, confirmatur silentio decem dierum tacite, vel expresse, secundum Goffr. in Sum. de Arbitr. §. effectus.

**EMOLVMENTVM** capitur pro lucro, & vtilitate. lege Imperator de legatis.

**EMPHANASTICA** ἐμφαναστικὴ Nouella LVI. ἡδὲ τὸ ἐμφανιστικόν, quod est profiteri, publicare dicuntur, quæ clerici dare solebant cum in numerum & ordinem Clericorum magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ coaptarentur. Sic ἐμφανιστικὴ διαταγή, promulgationem constitutionum appellat in Rubr. Nouell. LXVI. Verus interpres insinuationes vfitare verbo appellat. Hottomanus.

**EMPHRACTE**, vide supra Embate.

**EMPHYTEOSIS**, interpretatur insitio, ab ἐμφυτεύω, quod est infero, siue plando: nam φύτις est planta. Et quod in libris Iuriconsultorum dicitur emphyteosis, & fundum dari in em-

phyteusim, proprie dicitur, hoc est, in plantationem. Improprie dicitur de omnibus aliis, puta de area, & quæcunque possunt, vt ipsi dicunt, recipere meliorationem. Inde deducuntur emphyteoticus, & emphyteuticarius.

**EMPHYTEVMATA** vel emponemata, secundum Azonem, eodem titulo, sunt res meliorata, & ita exponit textus, lege 3. Codice de Iure emphyteutico vel meliorationes quibus ager labore sic retinens melior efficiatur.

**EMPLEMATA** dicuntur impositiones, vnde ἐμπλήσις Græce, est impositio Latine: vel sunt superstitutiones siue superabundantia. Item emplema est eminentis scriptura. Et dicit Accursius in leg. tigni. ff. ad exhib. quod emplemata sunt ornamenta vasorum, vel ornatas aut varietates colorum vt ff. de vino, tritico, & oleo legato. lege 3. §. 1. Imo vero emblemata legendum est, non emplemata, quod nihil est. Et dicitur emblema à Græco verbo ἐμβάλλω quod est immitto, infero, seu iniungo, vide Budæum, ff. ad exhibendum. lege tigni. Empleuma verò cuius auctor meminit, nusquam legi.

**EMPHYTEVSIS** secundum Azonem in Summa, Codice de Iure emphyteutico, & secundum Goffredum in Summa Rubrica, locati & conducti §. quod sit emphyteusis: dicitur quod emphyteusis, Græcè, est melioratio Latine. Ab initio enim sterilita tantum per hunc contractum concedebantur, vt is qui acciperet rem, in meliorem statum deducere, & sterilem fertilem redderet. Postea tamen

permissum est de rebus fertilibus, & fructuosissimis emphyteuticari posse, vt Codice de Iure emphyteut. lege 1. in principio. Et dicitur emphyteusis vel emphyteuticus contractus ille, qui in meliorationibus & in rebus soli tantum consistit. Ecclesiastica autem emphyteusis consistit in his immobilibus quæ ad hoc congrua videntur æconomis & aliis gubernatoribus, vt Codice de sacrosan. Eccles. in Authent. perpetua. & Authent. si quas. Et prout communiter dicitur, tunc emphyteusis est media inter locationem & venditionem. Et ita definit Zeno Imperator, imo dicit dictum contractum esse quoddam tertium genus ab emptione & locatione separatum, lege 1. Codice de Iure emphyteut. quæ est lex Zenonis. Sed Hostiensis suam diffinitionem secundum hanc intellexit, vt puta quemadmodum Hostiensis dicit, & est hoc ideo, quia decretalis potuit emphyteutam ponere sub titulo de loca & condu. quia magis similis est emphyteusis locationi quàm venditioni, cum dominium retineatur, & aliquid certum annuatim recipiatur, vide Speculat. de Locat. & conduc. §. nunc aliqua. inde emphyteusis adiectiuum: vnde dicitur emphyteuticus contractus, emphyteutica concessio, & emphyteuticum instrumentum. Inde etiam emphyteutico cas, id est, in emphyteusim concedere. Et est natura huius contractus, vt soluat pensio sicut conuentum est, nisi res ex toto pereat. Item quod licet domino auctoritate sua emphyteutam & eius successorem expellere, per triennium cessauerit soluere pensionem, sed emphyteuta Ecclesie repelli potest, si

per biennium non soluerit pensionem.

**EMPHYTEUSIS** perpetua regulariter prohibita in rebus Ecclesie: & dicitur perpetua etiam si fiat ad 30. annos. Panormit. in cap. nulli. in ult. not. de rebus Eccles. non alienand.

**EMPHYTEUTA** vel emphyteuticus dicitur ille, qui agrum conduxit, vel accepit ad tempus colendum sub certo precio. Cuius contrarium dominus Vuiraldus tenuit, videlicet, quod nunquam ad tempus, sed bene perpetuo tempore conduxit quam diu viuet hereditario iure tenendum, & colendum sub certo precio & certis conditionibus, prout inter ipsos contractum est, per legem 1. Codice de Iure emphyteutico ibi, perpetua stabilitate. ff. si ag. vesti. gal. vel Emphyteut. per legem 1. §. qui in perpetuum. & dicit hoc expressum esse in lege 1. & lege quicunque. Codice de fun. patri. vel perpetua scriptura interueniente, & consensu vtriusque, id est, domini & emphyteute adhibito, in hoc scilicet, vt statim dominus aliquid pro re accipiat, scilicet quod inter eos conuenierit, vel pecuniam, vel aliam rem, puta prædium aliquod, vel simile, vt proprium sit domini: item vt hic emphyteuta de cætero annis singulis vel duos venetos, vel simile soluat in specie redditus, prout dicit Azo in Sum. Codice de Iure emphyt.

**EMPHRACTA**, nauigia dicuntur quæ sunt testæ, à verbo Græco ἐμφράκτω, quod est tego sine claudo: sicut è contrario aphracta dicuntur quæ non sunt testæ, sed aperta. De quibus Cicero ad Atticum.

[Nos Rhodiorum aphractis tranquillii



quillitates aucupatori eramus  
Ulpianus libro 14. Digestorum de  
exercitoria actione lege 1. [Quz-  
dam, inquit, sunt naues onerariae,  
quzdam emphracte,] non empha-  
ta, vt plerique omnes codices ha-  
bent. Ant. Neb.

**EMPLASTRUM**, vt inquit Celsus li-  
bro 5. hoc distat à pastillo, quod  
emplastrum liquati aliquid accipi-  
pit: in pastillo tantum arida medi-  
camenta aliquo humore iungun-  
tur: dictum emplastrum ab ἐμ-  
πλάστῃ, quod est fingo siue for-  
mo. Caius libro 41. Digestorum  
de acquirendo rerum dominio. l.  
ideo. Neb.

**EMPLASTRUM** vulgò vnguentum  
appellatur.

**EMPONEMATA**, vide emphytea-  
mata.

**EMPTIO** contrahitur postquam de  
pretio conuenerit, ea mente vt  
pretium soluatur. Nam si imagi-  
nariè & per similitudinem de  
pretio conueniretur, emptio nul-  
la esset, & contrahitur solo con-  
sensu, siue inter præsentés, siue in-  
ter absentes, per nuntium, vel per  
epistolam, vt probatur Institut.  
eodem titulo, in principio, & ff.  
eodem, lege 1. §. vlt. & l. 2. §. 1. &  
arræ datio est argumentum emp-  
tionis.

**EMPTOR** bonæ fidei dicitur  
esse qui aut ignorauit rem  
alienam, aut putauit eum qui  
vendit habere potestatem ven-  
dendi.

**EMPTVM** hoc differt à parato, quo  
species à genere. lege si quid. de  
Legat. 3. Aliquando etiam emp-  
tum dicitur quod ex permutatio-  
ne vel in solutum datione con-  
secuti sumus. Item & quod lite  
estimata reventum est leg. sciend-  
um §. penultimo de Ædil. edict.  
& lege finali, quibus ex causis in

posse. ear.

**EMVLATIO**, id est, inuidia, & habet  
plures significationes, vt 44. dist.  
scimus.

**EMVNITAS** secundum Goffredum  
in Summa, eodem titulo, est liber-  
tas concessa Ecclesiis vel Eccle-  
siasticis personis, & rebus aliis  
ad eas spectantibus. Vel est pri-  
uilegium ecclesiasticæ libertatis  
vel personarum vel rerum ad eam  
pertinentium. Dicitur autem e-  
munitas quasi extra munia, id est,  
officia vel onera à quibus Eccle-  
siæ sunt immunes, vt eodem titu-  
lo, cap. Ecclesiæ. vnde locus con-  
secratus, scilicet Ecclesia, habet  
emunitatem, id est, libertatem vt  
inde nullus trahatur per vim, ni-  
si in casibus, scilicet si fugiens  
ad Ecclesiam sit publicus latro,  
vel nocturnus depopulator agro-  
rum, id est, deuastator fructuum  
in agris. Vel dicitur quasi extra  
munia, id est, munera. Non enim  
Ecclesia subit sordida munera, vt  
calcis coquendæ, & similia, de  
quibus vide Hostiens. in Summa,  
eod. tit.

### De E ante N.

**ENCAENIA**, erat festiuitas dedica-  
tionis templi, Græcè enim ἐγκαίνια  
id est, nouum.

**ENCAUSTVM**, ἐγκαυστῶν Imperator  
Leo appellat Rescripta principis  
purpurea inscriptione insignita,  
hoc est, costi muricis & cruore  
triti conchylij. leg. C. de Diuers.  
rescrip.

**ENDIADYS** vel (vt peritiores  
loquuntur) Endiadyo, figura est,  
cùm ex duobus vnum dicitur. Id  
quod etiam Accursius annotauit  
in lege 1. §. 1. de Pact. & Alcia-

tus libro 4. de Verborum significatione.

**ENDO** procinctu, inquit Festus, id est, in procinctu, significat autem cum ex castris in prælium exitum est, procinctos quasi præcinctos, atque expeditos. Nam apud antiquos togis præcincti pugnasse dicuntur. Horoman.

**ENERGVMENI** sunt à dæmonibus obsessi, vel qui in defectu lunæ patiuntur defectum mentis. not. de Consec. distinctione 5. capit. omni die.

**ENIGMA**, id est, subtilis dubitatio, Codice de legibus, lege finali, circa finem, & extra, de Relig. & vene. sanct. cap. 1. lib. 6. alibi exponitur, id est, figura. Codice de vet. iur. cau. l. 1. §. fin. aliter sumitur in Auth. de æqua dot. §. 1. vers. ille autem.

**ENIM** id est, certè, exponit glossa in Authent. de nupt. §. nuptias. Aliquando exponitur enim, id est, quia. Cod. de Crim. sacri. l. 2. Aliquando ponitur continuatè cum superiore, vt ff. de Milit. testam. l. neque enim.

**ENORMIS** læsio quando dicatur, gl. in c. cum illorum, de sent. excom. dicit, quod statum arbitrio iudicis. Felin. in cap. cum illorum. versic. [in ea gloss. ibi relinquitur,] de sent. excom.

**ENPLATI** id est, largo quodam modo, lege penultima. ff. de condict. tritic. & lege si arbiter. ff. de probat.

**ENTHECA** in Decretis Canonicis, eadem significatione ponitur, qua apotheca & horreum, videlicet pro loco galzque repositorio.

**ENUCLEARE** vetus ius, id est, extra nucleum obscuritatis ponere. Nam prout Azo dicit Codice de vet. iur. enucl. sicut in nuce in-

uenitur quod est amarum, ita & in veteri iure erant tot multitudine, quod nemo eas habere vel legere poterat. Nam sicut in nucleo dura testa inuenitur, ita ibi dura & iniqua sententia erant. Item sicut nucleus cum inutili pellicula tegitur & latet, ita & in illa multitudine tanta & sublata superfluitate antiqua, & necessarius & vtilibus coilectis, prore melius fieri potuit, ius vetus enucleatum est. Nam melius est pauca & idonea effundere, quam multis inutilibus homines pragrauari: vt Codice eodem titul. lege 2. sed & si aliquid. Item dicitur vetus, quia ab vrbe Romæ condita, & à Romuleis temporibus vsque ad tempora Iustiniani fere per mille quadringentos annos confusè statutum obtinuit, vt Codice de Veteri iure, eni. lege 1. §. 1. ibi, [reperimus autem,] &c.

**ENUNCIATIO**, pro clausula vel oratione. leg. hæc enunciatio, 232. de Ver. sig.

**ENUNCIATVM** verbum de se tantum significat, quantum sonat, scilicet, enunciationem eius quod est, vel quod non est, sicut nunciatus dicitur, quia refert voluntatem domini sui, scilicet quid velit, & quid non velit, vt in lege, & licet. ff. de Constitutione p. eum. Quandoque tamen verbis enunciatius significatur dispositio, quando hoc significari concluditur ex quouis probabili significato: provt late de. latat Bar. tolus in lege ex hac scriptura. de Donat.

#### De E ante O.

**EO**, id est, propterea. l. id. de consili. p. equum.

Et ipso, ista verba important absque alia sententia. Felin. in cap. Rodolphus. versic. [quoties.] de Rescriptis.

Et loci, pro eo loco. l. sed & si. de iudiciis.

Et potius, pro eo amplius, leg. item ait Ex quib. caus. mai

Evoyve, id est in tantum. §. illud. Inst. de rer. diuis.

### De E ante P.

EPIBATAE, vide supra Embatæ.

EPIDEMIA, accessus in vibem. l. 3. ff. de offic. procons.

EPIDEMITICI, dicuntur hospiti-  
orum metatores in urbe, dicti ab  
*ἐπιδημία*, quod interpretatur in  
vibem aduentus; unde in Cod.  
Iustin. tit. est de epidemiticis &  
metatis. Lege verbum [metor,]  
sive [metatus.] Nebr.

EPIDEMITICI dicuntur, qui ha-  
bebant sub se mensuratores, qui  
mensurabant hospitia, & in emi-  
nenti loco describebant nomi-  
na eorum, qui ibi debebant hos-  
pitari.

EPISCOPVS, speculator, sive explo-  
rator interpretatur, dictus ab  
*ἐπισκοπέω*, quod est considero.  
Cicero scribit se episcopum de-  
signatum à Pompeio, ut oram  
Campaniæ maritimam specula-  
retur. Arcad. de Munerib. l. mu-  
nerum. [Episcopi, inquit, qui  
præsunt pani, & cæteris rebus  
nalibus.]

EPISCOPVS dicitur ab *ἐπι*, quod  
est supra, & *σκοπέω*, intendere,  
quasi supra intendens, quia ha-  
bet curam superintendere super  
omnes laicos & clericos sibi cõ-  
missos. 8. quæst. 1. qui episcopa-  
tum 21. dist. clericus, ubi etiam in-  
terpretatur speculator, eò quòd

speculetur subiectorum mores &  
vitam. Sed in iure civili episcopi  
etiam dicuntur qui præsunt pani  
& aliis rebus vanalib. quæ quo-  
tidianum victum suggerunt, leg.  
vit. de Mun. & honor.

EPISCOPVS appellatio in materia  
odiosa & valde exorbitanti, in-  
telligitur solum de consecrato.  
Felin. in c. eam te. versic. [nouis-  
sime autem] de Rescript.

EPISCOPALIS audientia, est iuris-  
dictio ipsius episcopi.

EPISTOLA decretalis Require su-  
pra [decretalis epistola]

EPISTOLA D. Adriani secundum  
Guliel. in Spec de; Remanc. vers.  
[in primis ergo.] sub §. finitis,  
locum habet inter fideiussores,  
mandatores & cõstitutores, item  
inter tutores: & est illius epi-  
stolæ effectus, quòd quamvis ali-  
qui sint obligati, tamen per eius  
beneficium si omnes partes sint  
soluendo tempore litis, possunt  
postulare vt diuidatur actio in-  
ter eos, vt vnusquisque pro virili  
portione conueniatur. Alioquin,  
nisi dicto beneficio inuauerent,  
posset creditor quem mallet in-  
solidum conuenire. vt C. de Cõ-  
stit. pec. l. fin. & Inst. de fideiuf. §.  
si plures. & ff. de fideiuf. leg. in-  
ter fideiussores. & l. si dubitetur.  
Si ergo huic beneficio fuerit re-  
nũciatum, poterit creditor quem  
maluerit conuenire. Quomodo  
autem renuncietur huic benefi-  
cio, vide ibidem.

EPISTOMIUM, inquit Merula, est  
foramen per quod aqua defluit  
ex concha, labro, vel cratere.  
Varro de re Rust. lib. 3. [Episto-  
miis versis ad vnumquemque  
factum,] dictum, inquit, quasi in  
ore: vel potius ab *ἐπιστομίδι*,  
quod est obturo, vt sit episto-  
mium casalis operculum. Vlpia-  
nus

nus li. 19. tit. de actione empti & venditi. l. fundi. [Castella plumbea, opercula puteorum, epitomata.] Legitur & epitomium apud Senecam lib. 13. epist. [Nisi aquam, inquit, rigentem epitomia fuderint.] & apud Vitruuium lib. 10. sæpè in eodem significato ponitur. Interpretatur autem epitomium ligamentum Nebr.

**EPISTOMIA** Græcè, Latine oris obturacula. Sanè apud Iurifconsultos capiuntur pro obturaculis salientium, quæ vulgò (vt Alciat. ait,) Spinæ appellantur. epitomiorum meminit l. fundi. de Action. empt.

**EPITAPHIUM**, est scriptura siue titulus in lapidibus sepulchrorum sculptus.

**EPITHESIS** in l. lex Cornelia. de iniuriis. significat inscriptionem factam in contumelianam alicuius. Epitima in l. scire. de tut. & curat pro illabefacta nominis honorisque fama.

**EPITIMIVM**, est suspensio vnus septimanæ, vel est quædam increpatio, vel genus pœnæ, secundum Ioan. And. in gl. 21. q. 4. omnis iactura.

**EPITIMIA**, id est, voluntate testatoris. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. scire oportet. §. sed & si quis.

**EPITOCIVM** est vestis, vel tabardus superior clerici. Et dicitur ab ἐπι, id est, supra, & tego, quasi superius, tegens, not. in gl. in ele. 2. de vit & hon. cler.

**EPITOME** interpretatur breuiarium, id est, vbi res in compendium rediguntur. vt Vlp. lib. 46. de acceptilationibus. l. an inutilis. [Epitomaram, inquit, liber Labeonis.] vbi est peithanon. Vtroque enim modo declinatur, epitome, es: & epitoma, atis.

**EPITOME**, & epitoma Latine bre-

uiarium dicitur, vbi scilicet res in compendium rediguntur, secundum Bud. in l. qui leuanda. ad l. Rhod.

**EPITONIA**, ἐπιτόνια, ab ἐπιτείνω, id est intendi, sunt instrumenta, quibus fanes intenduntur, qualiterque in Germaniæ locis connumerantur tota instructa, & puteis applumbata, eo ordine, vt terni vel quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam demisso. Vlp. leg. 17 §. 5. ff. de Action. empt. [Castella plumbea, putea. opercula puteorum, epitomia fistulis applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, ædium esse constat.] Hotom.

**EPVLVM**, inquit Valla, est conuiuium, numerosis ciuibus exhibitum in honorem Deorum, aut in ostentationem magnificentiæ, aut in funere parentali. Gell. lib. 11. [Solenni die epulum Ioui liberet, atque ob id sacrificium Senatui in Capitolio epularetur.] Horatius 2. Sermonum,

[*Gladiatorum dare centum  
Damnati populo paria, atque  
epulum arbitrio Arri*]

Iurifconsultus de legatis, in quadam lege, cuius initium est, ad munus: [Vel si epulum, inquit, relictum fuerit.] Ant. Nebr.

### De E ante Q.

**EQVE STRIS** dignitas erat in his, qui Romam custodiebant: nam & hi habentur pro absentibus reipublicæ causa. Et dicit Accursus, quod aliqui erant præsidentes, quia simplex militia non est dignitas. De hoc vide eod. tit. in rub. C. lib. 12.

**EQUITIVM**, est grex equorum, secundum Accurs. in l. quid ergo. ff. de usufruct. & quemadmodum quis utatur.

**EQUITIVS** dicitur custos equorum.

**EQUVLLI**, id est, pulli equorum, vel parui equi. Inst. de rer. diuis. §. in pecudum.

**EQUVS calcitrosus** dicitur, qui solitus est calce ferire.

### De E ante R.

**ERE**, id est, ex utilitate, vel ex presenti materia, l. 1. secundum editionem Haloandri, & in Pan. Florent. ff. si cert. pet.

**ERANIA** pecunia, in l. creditor. de solu. quid sit, vide Alc. lib. 2. Disputat. c. 25.

**ERESCERE**, est diuidere: unde iudicium famil. erescit. id est, hæreditatis diuidendæ, de quo supra in vers. actio fam. erescit.

**EREMODIUM**, interpretatur, desertio siue solitudo, nam eremus desertum interpretatur: & est eremodicium, quando reus damnatur ex eo, quod in iudicio non comparuit, quasi desolatum siue desertum sit iudicium propter rei absentiam. Pompon. li. 4. Dig. tit. de Minoribus 25. annis. l. & si. Restitutionem eremodicij præstari debere: pro quo mendosè hermodicium. Nebr.

**EREMODIUM** dicitur, cum absente altera parte fertur sententia, quasi Latine dicas, deserta causa.

**ERGASTERIVM**, interpretatur officina, ubi ab artifice aliquid fit opus, nam ἔργον est opus siue officium. Ut in Codice Iustiniani, tit. de episcopis & cleric. l. omnis, [Ex ergasteriis, inquit, & tabernis conquirere potuit.] Item l. 11. de epidemiacis & metallis. l. 2. [In quolibet, inquit, ergaste-

ria, quæ mercimoniis deputantur.] Papin. lib. 43. de via publica. l. ædiles. [Ut ante ergasteria nihil proiectum sit.]

**ERGASTERIA**, sunt stationes operariorum, & dicitur ab ἔργον. id est, opera, vel opus, & σταθιον statio, quasi operarum statio, ut not. C. de episc. & cler. l. 2.

**ERGASTVLA** dicuntur carceres vel pressiones, & dicitur ab er, quod est lis, & stolon missio. Item ergastula dicuntur loca, in quibus serui vinciti opus facere cogebantur.

**ERGAGABI**, dicuntur operarij laborantes in stationibus suis, & dicitur ab erga, quod est opera, & gabor, quod est labor. Rectius tamen legas ergolabi.

**ERGO**, not. Ioan. Andr. de summa Trin. damnamus. in princ.

**ERGOLABI**, vide Ergagabi.

**ERIPERE**, est de manibus auferre per raptum.

**ERIT**: hæc dicitio interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. l. verbum erit. 123. de Verb. signif. ff.

**ERMAPHRODITVS** est quilibet qui habet vtrumque sexum. Rectius autem scribitur per aspirationem hermaphroditus.

**EROGARE**, pro exponere & distribuere. l. ciuitatibus. de leg. 1. & C. de Erog. mil. ann.

**ERRARE**, est aliud pro alio putare. 28. dist. quamuis. 22. q. 2. in quibus. in fin. & not. Ioan. Andr. in Clem. 1. de Iudic. super ver. certa scientia. & nota quod differunt errare, titubare, & ignorare, ut declarat glos. rub. ff. de iur. & fact. ignor.

**ERRONES** serui dicuntur, qui vagantur sine causa, animam tamen habent redeundi ad dominos. Fugitiui tamē qui eo animo fugiunt,

fugiunt, vt non redeant. eo quoque modo ex proportione habent se desertores & emanfores. Arrianus libro 49. de re militari. l. qui cum. [erro, inquit, in seruis est. vt emanfor in militibus.] Item lib. 21. qui est de ædilitio edicto l. quis sit fugitiuus. [Sed proprie inquit, erroneus sic diffinitus, non qui fugit, sed qui frequenter sine causa vagatur.] Labeo ita definit, erroneus paruus fugitiuum esse. Nebr.

**ERRO** est pusillus fugitiuus, qui nõ quidem fugit, sed ex consuetudine quadam aberrare solet, & frequenter sine causa vagatur, temporibusque in rebus negatiuis consumptis, tandem, licet sero, redit ad domum, vt l. quis sit fugitiuus. 17. §. erroneus. 14. ff. de Ædil. edicto.

**ERROR**, est quando aliquid aliter contingit, vel aliud est quam creditur vel putatur de quo cap. præleg. in fine.

**ERROR** calculi, secundum Azon. in Sum. eod. tit. est error computationis. Vereres enim computabant per lapillos, qui calculi vocabantur, pro eo quod pedibus quandoque calcantur: vnde Persius:

*Hunc Matrine diem: numera meliore lapillo.*

Quia pro bono die ponebant bonum lapillum. est gl. in l. vnic. C. de errore calculi.

**ERROR** quadruplex est, conditionis, personæ, fortunæ & qualitatis: & quis eo um matrimonium impediatur, declarat Panorm. in c. proposuit. de Coniur. ser.

**ERROR** intolerabilis, est error à iure reprobatus. & nota quod error sumitur pro facto, siue sit error iuris siue facti, quia licet sit iuris, in quantum est error facti, tamen est, cum sit in alio, quam

in veritate.

**ERVA** cæsa, dicuntur omnia que caduntur & eruantur Ruta cæsa, apud peritiores dicuntur, non eruta, vide Budæ. ff. de Act. empt. l. fundi. §. si ruta.

### De E ante S.

**ESOPVS** est humilis herba & medicinalis, cuius radix petrae inhaerere dicitur, & purgat pulmonem inflatum, vt not. gl. ibi. [Asperges me Domine hyssopo] Pl. 50. &c. per Archid. 50. dit. cum exaudiero. Hyssopus omnino scribendum est per aspirationem cum y, & gemino ff. media longa.

**ESCALE** argenteum pro Escario, apud Modestini. l. 8. ff. de Sup. leg.

**ESSA** verbum ad veritatem refertur, non ad id quod ultra veram rei æstimationem interesse contingit. l. hæc verba ff. de Verb. signif. Quandoque ponitur pro remanere, vt in l. 2. de concub.

**ESSE** in possessione & possidere, valde differunt. l. si quis ante, de Acquir. possess.

**EST**, hoc verbum interdum etiam præteritum tempus demonstrat. l. Verbum erit. 123. de Verb. signif.

### De E ante T.

**ET** hæc coniunctio licet proprie copulet ff. de Cond. inst. l. si hæc, tamen aliquando sumitur pro vel, ff. de Verb. signif. sæpè cum si Aliquando repetit qualitates præcedentes. ff. de fun. inst. & inst. leg. l. Seiz. §. Gaius. Aliquando pro id est, vt c. 1. de spon. Et in gl. Inst. de libertinis, verbo, &c.

**ETIAM** not. in cap. 2. de Rescript. vbi de hoc. Vnde hæc dicitio [et] coniungit principaliter simul & successiue, prout infertur ex significatio

gnificato, tunc hoc dicitur. & secundum quod voluntas disponens quovis medio significare declaratur: nam quandoque est coniunctiva rerum principaliter, quarum tamen una est alteri successoria dicendo, [Lego fundum & eius instrumentum. Principaliter enim significat instrumentum legatum, licet sit accessorium ad fundum, & extincto fundo legato, non extinguitur legatum instrumenti. Secus non in præpositione [cum] quæ coniungit accessorie facit l. qui fundum. ff. de fun. inst. & inst. l. Posset tamen etiam faciliter trahi ad coniungendum accessorie, pro voluntate disponentis qui exprimit [&] pro [cum.] Significat etiam ibi successorie [filium meum & nepotem hæredes instituo.] nam intelligitur quod filius prior admittatur, & eo deficiente nepos. l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & post. Ratio, quia non simul admittitur cum filio, & hoc ex ordinata charitate seu naturali affectione. arg. l. generaliter. C. de inst. & substit. sub cond. fa. leg. Lucius. ff. de her. inst. ubi disunctiva resolvitur in coniunctivam, propter voluntatem quæ concluditur ex charitate, facit l. cum pater. §. cum pater. ff. de l. 2. Idem in contractibus, si quis emit reditus vel fundum pro se, & liberis, & nepotibus: ibi enim [&] coniungit successorie, sc. quod primo pater solus admittatur, post liberi, deinde, his deficientibus, nepotes.

Et cætera, quandoque scribitur extense pro duabus dictionibus, & sic disponit secundum quod relationum sequitur, si saltem aliquod sequitur, ut dicendo & cætera quæ sunt scribenda. alias respicit omnia quæ præmissa sunt. Quandoque scribitur abbreviate, ut, &c.

& sic omnes comprehendit clausulas consuetas apponi in tali contractu. De hoc traditur in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & post. & not. in c. quoniam contra falsam. de probat. vide supra in lit. C.

ETIAM particula est consentientis, sicut [Non] est negantis. Priscian. lib. 7. interroganti, legis? etiam, vel non, respondemus. Plinius Cæcilius in epist. [Studes? inquam: respondit, etiam,] Et illud ex Evangelio. [Intellexistis hæc omnia: dicant ei, Etiam.] Iuriscons. de Verb. oblig. l. 1. §. si quis, & responderit quidni, etiam. nam utrumque consentientis est.

ETIAM, illa dicitio implicat. C. si tutor, vel curator. l. etiam & l. fin.

ETIAMNUM, pro [adhuc], apud Plin. & Cornelium Celsum frequenter legimus. Ovid. 13. Metamorph.

[*Etiamnum libera cælo Brachia*] id est, [adhuc] Item lib. 14.

[*Spectantem vultus etiamnum cæde madentes.*]

pro [adhuc.] utrobique Vlp. tit. arborum furtim cæsarum. l. Item etiamnum reponi potest. Nebriss.

ETIAMNUM, seu etiam nunc, accipitur pro [adhuc.] l. 3. arbor. furtim cæs.

ETSI, idem est quod quamvis. de simon. et si quæstiones.

#### De E ante V.

EVANGELIUM, præter notum significatum sumitur quandoque pro mercede quæ datur lætum nuncium afferenti. lege falsus, de furt.

EUCHARISTIA, Græcè dicitur panis

panis & calicis sacramentum, & latine bona gratia interpretatur, & quid melius corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi. l. q. i. multi.

**EVECTIONES** appellantur diplomata, vrentium cursu publico, quibus exhibitis & agnis, qui publico cursui præfunt, statim equos accommodant. l. 3. C. de cur. pub. lib. 12.

**EVERRICVLVM**, rete est piscatorium à verrenda aqua sic appellatum. Liniuriarum. de iniur.

**EVERTERE** patrimonium, disperdere, Vlp. l. i. ff. Si fam. fart. fecit. [Necum plures furriam admiserint, evertant domini patrimonium, si omnes dedere, aut pro singulis ærimationem litis offerre cogatur.] Sic apud Cic. pro Sext. Rosc. [Hunc funditus evertit bonis.] & l. in Ver. [Evertere aliquem omnibus fortunis.]

**EVERSOR** pro prodigo, dissoluto, qui patrimonium suum profudit. Caius lib. 1. Instit. tit. 8. [Sub curatore sunt minores ætate, maiores eversores, insani: qui eversores aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur.]

**EVESTIGIO**, pro continuo siue statim. Priscian. lib. 18. [Romani, inquit, euestigio dixerunt, vel quod stans aliquis in eodem vestigio, facit: vnde statim quoque dicitur vel quantum tempus est in eo vestigio faciendo quod est brevissimum. Scauola lib. 3. de negotiis gestis. l. diuortio factio. [Non, inquit, euestigio in officio deliquit.] Accursius, quid euestigio esset, non intelligens, in principio gestionis exponit. Nebr.

**EVESTIGIO**, id statim, vel continuo, vt in c. vnico, de statu reg. lib. 6. §. verum.

**EVIDENS** est, quod semper palam est, & euidenter apparet. l. q. i. vt euidenter.

**EVIDENTIA**, ff. de Cont. emp. leg. ca. quæ.

**EVINCERE**, est aliquid ab aliquo extorquere vel eripere, vel per sententiam iudicis acquirere. Res etiam euicta dicitur cum est amissa.

**EVICTIO** secundum Azonem in Sum. C. de Euict. secundum quosdam ita definitur. Euictio est rei emptæ vel ex alia iusta causa acceptæ, per iudicis sententiam abductio, vel (vt puto) alio euiciente, causæ amissio. nec enim semper est necessarium rem abductam, vt videatur euicta. vt ff. de Euict. l. euicta. §. i. Et euictionis cautio solet præstari à venditore ipsi emptori, ad hoc vt si aliquis ab emptore rem emptam tanquam suam petat, dicens eam sibi esse obligatam, aut aliquod ius in ea habere, emptor recursum & regressum habeat ad venditorem cui denunciare hoc tenetur, & venditor debet assistere & defendere emptorem in causa euictionis. Et dicitur euictio [alicuius rei in causam alterius abductæ per iudicem acquisitio.] Vide supra [cautio,] de Euict.

**EVLOGIUM** idem est quod testamentum, vt in cap. nos quidem de testam. & in l. iubemus. C. de Iure deliber. ita exponit Bart. de testam. & l. quidam eulogio. C. de Testam. Apud nos autem aliter accipitur, vt ff. de Re milit. l. desertorem. circa princip. Dicitur ab *eu*, quod est bonus, & *logos* sermo, quasi, &c. vnde aliquando sumitur pro benedictione, vt l. q. i. cap. non liceat. vel dicitur secundum Host. ab *eu*, quod est flebile, & *logos* sermo, quia ve-

pluri



plurimum fit in excremis. & est nota doloris. ibi tamen legitur eulogia in ſæminino genere Etia eulogia dicuntur xenia quæ olim portabantur Metropolitanis ad Conc. prouinciale: vt 18. diſt. c. de eulogiis. vbi ſecũdũ gl. eulogia dicuntur munera quæ deferunt ſubditi ſuis prælatiſ.

**EUNUCHI**, ſecundum Azon. in Sum. C. de Eunuch. dicuntur ſpadones tantum, & non caſtrati. Sed de his longe eruditius Alciat. in l. ſpadonum. 128. de Verb. ſig.

**EUOCARE** ſacra, erat apud antiquos, euocare deos alicuius loci præſides & tutelares: quod fiebat cum locum quempiam profanum efficiere volebant, vt ſcilicet ſacrilegij nomine exoluerentur, quod innuit Iuriſconſultus in l. ſacra 9. de Rer. diuiſ. vbi Bud.

### De E ante X.

**EX. not.** Archid. 4. q. 5. quiſquis. & plenius Io. Cald. in cap. veſtra. de Cohab. cle. & mul. Io. Mon. de hæret. accuſatus. lib. 6. etiam Arch. de præben. cum in illis. eo. lib. & Pannorm. in cap. in litteris de Reſtit. ſpoli. etiam not. C. de leg. 1. non dubium. & quandoque in compoſitione ſtat augmentatiuè pro valde, vt exequatè, i. valde æquare, vt l. 1. ff. de leg. 1.

**EXACTA**, dicuntur illa quæ ſunt perfecta, & ad quæ vltima, vt atunt, manus impoſita eſt. aliàs exacta ſunt quæ iam præterierunt. Virg. 1. Georg.

*Exactum ad menſem pluuia ventis que carebit. Idem in 3.*

*Exactis gruida cum menſibus errant.*

Paulus lib. 44. tit. de act. & oblig. Voc. iur.

1. 1. Exactiſſima, inquit, diligentia: in priori videlicet ſignificatione. Nebriff.

**EX ANIMI ſententia iurare** veteres dicebant, pro ſancire liquido. ex animo, ſine dolo malo. Cic. 2. Academ. Quam rationem etiam maiorum comprobatur diligentia, qui primum iurare ex animi ſui ſententia quemque voluerunt. deinde ita teneri ſi ſciens falleret.

**EX BONIS & IN BONIS differunt**; nam in bonis propriè eſſe dicuntur ea quæ ſitu & poſitione intra rem aliquam noſtram continentur: Ex bonis verò, quæ naturaliter ſunt extra rem, ſed tamen ad eam pertinent, vt decem quæ in arca mea ſunt, in bonis meis eſſe dicuntur: at quæ Titio dedi mutuo, ex bonis: item vſusfructus quem alieno in prædio habeo, in bonis meis non eſt: ſed ex bonis. Paul. ff. de Vſufr. leg. [Nec vſus, nec vſusfructus itineris, actus vitæ: aquæ ductus legari poteſt: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: nec erit vtile ex S. C. quo cauetur vt omnium quæ in bonis ſunt vſusfructus legari poſſit, quia id neque ex bonis nec extra bona ſit.] Iuſtinianus §. 2. De vi bon. rapt. [Sane in hac actione non vtrique exſpectatur rem in bonis actoris eſſe: nam ſiue in bonis ſit, ſiue non, ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit.] Quæ igitur quaſi manu non tenentur, ſed conſequi per actionem poſſumus, ea ex bonis noſtris dicuntur: at quæ in conditione ac fines noſtros ſunt, in bonis. Vnde ſeruus iuſſu prætoris abductus, in bonis noſtris eſſe dicitur. l. 2. in ſin. ff. Si ex nox. cauſ. & l. 26. de Nox. act.

**EXACTA pecunia dicitur**, non ſolum per ſolutionem, verum etiam ſi

per delegationem satisfactum est.  
l. verbum, exa. 187. de Ver sig.

*intra in  
vbi exi-  
gunt fl. 166*  
EXACTIO, i. petitio: nam exigere est  
rem ab alio petere. +

EXAGGERARE, est accumulare. nam  
agger, aggeris, est terra accumu-  
lata. Cæsar in commentario His-  
paniensi. Mortes mortibus exag-  
gerabant: & per translationem  
Cic. [Nihil est ad exaggerandum  
orationem accommodatius.] Vlp.  
tit. de itinere actiue priuato.  
[Vnde aut deprimat, aut exagge-  
ret iter.] Neb.

EXAGGERARE & deprimere oppo-  
nuntur. l. 3. §. fin. de itin. actiue  
prio. nam exaggerare est accu-  
mulare, ab aggere, quo terra accu-  
mulata significatur.

EXAMEN tripliciter accipitur, ali-  
quando pro vniuersitate apium,  
aliquando pro approbatione, &  
aliquando pro iudicio: vt Cod. de  
aduoc. di. i. l. nemini. vt Instit. de  
re. diu. §. Apium.

EXAMINATIO ciuilis pro iudicium  
priuatum, ac pecuniarium. Vlp. l.  
1. §. 3. ff. de Abig. Qui pecora de  
quorū proprietate faciebat con-  
trouerſiam, abegit, ad examina-  
tionem ciuilem remittendus est.

EXARARE, delere, ductum ex more  
aratri ducendi, dirutis vrbib. Paul.  
l. 4. §. 4. ff. fin. regund. Si dicantur  
termini deiecti vel exarati, iudex  
qui de crimine cognoscit, etiam  
de finibus cognoscere potest.

EXACHIATRI, qui archiatri digni-  
tate functi sunt, in l. 6. C. de Pro-  
fess. & med. lib. 10.

EXARMARE, armis spoliare. l. 2. ad l.  
Rhod. de iact.

EXAVCTORARE, est militem sacra-  
mento militia soluere, quemad-  
modum è diuerso auctorare, est  
militem sacramento sibi obliga-  
re. Plinius Cæcil. in epist. [Cæsar  
excussis probationibus, centurio-

nem exauctorauit.] Seneca in 4.  
lib. epistolatum: [Exauctoratus  
ac liber qui viuit vita priuata.]  
Vlpianus titulo de iis qui notan-  
tur infamia. l. quod ait [Sed & si  
eum, inquit, exauctorauerit insignia  
militaria detraxerit.] Quod  
per insignia militaria Iulian. in-  
telligit honorem insignia, fallum  
est interpretamentum: nam potest  
quis exauctorari, & non amittere  
insignia honorum: emeriti nam-  
que exauctorantur citra hono-  
rum amissionem. Est enim (vt di-  
cimus) exauctorari à militia di-  
mitti. Itaque commodius expo-  
suit Arrianus in titulo de libera-  
li causa, l. qui de libertate [Exau-  
ctoratus, inquit, i. à militia remo-  
tus.] In quo significatu accipien-  
dam est in tit. de Re militari  
Nebriss.

EXAVCTORARE, est, militem cingu-  
lo, vel Clericum ordinibus spo-  
liare: vt in l. qui cum vno. l. §. non  
omnis. 8. ff. de Re milit. Vel est  
statum alicui vel auctoritatem  
auferre. idem sonat quod degra-  
dare.

EXCANDESCERE, est subito irasci,  
habendo similitudinem inter fu-  
rorem, & æstuantis ferri candorē.

EXCEPTIO, est rei defensio per  
quam se reus defendit & tuerit  
ab actore, secundum Azonem in  
Sum. C. de Excep. Quandoque pon-  
nitur largè & improprie pro om-  
ni defensione prout reo compe-  
tit, etiam si nulla actori compe-  
tit: & tunc quidam vocant eam  
exceptionem facti: vt quando si-  
ne actione quis calumniosè pe-  
tit. Sed Azo vocat eam exceptio-  
nem intentionis. Et de Exceptio-  
nibus intentionis, quæ sint, not.  
ff. cod. tit. l. 1. in princ. & l. 2. §. il-  
lud. & talis non potest de iure ex-  
periri quia nemo potest experiri,  
l. iij.

sine actione : & cum tunc nulla sit actio, nulla potest dici actionis exclusio : sed dicitur contra intentionem actoris defensio : ut quando quis se in aliquo instrumento obligat ad aliquid sine exceptione iuris vel facti, sensus est quod contra hoc nullam faciat defensionem de iure vel de facto. Differunt tamen exceptio & defensio. Nam defensio proprie dicitur, quæ ipso iure actionem tollit : ut solutio, quæ est eius quod debetur redditio, & acceptilatione omnis obligatio tollitur. Inst. quibus mod. oblig. toll. in princ. & §. item per acceptilationem. Item renunciatio dicitur defensio. c. super hoc. de renun. concordat gloss. in cap. 1. de lit. contest. lib. 6. vbi not. Item largè dicitur etiam exceptio replicatio, quæ datur actori: omnis enim replicatio est exceptio: ut ff. eod. tit. l. 2. §. replicatione. & sicut se habet exceptio ad actionem, sic replicatio ad exceptionem secundum Goffr. de Proba. in sum. Strictè verò & propriè exceptio ponitur pro illa defensione quæ competit reo contra actionem competentem in eum, & sic dicitur actionis exclusio. & hæc est exceptio iuris, ut si petis à me debitum, & ego excipio quod remissi mihi, vel quod fecisti mecum pactum de non petendo, vel quod non venit dies præfixus. & sumitur utraque exceptio. ff. eod. tit. l. 2. §. 1. responso. & §. replicationi. Et quod exceptio sit actionis exclusio, habetur extrà, de Elect. cap. dudum. super ver. [irritari] in gl. Exceptio autem diuiditur in plura genera, quia aliæ sunt temporales & dilatorie, aliæ perpetuæ & peremptorie: ut ff. eod. tit. l. 2. §. fin. &

l. exceptiones. Aliæ sunt odiosæ: ut Macedonianæ. Aliæ fauorabiles: ut Velleianæ. Hæc diuisio colligitur ex l. qui exceptionem. 40. ff. de condict. indeb. Item aliæ sunt in rem: aliæ in personam: ut ff. eo. tit. l. exceptiones. 2. Item secundum Host. & Spec. aliæ sunt anomalæ, aliæ mixtæ: & multas alias diuisiones disti doctor. prosequuntur. vide eos.

EXCEPTIO dilatoria, est quæ causam differt, ut Inst. eo. §. appellantur: & istarum est multiplex diuisio, de qua aliquantulum notatur in l. exceptionem. C. de Probatio. est enim quædam dilatoria solutionis: quæ sapit istam naturam, quod respicit actionem nimis tempestiuè intentatam, & debet opponi ante litis contestat. sed probatio eius fit post litis contest. c. inter monasterium. de re iud. Quædam est dilatoria iudicij, quæ opponitur propriè ad impediendum iudicium ante litis contest. & probatur tanquam præiudicialis, & expedienda venit ante litis contestationem. Et idem dicendum est de replicatione eiusdem. Quædam est declinatoria fori, ut ibidem notatur. Item colligitur hæc diuisio ex l. 4. in fi. ff. eod. tit. vide de hoc Spec. eo. tit. Et not. quod declinatorie iudicij sunt in initio proponendæ, & sunt illa quæ contra iurisdictionem iudicis opponuntur. Ratio, ne si eis scienter omisissis ad alia procedatur, videatur quis in iudicium consentire. Co. de except. leg. vlti. not. Goffr. de dilat. §. sunt & aliæ. in fin. Sunt etiam istæ probandæ in initio, ut priùs sciatur de iurisdictione iudicis, antequam procedatur ad vltiora: habent tamè etiam locum post sententiam, si ex ignorantia

rantia omittantur. de Sent. & re iud. ad probandum. C. si à non competenti iudi. l. ult. Etiam dilatoriz proponendæ & probandæ sunt ante litis contestationem. c. inter monasterium. præall. & c. pastoralis. de Excep. C. de proba. l. penul. Dilatoriz solutionis sunt proponendæ similiter in initio causæ, i. ante litis contestationem, & probandæ postquã actor suam intentionem fundauerit: Sed peremptoria probabit reus postquam actor suam intentionem probarit. de hoc vide Goffr. de proba. §. restat.

**EXCEPTIO** peremptoria secundum Spe. vocatur sic, quia actionem vel intentionem agentis perimit secundum Ia. Andr. c. 1. de lit. cont. lib. 6 seu ius lædit: ut Instit. de perpet. & tempe. act. §. perpetua. ut pactum de nõ petendo in perpetuum, & iusiurandum de non agendo vel accusando: videlicet, petebam à te centum, & tu excepisti quod pepigi tecum de non petendo in perpetuum, vel iuravi non agere vel accusare, quæ ipso iure tollunt naturalem obligationem: ut ff. de Iureiur. l. fin. circa princ. quod Doctores intelligunt esse veram de voluntaria & conventionariæ nec autem de necessaria. Civilem autem ipso iure non tollunt, sed ope exceptionis elidunt, & secundum Antonem semper obstant hæc agenti, etiam si cessauerit agere per mille annos.

**EXCEPTIO** perpetua, est quæ perpetuum habet effectum, ut cum petis à me debitum, & excipio quòd tu remisisti. Hæc exceptio perpetua dici potest, & perpetuò competit quodcumq; actor agit, quia exceptio non competit nisi quis agat. ff. de exceptio.

l. exceptio.

**EXCEPTIO** temporalis, est quæ ad tempus utilis est: ut cum petis debitum, & excipio quòd tu fecisti pactum mecum de non petendo. Hæc exceptio vsque ad annum utilis est, postea verò nõ, de qua de Rescript. c. plerunque. & de Officio ordin. cap. pastoralis. in fin. & ff. eodem titulo l. exceptiones. §. temporales. & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt & prolongat causam, non autem aufert. Aliud exemplum: conuenio te coram iudice non tuo, & tu excipis te non esse de foro eius. Vide gloss. in Verbo [excusari] c. si autem. de Rescript. in antiq.

**EXCEPTIO** anomala, est quæ non sequitur normam aliarum, quia potest opponi ante litem contestatam, ut exceptio excommunicationis, & aliæ, scilicet de quibus dubitatur an sint perpetuæ, an temporales, ut exceptio matrimonij, & exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, ut not. Instit. de excep. §. appellantur. & plures aliæ secundum Hostiensem & Speculatorem eodem titulo: ut exceptio quæ competit fideiussoribus ex epist. D. Adriani contra creditores, ut not. Instit. de fideiur. §. si plures.

**EXCEPTIO** rei indicatæ non potest opponi nisi quando fit super vna & eadem re, & quando est ex eadem re, & quando est ex eadem causa & eadem persona.

**EXCEPTIO** doli est quadruplex, ut not. Accurs. in gloss. l. qui se debere. ff. de condi. cau. dat. cau. non sec.

**EXCEPTOR** pro librario: hoc est qui aliquid describit, vel qui alie

alio distante scribit. l. sed addes. 19. §. fin. ff. loca.

**EXCIPERE** veteres dixerunt pro pacisci Vlpian. l. Si tibi. 13. ff. de Præscrip. verb. [Quia sibi certum pretium exceperit,] id est, pactus est. & l. Si venditor. ff. de Relig. [Si venditor fundi exceperit locum sepulchri, ad hoc ut ipse posterique eius illo inferentur.] Item in l. in emptionib. 43. ff. de Pactis. Hinc,

**EXCEPTIO** pro pacto. l. 3. ff. de Rescind. vendit. l. pacta conuenta. 72. in fin. ff. de contrahend. emp. l. Iurisdictionum. 7. §. aded. ff. de Pactis.

**EXCOMMUNICATIO**, est extra communionem ecclesie separatio, vel censura ecclesiastica, excludens à communionem fidelium 11. q. 3. c. nihil. & §. euidenter. Vel est æternæ mortis damnatio. 11. quæst. 3. nemo episcoporum. Vel hæ generaliter, [est à qualibet licita communione vel legitimo actu separatio, vel à sacramentis exclusio.] Species excommunicationis infinitæ possunt esse, quia tot quot sunt species communionis. Duæ tamen sunt species eius, quæ præcipue secundum canonistas communiter vstantur, scilicet maior & minor. de vtraque illarum habetur 3 q 4 Engeltrudam Nam vna excommunicatio, quæ maior est, dicitur anathema, & excludit ab ingressu ecclesie, & à communionem fidelium, & à sacramentis, hæc vocatur maior, & fertur cum solemnitate, de qua etiam datur præcedens descriptio, cum dicebatur, [Est à qualibet licita communione hominum vel legitimo actu & sacramentorum separatio.] Alia dicitur minor, & illa tum separat

à sacramentis, & hæc est duplex: vna per præceptum à iure, vel per sententiam ab homine: alia separat à communionem fidelium, non sacramentorum, ut quæst. 2. præsent. secundum Goffredam, & de Cleric. excommunicat. §. item sciendum. Est enim quædam excommunicatio iuris, à qua absoluit episcopus, nisi absolutio sit summo Pontifici reseruata. de Sentent. excommunicat. nuper. Alia hominis, ut episcopi vel sui vicarij vel de legat. de Offic. ord. cum ab ecclesiasticarum, de maior. & obe. c. vnic. lib. 6. in gloss. Etiam excommunicatio dicitur macro episcopi. 16. q. 2. c. visis. in fin. Item dicitur anathema improprie, ab ἀνάθημα. Id est, sursum, & deus, figura olim in frontibus damnatorum impressa: & sic quasi anathema dicitur, & hæc maior dicitur, quæ duplex est. Quædam sine solemnitate: Alia solennis, quando 12. episcopi vel presbyteri candelas in terram proiciunt, & pedibus calcant: & non differt ab alia, nisi in substantia, quia maior est terror & confusio. De his duabus in c. cum non ab homine. de Iudi.

**EXCOMMUNICATIONIS** appellatione intelligitur de maiori. ita text. in cap. pen. de Sentent. excommun. Adde quod videtur dicendum contrarium, quia in peioribus mitior pœna est infligenda. Host. in d. c. pen. dicit quod ex quo excommunicatio est medicinalis in his quæ concernunt animam, est capienda pars tutior, & idem tenet Abbas in d. cap. pen. & ibi vide Felin. & contra istam solutionem doct. videretur textus in contrarium. in cap. pia de Exception. in 6. vbi dicitur

( 3 )      quod

quòd si opponitur in iudicio quod aliquis sit excòunicatus, oportet quòd exprimaturspecies excommunicationis: si intelligeretur de maiori, hoc non esse necessarium. Vide per Felin. latè in d. c. penult. ver. [tertiò requiritur.

**EXCONSUL** dicitur qui perfunctus est consulatu, sicut exquestor qui perfunctus est quaestura. Vfitatiùs tamen ille dicitur consularis, hic verò quaestorius. Iustinianus in proëmio Codicis: [Thomam, inquit, quaestorem sacri palatii & exconsulem:] non quòd consulatum dimisit, vt exponit Accursius, sed quòd est perfunctus consulatu, vt supra diximus. Nebr.

**EXCONSUL**, est qui desit esse consul. simile not. de quaestore & exquaestore. Inst. in proëm. §. cùmque hoc.

**EX** continenti, pro continuò; sine vlla intermissione. Vlp. l. 7. §. 1. ff. de Pact.

**EXCUBICULARII**, qui cubicularij munere functi sunt. Imp. l. 13. de excusat. lib. 10. Cod. [Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarij etiam nostri & cubicularij omnes, atque excubilarij ab omnibus sordidis muneribus vendicentur.]

**EXCVSATIO**, est alicuius instæ causæ allegatio in defensionem vel supportationem alicuius.

**EXCVSATIO** tutorum fit ex variis causis, & quædam innititur æquitati. Quidam enim excusantur ad tempus, scilicet qui causa Reip. abesse cœperint, & reuersi ad nouam tutelam intra annum non vocantur sed verè rem cogantur statim recipere,

vt Inst. de excus. tut. vel eur. §. itè ij qui reip. Est & alia excusatio à tutela, quæ dicitur excusatio veteranorum, qui excusantur à tutela, si sint à militia dimissi honesta causa; interueniète & iusta, puta propter infirmitatem, vel aliam causam. Sed illa quæ alio modo fit, non vocatur honesta, sed causaria: vt ff. de his qui notantur infamia. leg. 2. §. ignominia. Et perpetuò excusantur qui soluantur à militia post viginti annos. Sed ad tempus, qui intra viginti annos: & hoc diuersimodè tenetur, quia si intra quinque, nullam sibi vendicant immunitatem. Si verò post quinque annos solutus fuerit habet immunitatem vnius anni, post octo annos habet immunitatem biennij, post 12. triennij, post 17. quadriennij, post 20. annos habet excusationem perpetuam. Est & alia tutelæ excusatio eorum qui numero liberorum se excusant, vt Romæ liberorum trium. C. eod. tit. l. 1. cum concor. in Italia quatuor, in Provincia quinque. Est & excusatio eorum qui morbo excusantur, vt cœci, surdi, muti, furiosi, & perpetua valetudine detenti. C. de excus. vet. l. vnica.

**EXCVSATIO** eorum qui ætate excusantur, vt maior 70. ann. l. vnica præall. & Inst. de excus. tut. vel cura §. itè maior.

**EXCVSATIO** eorum qui numero tutelarum excusantur, scil. qui habent tria onera tutelæ, id est, tutelæ, secundum Azon. quæ omnia habeantur C. sub his tit. in rubro & in nigro. Vide de hoc Azon. ibidem in Sum.

**EXCVSATOR**, secundum Azon. & Specul. est qui venit ad proponendum causas absentis alicuius

cuius, qui non poterat simul ratione sui vel causæ procuratorem constituere, vt in causis criminalibus, in quibus licet procurator non interueniat (vt in lege pen. ff. de Pub. iud.) excusatur tamen allegatis causis absentia, & bene admittitur, vt in leg. absens. ff. de Procur. etiam si vocatus erat vt personaliter compareret.

**EXCURRERE** quid sit, & quid summa excurrens, declarat eleganter Bud. in l. Pubi ff. Depof.

**EXCUTERE**, præter vulgatam significationem, accipitur interdum pro scrutari, & diligenter inquirere. Vlpianus. [Si tibi mandaue-ro, vt vires excuteres eius cui eram crediturus,] &c. Aliquando pro exactè aliquid expendere, vt in lege cum in plures. §. mandauit. ff. loc. Quandoque est nomen exigere & debitorem appellare. Paulus in leg. Lucius. de Admin. tuto. [Non prius ad magistratus reuer-ti potest, quam si omnes tutores excussi fuerint,] id est, vt Bud. interpretatur, quam expertum sit, an suum à tutoribus seruare possit.

**EXCVSSIO**, diligens est inquisitio rerum, bonorumque principalis debitoris vsque ad nouissimum (vt dicitur) quadrantem facta.

**EXECRARI**, est abominari vel detestari, & propriè attribuitur delictis, dicendo, hoc delictum est execrabile. Inde factum, vt accipiat-ur etiam pro abhorrere. l. item. de Alim. iud. mut. cau. fac.

**EXECUTOR** secundum Speculat. eodem titulo est officialis per quem licet executio vel ipsius causæ preparatio iubente iudice suo expeditur, vel secundum Azonem proprie est ille qui discussa causa sententiam executioni mandat. Vocatur etiam in iure appari-

tor Require supra [Apparitores.] Alias etiam vocatur in iure diuersimodè. De istis modis est gl. notabilis, C. de Exec. rei iud. l. si vt proponis quam prosequitur Speculat. in tit. de Citatione. §. sequitur. prope prin. Item appellatione executoris intelligitur delegatus. cap. seiscitatus. de Refer. & cap. si quis contra de foro competent. Vnde executores sunt illi, per quos iudex sententiam suam exequitur & rem iudicatam mancipat effectui, & mandat executioni Et duplex est executor, scilicet merus & mixtus. Executor merus dicitur quando per nuncium non est demandata aliqua cognitio, sed tantum causæ executio, & talis non debet audire exceptiones: vt Codice de executione rei iudic. lege si proponis. præ alleg. capite de cætero. de Re iud. & ff. de iudic. lege si prator. & de tali loquitur cap. pastoralis. §. quia verò. de Offic. de leg. vbi bona gloss. de Executione duplici, secundum Hostiens. tamen tenetur admittere exceptionem excommunicationis, alias appellari potest. De hoc vide Archidia. de Except. pia libro 6. Vel sic Executor merus, est qui non potest de fraude interposita cognoscere nec ab illa appellatur, nisi modum executionis excedat, ff. de Appellat. & Relat. leg. ab execute-tore & 2 questione 6. ei qui. §. ab execute-tore Sed à mixto execute-tore bene appellatur, si non admittit legitimam exceptionem, vel alias partes grauauerit. de Appellatione, cap. Dilecto. & cap. vt debitus: sed executor mixtus, est qui habet cognitionem causæ annexam, vt in cap. nouit. de Appellatione, & de iud. cap. de cætero. præ alleg. de Offic. deleg. 6. pastoralis. In gl.

vt cum Papa mandat alicui restitui rem suam, vel alicui dari beneficium, &c. talis debet recipere legitimas exceptiones, quantumcunque scribatur sibi absolute à Papa: vt de Offic. delegat. ex parte de Rescriptis. cap. si quando. & cap. cum adeo.

**E X E M P L A R** & exemplum sic differunt auctore Bart. in l. Sempronius. de Leg. 2. quod exemplar est scriptura principalis, exemplum autem scriptura inde sumpta, quam vulgus copiam vocat.

**E X E M P L A R I S** dicitur illa substitutio, quæ fit filio furioso seu mente capto in euentu mortis in furore seu non sana mente, & dicitur exemplaris, quia admittitur fieri prædictis, sicut pupillaris pupillis fit: quia sicut hi propter ætatem sibi per testamentum providere nequeunt, sic etiam prædicti propter furorem, dementiam seu defectum mentis, rebus suis superesse non possunt in Institut. de pup. subst. §. 1. in princ. in multis tamen differt à pupillari, vt infra dicitur de substitutionibus. Significat autem hæc substitutio diuersimodè, vt significatum ex eius verbis vel alias vndequaque sumptum significare probat. Significat enim primò vel eius verba significant seipsam, scilicet quod filio cui facta est substitutio, mortuo in furore vel dementia substitutus admittatur, vt §. 1. Instit. de pupill. subst. Significat vltèrius tacitam vulgarem, arg. leg. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. substic. §. 1. Instit. eod. tit. præalleg. Ratio: sicut enim in primo significato consideratur proprietates verborum eius, sic in secundo significato consideratur identitas per-

sonarum: vt quod per substitutionem testator filio prouidet sic, nisi aliud appareat. Significat etiam hæc substitutio pupillarem, verbi gratia, facta est furioso impuberi, si in furore decesserit. Sensus est quod si decedat in ætate pupillari, tunc significat pupillarem, quia facta impuberi, licet furioso: & valet pupillaris tantum, quia verba hoc significant, & quia defectus naturalis potius attenditur, quam accidentalis. l. 3. §. 1. ff. de Tutel. & hoc quando illa concurrant quæ requiruntur in pupillari, quia filius est in potestate patris: & sic de aliis. Si autem non concurrunt, tunc infra tempus pubertatis valet, vt exemplaris, postea non, propter limitationem illam, si in ætate pupillari decesserit. Si autem facta est sine temporis limitatione, tunc valet simpliciter seu pro omni tempore, vt exemplaris. Significant vltèrius hæc verba, filio furioso substituo, subaudi, id est, si filius furiosus in furore decesserit: & requiritur quod sit furor tempore mortis, vt in §. 1. Instit. de pupill. substic. præalleg. & l. ex facto. §. 1. ff. eodem titul. licet aliàs per ista verba [ Titio furioso lego, ] talem qualitatem sufficiat adesse tempore dispositionis, vt in l. Mela. in prin. ff. de Ali. & cib. leg. quia apponitur causa demonstrationis. Ratio vtriusque, quia significatum sumptum est ex affectione, qua significatur ei prouideri cui prouidetur, eo modo quo potest. In primo casu melius prouidetur ei, recipiendo ea verba in illo sensu. Sed secundo casu melius prouidetur furioso, recipiendo verba demonstratiuè tantum, quod est proprium eorum significatum. Significat vltèrius quod



existente conditione substitutionis, substitutus admittatur volens vel inuitus secundum qualitatem personæ substituti. Si enim est substitutus filius furiosus qui erat in eius potestate tempore mortis, est necessarius vel voluntarius, vt in §. i. Institut. de hære. quali. & differ.

**EXEMPTILIS**, e, dicitur illud quod potest eximi siue detrahi ab alia re. Columella libro 9. de Rustica: [Idcirco sunt exemptiles, vt cum res exigat, à paxillis deductæ liberum exitum præbeant.] Vlpianus de Auro & Argento leg. l. argumenta. Lapidés siquidem exemptiles sunt.

**EXEMPTA** actio dicitur, quæ intentari posse desit. l. sed & si. §. actio. ex quib. cau. maio.

**EXEMPTVS** dicitur, qui à suo iudice siue iurisdictione ordinarij subductus est, &c.

**EXEMPTIO** proprie est vbi aliqua conuentualis Ecclesia Canonico-rum secularium vel regularium monachorum, vel monialium, immediate subest Papæ. Harum exemptionum alia vniuersalis, alia particularis. Vniuersalis est, quæ cum vniuersitate iuris spectat ad Papam, ita quod Metropolitanò aut diœcesano nihil iuris manet in eadem. Particularis est, quæ pro parte in certis casibus ab eorum iurisdictione eximitur, & aliàs pertinet ad eodém: verbi gratia. Si fortè aliqua Ecclesia quantum ad hoc est exempta, nullus Archiepiscopus vel Episcopus possit in ea diuina suspendere, sicut in sua diœcesi, & aliàs ei exhibeat reuerentiam & honorem. Item exemptionis monasteriorum duz sunt species. Quædam enim monasteria non recognoscunt superiorem nisi Papam, alia sunt ordi-

num exemptorum, vt monasteria Cisterciensium, &c. quæ non corrigunt ordinarius loci, sed Abbas vel Prior eorum. ff. off. est in Cl. attendentes. de Sta. mon. Item exemptionum alia personalis, alia localis. Personalis est, vbi Archiepiscopus vel Episcopus eximitur, vt à nullo nec etiam à legato sedis Apostolicæ, nec etiam à iudice delagato excommunicari, vel interdicti valeat aut suspendi. Sed localis est, quæ loco, hoc est, Ecclesiæ, datur.

**EXEMPTILE**, quod eximi potest. l. argumento. §. penult. de Auro & Arg. leg.

**EXEQVI**, aliquando pro vlcisci. §. fin. Institut. de iis, qui sunt sui vel alien. iur.

**EXERCERE** quæstionem, est torquere seu torturam inferre.

**EXERCITOR** dicitur is ad quem quotidianus quæstus & vtilitas nauis pertinet, magister verò nauis dicitur cui tota nauis, & anchora commissa est, require supra, actio exercitoria: vbi de hoc.

**EXERCITVS** traxit nomen ab exercitatione, lege i. in fin. de Milit. te st.

**EXERCITVM** autem dicimus, non vnam cohortem, neq; vnam aliam sed numeros multos militum. l. 2. de iis qui notan. infam.

**EXERO**, i. peto, sic ponitur exeratur, i. petatur. l. vt verborum. quæ est fin. C. de admitt. ad bon. poss. ibi gl. pen. vel est idem quod aperiat-ur via petenti.

**EXAES TVARE** est feruere, bullire, vel calefcere, vt est glos. in Clem. dudum. de sepul.

**EXHEDRA** in l. si verò. de iis qui deiec. vel effud. sumi potest pro cella studiaria, vt ibi ait Bud. Nam alioqui exhedræ erant loca, in quibus Philosophi apud Græcos, in

in palæstra sedentes disputabant, ut docet Vitruuius, quæ à sedium frequentia & sessiandi commoditate nomen traxere.

**EXHÆREDATIO**, est alicuius à sua substantia vel hæreditate exclusio, & alterius, seu alieni institutio: veluti cum parentes exhæredant filios, scribunt alienos hæredes in testamento. Ita accipitur Institut. de exhæred liber. per totam. Et sic exhæredare est filium constituere alienum à substantia, vel hæreditate paterna: & debet fieri causa certa & probanda ab hærede. Et propter quas & quot causas pater filium, & contra filius patrem possit exhæredare, not. gloss. in cap. Quintauallis. de Iureiuran. & vide Bart. in leg. filio præterito. ff. de Iniusto, rupto & irri. test.

**EXHIBERE**, est rem in publicum deducere seu ostendere, ut copiam habeat aduersarius rem suam tangendi, & eam sic visam, si sibi sua videtur vendicandi. De hoc ff. ad exhibendum, lege 2. de lib. homin. exhib. lege 3. §. ait prætor. Require supra [actio ad exhibendum] quandoque etiam exhibere apud Iurisconsultos accipitur pro alere, ut in lege si quis. de Agnoscent lib.

**EXIGERE** propriè est ab inuito extorquere. ff. de Leg. 3. lege fideicommissa §. si rem licet quandoque exigere dicatur quis etiam à sponte soluente, ut Cod. de furt. l. falsus. Habet & alia plura significata, quæ diligenter persequitur Alciat. in l. verbum, exactæ. 187. de Verb. sig.

**EXILIVM** triplex not. Archi. 45. dist. cum beatus. in fin. & l. 5. de interd. & releg.

**EXILIVM** voluntarium est, quod quis sibi sponte assumit leg. aut

facta, §. euentus, ubi Bud de pen. **EXIMERE**, est quoquo modo auferre, puta si quis non rapuerit quendam, sed moram fecerit quominus in ius veniret, ut actio quæ dies exiret, vel res tempore amitteretur. & datur in eum qui vixemerit actio in factum, quæ non id continet quod in veritate est, sed quanti ea res ab actore æstimata est, de qua controuersia est.

**EXIMERE** actionem, vide exempta actio.

**EXISTIMATIO**, est dignitatis illa status, legibus sac moribus comprobatus. l. cognitionum. de Var. & extraor. cog.

**EX** legibus, hoc verbum sic accipiendum est tam ex legum sententia, quam ex verbis. l. nominis, §. verbum de Verb. sig.

**EX** nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, hæc clausula retrahit extremum temporis ad initium, & vice versa initium ad extremum.

**EXORBITANTIA** appellant Doctores, quæ à communibus iuris regulis deuiant.

**EXORCISTÆ** Græcè, Latine dicuntur adiurantes. 21. distinct. Cler. ad fin.

**EXPENSÆ** sunt sumptus voluntarij & non necessarij, sed impensæ sunt vtilis & necessaria, à verbo impendere dictæ. vnum tamen multoties pro alio ponitur, v. l. intra in fin. ff. de minorib. Etiam impensæ pro voluntariis ponuntur, non solum vtilibus & necessarijs ff. de Verborum significar. l. impensæ necessaria. ubi notatur quæ sint impensæ necessaria, quæ vtilis, quæ voluptuaria. Et expensæ differunt à damnis. Vnde iuramentum factum super vnum non extenditur ad alterum: nam

*Sup. intro  
expensæ  
fol. 258*

- EXPENSÆ** fiunt causa litis, damna verò ex discordia proueniunt, vt delstructio domus, & similia, de iniur. c. in nostra. in tex. & gl.
- EXPENSVM** ferre, propriè est scribere se pecuniam dedisse: sed plerumque vtinam pro adscribere & imputare, vt in l. mulier. ad Trebel. & l. pupillus quæ in frau. credit.
- EXPERI** quandoque ponitur pro respondere seu defendere, vt extra. de iud. c. 1. in auri. de proc. c. qui generaliter. lib. 6. Quandoq; pro agere, vt causa poss. & propriet. c. pastoralis.
- EXPILORES** secundùm Azon in Sum. C. & ff. de cri expi hær. hi sunt qui ex rebus vacantis hæreditatis aliquid subripiunt & expilant. de pœ. dist. 1. aur. facta Requirere supra [actio expila. hæréd.]
- EXPILORES** etiam vocantur, qui viatoribus pallia & vestes diripiunt. l. 1. de effract.
- EXPLICATIO**, est allegatio quæ supplicationem infirmat, vnde replicatio est allegatio cõtra exceptionem, & adiuuat actorem, & supplicatio est allegatio quæ replicacionem infirmat & reum adiuuat. Sed explicatio est allegatio infirmans supplicationem, & sic pro actore contra reum.
- EXPLOSA**, id est, exclusa. c. inquisitioni. de Sent. excom.
- EXPONERE**, id est, contra se ponere.
- EXPONIT** autem dicuntur infantes, serui, liberti, & languidi, si sine cura dimittuntur, vel eis alimenta negantur à parentibus, à dominis vel à patronis, vt in c. unico. de infan & langui.
- EXPRESSVM** quomodo dupliciter sumatur, not. ff. de Vulg. & pup. susti. l. 1. in prin. & de præb. si episcopus. in gl. certas lib. 6.
- EXPRESSA** pupillaris substitutio, require infra, Substitutio.
- EXPROMITTERE**, est pro alio promittere, vnde expromissor, i fideiussor, l. 1. §. satis exceptio. de Verb. oblig. quamuis Accur. in Auth. de fideiuss. eos inter se differre existimauerit. Sed & expromittere aliquando dicitur is, qui pro se, non etiam pro alio promittit, vt in l. hoc iure. §. si quis seruo. de Donat.
- EXPUGNARI** nauis quando dicitur, explicat eleganter Iuris. in l. expugnatur. de Intend. rui. nauis.
- EXPUNGERE**, idem est quod supra diximus, dispungere, hoc est, callamo transuerso rationem cancellare. Plautus in Cistel. [Nunc quod reliquum restat, volo persoluere, vt expungatur nomen, ne quid debeam] Persius:
- Pupiliūmve utinam quem proximus hares*  
*Impello, expungam.*
- Hermog. tit. de Diuer. temporal. l. in omnibus. [Rationes, inquit, reipub. subscriptæ & expunctæ]
- EXPUNGERE**, est punctis circunducere & tollere seu cancellare: vnde expunctus miles, qui è numeris exemptus est. l. penult. de Remili. at expunctæ rationes dicuntur, cùm vltima manus calculo & dispunctioni imposita est. l. in omnibus. de Diuer. præscrip.
- EXQUÆSTOR**, est qui publicæ pecuniæ cõgregandæ, conseruandæ, & quæredæ officium habebat, sed hæc administratione deposuit, vel dicitur ille qui quæstoris deposuit administratione, vt not. Instit. in proæ. §. cū hoc c. in gl. vid. supra exconsul. & infra quæstores.
- EXSEMINARIO**, id est, stirpitus. l. 3. arb. sur. cæs.

**EXTERRINARE**, est quasi extra terminos vitæ vel iurisdictionis supponere. Clem. vnica, de iureiur. & de hæret. excomm. §. mo-  
neantur. & §. seq. ponitur etiam pro deponere, desolari, in exilium mittere.

**EXTERVS** religionis, id est, alienus à religione. l. Nemo. Cod. de Iudæ.

**EXTIMARE**, est alicuius rei certum pretium dare, & est idem quod taxare, vel certum pretium diffinire & determinare. Sed orthographia pascit, vt scribatur æstimare.

**EXTORRES**, id est, immunes vel infontes. de Sent. excomm. c. contingit. & dist. 19. nulli fas est, & ead. dist. c. ita dominus. §. in omnem terram. & habetur Cod. de Cust. reor. in l. 1. de his. quæ est l. fin. & de Pœn. dist. 2. item proinde, vbi dicitur nudari facultatib<sup>9</sup> propriis & patriæ suæ extortes fieri. etiam l. 1. q. 1. conspirationum Quod auctor hîc citat ex 19. dist. cap. nulli fas est extorris fiat, &c. in libris quibusdam legitur exors, id quod eandem penè significationem habet eum dictione extorris, hoc præcipuè loco, cum extorrem eum intelligamus, qui extra sortem (hoc est, partem) sit: cui contrarium est confors, hoc est, particeps Extortes autem plerunque appellantur exules, quasi extra terram eieci, & ita interpretandum in d. c. item proinde.

**EXTRA**, not Archid. de Rescrip. statutum, lib. 6. §. 3.

**EXTRAORDINARIUM** remedium, est quod ob aliquam causam extra vel ultra cursum solitum alicui datur, vt restitutio minori læso, vel absenti causa iusta, necessaria vel probabili, ad quæ

remedia nunquam recurrendum est, quando remedio ordinario locus est, ad quod potest haberi recursus.

**EXTRAORDINARIUM** iudicium, est coram delegato, vel quando non proceditur in figura iudicij, sed ex officio iudicis in modum inquisitionis vel denunciacionis, vide tex. iuncta gl. in c. quoniam contra. de Prob.

**EXTRA ordinem** quid importet, vide Bart<sup>l</sup> in l. 1. ff. de Furt.

**EXTRANZI hæredes**, vide in verb. [Hæredes extranei.]

**EXTRICARE**, est quod intricatum est expedire, atque resolvere, siue enodare. Vlp. lib. 9. ad legem Aquiliam. l. si feruus seruum. [Si cum margaritas, inquit maritus dedisset in vsum extricatas, easque inuito, vel inscio viro perforasset.] Margaritæ namq; non possunt intricari in lineam vel in vestem, nisi perforentur. igitur extricatas dixit pro solutas & non perforatas, neque in lineam redactas Nebr.

**EXTRICATAS** margaritas interpretatur. Bud in l. si feruus ad Leg. Aquil. quæ ex rudi natiuòque habitu arte gemmarij expolita sunt.

**EXTVNC**, tempus extremum significat. ff. de Cond. & demonstr. l. si is. §. si ita.

**EXVLES** appellantur omnes, quibus aqua & igne interdictum est. ait auctor ad Herennium lib. 2. [Vide Exilium supra.]

### De F ante A.

**FABER LIGNARIUS** dicitur nò solum qui ligna dolat, sed generaliter omnis qui ædificat. ff. de Ver. signif. l. ferri. 235. §. fabros 1.

**FABRICENSES** dicebantur, qui erant deputati armis faciendis, reputandis vel vendendis, vt l. 1. de fabric. lib. 11. Cod. Ioan. Andr. in c. si iudex. de Sent. excom. lib. 6. dicit, quod fabricensis dicitur qui publica arma facit, idque in publicis fabricis, & non alibi, & dat primicerio, vt reponat in publicis armamentis, quorum brachia stigmatē figurantur.

**FABRILES** oper. ff. de Præfer. verb. l. pen. & de oper. liber. l. fabriles. Et quæ sint fabriles, & quæ obsequiales, & quæ artificiales, vide ff. de Cond. indebit. l. si non fortem. §. si libertus.

**FABRORVM** præfectos, in lege diuus de Bon. dam. eos esse Bud. censuit, quos Commentariensis, qui dicitur, adiutores sibi assumpsit ad custodias obseruandas regendasque.

**FABVLA**, est quæ nec vera nec verisimilia continet. in proæm. Inst. §. cumque hoc. super verb. [fabulis.] & l. antiqui. ff. si pars hæred. per.

**FACERE**, verbum est generale, latèque patet. l. verbum facere. leg. faciendi & leg. facere. de Ver. signif. Item dicitur ille cuius auctoritate fit. de Sent. excomm. c. mulieres. & facere dicitur quis statim, confestim, incontinenti, mox, illico, quod facit sine interuallo, nullo actu contrario aut impertinente intermedio. de electione quapropter, vbi dicitur quod post collationem mox debet electio celebrari. Similiter tùm vis infertur personæ, incontinenti repelli debet, id est, sine interuallo, quasi bello continuato. Item id quod triduo facit. C. de Erro. aduo. l. vlt. vbi dicitur quod aduocatus potest reuocare errorem suum statim, id est, intra

triduum. Et hoc intelligit Placēt, sicut sonat. Sed Accurs. hoc intelligit, quando causa durat post errorem tantum per tres dies. Item quod facit in decem diebus. ff. de Cōst. pec. l. promissor. vbi dicitur quod si quis sine die constituerit se soluturum pecuniā alicui, contra eum agi potest, si statim non soluerit intra decem dies. Item quod facit in vno anno. 20. q. 1. puella. vbi dicitur quod si insciis parentibus intra duodecimum annum velum acceperit, patres vel tutores possunt hoc statim irritare intra annum. Item quod facit cum quodam temperamento temporis, ita quod nec minimum, nec maximum tempus assumit, quod magis potest intellectu concipi quàm dici. ff. de Solu. l. varū. & l. quod dicimus. vbi dicitur hæres fideiussori testatoris hoc quod ante aditam hæreditatē soluit pro de fundō, statim solvere debet, sc. cum quodam temperamento temporis, nec enim statim cum sacro paratus venire debet. Item quod facit quamprimum potest. de Restit. spoliat. olim causa. vbi dicitur quod vira illatā rebus potest quis repellere incontinenti, id est, quàm citò poterit, collectis amicis: ita tamē quod illud incontinenti non extendatur vltra annum. Hoc Bern. de Ele. quia propter. Idem quod facit in vno mense. 1. q. 1. cōstat, vbi dicitur quod si aliqui ordinati sunt ab hæreticis per vim, si statim renunciauerint conciliabulo hæreticorum, id est, intra mensem, tunc excusantur. Item quàm citò scit, vt 22. q. 2. mulierem. Item quod facit quandoque, vt ff. si cert. pet. l. 2. vbi dicitur, [Cuiusque rei assumitur alienam fidem secuti, mox recepturi

pturiquid ex eo contractu, credere dicimur.

**FACERE** quod potest, qualiter quis conueniatur, & quomodo intelligatur, habetur in leg. (sunt qui, cum nouem legibus seqq. ff. de Re iud. nam patroni, patronorum liberi, & parentes eorum, miles armata militiæ, vel doctor, presbyter, &c. si condemnantur ad id quod facere possunt, non totum quod habent, extorquendum est, sed ratio habenda est, ne egeant, vt in l. in condemnatione. ff. de Reg. iur. Nam intelligitur, quis facere debere, quod commodè & honestè potest. Nec enim videtur fieri posse, quod non fieri honestè. ff. de Verb. signif. l. nepos Procūlo.

**FACERE** partem dicitur, qui efficit vti sibi coniunctus non plus accipiat parte sua.

**FACINVS**, id est, dolus. ff. de A&ion. & oblig. l. seruus. §. non.

**FACITARE** est frequenter facere. l. Pulcinus. §. latitare autem. ff. quib. ex caus. in posses. ea.

**FACTIO**, est conspiratio. l. quisquis. C. ad Leg. Iul. maie. vbi gl.

**FACTIONVM** duces qui dicantur, vide Bart. in l. constitutiones. ff. de Appell.

**FACTVM** & gestum, licet strictam quandam inter se habeant differentiam, abusuè tamen nihil differunt. l. licet. de Verb. sign.

**FACULTAS** magnæ dicuntur quinquaginta auri, vt C. de def. ci. l. 1. Vel 10 libræ auri, vt in Auth. de appell. §. 2. Vel 300. aureorum, vt in Auth. de def. ci. §. & iudicare. Vel veriùs vsque ad quingentos solidos summæ paræ: si vltra, summæ magnæ. Inst. de auct. tut. in §. nos autem.

**FALCIDIA**, dicitur lex Falcidia à tribuno plebis qui ipsam adin-

uenit de hoc, quod quis extraneo testamento suo legare non posset, quin ad minus quarta remaneret hæredi: quod si contra feceret, locū non haberet & sic dicitur Falcidia à falce, ad defalcidum de singulis legatis, per quam permittitur hæres habere quartam partem legationis vel hereditatis, quando etiam tota hereditas vel maior pars est legatis exhausta. Et est triplex Falcidia secundum Ioan. Andr. in gl. dist. 2. responsa prudentum. Require infra [Lex Falcidia.]

**FALLACIA**, vide supra in ver. [dulus malus.]

**FALLONIA** (aliàs feloniam) est culpa iniuriæ, propter quam vasallus amittit feudum. Et est quædam culpa, quæ respicit dominum, scilicet quando tribus vicibus citatus legitime, fidelitatem præstare noluerit, vt in vsibus feudorum, quæ fuerit [prima causa beneficii] amit. cap. 1. Est & alia causa, quando in feudauit alia lege quæ ipse habet, vel talem vasallum, qui feudo deseruire non potest. Sunt & aliæ feloniam, propter quas feudum amittitur, & non respicientes dominos, vt notat Hostiens. in Summ. de feud. vbi vide.

**FALSVM** est quod caret veritate, vt rescriptum falsum, quod non habet aliquod primordium seu substantiam veritatis, scilicet quod non emanauit à Papa, & tamen apparet emanasse. cap. sua nobis. de Offic. vic. vbi de hoc. Sumitur tamen quandoque falsum pro iniusto, vt in §. eadem. Instituit. qui & ex quib. caus. man. non poss.

**FALSVS** tutor, verè dicitur qui tutor non est: Sicut falsum est testamentum quod testamentum

non est. I. Paulus. de Ver. sig.

**FALSARI** sunt, qui crimine falsi tenentur, vel qui crimen falsi commiserunt. cap. ad falsariorum. Extra de crim. falsi.

**FALSITAS**, est imitatio veritatis: nam falsatores temper student imitari ea quæ vera sunt, vt falsa videantur verisimilia, vt in Auth. de Instr. caus. in principio. Et ad esse falsitatis tria requiruntur, quorum si alterum deficit, falsitas non est punibilis, scilicet mutatio veritatis, dolus, & quod alteri noceatur, iuxta not. per Hostiens. & Azonem, & per textum in leg. quid sit falsum. ad legem Cornel. de Fals.

**FALX** messoria, est qua frumentum metitur: Falx putatoria, qua vires aliæque arbores amputantur. Falx scenaria, qua fœnum secatur, quæ dumaria quodque dicitur, qua etiã spinæ vepresque cæduntur. Vlp. de fund. inst. leg. instrumenta. [Falces, inquit, messoria, falces scenaria.] Ant. Neb.

**FAMA**, secundum Specul. tit. de not. crim. §. fama est, illa sã dignitatis status, legibus & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, secundum glossam in lege 1. Cod. ex quibus caus. inf. irr. Et hæc fama quandoque minuitur, quandoque consumitur in totum vt ff. de Var. & extraord. cog. lege penultima, §. existimatio, & §. minuitur. & §. consumitur. & loquitur de fama hominis. Sed fama de aliquo negotio describitur sic, [Est communis & clamosa insinuatio insurgens apud totam vel maiorem partem populi, ex certo auctore proueniens.] Et in descriptione famæ per Spec. nomen dignitatis non ponitur pro honore publico, sed pro potentia à natura cunctis attributa. Et hæc descrip-

tio locum habet tantum in bona fama. Ideo secundum eundem. Spec. potest hoc modo describi, vt comprehendat & bonam & malam famam. Fama, est vehemens vulgi & maioris partis populi opinio, rei de qua queritur consentiens vel consonans. Fama de homine sic consuevit describi, [Est dignitas, status, vita ex moribus comprobata.] Et fama, opinio, existimatio idem sunt.

**FAMA** differt à rumore, quia fama certum habet auctorem, rumor vero incertum. Item fama procedit à maiore parte vicinæ, rumor à minori not. Ioan. Andr. cap. v. infra vers. [Ad gradum.] de Cohabit. cleric.

**FAMA** differt à clamore, quia fama est plurimorum, clamor paucorum notat Felinus in capitulo qualiter 2. in princ. de Accus.

**FAMA** quomodo probetur, vide Bart. in l. de minore. §. plurimum. de Quæst.

**FAMILIA** tum pro pecunia accipitur rebusque hæreditariis, vt in l. 12. Tabularum, cuius verba ponuntur in titulo de Verborum significatione. [Agnatus, inquit, proximus familiam habeto, id est, hæreditatem.] hinc titulus apud Iuricons. de familia Hercis, unda, id est, diuidenda hæreditate. Aliàs familiæ appellatione famuli & serui propriè continentur: vnde & familia dicta est. Vlp. lib. 49. de Vi & vi arm. l. 1. [Familiæ, inquit, appellatione serui continentur.] Item Vlp. lib. 21. de Edil. edict. l. ædiles. [Familiæ, inquit, appellatione omnes qui in seruitio sunt, continentur, etiã liberi.] Hinc patres familias & familiarum dicti. Et dicitur familias in genitiuo casu, quod apud antiquiores nomina primæ declinationis

in à terminata, as faciebant genitium: vt Næuius,

*Rubens atque purpureus filij  
terras.*

**Et Liuius Andronicus:**

*Escas habemus mentionem.*

Pro [terra] atque [escæ:] neque habet accentum in vltima, quomodo nūc vulgus loquitur, sed in tertia à fine, familias, hoc est, in secunda syllaba. Ant Nebr.

**FAMILIAR** appellatione quid veniat, vide Bart. in l. i. §. familia: ff. de Vi & vi arma. & l. fin. Cod. de Verb. sig. idem Bart. in l. si cognatis. ff. de Rebus dub. latius tex. in d. l. fin. & in l. pronuntiatio. & l. detestatio de Verb. sig.

**FAMILIAR** erciscundæ, i. hereditatis diuidendæ, not. in rubro. ff. Famil. ercisc. Require suprâ [actio famil. ercisc.]

**FAMILIARIA** sepulcra dicuntur, quæ quis sibi familiæque suæ constituit l. 5. de Relig. & sumpt. fun.

**FAMILIARIS** & domesticus in quo differant, ponit Bald. in c. in litteris de Testibus, & Felin. in c. insubruante. vers. [ & quæ differentia fit ] de Officio delegati. & dicitur desinere esse familiaris, quando dominus eum licentiauit, vel quando ipse familiaris seipsum licentiauit. vt not. Io. Andr. in c. fin. de Ver. sig. in Nouella in 6.

**FAMILIARITAS** pro similitudine. §. adeo. Inst. de locat.

**FAMVLVS**, mancipium, & seruus, qualiter differant, not. Arch. 32. q. 3. caron. patrem.

**FAMOSVM** carmen secundum Azonem in Summa, Cod. de Iniur. est dictamen vel historia compo-

sita ad alicuius infamiam.

**FAMOSVS** libellus potest proprie dici liber conscriptus ob alicuius infamiam. ff. de Iniur. leg. lex. §. si eius librum.

**FANATICI**, olim dicti sunt homines numine afflati, qualis describitur Cumæa Sibylla apud Virg. lib. 6. a fando, quod futura prædicerent, meminit l. i. de Edi. edi. vbi Bud.

**FASCES**, id est, honores, seu dignitates. in Auth. de Consul. circa prin. & vt iudic. sine quo suffrag. §. necessitatem. & vide ff. de Offic. præcons. & legat. l. antepenult. & ibi gl. proprie autem erant fasciculi virgarum, intra quas alligata erat securis, ita vt ferrum summo fasce extaret. Hos fasces lictores consulibus & proconsulibus præferabant.

**FASTI** dies erant, quibus lege agere licebat. Fasti autem libri, quibus totius anni fit descriptio, & cause festiuitatum explicantur: vulgo vocamus Kalendaria.

**FASTIGIVM**, i. altitudo, vel magnitudo. C. de Nou. C. comp. §. i. vel est culmen dignitatis, vel summus honor, secundum Papin. vt not. per Archid. l. 9. dist. ordinatos. & C. de procurator. l. pen.

**FATVM**, est genus diuinationis, cui qui intedit, dānationē animæ suæ incurrit. 26. q. 7. non obseruetis.

**FATALIS** dies, secundum Azonem in Summa, Codice de Temp. appell. dicitur spatium temporis intra quod appellans debet appellationem persequi, & quidem olim quatuor dies fatales concedebantur, quorum primus erat spatium sex mensium, & hoc si appellatum fuit à sententia clarissimi viri, vel spectabilis viri, vel delegati à principe. Secundi autem dies fatales sunt spatium 30. & vnus dierum. Terrij & quati



quarti sunt similiter totidem, si saltem interiecta fuerit appellatio à delegato, vel spectabili, vel clarissimo viro. prout hoc habetur in lege 2. Cod. de Temp. appellat. Hodie autem ex ordine vnius tantum fatalis dies est, i. annus. Sed si iusta causa intercesserit, alius annus indulgetur, & ita erit secundus dies fatalis quo transacto lite non contestata, rata manet sententia: vt in Authent. ei qui appellat. in d. tit. de temp. appell. Dicebantur autem fatales dies, quia in eis fetum, id est, terminus causæ imponitur.

### De F ante E.

**FEBRIS**, vt definitur in lege quæsitum, de Re iudica. nihil aliud est, quam motus corporis contra naturam.

**FECIALES** à Numa primùm insti uti sunt, è nobilissimis familiis electi, qui eo munere per omne vitæ tempus fungerentur. Dionysius lib. 2. eorum procuracionem septem in partes describit. Hottomanus.

**FÆDERATI**, vide [Fæderati.]

**FELONIA** dicitur delictum quod committit vasallus contra dominum: vt habetur in vsibus feudorum, cap. 1. de Alien. feu.

**FERAB** in Iurisconsultorum scholis non præcisè quæ natura feroces sunt, quales sunt vrsi, leones, quæ propriè bestia appellatur, leg. 1. § Bestias. ff. de Post. & leg. 2. C. ad leg. Aquil. Sed generaliter omnes quibus immensa atque infinita liberè vagandi vis à natura insita est, quales sunt lepores, damæ, cerui: quorum feram esse naturam nemo negat; inquit Caius, l. 5. ff. de Acq. rer. dom. l. 3. §. item feras. de Acquir. poss. Ita-  
Voc. iur.

que apes, pauones, columbæ agrestes feræ appellantur. d. leg. 5. de Acquirend. rer. dom. Generaliter autem feris mansuetæ opponuntur, quibus scilicet illa liberè vagandi vis insita non est, vt sunt oues, capræ, boues, &c. quæ gregatim pascuntur, dicit leg. 2. ad l. Aquil. Item gallinæ & anseres cohortales, leg. 5. de Acquirend. rer. dom. Hottom.

**FERIAE**, secundum Azon. in Sum. C. de feriis dicuntur à foro, quasi ferriæ, quia præstant vacationem ab his quæ consueverunt agi in foro. Et sic feriæ sunt quædam solennitates temporum, in quibus causa tractari non debent: Vnde feria vno modo capitur pro qualibet die in hebdomada, & ita seruat ecclesia dicendo, feria prima, feria secunda. Et dicitur à for, fatis, scilicet à fando, id est, loquendo, quia singulis feriis solo verbo loquendo Deus creauit hominem & omnia. Alio modo capitur pro die solenni festiuanda, & sic dicitur à feriendis victimis quæ offerebantur in feriis, vt à feriendo secundum Papiam, quia, etsi omnibus diebus abstinendum sit à malis, istis tamen præcipuè: vt in capitulo 1. de feriis.

**FERRIARVM** aliæ sunt repentinae, quas Imperator vel Princeps indicit repentinè propter victoriam vel vxorem ductam, vel filium natum, vel propter publicam congratulationem ob diem natalis Imperatoris, vt C. eod. tit. l. 1. & dicuntur repentinae, quia sunt certæ, imo quia repente & subito indicuntur, & à nullo iudice iudici possunt, nisi à principe, vt in l. 1. C. de feriis. Aliæ sunt solennes, quarum quædam indicuntur ob reuerentiam Dei, vt  
c. dies

dies dominicus, vt l. 2. Cod. eod. tit. & l. omnes dies. Alia ob honorem principis, vt dies natalis vel coronationis eius. C. eod. l. fin. & in d. l. omnes dies. Alia autem ob honorem ciuitatum & diei natalitij maximarum urbium, vt Romæ & Constantino-  
polis, l. omnes præleg. Alia ob necessitatem hominum, vel publicam vtilitatem, vt sunt duo menses, vnus gratia messium, alius causa vindemiæ, de quibus etiam in præleg. leg. omnes dies. Has verò ferias, Spec. eo tit. non vocat solennes, sed iudicat rusticas vel publicas, quia propter rempubl. vel vtilitatem rusticam indicantur: & fortè Spec. mouetur ex l. r. in prin. ff. eod. tit. Et statuuntur hæc ferie secundum consuetudinem loci, & secundum varias terrarum ritus: vt ff. de fer. l. 3. præfides.

**FERIARUM** latina, quarum mentio in l. 2. §. quoties, de Orig. iur. olim inductæ fuerunt ob inducias inter populum Rom. Latinosque firmatas.

**FERIATICI** dies pro feriati vel festi. Vlp. l. 2. ff. de feriis. [Diuus Marcus effecit, de aliis speciebus prætorem adiri etiam feriaticis.] Appellantur sub eod. tit. ferie, dies omnes quibus magistratus propter vacationem publicam ius non dicit, veluti propter messem, aut vindemias, aut depositum magistratum, vt cum in l. 5. Vlpianus scribit, Pridie Kalendas Ianuarias, magistratus neque ius dicere, neque sui potestatem facere consueuerunt.

**FERRARI** proprie dicimus ea quæ quis in corpore baiolat: portari verò ea quæ quis iudæco secum ducit. A si verò vel duci dicuntur animalia, vt ff. de Ver. sig.

**FERRVMINARE**, est per eandem materiam conglutinare, quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia. Plautus in Milite: [Labra labellis ferruminauit,] id est, premendo adglutinauit. Pomponius libro 41. de acquirendo rerum dominio, lege quicquid. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris,] Casius quoque apud Paulum, lege in rem. §. item, ff. de rei vendic Ferruminatio, inquit, per eandem materiam facit confusionem. ] lege replumbo, as, & quo differt a ferrumino, as. Nebriffensis.

**FERRVMINATIO**, est eiusdem generis materiarum solidatio & coniunctio, vt si scypho argenteo fundus ferreus apponatur, de hoc notat. in lege in rem. ff. de rei vend. sed applumbatio require supra in A.

**FEVDVM** secundum Host. & Azon. eo tit. in Sum §. 1. est beneficium alicuius rei, inuestitura interueniente, sic concessæ seu datæ alij, vt dominium penes concedentem remaneat, cuius occasione recipiens & successor eius concedenti domino ad id de quo & quousque conuenit, aut feudi natura requirit secundum diuersarum regionum consuetudines obligatur: quibus deficientibus iuri scripto obligatur. Pro definitione feudi, vide glossam in vrb. feud. & quibus modis feud. amit. in princip. & summam ad quam & ibi remittuntur. Dicitur autem feudum à fidelitate vel à fide quam vasallus domino præstare tenetur. Nec enim debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem facere recusat, nisi feudum eo pacto sit acquisitum, vt de eo fidelitas non præstetur: in cons. feudor.

dot. per quos fiat inuest. & per quos recipiatur. c. nulla. & c. seq. & in quibus cau. feudum amit. in c. 2. §. 1. in vli feud not. Item feudum est res concessa alicui ad vtendū pro seruitio. & secundum Goffr. est beneuola concessio rei pro homagio facta. Et additur concessio beneuola, quia fit ex grata beneuolentia. ergo beneficium dicitur. Etiam ideò concessio dicitur, quia apud dominum remanet proprietates & dominiū directum, sed vasallus acquirit vsumfructū & vtile dominium, arg. eorum quæ not. de Emphyteuta. ff. si ager vect. petat l. 1. §. qui in perpetuum, & fuit hoc dictum suprā. Potest etiam sic describi, [Feudum est beneuola actio tribuens gaudium capienti cum seruitio retribuendo, per quam transfertur vtile dominium de domino in vasallum.]

**FEVDVM** ligium secundum Spe. tit. de feu. in tractatu libellorum. §. quoniam super homagium. ver. porrò, est quando causa & occasio homagij cœperit à domino, vt cum Baro dicit alicui pauperi militi, quod aliquam rem immobilem sibi daret si ei faceret homagium, & illam dedit, talis res vocatur feudum ligium, & talis vasallus homo ligius vocatur. & hæc probantur in lib. feu. si de feudo controuer. fac. vide infrā, homagium.

**FEVDATARIVS**, est qui feudū recipit, qui etiam vasallus dicitur,

*De B ante I.*

**FICTIO** iuris est, quando ius certum de aliquo facto fingit statuendo oppositum exēplum, veluti fingit vxorem stipulatā dotem reddi sibi, licet sit certum quod non fuerit stipulata, sed in

fauorem mulieris hoc lex fingit. Ab extrā, in c. is qui. num. 6. de Spons. & in cap. quanto. de præsum. De materia fictionum, vide latissimè per Ias. in repe. solēni, l. si is qui pro emptore. ff. de Vtuc.

**FICTIO** iuris differt à præsumptione, quia fictio iuris semper est contra veritatem, vt in iure postliminij, &c. Præsumptio autem frequenter intelligitur stare cum veritate, sicut sæpè stat. Ius enim fingit aliud quā est, vt fingit mulierem stipulatam quæ non est. l. vnica. in princip. C. de Rei vxor. actio. Fingit natum quod non est. ff. de Statu hominum, l. qui in vtero. Fingit non esse natum quod est natum. ff. de Liberis & posthumis. l. Titius testamento. §. Lucius. Fingit viuere quod nō viuit. Inst. de excusat. tutorum. §. defuncti autem. ver. hi enim. Fingit non cōceptum eum qui mortuus nascitur. ff. de Verbor. significatione. l. qui mortui. not. Azō. in princ. Sum. circa 10. prædicamenta. Et Goffr. in sum. de Præsumpt.

**FICTVS** secundum Bal. aliquando appellatur census. Bal. in tit. de pace Const. in vers. persoluere. & censualis. C. de Don. & Fel. in cap. ad audientiam. versic. & dum remittit. de Præscript.

**FIDES** est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, secundum Apostolum in Epist. ad Hebr. 11. Primum dicitur, quia sperare debemus quod dictum est à Prophetis futurum. Secundum dicitur, quia per prophetias iam completas debemus habere argumentum, id est, probationem, non apparentium; id est, de futuris complendis. Sed illa est quædam notificatio, & non vera definitio, quare magistra

gistratiter sic definitur: Fides est voluntaria certitudo absentium infra scientiam, & supra opinionem constituta ] August. dicit: [ Fides est credere quod non vides. ] Et duæ sunt species eius, scilicet formata, & informis. Et capitur multis modis, de quo vide gloss. bonam in c. firmiter. de sum Trin. & fide Catho.

**FIDEICOMMISSUM** est illud legatum, vel relictum, quod committitur fidei hæredis alicui dandum ab eo, vt cum testator dicit: [ Hæres, fidei meæ committo, vt des legata & commissa, ] vt secundum Azo. in Sum. C. de fideicom. tit. §. sequitur. Hodie tamen non est differentia inter fideicommissa & legata, sed olim multæ erant differentiæ. Omne enim legatum fideicommissum dici potest, & e contra: pro quo est text. Instit. de leg. §. Sed non vsque. Nam ipsorum eadem est natura. ff. de leg. l. l. i. vbi dicitur, Per omnia exæquata sunt legata fideicommissis.

**FIDEICOMMISSARIUS** est ille, cuius fidei legatum vel relictum committitur.

Adde quòd imò **FIDEICOMMISSARIUS** est ille, cui fideicommissum præstari debet. §. sed qui Instit. de fideicommiss. hære.

**FIDEICOMMISSARIA** libertas, require infra [ libertas. ]

**FIDEICOMMISSARIA** [ hereditatis petitio ] est quæ competit ei, cui fideicommissaria hæreditas restituitur ex senatusconsulto Trebelliano aduersus possessores rerum hereditariarum.

**FIDEIUSSOR** est, qui alienam obligationem in se recipit, vel suscipit fidem, principali nihilominus manente obligato, videlicet, qui se pro alio obligat: vt

eo, scilicet principali debitor non satisfaciente, ipse satisficiat. Et dicitur quasi iussu alterius ponens fidem suam, vt Inst. eodem tit. in princip. & ff. eod. l. 1. & 2. Est autem fideiussor nomen generale, quia comprehendit sub se mandatorem, & constitutorem, & eum qui ex toto in se alienam obligationem transfert, qui & promissor vocatur. Sed hi differunt inter se, quia constitutor non obligatur nisi præcedat obligatio quæ in iuribus data sit: vt in l. 1. & 3. §. 1. cum aliis, ff. de Consti. pec. & l. 2. C. eod. tit. Fideiussor verò obligationem præcedit & sequitur. Instit. eod. tit. §. fideiussor Mandator autem nunquam sequitur, sed semper præcedit obligationem, vt ff. Man. l. si verò non remunerandi causa. §. si post creditam, nisi in casu qui habetur in eo. §. ver. [ planè. ] Et differentiam hic positam no. gl. in l. præall. §. si post. in prin cui similes gloss. C. eod. tit. super rubrica. Et quòd præcedat obligationem, vide Host. in Sum. eod. tit. §. 1.

**FIDEIUSSOR** [ in rem suam. ] dicitur, qui fideiubet pro aliqua re in ea causa, qua res futura est eius: v. g. dedi procuratorem ad defendendum in causa mea, & fideiussi pro eo iudicatum solui: hoc casu fideiussor in rem meam dicor, l. si defunctus, ff. de Procur.

**FIDEIUSSO** ita fit, si interrogetur fideiussor sic: fide tua iubes quod iste debet? & ille respondeat, fide iubeo: vt Inst. eod. tit. §. in stipulationibus. Hodie tamen secundum Host. in Summ. eo tit. §. qualiter, vulgares vtuntur hoc modo. Es fideiussor pro tali? & promittis mihi pro eo? & ille respon-

responder, Sic, vel Promitto.

**FIDELITAS** secundum Host. in Sum de feu. §. quid sit fidelitas, nihil aliud est nisi iuramentum quod à vassallis præstatum domino. Et ibidem habetur plena forma fidelitatis, vt 22. quæst. 5. de forma iureiur. cap. ego N. Et in quo differt ab homagio, no in Clem. pastoralis. §. rursus. de re iudic.

**FIDUCIA** est contractus quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantum causa mancipamus. inde ducta appellatione, quod nulla alia re, quam fide ac probitate emptoris freti eam venditionem interponimus. Differunt autem, fiduciam contrahere, & fiduciam interponere. Nam fiducia interponitur, cum semel tantum atque ab vno accipitur, veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, vt ei cum tempus suspectum præterierit reddat. Ac contrahi fiducia dicitur, cum vicissim ac mutuo interponitur, veluti cum post tertiam venditionem adumbratus emptor, ita patri suum filium reuendit, vt eam pater continuo manumittat, vt l. 2. §. obicitur. ff. ad Tertul. Nam si contrahere fiduciam nihil aliud esset, quam interponere, semper contrahenda fiducia emancipatio celebrata fuisset. Nunc Iuliania aperte testatur in Instic. emancipationes non contracta fiducia fieri posse, etsi olim facta fuissent, patrem filio suo intestato successarum non fuisse. §. vl. de Leg. agn. success. Nonnulli autem fiduciam interpretantur legem reuendendi venditioni adhibitam: à quibus idcirco dissentio, primum, quia fiducia non pactum, sed ve-

tus principalisque contractus est. Deinde quia ista ratione nunquam emancipatio, non contracta fiducia facta fuisset.

**FIDUCIARIA** vs dicitur is, in quem simulatè aliquid ad tempus ea lege alienatur, vt vel nobis ipsis, vel ei quem nominauimus restituat. Hinc,

**FIDUCIARIUS** pater dicitur is à Caio in Inst. cui pater verus filium suum simulato mancipat.

**FIDUCIARIA** tutela, quæ alicui ad tempus commissa est, & concredita.

**FIDUCIARIUS** tutor, is cuius fidem in ea tutela ipsi ad tempus credenda secuti essemus. Verum consuetudine sermonis à recta via nominis paulisper deflexum est.

**FIDUCIARIUS** seruus pro oppignerratus. Paul. lib 2 Sen. ent. cap. 12. [Quicquid creditor per fiduciarium seruum quaesuit, soluitur debiti imminuit.]

**FIDUCIARIAM** operam legatus Imperatori suo præstare dicitur à C. Casare, cui imperium ad tempus commissum est, vt eo exacto Imperatori suo illud restituat.

**FIDUCIARIA** hereditas est eadem quæ fideicommissaria. l. certi. ff. si certum petat.

**FIDUCIARIA** venditio dicitur, in qua pactum redimendi interponitur.

**FIDUCIARIUS** hæres is est, cuius fideicommissum est, vt alij hereditatem restituat. l. Seius ad Trebellianum.

**FIERI** in continenti dicitur hoc, quod potest committi iudicis arbitrio, vt dicit Rianus de appell. c. an sit. in glo pen. id est, in actu se tenente, hoc est, ante, quam contrahentes se ad alium actum

& negotia diuertant. ff. de Verb. oblig. l. continuus, vide supra facere, vbi de hoc.

**FIGLINA**, æ, est officina figuli, id est, illius qui facit vasa fictilia, Plin. lib. 2. [Figlinas, inquit, primus inuenit Choræbus Atheniensis.] Idem lib. 35. [Ineruditis fictilibus vtuntur, donec figlinum percoquatur.] Id est, opus figuli in figlina factum, Iurisconsultus de fund. instr. l. fundi. [Cum in fudo, inquit, figlinas haberet,] & in tit. de seruitutibus rusticorum prædiorum sape. Nebriss.

**FIGLINÆ** dicuntur loca in quibus figuli exercent officia sua vel artem.

**FIGLINVM** opus, arte figuli perfectum. Paul. l. 19. §. 1. ff. de Seruit. vrb. præd. [Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere factam iure haberi licet.]

**FILIVS** est is, quem nuptiæ demonstrant, ff. de in Ius voc. l. quia mater. vel per confessionem patris & matris. c. Transmissæ. qui filii sint legitimi. vel per affectum, extrâ, de Præsumpt. afferte. 2. q. 6 ad Romanam & statutis his coniecturis donec probetur contrarium, secundum glos. in Sum. tit. de Nat. ex lib. vent.

**FILIVS** largè & secundum veram significationem verbi, se extendit non solum ad veros filios, sed & ad nepotes & alios quos amore prosequimur, quia dicitur à φίλος quod est amor: verum secundum vsum & consuetudinem non, sed tantummodo de propriis filiis intelligitur.

**FILII** nomine in statutis filia non venit Feli. in Rubr. de fid. instr. col. si. & generaliter an & quando filij appellatione contineatur filia, tradit latissimè Bart. in l. 1.

de Verb. sign. Et Dec. in l. fami. nã. de Reg. iur. An autem contineantur nepotes, tradit idem Bart. in leg. liberorum. de Verb. sign. Et palam est posthumus quoque filiorum appellatione contineri, vt in §. fin. Inst. qui testam. tutor.

**FILII** secundum Azo. in Summ. C. de nat. liber. sunt multiplices. Aliqui sunt naturales & legitimi, vt qui nascuntur per legitimum thorum. Alij sunt legitimi tantum vt adoptiui. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina vnica & in domo indubitato affectu coniuncta. Alij neque naturales, neque legitimi, vt qui ex illicito & damnato coitu nati sunt: de his omnibus est glo. Inst. de adoptione in princ. & gloss. in c. per venerabilem. qui fil. sint legitimi.

**FILIVS** adoptiuus. Require supra, [Adoptio.]

**FILIVS** FAMILIAS dicitur qui est in potestate patris vel parentis. l. nam ciuim. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

**FILIVS** naturalis & bastardus idem important. gloss. est in rubr. ff. de Concu. Bart. in l. ex factis. §. si quis rogatus. in fine. ff. ad Trebellia.

**FILII** spurij dicuntur qui de adulterio ex soluta cum non soluto, vel è conuerso, concepti sunt. c. transmissæ. præal. l. vulgo. ff. de Stat. hom.

**FILIA** TER, filiastra, est filius vel filia ex alio coniuge genitus vel genita, non ex eo quem mox habet mulier. 30. q. 1. si quis filiastrum.

**FILIATIO** probatur, vt per Doct. in l. Lucius. ff. de Conditio. & demonstr. per communem nominationem parentum, & quod  
natus

natus est in domo mariti commo-  
rantis uxori vel concubina. l. fi-  
lium. ff. de his qui sunt sui. gl. c.  
Michaël. de fil. presbyt.

**FINI** ablativus apud Iurisconsult.  
vsuatus, pro vsque ad finem, vs-  
que ad modum & quantitatem.  
Papi. l. 1. ff. de Pigno. [Pactō pla-  
cuit, ut ad diem vsuris non solu-  
tis, fructus hypothecarum vsuris  
compensaret fini legitimæ vsu-  
ræ.] Sic in l. 15. ff. ad l. Falcid. ff.  
de comp. l. 5. ff. de Colla. dot. l. 4.  
§ vit. de Naut. fœn.

**FINIVM** regundorum. Require  
suprà [Actio finiu regun-  
dorum.]

**FINITIMVS**, i. vicinus. c. et tuas. de  
sent. excom.

**FIRMVM** & ratum differunt: quia  
firmum dicitur esse de facto, ra-  
tum verò de iure. Bart. in leg. id  
quod pauperibus. iuncta gloss. C.  
le Episc. & cler.

**FISCVS**, siue fiscina, siue fiscella,  
textum est ex sparto. Est præte-  
rea fiscus, textum id quod oliuæ  
tricæ immittuntur, ut torculari  
expressæ exsudent oleum cum  
amurca. Columella. libro 12.  
[Intrita oliua nouo fisco inclu-  
ditur.] Plinius libro 15. [Fiscinas  
olearias spongia tergendas] Vl-  
pianus in tit. locati. leg. sed ad-  
des [fiscos, inquit, quibus ad pre-  
menda olea utimur.] fiscus ex  
sparto quoque est saccus in quo  
numeriosiores pecuniæ adseruan-  
tur. Iuuenal.

*Incrementa domus, arata mulcus  
in arca Fiscus.*

Sed quia principis pecuniæ ve-  
tigales ita magnæ sunt, ut ne-  
queant loculis aut crumenis mi-  
noribus capi, consueuerunt de-

ferri in sporteis fiscis. Inde fis-  
cus pro pecunia publica plerun-  
que accipitur. Iuuenalis.

*Quicquid consuetum pulchru no-  
que ex aqnore toto est,  
Res fisci est ubicumque natat.*

Vnde apud Iurisconsultos titulus  
est, de iure fisci, & de fiscalibus  
debitoribus & exactoribus sæpe  
legimus. Neb.

**FISCVS** est saccus regius, in quem  
reducuntur vel cui applicantur  
bona bñitorum vel proscrip-  
torum. Taliter accipitur. ff. locati. l.  
sed addes §. fiscos, vel est regij,  
vel imperialis thesauri congrega-  
tio, vel imperialium bonorum  
collectio, vel privilegium, quia  
fiscus multa habet priuilegia: ut  
not. Azo in Sum. C. de pri. fis. ad  
quod vide not. C. de iure fis. in  
rubri. Et nota quod differentia  
est inter fiscū & Remp, sicut inter  
speciem & genus. Fiscus enim est  
bursa solum de commodo pecu-  
niario, sed Resp. pecunias, hono-  
res, præmia, & alia considerat, no-  
ta. in l. mancipia. C. de ser. fugi.

Imo in præal. §. fiscos: nomen fisci  
vas ex viminibus contextum sig-  
nificat, ut ibi animaduertit Bud.  
Et quæ olim esset differentia in-  
ter fiscum & ærarium, vide suprà  
in Verb. [Ærarium.]

**FISTVLÆ**, tubuli per quos aqua  
ducitur, Vlp l. 15 ff de Act. empt.  
[Lines & labra salientes, fistulæ  
quoque quæ salientibus iungun-  
tur.] Idem l. 12. §. 14 ff. de Instr.  
vel Inst [fistulæ autem & canales  
& crateres, & si qua sunt alia ad  
aquas salientes necessaria] Sic in  
l. 12 Digest. si seruit. vindic. l. 47.  
& l. 49 & l. 68 ff. de contrahenda  
emptione. l. 17. de seruit. v. b.

**FIT** & [sunt,] hæc verba non tantum respiciunt præsens, sed etiam futurum. 25. q. 1. generati. in tex. & in gloss.

Malè hoc not. auctor ex eod. text. nam loquitur de verbo fit, quod gloss. extendit etiam ad verbum

**FIA T**; non de verbis **FIT** & **FIV NT**, quæ nullo modo aprari possunt ad tempus futurum.

*De F ante L.*

**FLAGITARE** in l. 2. de priu. deli. est instantèr pudicitiam alterius attentare, vt docet ibi Bud.

**FLAMINES** dicebantur sacerdotes gentiliùm, à filo quo in capite vtebantur, à quo dicebantur flamines quasi filamines nam nudis eos capitibus penitus incedere nefas erat. dist. 22. cler. post medium. Inde archiflamines & protoflamines, vt eadem dist. 5.

**FLAMISSAE** ab antiquis dicebantur, quos thesauros Græco nomine appellamus: quod in iis non rude æs argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur, vt not. Gel lib. 2. c. 10.

**FLAVIUS**, cognominatus est Iustinianus Imperator, non quod Flavius deuicit, vt Accursius interpretatur, neque quod capillos habuerit flavos, quod nusquam legitur, sed quod fuerit ex gente Flauia ex qua fuerunt Vespasianus, Titus, & Domitianus. De quo Iuuenalis.

*Dum iam semianimem lacretaret  
Flavius orbem  
Vltimus.*

**FLOET** nomine intelligitur habitus habens manicas longas & amplas. Cuculæ verò nomine, habitus

longus & amplus sine manicis, vt in Clem. ne in agro. §. cum verò. de itatu mona.

**FLUCTUARE**, id est, dubitare. 22. dist. in 2. cap. illa.

**FLUMINVM**, ait Vlp quædam sunt perennia, quædam torrentia: perenne est, quod semper fluat, *αἰεταός*, torrentis *ὄρεμα πρῖος*, i. hyeme fluens, si tamen aliquod ætate exaruit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne est; fluminum quædam publica sunt, quædam non publica Flumen esse Cassius definit, quod perenne sit, ex l. 1. §. 1. de fluminibus. vide [Aqua profluens.]

*De F ante O.*

**FOCARI** mediastini, qui focum curant, l. 1. §. caupones ff. Nau. caup. stab. l. quæsitum. 1 2. §. Trebatius. & §. seq. & l. si ita ff. de Inst. & iur.

**FOCARIA** dicitur pro concubina. in l. 3. C. de Donat. inter vir. & l. 1. C. de Cond.

**FODINAE** dicuntur loca vel foues vbi aliquid foditur. dist. 21. cler. Inde dicuntur ferrifodina, foueæ vbi foditur ferrum, & aurifodina vbi foditur aurum.

**FOEDERATI** sunt, non (vt Accurs. putat in l. non dubito de capti. & postli. reuer.) quibuscum induciæ factæ sunt, sed cum quibus populus Rom. amicitiam (vulgo ligam) vocamus (coierat, sociosque appellabat. Bud.

**FORDERIS** duo genera ex Proculo in leg. 7. ff. de Cap. & postlim. colliguntur, qui vnum appellatur æquum amicitia causa factum; alterum iniquum, siue impar, cum pactio fit, vt is populus alterius populi maiestatem eomineretur, quod adiicitur (inquit) vt intelligatur, non parè, iure vtrumque



- que populum esse, sed hunc altero in superiorem. Litius tamen lib. 34. his duobus subnectit tertium genus, quo bello victis leges dicuntur.
- FOENBRARE** apud Iuriconsultos, est fœnori pecuniam accipere, vt annotauit Alc. l. 4. de Ver. sig.
- FOENBRIS** pecunia, quæ fœnori datur §. penult. Inst. quod cum eo.
- FOENVM** an veniat appellatione frugum not. in l. 1. §. Labeo. ff. de Aqua plu. arcen. Et sumitur fœnum octo modis secundum Archid. in c. vnum orarium. §. pen. 25. distinct. Venit autem appellatione fructuum, vt est text. in l. si V usufructuarius messem. ff. quibus mod. vsufr. amittat. & in l. pratium. ff. de Verb. signif. & Ludou. Rom. in suo not. 556.
- FOEDVS**, pro fœditas, Paul. l. 3. ff. de Rit. nup. Nec enim honos ei seruat, quæ se in tantum fœdus deduxit, alij habent **SCÆLVVS**.
- FOLLIS**, pro marsupio & sacco pecuniarum, vnde in folle offerre, l. 82. ff. de Cond. & demonstr. Hinc,
- FOLLIS** senatorius, dictus est posterioribus temporibus, tributum quod senatores imperatoribus pendebant, quod abrogatur per l. 2. C. de Prætor. lib. 12.
- FOMENTA**, sunt medicamēta, dicta à fouendo, hoc est, calefaciendo & recreando. Ouid.
- Fomenti que inuas vulnera nostra tuis.*
- Inde est fomentare, & fomentatio, vt apud Iuricon. ff. de legat. 3. l. si cui. Nec ea quidem quæ fomentationis causa parata sunt.
- FOMES** carnis est languor naturæ, vel animæ, qui appellatur concupiscentia carnis. l. 5. q. 1. c. meri-
- tum. §. itaque. & non est peccatum, sed pœna peccati. Et dicitur animæ infirmitas, quia accedit animæ ex coniunctione carnis §. itaque. præall.
- FORANEVS** dicitur, qui forum tenet, vel de foro venit. 3. quæst. 6. peregrina.
- FORENSIS** actiones, quæ alibi ciuiles, siue rei familiaris, priuatæ aut pecuniariæ dicuntur. Vlp. leg. 1. ff. de Incen. nauis. Et quanquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones, at tamen re-ctè prætor facit, qui forenses quæque actiones criminibus istis præposuit.
- FORESTA**, est locus vbi feræ inhabitant vel includuntur, gloss. in c. cum dilecti. de donat. aliàs dicitur lacum nemus. de his ponit Fel. in cap. Rodolphus. in 1. vers. [quid autem sit foresta,] de Rescrip. Et vbi quis habet vsu vendandi secundum Bern. de Donat. cum dilecti. in gl. 1.
- FORMA** sutoris, est lignum illud quo calcei informantur. Horatius 2. Serm.
- Si scalpra & formas non sutor, nautica vela, &c.*
- Vlp. in tit. ad l. Aquil. l. sed & fin. [Si forma, inquit. calcei ceruicem percussit.] Item Vlp. tit. locati. l. item queritur. [Si forma calcei tam fortiter ceruicem percusserit.]
- FORMA** facies cuiusque rei seu figura. leg. mulieris. de Verb. signif. quandoque sumitur pro ordine, hoc est, decuria vel classe. l. scriniis. Codice de Pala. nonnunquam pro ligno quo calcei informantur, leg. sed & si. ad leg. Aquil. A Doct. verò plerumque accipitur, pro solemnitate quæ à iure requi-

- requiritur in conficiendo aliquo actu.
- FORMVLA**, require supra A&io.
- FORMIDOLOSVS** pro timido. §. sin autem. Inst de Pupil. subtit.
- FORNICARIVS**, idem quod pistrinarius vel pistor. leg. si seruus ff ad l. Aquil.
- FORNICARIJ**, in l. quidem. de vsur. sunt opifices propolæ, institores, qui à fisco conducunt tabernas sub arcubus, qui fornices appellantur, vbi merces suas venales habeant. Bub.
- FORNICATIO** est cuiuslibet illiciti coitus genus, qui fit extra uxorem legitimam, specialiter in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum.
- FORSITAN** quandoque capitur non dubitative, de vot. & vot. redem. cap magna. & sic est expressiuum veritatis. de procu. v.æ. 33. q. 2. admonere. circa medium. & de pœn. distinct. 1. quamobrem de suppl. neg. prala. cap. 1. lib. 6. vide gloss. in cap. 2. de test.
- FORTIS** quando fit dubitatum facti, & quando iuris, not. Arch. l. 1. q. 3. nolite etiam. quandoque capitur certitudinaliter pro expressiuo veritatis, & non pro nota dubitationis: vt in multis iuribus.
- FORTUITVS** casus, est inopinata rei euentus qui prævideri non potest: vbi ergo diligentissimus præuidisset, non est casus fortuitus, vt in cap. Ioannes, de homicida. Et de materia casus fortuiti, vide Abb. in dict. cap. Ioannes. num. 2. vbi etiam dicit Abb. quod casus fortuitus non imputatur dando operam rei licitæ: secus si rei illicitæ, vt in cap. dilectus, eodem titulo de homicid. Et not. casus in quibus diligentissimus provide- re non posset in l. si quis domum. de Losa.
- FORTVNA** singulari numero pro facultatibus & opibus. Scæuola leg. 40 §. 5. ff de stat. li. [Argentarius coactor, cum penè totam fortunam in nominibus haberet, seruis actoribus libertatem ita dedit.]
- FORVS** est exercendarum litium locus, à fando dictus, vel à Phoro- neo rege, qui primò Græcis legem dedit, vt extra, de Verborum signific. cap. forus. & 6. distinct. Moyse.
- ITAM FORVS** idem est quod tribunal, & vt Azo dicit, forus ponitur pro bursa: & alio modo dicitur formatium, vt ait Placent. de quibus sedilia iudicantium conficiuntur: idemque appellatur prætorium. Tribunal autem dicitur maiorum iudicum, scilicet qui habent merum imperium. Papa autem propriè dicitur confistorium. Item est planities in nau. Item est locus vbi merces reponuntur. Item est foramen rei inanis. Item scriptorium foraminosum pro imponendis pen- nis, & cornibus vel calamis ad scribendum deputatis. Et hæc significata habet forus vt plurimum in masculino genere, secundum Host. in Summa, de foro compet. §. 1.
- FORVM** autem in neutro genere secundum Hostien. ibidem ponitur pro loco deputato ad emendam vel vendendam res. Aliter autem secundum Azonem dicitur districtus ciuitatis, vel territorium iudicis in quo animaduertere & punire habet delinquentes leg. pupillus. §. territorium ff. de Verb. sign. Et veniunt ibi quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis: & dicitur quasi fodium, eo quod qui in districto ad fodia vel munera seu angarias compelluntur.

pelluntur. Vel dicitur à ferendo, eo quòd munera subeunt & ferunt. Aliter Goff. & Host. ibidem conuenientes Forum, inquit, est idem quod tribunal, quia tribunal fortè habeat aliquam similitudinem cum foro, quia sicut in foro vñali, quod nos nominamus forum, conueniunt multi vendentes & ementes, siue res vñales inferentes, sic etiam in foro iudiciali, scil. in tribunali, conueniunt multi litigantes, seu contentiones & lites inferentes, & exinde definitiones reportantes.

**FORO** cedere, in l. si hominem. ff. Depof. dicuntur argentarij, cum tabernis, id est, mensis suis cedentes, quas in foro publico Romæ conductas habebant, aliò habitatum migrabant. Bud.

**FOSSA** est, ait Vlpia. recepraculum aquæ manufactum. l. 1. §. 1. ff. vt in sum. publ. l. vnic. in fin. ff. de Rip. inund.

**FOSSA TVM**, pro fossa qua castra cingebantur. Modestinus l. 3 §. 2. ff. de Re mil. [Is qui exploratione emanet, hostibus insistentibus, aut qui fossato recedit, capite puniendus est,] id est, à castris fossa cinctis.

### De F ante R.

**FRAMEA** accipitur pro lancea, seu hasta, de qua meminit Iuuenalis, dum dicit:

*Et Martis frameam, & Titvæ spicula vatis.*

Et ita debet intelligi locus Vlp. in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata. licet aliqui aliter intelligant: vbi Iurisconf. interpretatus frameus, Rompheus.

**FATER** dicitur quasi ferè alter.

**FRATRIS** appellationis continetur soror. text. in l. Lucius. §. questum. ff. de leg. 3. & not. in leges tres fratres. ff. de pact.

**FRATRES** communiter dicuntur omnes Christiani, tã laici, quàm clerici per lauacrum regenerationis in baptismo. can. ad mensam. xi. q. 4. Item ante Concilia Apostolorum in primitiua ecclesia omnes appellabantur fratres Discipuli Christi, 21. dist. sacrosancta. propriè tamen religiosi mendicantes non habentes bona in communi, fratres dicuntur, & alibi habentes bona in cõmuni, vt ordinis sancti Benedicti, Bernardi, &c. qui monachi dicuntur. Clem. dudum. de sepul. & Clement. exiui de paradiso. de Verb. signific. & secundum Panorm. monachi non appellantur fratres propriè, licet largè loquendo sic. Sic etiam de Monialibus, quæ de ordinibus mendicantium dicuntur sorores, & aliz Monachæ Moniales vel sanctimoniales.

**FRATERNITAS** quot modis sumatur in iure, not. Ioan. Andr. in commento de reg. Ioannes de Reg. & transeunt ad reg.

**FRATRES** consanguinei, sunt fratres ex eodem patre, & eodem sanguine geniti. §. sunt autem. Inst. de leg. agnat. success.

**FRATRES** patruales, sunt duorum fratrum filij, vt d. §. sunt autem. & Inst. de grad. §. quartus gradu.

**FRATRES** vterini, sunt filij eiusdem matris, vt exponit gl. Inst. de Leg. agnat. success. §. hoc etiam.

**FRAUS** idem est quod dolus: Notæ tamen quamdam differentiam in l. iurisgentium. §. prætor. ff. de pact. vbi vide. hic tamen fraus capitur prout sic legi, quando quis tacit

facit contra significatum legis, quaesita palliatione qua videatur non agere in fraudem legis ff. de Legi. l. fraus. verbi gratia, filius familias indiget pecunia, petit à me sibi mutuari, video quòd per hoc incidere in senatusconsultum Macedonianum: pecuniam non mutuo, sed frumentum vt vendat, & pecuniam habeat, ne videat incidere in Macedonianum: certè ego nihilominus incido, vel l. sed Iulianus §. mutui ff. ad Macedonia. Fit ergo fraus legi, quando fit contra significatum legis, palliatione quaesita: sed fit contra legem, quando fit cõtra id quod per legem significatur, nulla palliatione quaesita. ff. de Legi l. contra legem Ex his patet quòd si bona fide mutuo filiosfam. frumentum, credens ipsum indigere, non incido in Macedonianum, quia nec factò nec animo facio contra eius significatum. Et hoc etiam si fit error intolerabilis, quia fraus requirit animum: secus si pecuniam mutuas errans in iure, quia talis error non excusaret, eo quòd factum est contra significatum legis, arg. l. 2. Co. ad Maced. Et not. quòd interdum fraus accipitur pro delicto. Vnde fraudem capitalem admittere, id est, tale aliquid delinquere, propter quod pœna capitis statuta sit. l. cum autem. ff. de Edil. edic.

**FABVENTER** fieri dicitur, quod assidue fit. ff. de Inoffic. testam. l. e. nam & his. de mino. leg. & si sine. Quandoque quod bis fit. in Authen. de defen. ciuit. ad fin. & ibi not. Quandoque exponitur, id est, multoties, in proœ. Decretalium. §. sanè. Quandoquè, id est, voluntariè. C. de Vfur. pupil. l. i. Quandoque id est, &

pius. ii. q. 2. non semel. habetur hæc dictio extra, vt lit. non conrect. c. quoniam frequenter

**FRIGVS CVLVVM** in l. cum hic. de don. inter vir. & vxor. sumitur pro digressu temporario vxoris ob iurgium cum marito. Sunt tamen qui legant frigusculum, eo quòd ob eiusmodi digressum aliquantisper refrigescat ardor amoris coniugalis.

**FRIVOLA** in l. solutum. de pig. act. accipitur pro vili & tenui supellectili, qualis inquilinorum esse solet.

**FRIVOLA**, inquit Festus, vasa sunt proprie fistilia casta, Vlp. l. 21. §. 4. ff. de Pignor. act. [Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulae friuola mea teneantur.] positum videtur pro supellectile hominis tenuis & inopis. Sic Senec. lib. Controu. 3. [Ego illos in friuola inuitavi nostra.]

**FRVCTVS** dicuntur qui supersunt deductis expensis quæ sunt gratia fructuum acquirendorum & colligendorum & conseruandorum, vt ff. de Per. hæred. l. si à domino. §. fructus.

**FRVCTVS** appellatione continetur collatio beneficiorum quæ dicitur esse in bonis & fructu mensæ episcopalis. notat glo. in c. cum olim. de maio. & obed.

**FRVCTVVM** autem alij sunt industriales, vt frumentum, vinum, oleum & similia, scilicet, lac & lana, quæ sine industria hominis non proueniunt. Alij sunt fructus naturales, qui ex ipsa natura proueniunt, siue magna scilicet industria hominis, vt poma, pyra, ficus & huiusmodi. Vtraque definitio potest colligi ex leg. fructus; ff. de Vsuris, de retri. spol. cap. grauis.

In gl. fin. Sunt ergo naturales fructus, in quibus factum naturale præcedit factum hominis, ut ex solo rudi usu possumus illis uti, sed industrialibus non sic solo usu rudi, sed euris adhibitis: licet enim etiã natura cooperetur, cura tamen maior requiritur, non modica & perfunctoria, sicut in naturalibus. Vide glos in leg. sequitur. §. fructus ff. de Vfuscap.

**FRUCTVS** percepti, dicuntur qui aliquo modo sunt à solo separati, & in horreis conditi.

**FRUCTVS** percipiendi dicuntur, qui immaturi sunt, quos vetus dominus possidet. de his in Spec. eod. tit. de fru. & lit. exp̄ & Azo. in Sum. C. de Rei v̄d. Unde fructus diversimodè significat accessionem, usum fructum, seu ius vrendi, fruendi, & ius fruendi dempto usu, primò significat accessionem, & hanc dupliciter: sc. strictius, ex eo quod ex prædiis percipitur, ut non cõprehendat fœtus animalium, vel vsuras pecuniarum, sicut sumitur in rubr. de usu. & vsufr. nam ibi fructus sumitur provt distinguitur ab vsura & à pecudibus, quia in his etiã fructus est. l. in pec. Dig. de vsur. non autem comprehendit partum ancillæ. Magis latè autem significat, ut etiã comprehendat vsuras, ut l. vsuræ. ff. de Vsu. Item & pensiones prædiorum. l. prædiorum. eod. tit. Secundò significat usum fructum: nam legato fructu fundi, videtur legatus vsus fructus. l. per seruum. §. si vsus fructus. ff. de usu & hab. Et notandum, quòd in fructu id esse intelligitur, quòd ad usum hominis inductum est. l. pen. de vsufr. leg.

**FRUITOR** dicitur qui fructus percipit.

**FRUCTUARIUS** est, qui rei dominus

non est, ut in l. uti frui. ff. si vsus fr. petatur. Tamè in quibusdam casibus pro domino habetur, scil. in percipiendis fructibus. ff. de Vusufr. si Titio. §. 1. Et quomodo differat ab vsuario, require infra, Vsuarius.

**FRUGES** homines appellantur, diligentes & probi. l. si vendita. ff. de petit. & commod. rei vend.

**FRUGVM** appellatione continentur omnia, quibus homo vescitur, præter carnes & poma. l. frugem. 77. de Verb. signif.

**FRUMENTVM** id esse, quod arista in se teneat, Gallus definiuit, l. frugem. 77. de Verb. signif.

**FRUSTATIM**, id est, minutatim, & quasi per frustra. 13 q. 1. Ecclesias. §. item Apostolus.

**FRUSTRA** not. Archid. de accusat. cap. 1. lib. 6.

**FRUSTRARI** tempus dicitur, cùm frustra inaniterque consumitur. l. sed etsi. §. actio. ff. Ex quibus. caus. maior.

**FRUSTRATIO** videtur vsurpari pro calumnia. l. si calumniatur. de Verb. signif. alioqui deceptionem significat.

### De F ante V.

**FVCTARE** est tingere l. i. C. quæ res vend. non poss. ferè autem ad artificiosum & adulterium colorum refertur.

**FVERIT**, hoc verbum in vltimis voluntatibus plerunque futurum tempus demonstrat. Bar. in l. hoc articulo. de Hæred. inst.

**FVGITIVVS** seruus quo distet ab errone, diximus in verbo [erro,] onis. Definitur autem ab Offilio in tit. de Adilitio edicto. in hunc modum: [Fugitivus est, qui extra domini domum, fugæ causa quò se à domino cõtuleret, mansit.]

Fugiti

- Fugitiuarius autem est, ad quem se fugitiuus receperat: locus quo. que fugitiuarius dicitur, vt apud Varronem, lib. 3. de Re rustica de cochleis: [Fugitiuarius, inquit, parandus est illis locus.] Papin. lib. 21. de Præscriptis verbis. I. si apud. [Si apud te, inquit, ego & fugitiuarius deposuimus] Neb.
- FUGITIVVS** est qui ea mente recedit, ne redeat ad dominum, licet postea redeat, vt ff. de Edil. edict. l. quis sit fugitiuus. de hoc vide Azon in sum. C. de Seru. fugit.
- FUGITIVARIJ**, olim fugitiuorum seruorum reprehenses erant: qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inuestigarent & reducerent. Hoc verbo vtitur Iurisc. in l. si apud. de Præsc. verb.
- FULCIMENTVM**, sustentaculum dictum, a fulciendo, hoc est, sustentando sine sustinendo. Macrob. 7. Satur. [Desertam iam fulcimentis suis labitur in ruinam] Apul. in 1. de asino: [Pede altero fulcimentum, quo sustinebat, repello.] Vlp. de fundo instruct. l. quæsitum. [Proinde, inquit, fulcimenta si quæ habeat.] Ant. Nebris.
- FVLTVRA** quoque idem est quod fulcimentum, dictum vtrumque à fulciendo, id est, sustinendo. Vnde Horat. per translationem dixit in 2. Sermon.
- Ingens accedat stomacho fultura rienti.*
- Et Plinius Cæcilius in Epistol. [Corporis fulturis animus sustinetur.] Vlp. in tit. si seruitus vëdicetur. l. sicuti autem. [Sicuti, inquit, refectio parietis ad vicinum pertinet, ita & fultura ædificiorum vicini.
- FVL CIMENTVM** & fultura dicuntur sustentaculum cuiuspiam rei, à fulciendo. l. quæsitum. §. regulam. de fund. instr. & l. sicut. Si ser. vend.
- FV LLO**, onis, est qui vestes polie emaculatque, non, quod vulgo persuasum est, pannarius, id est, lanificij artifex. Martialis:
- Non tam sepe teret lintea fullo tibi.*
- Fullonicam Nicias Megarensis primus omnium inuenit, vt scribit Plin. 7. Plautus in Asinaria: [Non didicisti fullonicam, non mirandum est.] Vlp. li. 47. de furtis. l. itaque fullo. [Fullo, inquit, vel sarcinator, qui poliendæ vel sarcienda vestimenta accipit.
- FVLLONES** dicuntur mundatores & dealbatores vestium, & earundem decoratores seu coloratores.
- FVLLONICAS** pro officinis fullonum dixisse videtur Vlp. in l. 3. de Aqua plu ar.
- FVLLINARE** dicitur iudex iniuste vel indeliberatè sententiam proferens sine maturitate. de Sent. excomm. c. 1. lib. 6.
- FVNCTIO** est vsus consuetus, factus ab eo quiungebarur honore aliquo aut officio. Hinc dicitur functus vita, qui iam impleuit officium vitæ. Vnde dicitur quod mutæ pecuniæ magis functionem in genere suo recipiunt per solutionem quàm specie, id est, soluendo mutuam pecuniam magis vtimur genere, id est, rei materiæ, quàm specie, id est, eodem corpore, aliter non esset mutuum vel mutuatum, scilicet, de meo tuum, sed commodatum, sc. ad commodum vtentis datum. ff. de Reb. cred. & si cert. pœ. lege mutuum.
- FVNCTIO** publica, require ff. de pub.

pub. & vet. leg. i. §. hic titulus.  
super vers. [pendantur.]

**FVNDATVR** intentio per testes vel  
instrumenta, vel confessionem  
vel euidentiã facti, vel etiam  
præsumptiue, vt est gloss. in vers.  
[fundauerit.] c. finem. de dolo &  
contum.

**FVNDVS** est, quicquid in solo possi-  
detur, puta, prædium vrbani,  
prædium rusticum. Seruius in il-  
lud Virg. 2. Georgic.

*Dives opum variarum, ac latis  
otia fundis.*

**FVNDVS**, inquit, dicitur ex eo, quod  
omnium rerum sit fundamentum.  
Vlp. tit. de Ver. sig. l. [Locus, in-  
quit, est, non fundus, sed portio  
fundi.] Fundus autem aliquid in-  
tegrum est. & eod. tit. l. quæstio. &  
iterum l. fundi. Funditus pro vasis  
pororij fundamento, ad cuius si-  
militudinem, inquit Festus, fun-  
dus dicitur ager, qui planus sit.  
Martialis lib. 8.

*Hi duo longæuo censentur Nestore  
fundi.*

Paulus lib. 41. de acq. rer. domin.  
l. sed si Cuiusmodi poculi fundus  
ille sit: [Scypho, inquit, fundus,  
aut ansa] Ant Nebr.

**FVNDVS** est mansio alicuius cum ac-  
cessionibus. Aliter definitur, vt in  
l. quæstio ff de Verb. sign. Et not.  
quod fundus est nomen homo-  
geneum, quia quælibet pars fun-  
di dicitur fundus. Sunt enim ho-  
mogenea, in quibus est idem præ-  
dicatum in parte, quod in toto, vt  
aqua, terra, lignum, pannus, &c.  
Alia dicuntur heterogenea, in  
quibus pars non capit eandem

nominationem cum toto, vt do-  
mus, cathedra, tunica, nauis, pons.  
Vnde non valet legatum fundi, &  
est derisorium. l. leg ff de Leg. 1.  
nam legando spatium palmæ de  
fundo, diceretur fundum legasse.  
Sed ibi bona gl. quod non valet  
legatum generale legando rem,  
substantiam, vel animal, quia mus-  
cam dando liberaretur.

**FVNDVS** agonotheticus, require A-  
zon. in Sum. C. eod. tit. & l. iube-  
mus. C. de fund. patr. lib. 11.

**FVNDVS** dotalis, is est qui matrimo-  
nio contracto datus est sponso.

**FVNDVS** quasi dotalis, dicitur qui  
traditus est sponso nondum secundo  
matrimonio, pro quo etiam supe-  
riori dicto facit. l. i. ff. de fun. not.

**FVNDVS** instructus, est ædificatus  
vel cultus.

**FVNDVS** ingens, est terra quæ modò  
non aratur, licet olim fuerit fer-  
tilis, aliàs quæ modo aratur, licet  
olim fuerit sterilis.

**FVNDVS** limitrophus, dicitur à tro-  
phos, i. descriptio, & limite, vel  
milite: quasi descriptus ad usum  
militum, qui milites imperium  
custodiunt, vt C. de fund. lim. l. 1.  
& l. fin. lib. 11. Aliter dicitur fun-  
dus limitofus, vt ibid. de fun. lim.  
Sed melius est dicere, quod limi-  
trophus derivatur à limite & tro-  
phos, quod est nutritor: nam hi  
fundi assignati erant nutriendis  
militibus custodientibus milites,  
seu limina imperij, vt ex eorum  
fructibus alerentur, qui & limita-  
nei appellantur.

**FVNDVS** releuatus dicitur, qui olim  
erat palustris, nunc autem factus  
est serenus, aliàs terrenus. C. de  
fun. patr. l. fin. lib. 11.

**FVNDVS** saltuësis, est fundus in quo  
est saltus. C. de fund. patr. & sal. l.  
fin. lib. 11. Require infra [saltus.]

**FVNDITVS** aduerbium est, &  
quan

quandoque exponitur, id est, [ex toto,] vt de Elect. cap. quia sape circa fin. in 6 Quandoque, id est, [penitus.] C. de sacrosanct. Eccles. leg. decernimus. Quandoque exponitur, id est, [vsque in fundo.] ff. de Vsu cap. l. fin. Item vide plenè de hoc adverbio per Bart. in Auth. decernimus. C. de sacros. eccles.

**FVNERARIA** actio. Require supra [actio funeraria.]

**FVR** est qui clam, obscure, & plerunque de nocte rem alienam amouet inuito domino, gratia lucrandi, subaudi sine armis, vt in Authent. sed nouo iure. Cod. de fur. & ser. corrupt & dicitur fur à furuo, quod idem est quod nigrum, quia vt plurimum in obscuro furatur: vnde, [Qui male agit, odit lucem.] de Officio de leg. consuluit.

**FVR** manifestus dicitur, qui in ipso maleficio est deprehensus, vel in loco in quo commissum est furtum, vel post furtum, dum tamen cum furto deprehendatur, antequam deportauerit ad locum, ad quem destinauerat. Institut. de obligatione quæ ex delict. § manifestus.

**FVR** non manifestus dicitur, qui rem detulit quò destinauit. titulo præalleg. §. sed si pertulit. vel sic dicitur qui cum re furtiua in ipso actu furandi non deprehenditur, sed iam deportauerat rem furtiuam in locum, in quem destinauerat, nihilominus conuincitur postea de furto.

**FVRTVM**, est contrectatio fraudulenta seu fraudulosa rei alienæ mobilis corporalis, quæ fit inuito domino cuius res fuit, animo lucrandi, scilicet gratia rei vel possessionis, vel vsus, vt ff. eod. tit. leg. 1. Dicitur autem furtum se-

cundum Azonem à furto, id est, nigro, eo quod clam & obscure & plerunque de nocte fiat: vel dicitur à fraude, vel à ferendo, vel à in princip. ff. eod. tit. & Institut. de oblig. quæ ex delict. nal. in prin. §. furtum autem.

**FVRTI** actio, require supra [actio furti.]

**FVRTI** conditio, require supra conditio.

**FVRTVM** conceptum, est cum quis presentibus testibus apud aliquem rem furtiuam quærit & inuenit, vt Institut. de Oblig. quæ ex delict. nascuntur. §. conceptum furtum.

**FVRTVM** domesticum, dicitur quod serui dominis, liberti patronis, mercenarij illis, apud quos degunt seu operantur, furriperint, l. respiciendum. ff. de Pen.

**FVRTVM** oblatum, est cum quis rem furtiuam alicui obtulit, vt potius penes eum, quàm penes se inueniretur.

**FVRTVM** prohibitum dicitur, cum quis volentem rem furtiuam quærere prohibuit, vt dicto titulo de Obligatione, quæ ex delict. nascuntur. §. est etiam. vbi dicitur, quod hæ actiones furti concepti, obligati, prohibiti, & non exhibiti, in deuetudinem abierunt.

**FVRTI** osus differt à mente captus nam furiosus furore quodam animi agitur: Mente captus verò magis in quiete est, nullaque signa extrinsecus ostendit, idemque est qui & demens. ita Doct. in §. 1. Inst. de curato.

**FVRTVM** ponitur pro præterito, vt ff. si cert. petat leg. vltim. secundum vnam lecturam. Quandoque futurum comprehendit præteritum, vt ff. de iure codicill. lege plotiana.



## De G ante A.

**GALLINARVM** Iustinianus duo facit genera, vt alia mansuetæ sint, alia natura feræ. §. Gallinarum. l. 2. de Rer. diuis. & l. 5. in fin. ff. de Acquir. rer. domin. Varro li. 3. c. 9. tria constituit, Villaticas, rusticas, & Africanas. Columella lib. 8. c. 2. Cohortales, rusticas & Africanas. Villaticas vterque & cohortales appellat. quas alitum vbi que, tum in villa videmus. Rusticas autem & syluestres eas vocant, quæ iustinianus feras nominat, quæ ab aucupibus capiuntur, & in seruitute non seruant.

**GALLICANTVS** est in secunda hora noctis. C. de transact. l. non minorem iuncta gloss.

**GANEA**, est amica vel amasia: & non potest eam scholaris inuitis sociis in hospitium ducere. l. non aliter. ff. de Vlu & hab.

**GARVM**, falsugo erat ex quibusdam piscibus, puta scombro, halece, lacerto, & huiusmodi: vtebantur autem eo pro falsamento siue conditura aliorum ciborum. Gari meminerunt Poëtæ multis in locis, Plinius, Apitius, Galenus, cæteri Vlpianus libro 33. de penu leg. l. qui penum [Garum, inquit, amarca, mel.] Accursius falsamenti genus esse dicit, ipsa veritate coactus, sed quod sit non dicit. Ant. Nebr.

**GASTALDVS**, est maior dominus, qui habet curam exteriorum rerum episcopi.

**GAZOPHYLACIYM**, est locus vbi chartæ reponuntur, extra, de probat. cap. 1. & ibi per Bernardum, secundum vnam lectionem, sed rectius ibi legitur chartophylacium: nam gazophylacium est repositorium gazæ: quæ vox est

Voc. Iur.

Perfica, quicquid possidemus significans.

## De G ante E.

**GEMMÆ**, secundum Pomponium in l. etsi non sunt. §. fin ff. de Aur. & Arg. legat. sunt perlucida materia, veluti smaragdi, chrysolithi, amethysti: lapilli autem sunt contraria natura gemmis.

**GENEARCHICA** prædia *γενεαρχικα* & *γενεαρχικα χωρια*, dicuntur in Nouell XXI. quæ princeps atque auctor generis familiæ suæ reliquerat, ea lege, vt in eo perpetuo manerent, neque ad alios transferte possent, vsque eò, vt etiam feminæ ab iis excluderentur: quod Armeniorum institutum à feudorum ratione non omnino alienum Iustinianus ea Nouella sustulit.

**GENER** meus, est maritus filiz meæ, vt in l. non facile. ff. de Gradibus, & affin.

**GENER** etiam dicitur, neptis, proneptis, & deinceps, maritus, nendum filiz. l. generi. de Verb. sign. Imo non tantum maritus, sed etiam sponsus. l. Labeo & leg. Seruius. de Grad & affin.

**GENER**, i. consanguineus, in Auth. de incest. nupt. in princip. Atqui vox generi in d. Auth. deducitur à genus, non à gener.

**GENERALIS** abolitio Require supra. [Abolitio.] & vide de hoc Azon. in Sum. C. cod. tit.

**GENERALI** sermone persona loquentis intelligitur excepta, de iureiuran. c. petirio, vbi concord. in gloss. Et intelligitur hoc regulariter, quia fallit interdum, vbi obligatio vel pactum præcedit, quod inducit æquitatem quandam includentem etiam personam loquentis, vt si recepissem 10.

u asc.

à te, & promississem tibi dare turrim contra omnes homines, tunc teneor etiam dare contra me ex pacto. de hoc in cano. de forma. 22. q. 5. quandoque etiam generali sermone nec familia loquentis intelligitur.

**GENERALIS** locutio, generaliter est intelligenda ff. de Offic. praesid. l. praeses. licet generale verbum non sit semper generaliter intelligendum. de iureiur. c. ad nostram. in gl. ult.

**GENERALITER** dicitur quod imo etiam indefinitè intelligendum est. de coniu. lepro. c. quoniam in gloss. super ver [generali.] & 19. dist. si Romanorum. ff. de Publicia. l. de pretio.

**GENERALIA** verba sunt ad civilem modum referenda. ff. de serui. l. si cui. & generalia verba accessorie apposta restringuntur ad locum principale. l. praedictis. in prin. ff. de leg. 3.

**GENERALIS** allegatio, quando sufficiat, & quando non, not. in cap. vestra de cohab. cleri.

**GENERALIS** clausula significat eius significatum probare, vel significare probat, & tunc non pertinet ad expresse nominata. ff. de Verborum obligatione, leg. doli. verbi gratia, testator filios instituit, & inuicem substituit, & post filium exheredauit, quae exheredatio vel clausula non reuertitur ad institutionem, imo ad substitutionem, vt in leg. 1. in fin. Cod. de lib. prater vel exhered. Item ibi, pater vnam filiam instituit, & filium exheredauit: deinde alium filium substituit: exheredatio refertur ad totum gradum institutionis: vt lege 3. § filius ff. cod. titulo.

**GENITALIS** feritas, id est, à genere proueniens. Institut. si

quadru. pauper. fecisse dicatur. §. primo.

**GENITIVVS** importat dominium. Felin. in cap. quia 5. de iudic. in princ. non tamen semper importat dominium. & sic aliquando denotat nudam detentionem ex communi vsu loquendi, vt sunt isti simplices detentores, depositarij, commodatarij, & coloni, qui solent appellare possessionem suam, quam colunt. de quo vide bon gloss. in l. 2. ff. de Origine iuris. adde tamen quod genitiuus ex propria & stricta significatione verborum denotat dominium, & ideo genitiuus positus in statuti debet intelligi in dominio vero. Abbas in cap. 1. de postul. prelato. vers. vide tamen ad principale. & per Bart. in l. 1. §. potestatis. ff. de pecul. & in leg. parui. ff. nau. cau. stab. & in rubr. de Noui oper. nunciat. ff.

**GENITORES** nostri dicuntur, nostri priores maiores. in Auth. de man. princ. § 1.

**GENO** pro gigno, Vlpianus lege 17. §. 1. ff. de Legat. & fideicommiss. primo [Si qua filia mihi genitur, ei haeres meus centum dato.] Idem lege 13. §. vltimo, ff. de Rebus dub. [Si quis mihi filius aut filia genitur, haeres mihi esto.] Priscianus lib. 10. [Gigno genui, pro quo geno verustissimi protulerunt.] Varro in Andabata: [Sed quod haec loca aliquid genunt.]

**GENS** & populus idem sunt, & ideo quot faciunt populum, tot faciunt gentem. l. omnes populi. de Institut. & iur. & Inst. de iur. natur. gen. & ciu. §. omnes populi Decem autem faciunt populum vt est gloss. in cap. 1. de Ele. vide Bartol. in leg. sicut §. in de curionibus. ff. quod quisque iur. & in

& in lege prætor. ff vi bon. rap. Sæpe tamen gentis appellatio refertur etiam ad agnationem. l. pronuntiatio. de Verborum fignificatione. vnde & gentiles pro agnatis feu qui de eadem funt familia.

**GENVINA** pietas in lege 3. de lib. homin. exhi. pro ingenuo patris in filium affectu atque amore.

**GENIVS** est, Deus vniuscuiusq; hominis præses, cui nos Angeli boni nomea indidimus. Symmachus in oratione contra Christianam religionem, cui respondit D. Ambrosius. [Vt animæ inquit, nascentibus, ita populis fatales genij diuiduntur.] de genio principis Pers. poëta, [Diis igitur genioque ducis centum paria ob res egregie gestas induco.] Vlpianus lib. 12. de iureiur. leg. si duo. [Si quis, inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis.] Ant. Nebrissenf.

**GENVS** est quod prædicatur de pluribus differentibus specie, gl. Instit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. constat. vers. [plebiscitum.] vt hoc genus, animal, prædicatur de homine, equo, leone, & alijs animalium speciebus. Dicimus enim, homo est animal, leo est animal, & ita de alijs. Ferè tamen semper Iurisconsulti sumunt genus pro specie logicorum. imò & quandoque ponitur genus pro toto, sicut & species pro parte, vt in præalleg. §. plebiscitum nam ibi dicitur plebem differre à populo sicuti species à genere, quòd vtrique falsum est, si accipiamus genus & speciem prout dialectici, cum secundum eos posita specie ponatur & genus sub quo comprehenditur, & tamen posita ple-

be non ponitur populus.

**GERERE**, respice in versic. [agere.] & in verb. [factum.]

**GERERE** pro hærede quid sit, palam est ex §. vlt. Inst. de hæred. qua. & differ.

**GERITIO**, pro gestio. Vlpia. lege decimaquarta, ff. de Relig. [licet ex hoc ipso neque pro hærede geritio, neque aditio præsumitur.]

**GERMANVS** dicitur frater ex eodem patre natus. §. hoc etiam Instit. de legit. agn. suc.

**GERMANICVS**, Drusi Neronis filius ex iuniore Antonia, M. Antonij Triumviri filia à Tiberio Cesare patruo adoptatus fuit, quòd ab Augusto non alia ratione fuerit adoptatus, quàm si ab eo Germanicus adoptaretur. ex Tranquill. Et Iustinianus Imperator lib. Institutionum primo, sic inquit, [Diuus Augustus non antea Tiberium adoptauit, quàm is Germanicum adoptauerit, vt protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos esse.] Accus. tanquam de personis ignotis & obscuris loquens, quendam nomine Tiberium, & quendam nomine Germanicum appellat, qui quasi non sit Tiberius qui successit Augusto in principatu, & Germanicus ille qui præterquam ingenij monumenta quæ adhuc extant, & præterquam quòd Gaium Caligulam genuit, & quòd quæsturam per quinquennium administravit, & quòd bis consul fuit, quique mortuo Augusto cum ab exercitu Cesar salutaretur, Imperium recusauit, atque de Germania triumphauit, vnde illi cognomentum: quique ad orientem profectus, Armeniæ regem

superavit, Cappadociam in provincia formam redegit, atque Antiochia obiit, agens ætatis annum quartum & trigessimum. Ant. Nebr.

**GERMINA**, sunt virgulta de radicibus arborum enascentia, unde germinalis arbor in l. diuortio. §. puto. sol. matr. in Pand. Fl. gremiales, in aliis cremales.

**GERONTOGOMIUM**, locus est ubi hi, qui ob senectutem vires amiserunt, aluntur & curantur, de quo meminit Imperator in l. illud. §. 1. & ibi gloss. C. de sacros. eccles.

**GESTATIO**, locus quo gestabantur sanitatis, vel voluptatis gratia. l. competit. §. si quis. ff. quod vi aut clam.

**GERITUM**, inquit Labeo, significat rem sine verbis factam. l. 19. de Verb. signif. Itaq; quicquid priuatus ad rem familiarem pertinet, nec agere, nec contrahere dicitur, sed gerere; Veluti cum pro hærede aliquid facit, aut pro tutore, aut pro domino. Varro li. 5. de ling. Contrà Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit neque facit: sed gerit, id est, sustinet. Translatum ab his qui onera gerunt, id est, sustinent. Sic gerere negotium dicitur, qui res absentis curat. Itaque negotia gessisse, pro codice accepti & expensi conscripsisse, legimus apud Paulum in l. 9. Quædam, ff. de Edend.

**GESTUM** in republica municipium accipere debemus, pecuniam publicam tractare, siue erogandam decernere. l. 2. ad Munic.

**GERUNDIUM** sumitur pro eo quod per hanc dictionem significatur, & significat conditionem, declarationem, modum vel quod suum significatum vel aliunde

sumptum significare probat. Verbi gratia, duo sunt instituti, & vnus alteri substitutus: si vnus repudiat partem suam, adeudo partem alterius deficientis, ex substitutione pars per ipsum repudiata sibi quaeritur: hoc gerundium [adeundo] exponitur conditionaliter, scilicet si adierit. l. si tu ex parte. & ibi not. ff. de Acquirend. vel omittend. hered. Item ibi vim facit, qui possidentem non permittit vi arbitrio suo, siue ædificando, siue arando, vel serendo, vel quicquid aliu faciend. l. vim facit. ff. de vi & vi arm. significat declarationem illorum verborum, & non potest significare conditionem, quia refertur ad verbum presentis temporis, quod est facit. Nec est ibi aliqua dispositio, quæ potest suspendi per hæc gerundia ædificando, arando, &c. Sed ibi, lego ad monumentum faciendam, significat modum. l. quibus diebus §. si. ff. de Cond. & demonst. Et diff. entiam inter conditionem, & modum, vide gloss. 2. cap. verum. de condit. appof. unde: Scito quod vt modus est, si conditio, quia causa. Item ibi, [lego pro docendo talem discipulum,] significat conditionem, quia moris est prius docere quam salarium solui. l. nec semel. ff. quando dies leg. ced.

### De G ante I.

**GIBBEROSVS**, pro gibber siue gibbosus apud Caium in l. 3. ff. de Ed. edict.

**GIFPARAE**, id est, signa. no. l. 1. & ibi gloss. Cod. nemini licere sign. salu. Chr. &c. in gloss. est elisa.

**GYNCEPARI** sunt, qui pannos impe

Imperiales texunt, inferendo le-  
ticum & aurum.

GYNECIUM, est locus ubi hæc fiūt,  
vt C de Muri. & gyn. lib. 11.

GYMNASIUM, locus est ubi nudi  
exercentur, maximè in palæstra:  
quoniam γυμνός nudus inter pre-  
tatur. Manilius lib. 4.

*Gymnasium præfert vultus, for-  
tisque palæstras.*

Et per translationem pro schola  
& litterarum exercitio. Iuven.

— *transi*

*Gymnasia atque audi facinus  
maioris Abolla.*

De excusa. l. [sed & Medicos, in-  
quit, immunes esse à gymnasiis.]

*De G ante L.*

GLADIUS, pro iure & potestate ani-  
maduertendi in facinorosos. l.  
imperium de Iurisd. om. iud.

GLADIATORES, gladiis pugnan-  
tes, etiam discendi causa.

GLANDIS nomine omnes fructus  
continètur ff. de glan. leg. l. vnic.

GLANS caduca, quæ ex arbore ce-  
cidit.

GLANS complura significat, sed si-  
gnificatus deducuntur ab arboris  
glande, cuius tredecim genera  
ponit Plin. Iurisconf. tamen la-  
tius definit glandis appellatio-  
nem in tit. qui est de glande le-  
genda. l. 1. [Glandis, inquit, no-  
mine omnes fructus continentur.  
[Item de verb. sig. l. qui vene-  
num. Item l. sylva Nebr.]

GLARBA, terra lapillis permixta,  
qualis est quæ post effossum ter-  
ræ tergum ex scrobibus eruitur.  
Virg. 2. Georg.

*Nam ieiuna quidem cliuosi gla-  
rea iuris.*

Columella lib. 2 [Cum parte di-

midia lapides minutos vel gla-  
ream repererint.] Paul. lib. 30.  
de aqua plu. arc. l. supra iter gla-  
rea iniecta. Idem de via publica.  
l. 1. [In viam terrenam glaream  
immittere.]

GLAUCINUM, vnguenti genus est,  
siue ex herba glaucio sic dictum,  
quod valet ad oculorum scabri-  
cias: siue glaucinum, id est, viri-  
de, quale est quod chirurgi tent-  
pestatis nostræ Vnguentum Apo-  
stolorum vocant. Pompon. tit. de  
Auro & Arg. leg. in l. in argento.  
Vnguentis autem legatis non  
tantum ea legata videntur, qui-  
bus vngimur voluptatis causa,  
sed & valetudinis, qualia sunt  
comagena, glaucina, crina, rosa,  
myrrha, nardum purum. Coma-  
geni vnguenti à Comagena Sy-  
ria vnde aduehebatur, cognomi-  
nati, meminit Galen. in 3. deca-  
meridon. Crina, vnguentis sunt  
quæ sunt ex lilio rubenti. Plin.  
lib. 21. ubi de lilij generibus [Est  
inquit, rubens liliū quod Græci  
crinon appellant.] Per Nar-  
dum purum, pisticum, id est, non  
adulteratum, intelligit.

GLEBA est quædam species terræ:  
generaliter tamen sumitur pro  
solo vel pro terra culta. Require  
suprà [ascriptitius glebæ.]

GLORUCITUR vxor fratris. l. non fac-  
cile. §. affinitatis. ff. de gradibus.  
γλωρὸς Græcis.

*De G ante N.*

GNARVS, id est, sapiens vel prou-  
idus, cui opponitur ignarus,  
quod inde venit, id est, inspiens.

GNAVITER, id est, diligenter. l. fin.  
C. de Episc. & cler.

*De G ante R.*

GRADVS, secundum Goffred. &  
Host. in sum. de consang. & affi.

est quædam habitudo siue distantia personarum ad inuicem consanguinitate & affinitate sibi coniunctarum, facta collatione ad communem parentem, vel est vnus personæ distantia ad aliam in linea consanguinitatis, vt l. i. cum seq. vsque ad §. affines. l. non facile. eo. tit.

**GRAMMATOPHYLACIUM** locus est vbi publicè litterarum monumenta seruantur, à γράμμα, hoc est litteris, & φυλάξω teruo: dicitur etiam archion, siue archiuum. Vlp. lib. 48. Digest. tit. de pœnis. l. moris §. moris. [ Quo loco, inquit, in publico instrumento deponuntur, archiuo fortè vel grammatophylacio. ] Ant. Nebr.

**GRAMMATOPHYLACIUM** est, vbi tabulæ, & instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum adseruantur. Bud. in l. moris. ff. de pœn.

**GRANARIA**, sunt loca in quibus grana seu fructus componuntur, sic accipitur ff. de act. empt. in l. granaria.

**GRANDÆ** vvs dicitur annorum 29. vel 30. quia hæc ætas virilis est, vt nol. 77. dist. 8. quicumque per cap. episcopus. eadem distinct Quandoque dicitur grandæuus, id est, senex. l. Reg. 4.

**GRANDIS** nati, dicitur paulo minor quinquagenario. l. 2. §. fin. de Orig. iu.

**GRANGIA** habetur in cap. fin. de censu.

**GRAPHIA**, id est, scriptura.

**GRASSARI**, videtur verbum ab impetu gradiendi, & qui ex insidiis viatores adoriuntur, grassatores dicimus, Iuriconsultus de susp. tutori. l. quia grassandi, inquit, in re familiari facultatem præstat.

& ibidem l. tutor. Si fortè, inquit, grassatus sit in tutela. in leg. quoque, cuius initium est, apud Labeonem. [ Deinde, inquit, multæ à grassatoribus fuerint ablatæ. ] Nebr.

**GRASSARI** dicitur latrocinari, vel crudeliter agere: inde grassor, grassaris, i. nitor ad malum. Iulii. in gl. de susp. tu. §. nouissimè. Requirit supra, [ Grassari. ]

**GRASSATORES** idem sunt quod directarij. de huius dictionis expositione vide quod no. ff. de pec. l. capitalium. §. grassatores. Requirit supra, diatarij, & in ver. [ Grassaturæ. ]

**GRATIA** duplex est, operans & cooperans. vt est gl. in verbo, cooperante gratia. Clem. 1. de magi. Et gratia est habitus qui fundatur in voluntate in essentia animæ. gloss. in Clem. 1. de Sum. Trinitate.

**GRATIA** [ apostolica perfecta, ] dicitur quando super eam confectæ sunt litteræ, & ante litteras habetur canonicus titulus, Romanus consi. 456.

**GRATIANS**, est nomen proprium illius qui composuit decretum.

**GRAUES** personæ dicuntur quæ non sunt leues, putà homo bonæ famæ & opinionis, & antiquus homo. gl. in c. licet ex quadam. in verbo [ graues. ] de testi. quam glo. dicit ibidem Abbas facere ad statuta quæ in multis casibus requirunt homines graues.

**GRBMIA**, surculi aridi & minuti. Vlp. l. 55. §. 2. de Leg. & fideic. lib. 32. [ Sed si voluntas non refragatur, & virgulæ & gremia & sarmenta, & superamenta materiarum conseruabunt. ] Hinc,

**GREMIALES** arbores, quæ surculos illos suppeditant, & vnde  
falsi

fasciculi componuntur apud eundem l. 7. §. 9. Solut. mat. [Puto autem si arbores cædæ fuerunt, vel gremiales, dici oporteat in fructu cedere] Colum. lib. 12. c. 19 [Musti in vasa defrutaria deferemus, lenique primùm igne ex tenuibus admodum lignis, quæ gremia rustici appellant, fornacem incendimus] Hermolaus legendum putat cremia, quasi à cremando. Hot.

**GREGEX** est collectio plurium animalium, scilicet decem ovium vel quinque porcorum, ut not. Inst. de Rer. diu. §. sed si gregis.

**GREGARIUS** miles, i. vulgaris & vilis. l. vlt. C. de Mili. velt. lib. 12.

### De G ante V.

**GUARDIA** feuda sunt, quæ constituntur aliquibus propter custodiam rei domini constituentis.

**GUARDIO** dicitur ille, cui talis custodia est commissa, vel dicitur guardianus qui est superior inter fratres minores custodians conventum.

**GUARENTARE**, vel garentizare, i. defendere, in vlt. feu. de l. Corra. c. vnic. §. si autem inter pares.

**GUIDAGIA** dicuntur, quæ dantur alicui pro ductu vel conductu per terram alicuius ut securius vadat. Sed gabellæ dantur de contractibus. ut de empt. per emptorem. gl. in c. super quibusdam de Ver. sig.

**GUYNATHETICI** factus, sunt ij quos homines quodammodo adscripti in incolunt, nullam ulterius expectantes mercedem quam quæ ex ipsis saltibus colligitur, ut declarat Alciat. in leg. vlt. Cod. de præd. tam.

**GVTTUROSVS**, is dicitur qui guttur habet tumidum, quale genus hominum in locis montanis videmus, de quibus Iuuenalis.

*Quis tumidum guttur miratur in alpiibus?*

Vlp. tit. de Ædil. edicto. l. qui clavum. [Si quis, inquit, natura gutturosus sit.] Neb.

### De G ante Y.

**GVNÆCIVM**, γυναικειον, locus in quo vestes Imperiales, & Imperalium ministeriorum texebantur. Vnde,

**GVNÆCIARI** in Rub. C. de Muri. leg. & Gynæciariis lib. C. qui ei textrina in perpetuū addici erāt.

### De H ante A.

**HABENA** cædi impuheres seruos pro q. testatur Vlp. in l. i. §. impuberi. ff. ad S. C. Syllan & Horat. lib. 11. Epist. de puero serulo, ad Iulium Florum scribens,

*In scalis, inquit, latuit metuens pendentis habena.*

**HABERE** significat diversimodè, prout suum proprium significatum, vel aliud quoddam medium significare declarat. v. gr. res tua penes me, & promittis mihi stipulanti eandem habere licere, significat quod dominium istius rei transfertur in me. l. stipulatio ista, habere. ff. de Ver. ob. & sic rei possessæ sine traditione dominium quæritur possidenti. §. interdum. Inst. de Rer. diuis. Item ibi, res tua non est penes me promittis habere licere, significat quod dominium transferes per traditionem. l. traditionibus. Cod. de pactis. Item, ibi, promittis rem alienam habe-

re licere perseverante aliena nulla est stipulatio l. stipulatio §. quæsitum. ff. eod. tit. quia in re aliena promissor non potest constituere ius dominij. Si autem efficiatur promissor, valet stipulatio, vt ibidem, quia tunc potest facere vel constituere ius dominij. Item ibi, vendo tibi rem alienam, & promitto tibi habere licere, significat habere iure possessionis. l. habere. ff. de Verb. sign. & hoc ex natura contractus emptio-nis, de cuius natura est quod sufficit rem tradere quando res aliena est vendita, leg. ex empt. ff. de Act. empt.

**HABERE** actionem, est minus quam habere rem, & hoc est quod dicitur, melius est pignori incumbere, quam in personam agere ff. de Reg. iur. l. minus.

**HABERE**, tenere, possidere, quando hæc tria verba ponuntur in aliquo instrumento, sic debent exponi, scilicet quod recipiens habeat de iure, teneat naturaliter & de facto, possideat civiliter & de iure, quia civilis possessio est causa querendi dominium, licet aliquando possessio sit tantum naturalis, non civilis, vt illa quam habet vasallus.

**HABERI** dicitur & quod peti potest. l. id. de Ver. sig.

**HABERE** in sinu, in lege. Qui testamentum de probat. est idem quod in arbitrio & potestate habere.

**HABERI** pro derelicto dicitur, quod dominus ea mente abiecit, vt amplius in numero rerum suarum esse nolit.

**HABILITER**, aptè, commodè, Paul. l. 20. ff. de Aur. & Arg. mund. [Si vt habiliter gemmæ geri possint incluse auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus dedere.]

**HABITARE** quis dicitur in loco vbi

habet familiam, licet ipse non sit præsens Felin. in cap. quoniam. in princ. de Offic. ord. vers. [dicitur autem habitare.]

**HABITATIO**, est seruitus personalis in habitando consistens, & constituitur in domo aliena, vt not. ff. de Vsu & hab. l. 1. in gloss. cum pactionibus & stipulationibus, vt ff. de vsufr. iuncta l. 1. ff. de Vlu & Hab. vel in vltima voluntate. Differt tamen ab vsu & vsufruct. quia in illa iura amittuntur non vtendo, vel capitis diminutione, vt ff. si vsufruct. leg. pen. §. ficut. habitatio autem non nisi morte finitur, vt leg. si habitari ff. de Vsu & Hab. Item potest inhabitator alius vendere vel locare ius quod habet, vt leg. cum antiquitas. Cod. de Vsufruct. ficut & fructuarius, & non vsuarius, vt ff. de vsu & habitat. leg. sed neque. vide super hoc Azon. in Sum. Cod. de Vsu & Hab.

**HABITATOR** eo differt ab hospite, quo domicilium habens à peregrinante leg. 1. §. vltim. de iis qui deiec. vel estu.

**HAC** vox quandoque denotat non exclusionem, sed inclusionem, vt in cap. ego. N. episcopus. de iure iurap. & sic sumitur in iuramentis dicendo, [Ab hac hora.] significat enim præsens tempus cum futuro. de hoc per Ioan. Andr. in cap. 1. de Ord. ab episc. qui relig. Episc.

**HAMAB**, instrumenta erant ad extinguendum incendium. l. quæsitum. §. acetum. 18. de fun. inst. & leg. 3. de Offic. præf. vig. Hami autem in præleg. leg. quæsitum. §. canales. 21. anuli sunt ferrei, secundum aliquos, ad plurimos vsus domesticos, cuiusmodi sunt illi quibus equi, muli, asini alligantur.

HAMI



**HAMI** apud Vlpianum in leg. quaesitum. §. Canales. de fun. instrum. font. vt quibusdam videtur, anuli quidam ferrei ad multos vsus domesticos vtiles: vt puta è quibus equi, muli, asini, deligantur.

**HAMVS**, cum sit quo pisces capiuntur, & hami præterea sint ex quibus lorica rexitur, necesse est apud Vlpianum in tit. de fundo instr. leg. instrumenta. per hamos nos intelligamus anulos quosdam ferreos, ad multos vsus domesticos, puta è quibus equi, muli, & asini deligentur. [Canales, inquit, & harpagones, & hamos instrumento contineri constat.] Anton. Nebr.

**HARENÆ**, sunt loca vbi foditur harena. l. sed & hi. ff. de pub.

**HARENARI** qui in harena cum bestiis gladiatoribusve pugnant. l. 39. ff. de Op. lib. l. 5. ff. ad Trebel. l. 21. Si ea. ff. de testib.

**HARIOIVS** quis sit, not. gl. in l. nemo. C. de Malef. & mathe. & in c. igitur. 26 q. 4.

**HARPAGONES**, vnci sunt ad rapiendum apti, ab ἀρπαγῆς, quod est rapere, dicti: hos Plinius scribit ab Anacharsi Scythia primum inuentos. Liuius libro 20 [Asseres ferreo vincto præfixi harpagones vocant milites.] Item Vegetius lib. 2 de Re militari. [Habet legio ferreos harpagones, quos lupos vocant.] Lege [hamus] supra. Nebrissenfis.

**HARPAGONES**, vnci ad rapiendum enumerantur inter instrumenta, in l. quaesitum. 8. §. Canales. 21. ff. fund. instr.

**HARVNDINETVM**, vnde harundo vicibus fulciendis sumitur, nam aliorum pedamentorum inopia subsidio harundo capitur, vt ait Varro de Re Rust. l. cap. 8. Eius sit mentio apud Vlp. l. 9. §. 6. de Vsu-

fruct. & l. 12. §. 7. ff. de Institut. vel inst.

**HARVSPEX** sic dictus, quasi horarum inspector. cap. 126. quaest. 4.

**HASTÆ**, vt ait Festus, subiiciebant ea quæ publicè venundabant, quia signum præcipuum est hastæ. Nam & Carthaginienses cum bellum vellent Romanis inferre, hastam miserunt: & Romani fortes viros sæpe hasta donarunt, hinc sub hasta distrahere in lege vltima, Codice si propt. pu. pensit. subhastata res in lege 3. Codice de Execut. rei iud. Item subhastatio. lege 16. Cod. de Rescind. vend.

**HASTARI**, est rem proponi venalem hasta supposita, ita enim olim fuit consuetudo.

**HASTARI** dicuntur, qui rem proponunt venalem hasta supposita, & dicuntur à nomine hasta, quod idem est quod venditio, vt not. C. de fin. instr. & iure hastæ fiscalis, in rubr. lib. 10. & dixi supra. in vers. [hastæ fiscalis.]

**HAVSVS**, est ius hauriendi aquam de puteo vicini, cui eo inuito iure seruitutis adscribitur.

### De H ante E.

**HELIOCAMINVS** ἠλιόκαμινος, Latine verti potest solaris fornax. Est autem solare vaporarium in aprico loco situm ad calorem solis excipiendum, quo antiqui utebantur. meminit Vlpian. in lege si arborem. 17. de ser. vrb. præd.

**HERCISCO**, is, est diuidere: nam herciscum est diuisio. Cic. 1. de orato. [Qui quibus verbis herciscum fieri oporteat, nescit.] Idem erciscundæ familiæ causam agere non possit. Apul. libro 9. de asino, [Neque erciscundæ familiæ, sed

de communi diuidendo formula tractabo.] libro 10. Digestorum, titulus est famil. erciscundæ. Ant. Nebr.

**HERCISCO**, id est, diuido: inde dicitur familæ erciscundæ, id est, iudicium hereditatis diuidendæ. Require supra [actio familæ erciscundæ.]

**HÆREDITAS** est successio in vniuersum ius quod defunctus habuit: vt ff. de Ver. sign. l. nihil aliud est hereditas. & l. bonorum eod. tit. Et hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur. l. hereditatis. eod. tit.

**HÆREDITAS** sumitur loco bonorum quando dicitur in contractu inter viuos: vt si quis dicat, [dono tibi hereditatem meam,] not Bar. in l. quandoque. §. si seruum. ff. de l. i. Item hereditas venit appellatione rerum: nam si bona relinquuntur sub appellatione rerum, continetur tota hereditas. not. Bart. in l. licet. C. de Pact.

**HÆREDITAS** adita, est illa de qua hæres se intromisit auctoritate prætoris. imo auctoritas prætoris non est necessaria, sed sola voluntas sufficit, vt Institut. de hæredum qual. & dif. §. item extraneus. secus in petitione bonorum possessionis: vt ibi notat, & de actione & repudiatione hereditatis, not. in l. qui se patris. C. vnde libe.

**HÆREDITAS** decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum, & fabricensium, secundum Azonem in Summa, Cod. eodem tit. in Rubr. & lege vltima dicitur in qua quoddam speciale ius obseruatur, de quo noratur ibidem.

**HÆREDITARIA** actio. Require supra, [Actio hereditaria.]

**HÆRES** est ille qui succedit in vniuersum ius defuncti, lege cum

hæres dig. de Di. & temporalibus præscriptio, vel est dominus hereditatis, qui fit adicione in voluntatis. §. final. In tit. de hæredum qualitate & differentia sed in necessariis defertur ipso iure hereditas.

**HÆREDEM** instituere, est aliquem post mortem tuam loco sui in omnibus bonis dominum constituere. Nam dicitur hæres ab herus, id est, dominus: sibi enim succedunt vniuersa bona defuncti, & ad eum commoda & incommoda hereditaria redeunt, & sunt diuersi hæredes. Nam hæredes alij sui & necessarij, alij necessarij tantum, alij voluntarij, alij legitimi, alij legatarij, alij testamentarij, alij fideicommissarij.

**HÆRES** suus dicitur, filius qui est in potestate patris, rempore mortis ipsius patris.

**HÆREDES** sui & legitimi secundum Azonem tit. de suis & legit. hæredibus appellatur qui in potestate morientis fuerant, vt, filius, filia, nepos neptis, ex nepote natus, ex filio, pronatus pronata seu pronepos proneptis, legitimi & naturales, vel etiam legitimi tantum, vt adoptiui.

**HÆRES** necessarius est seruus hæres institutus in testamento domini sui ab eo qui facultates suas habet suspectas, ne possit ex ipsis satisfieri creditoribus, quibus est obligatus, adeo quod non credit alium hereditatem suam adire, si heredem eum institueret: qui seruus hæres factus, ideo necessarius dicitur hæres, quia sine velit, sine nolit, cogitur suam hereditatem adire, vt satisfaciat creditoribus, vt Inst. de hære qua. & dif. §. 1. & hoc verum, nisi illi seruo debeat fideicommissaria libertas leg. is qui

is qui soluendo. ff. de Hæ. inst. aut hoc eo non faciente, scilicet non, ad eum hæreditatem eius nomine potius quam domini defuncti, res hæreditariæ vèdantur: ne defunctus contumelia quadã, vel iniuria afficiatur, dicendo quòd res eius venditur.

**HÆRES legitimus**, est qui ex lege duodecim tabularum, aut ex iuris constitutione etiam sine testamento succedit defuncto, ut sunt agnati proximi. Inst. de legi. ag. suc. in princ.

**HÆRES legatarius** est, qui legatum accepit, vel cui legatum factum est. ut le. quoties Digest. de Hæ. instit.

**HÆRES DES testamentarij** dicuntur, qui in testamento hæredes scripti sunt.

**HÆRES ab intestato** est ille, qui succedit in ius defuncti sine omni testamento, ut Instit. de Hæ. quæ ab intest. dese. per totum.

**HÆRES fideicommissarius** est, cui ex fideicommissio relicta est hæreditas danda illi cui testator disposuit, dicendo sic, [ Fidei tuæ committo ut hoc des illi. ] Et not. quòd illa sunt disportata, sed fortè pro tanto dicitur hæres fideicommissarius, quia fideicommissarius loco hæredis habetur, Inst. de fideicom. hære. §. restituta ut qui directè & immediatè ex testamento nihil capere potest, qualis est spurius, saltem capiat ex fideicommissio. Sed ipse verè non est hæres, cum sit rogatus à testatore hæreditatem adire, & postea restituere, licet restitutione facta post semper hæres maneat, ut d. §. restituta. Duo ergo hæredes insolidam esse non possunt, ut ff. Commo. l. fin. & l. si ut certo. §. si duobus.

**HÆRES domesticus** dicitur, qui

est in potestate morientis tempore mortis, dum eum alius non præcedit Filio enim superstitè, & in potestate patris existente, nepos ex eo, qui in potestate aui est, suus hæres non est. Instit. de hær. qual. & diff. §. sui.

**HÆRES substitutus** dicitur, qui alij hæredi instituto substituitur: v. g. si testator ita dicat, Ille hæres esto, qui si non velit vel non possit esse hæres, iste esto ei substitutus, & hoc siue secundo, siue tertio vel quarto loco, alio in loco instituto deficiente substituitur.

Nam secundus dicitur omnis qui post primū sequitur, etiam si decimus sit. ff. de Vulga. subst. l. 1. in prin. prout not. Hostiens. in sum. de testam. §. quid sit perfectus. vbi dicitur institutio.

**HÆREDES extranei** dicuntur, qui testatoris potestati subiecti non sunt. §. Certi. Inst. de hær. qualitate & differentia.

**HÆRES** vel successor anomalus dicitur, qui non habet aliquam ex præmemoratis qualitatibus, ut puta is, cui libertatum conseruandarum causa bona addiuntur: item qui succedit hærede non exequente mentem defuncti, ut per gloss. in §. hoc rescripto. Instit. de eo cui Mb. causa bon. addi.

**HÆREMITA** dicitur persona ecclesiastica, gl. & Doct. in l. 2. ff. de in ius voc. Doct. & gloss. in cap. quæ verè. l. 6. q. 1.

Imò verò Eremita scribendum est sine h, significatque propriè eremij, hoc est, deserti habitatorum: eremus enim desertum interpretatur.

**HÆRESIS** Græcè, ab electione dicitur, eo quòd quicunque vnâ opinionem hæreticam vel discipuli

sciplinam sibi elegerit, putat eam esse meliorem, vt 24. q. 3. hæresis. aliàs dicitur quasi diuisio.

**HÆRESIARCHA** est, qui falsam de fide opinionem gignit, vel primò inuenit, sicut Arius, Vvicles, & alij consimiles

**HÆRETICVS** dicitur errans in fide: vnde quicumque in fide dubitauerit friuola adhæsione, hæreticus censetur, vt in cap. 1. de hære. Etiam pro hæretico habetur, qui scienter hæreticum non reuocat, vt eod. tit. c. 2. Et secundùm August. dicitur qui certam opinionem nouam & peruersam gignit vel sequitur gratia alicuius temporalis commodi, vel alicuius gloriæ vel principatus. Dicitur, gignit, vt aliquis hæresiarcha, vt Arius, Sabellius, &c. Dicitur, sequitur, propter illum qui errorem illum imitatur, provt hæc leguntur 24. q. 3. hæreticus. Dicitur hæreticus, qui peruertit sacramenta ecclesiæ, sicut simoniacus. 1. quæst. 1. eos. Item sacræ scripturæ peruersus intellectus. 24. q. 3. hæresis.

Item omnis excommunicatus. 4. q. 1. quod autem. Item Romanæ ecclesiæ publicus iniuriator. 22. dist. omnis. Item qui aliter sentit de articulis fidei, quàm Romana ecclesia. 24. q. 1. hæc est fides.

**HERMAPHRODITVS**, Veneris & Mercurij filius fuit, vnde & nomen illi, quoniam Hermes est Mercurius, Aphrodisie Venus. hic cum in Salmacidis fonte nataret, à Nympha deprehensus, ab eademque implicitus, vtriusque naturam reportauit: qua de re fabula est perlonga apud Ouid. 4. Metam. nunc autem hermaphroditici vocantur, quos antiquiores androgynos, id est, semiuiros & semifeminas appellant, Plinius.

lib. 7. & Gellius lib. 9. c. 4. sunt ætiores. Vlp. tit. de liberis & posth. l. sed est. [Hermaphroditus, inquit, & maxime si in eo virilia præualebunt, posthumum hæredem instituere poterit.]

**HERMAPHRODITVS**, Require sub licera E.

**HERVS**, vel heros Gracè, idem est, quod dominus Latine.

## De H ante I.

**HIATVS** aliquando sumitur pro puncto mortis, seu pro emissionne spiritus vltimi. De Panit. dist. 7. cap. nullus. Aliquando est apertio terræ, c. non offeramus. 24. q. 1.

**HIC**, hæc, hoc, an & quando sint demonstratiua, Bart. in l. 1. in 1. opposit. de Oper. noui nunciat & in 1. constitutione. C. & in l. Maruius. §. duobus ff. de leg. 2. & plenè de istis in l. 1. §. huius studij. ff. de Inst. & iur. Alexand. & Isf. & Bart. in l. 1. vers. item oppono. ff. de pec. Quandoque faciunt simplicem relationem vel demonstrationem, 16. dist. can. 1.

**HIEROPHYLAX**, acis, interpretatur sacrorum custos, quòd *hieros* est sacer, & *φυλαξ* custodio. Latine tum æditui, tum æditimi appellantur. Scæuola in tit. de Annis legatis. l. annua. [Sacerdoti inquit, & hierophylaci & liberis.] pro quo mendosè legitur gerophylaco. Nebr.

**HIEROPHYLAX**, sacrorum custos, Latini vocat ædituum. extat hæc dictio in l. annua. de ann. leg.

**HIERAPOLIS**, nomen est complurium ciuitatum: alia namque est in Asia propriè dicta, alia in Creta, alia in Theutranta, alia in Syria, vnde Hierapolitani

tani sunt appellati, de quibus Iurisc. in tit. de Aqua cot. l. 1. ubi legitur apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationem. Itē de pen. l. crimen [Hierapolitanis, inquit, rescripserunt.]

**HIPPOCOMI**, qui equorum curæ præferti sunt. meminit huius verbi l. quoniam. C. de cur. publ. lib. 12.

**HIPPODROMVS**, ut interpretatur Bud. est equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur circa simulachrum pugnæ.

**HIPPONIS**, cuius meminit lex, nauis aduersa, ad l. Rhod. de iact. Locorum fuit Colonia. Strabo eam vocat Hipponium. Plin. autem scribit à Romanis appellatam Vibonem, dein Valentiam. Hæc vrbs adhuc extat, sinumque efficit Hipponiarem.

**HYПОТНЕСА** interpretatur suppositio, & significat etiam pignus, quod pro aliqua re supponitur. Vnde & apud Iurisc. tit. est de distractione pignorum, vel hypothecarum. l. cum tabernam. [Non certificationem, inquit, sed suppositionem à me accipere, hoc est vocabulo dicitur hypothecam.] Item li. 20. de pign. & hypoth. l. res. Inter pignus, inquit, & hypothecam tantum nominis sonus differt. Hinc hypothecarius dicitur, penes quem remanet hypotheca siue pignus, ut in tit. de separat. l. 1. [Hypothecarius, inquit, creditor.] Nebr.

**HIRCOSVS** dicitur, cui os olet ut l. qui clauū. l. 2. § is cui. 4. ff. de Æd. edic. Sed propriè dicitur cui alæ grauitur olent: nam hircus etiam dicitur alarum fetor, quem Plin. alarum graueolentiam vocat.

**HISTRIONES**, id est, ioculatores ab Histria, c. clericus. de vira & honest. cler. de Consecr. dist. 27. sce-

niciis atque histrionibus. & c. pro dilectione.

### De H ante O.

**HOBIU**, hæc dicitio non importat dilationem. l. liber homo. § 1. ff. de Verb. oblig. & l. prætor 7. §. præterea. 2. & §. posse 6. ff. de iur. & facit dispositionem præsentem: ut ibidem notatur.

**HOLOBARAE** vestes, quæ ob aurum intextum graues sunt. Alc. in tit. de Vest. holob. lib. 11. C. Sant qui holoberæ, alij holouere.

**HOLOBRYSAE** vestes, quæ totæ sunt ex anro obryzo.

**HOMAGIUM** est idem quod fidelitas: tamen Spec. eod. tit. in lib. de feud. ponit illam differentiam, quod homagium est de iis, quæ ad temporalia pertinent, & ideo pro spiritualibus indignum est, ut quis homagium facere compellatur: fidelitas tamen pro spiritualibus præstatur, quia prælaci bene præstant fidelitatem, ut in c. antiqua. de Priuileg. vel sic potest describi, [Homagium est quædam adstrictio seruitutis liberi hominis facta domino per passionem siue stipulationem promittentis libero homini domino suo fidelitatem, & constituentem se hominem vel vassallum suum.] Et sic in aliquibus partibus hoc modo ille qui facit homagium coram domino suo flectit genua sua, tenendo manus suas coniunctas simpliciter inter manus domini, iusiurandum de fidelitate præstans: & mutuo se in signum fidelitatis osculantur, cuius forma ponitur in lib. feud. de nou. fin. for. c. est & alia. se post rubr. illam de for. fid. Ad idem facit de iureiur. cap. ego N. 73. dist. tibi domino, & Host. ponit eam in Sum.

Sum. de feud. §. quid sit fidelitas, & qualiter sit facienda. Ex dictis homagium describi potest secundum formam, [est quādo aliquis flexis genibus, iunctis manibus in manus domini positus, aliquid promittit.] Est autem homagium multiplex secundum Spec. vbi supra: quoddam est ligium, quoddam est non ligium, quoddam edictale, quoddam decretale, &c. de quibus infra.

**HOMAGIUM** decretale est; Nam hæres hominis mei qui illo feudo ex consuetudine posset infeudari, & per consequens in homagium succedere, debet intra certum tempus me in dominum agnoscere, & fidelitatem mihi præstare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere, & in recipiendū videor sibi ius feudi decernere, propter quod dici potest homagium decretale, sicut etiam honorum professio decretalis, & quod ius mihi tribuit, sicut & talis honorum possessio, scilicet, si nullus sit proximior. Et ideo in curia Franciæ recipiuntur fidelitates & homagia alterius salvo iure. Quod autem in Italia & alibi vocatur vassallitium, in Francia vocatur homagium, &c. etiam dicitur homagium, & veritatis de iure iur. Differunt tamen, quia homagium est, quando iuratur alicui fidelitas, nemine excepto, sed vassallitium superiore excepto, scilicet Imperatore. De hoc optima gl. in verbo homōque ligius. Clem. pastoral. §. dicine. de Re iudic. vbi etiam dicitur, quod quis non potest esse ligius duorum, sed bene ligius vnus, & vassallus alterius, vel vassallus plurium, & sic homagium potest dici hominis ligium.

**HOMAGIUM** edictale, est sicut honorum possessio edictalis, vnde secundum Spec. ibidem, homagium edictale siue hæreditarium est, quod quis habet, eo ipso quod adit hæreditatem hominis mei, personam eius repræsentat, & videtur hominis homagium subisse: & tale homagium potest finire tempore, si domino placebit: quia si domino non placeat, non finiretur, etiam si vassallus vellet bonis feudalibus cedere, imò ageret contra ipsum, ut eum in dominum agnosceret: & hoc ex contumelia sua, vnde puniri debet, ne inuitus consequatur immunitatem, quod esse non debet, pro quo ff. de Neg. gest. l. siue hæreditaria. Et ideo possum eum cogere ut subeat homagium decretale, & etiam quod plus tribuat ei in effectu quam edictale.

**HOMAGIUM** legium, est secundum Spec. ibidem, quod fit Imperatori vel Regi, nullius alterius fidelitate salva: illud autem quod fit aliis, non dicitur legium, quia fit vel iuratur, salva Imperatoria vel Regia fidelitate: multi enim putant homagium legium esse, quando vassallus mittit manus suas inter manus domini, & sibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo ad osculum recipitur: quod non est verum, ut etiam ibidem dicit Specul. sed ut ipse dicit, tunc alij ponunt, quod duplex est homagium. Homagium ligium in quo nullus recipitur quātum ad verba, sed quantum ad mentem. Et aliqui qui supremam & generalem habent auctoritatem & iurisdictionem, puta Imperator vel Rex, intelliguntur excepti, &c.

&c. Item ubi ponitur legium supra & infra, habent aliqui ligium. Homagium non legium est, quando aliquid excipitur, puta, facio tibi homagium excepta fidelitate, ad quam domino meo tali legio teneor, vel salvo, quod possum cum voluero dominum legium mihi constituere, vel salvo quod nolo tibi contra tale iurare. Sed dictum primum est verius secundum Specul. licet hoc ultimo designatum communis usus approbet. Et secundum ultimum modum sequitur per totum, & illo utitur Specul. de homagio ligio, vide supra [ secundum legium ]

HOMO non recte dicitur qui adhuc est in utero matris. l. cum inter, Cod. de fideicom. lib. & l. pen. de posth. hered.

HOMO ligius secundum Specul. ibidem dicitur quasi suo domino ligatus, vel quasi legalitatem continens. Unde Rex Siciliae est homo ligius Romani iudicis, ut in Clementin. pastoralis, de re iudic. praelegat. post medium. in §. rursus, ubi glossa not. Et omnis homo ligius est vasallus, sed non econtra.

HOMICIDIUM, dicitur hominis occisio ab homine facta: & dicitur quasi hominis caedum, ab homo, & caedo, secundum Gof. in Sum. eod. tit. & Host. & Ioan. & Specul. & est duplex, scilicet voluntarium & casuale. Etiam committitur homicidium factum, consilio, praecepto & defensione. cap. sicut eod. tit. ubi gl. not. Fit etiam homicidium spirituale ex quadam iuris fictione spiritualiter octo modis. Primo per fratrum detractores, eos odientes, iniquitatem, oppressionem & iniustitiam facientes, fratribus ma-

le persuadentes, &c. vt cap. homicidiorum, de pœn. dist. 1. cap. omnis iniquitas, & c. noli. ead. dist. & generaliter iniquus motus ad nocendum fratri in homicidij genere deputatur. Item homicida censetur qui tempore necessitatis proximis alimenta negat, l. 36. distinct. pasce. Corporale homicidium est hominis peremptio corporaliter. Et fit dupliciter, scilicet lingua & facto: lingua tripliciter, praecepto, consilio, & defensione. 50. dist. si quis videam. & c. periculose. & pœn. distinct. 1. Facto quadrupliciter, iustitia, necessitate, casu, & voluntate.

HOMOLOGARE, est idem quod confirmare, vel ratificare, & sic dicitur quod arbitrium sit homologatum. Alij dicunt homologare, idem quod consecrare.

HOMOVIOS, quo verbo utitur Iust. in l. 4. de Sum. Trin. Latine sonat consubstantiale.

HONESTVS dicitur, qui nihil habet turpitudinis, secundum Isidor. 2. Etymol. & dicitur honoris status, & de ista honestate vide Gof. Host. & Spec. in Rubr. de vita & honest. cleric.

HONESTAS iustitia publicæ, i. constitutiones ecclesie factæ propter publicam honestatem. Iudicavit enim ecclesia esse honestum, vt nunquam consanguineus duceret sponiam consanguinei sui viui, vel mortui, secundum Archid. de spons. cap. 1. lib. 6. de hac honestate vide in cap. ad audientiam. & c. sponsam. de spons. & matr. ubi per deff.

HONOR aliquando capitur pro dignitate. l. nupt. de do. inter vir. & vxor. quandoque pro magistratu §. Prætorum, Instit. de iur. nat. gent. & ciu. quandoque pro dono leg. si remunerandi. ff. Mand. quan

quandoque pro salario. l. 1. § proinde. de Var. & extraord. cogn.

**HONOR** municipalis, est administratio Reipubl. cum dignitatis gradu. l. honor. de Mun. & hon.

**HONORARIA** dicuntur præmia legatorum seu aduocatorum. l. 1. §. in honorariis. ff. de Var. & extraord. cognit. Require infra [legatus.]

**HONORARIUM** ius, dicitur ius prætorium §. Prætorium. Inst. de Iur. nat. gent. & ciu.

**HONORARIÆ** actiones dicuntur, quæ prætoris edicto constitutæ sunt. l. 39. ff. de Nox. act. l. 1. c. ff. de fideiuss.

**HONORARIÆ** obligationes, quas prætor edicto suo instituit. l. obligamur. § 2. ff. de Oblig.

**HONORARI** successores dicuntur, qui & bonorum possessores. Inst. §. 1. de Bonorum poss. Vlp. l. 9. §. 5. ff. de interdict. act. l. 1. §. non solum. ff. vt legat. nom. l. 10. ad Velleian l. 7. ff. ad Public.

**HONORARIUS** tutor, curatorve dicitur, quem testator administratione aliis delata tutorem tamen aut curatorem esse voluit. Vlp. l. 3. §. 1. ff. de Admin tut.

**HONORARIUS** arbiter, qui à Prætoribus datur: quod ab eo qui honorem, id est, magistratum gerit, detur. Proculus lege 76. ff. pro Socio.

**HONORARIA** pœna, quam prætor introduxit atque constituit. Inst. §. 6. de Iniur.

**HONORATOS**, ait Alciat. etiam eos appellari, qui Palatina dignitate præditi sunt absque administratione.

**HORREVM**, est repositorium, non solum frugum, frumenti & vini, sed cæterarum quoque rerum, quæ adseruari consueverunt. De horreo frumenti Virg. Georgicor.

*Illius immensa ruperunt horrea menses.*

De horreo vini Moratius in Odræ & Iurisconsultus in tit. de fundo restruct. l. tabernam. [Legauerat, inquit, horreum vinarium cum vasis & vasis & instrumento.] De horreo aliarum rerum in tit. de emp. & venditione. [Clauibus, inquit, traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si elaues apud horrea traditæ sunt.] Item in titulo locati. [Dominus, inquit, horreorum, extractis & compilatis horreis non tenetur.] Hinc [Horrearius,] qui positus est horrei custodia, vt libro 19 Digestorum, in titulo locati & conducti, lege cum in plures. [Rerum, inquit, custodiam quam horrearius habet.] Item lege Cælius. [Cum horreario, inquit, agendum.] Et merces horreaticæ dicuntur, quæ in horreis adseruantur, vt in tit. de condit. in publico horreo, lege nulli. C. [Nulli, inquit, posthac horreaticas species contingendi copia detar.] Nebr.

**HORREVM**, accipitur pro quocunque loco ad reponendum merces idoneo: inde horrearius, de quo in l. cum in plures. §. vlt. ff. locati.

**HORTAMVR**, aliquando importat mandatum necessitatis, & per ipsum confertur iurisdictio, capite quia iudicanti. de Præsc. & c. l. de test. & canon. hortamur 3. q.

**HOSPES** dicitur, qui recipit & recipitur. ff. de Exer. act. lege 1. §. magistrati. in glossa dicitur vector, & ad legem Rhod. de iactura, lege 1. respons. 3.

**HOSPITIA**, olim publice dari solebant: erantque quibus hospites



spites recipiendi munus à repub. imponebatur. l. 3. §. eos milites. l. ult. §. pen. & ult. ff. de Mun.

**HOSTES** quos nos appellamus eos, inquit, Caius, veteres perduelles appellabant, per eum adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. l. 234. ff. de Verborum signif.

**HOSTES** sunt, ait Ulpianus quibus bellum publicè populus Romanus decreuit: vel ipsi populus Romanus: ceteri Latrunculi vel prædones appellantur. l. 24. ff. de cap. & postli.

**HOSTES** hi sunt, ait Pomponius qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus: ceteri latrones aut prædones sunt. l. 118. ff. de Ver. sig.

**HOSTICOLOR** in libris Florentinis reperio pro hostico, id est, ut Varro ait, hostili agro. Ulpianus l. vni ff. de bono, poss. ex test. milit. [ Non dubium est, quin debeant raræ voluntates esse eorum, qui in hosticolo suprema iudicia sua quoquo modo ordinassent. ] Item, si in hosticoloprehendantur, & illic decedant. videndum tamen an satius esset **HOSTICO** retineri. Hotoman.

**HOSTIARIUS** olim in veteri testamento idem erat quod ianitor. 31. distinct. clerics.

### De H ante V.

**HUMANVS**, i. secularis. 1. dist. c. 1. 11. q. 2. qui & diuinis & humanis. Item idem est quod humilis. 50. dist. eos 24. q. 1. si quis dederit. & habetur in regula, semel Deo, de Reg. iur. lib. 6.

**HUMANITATIS** ratio pro humana natura accipi videtur in leg. non tantum de appell.

**HUMANITVS** contingere, pro mori, Voc. iur.

Institut. de don. in principio.

**HUMILES** personæ quæ dicantur, declarat Imperator in l. humilem Cod. de incest. nup. Bartol. in leg. tutor. §. tutores. de Suspe. tutor. annotat. humilem dici qui caret dignitate.

**HUMILIOR** s personæ dicuntur pauperes. l. illicitas §. ne potentiores. ff. de Offic. præsi. & dicitur humilis quasi humo acclinis, secundum Iud. not. Archi. in c. qui episcopus. 23. dist.

**HUMILITAS** seu humiliatio, ut not. Archid. 22. cum humilitatis, est virtus qua homo verissima cognitione sibi vilescit. de qua gloss. optima in verbo humilitatis. & est glossa finalis in Clement. 1. de relig. dom. quæ multa perpulchra ponit de humilitate. Vnde, [ melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superbiæ gloriatio. ] 10. q. 3. cap. iniustum. in fin.

**HUMILIATI** sunt quidam religiosi qui fuerunt condemnati ab ecclesia per Lucium Papam, quia noluerunt iurare: & postea tempore Clementis recepti sunt ab ecclesia, quia se correxerunt, & iurant quande expedit. not. in c. olim causam, de Restit. spolita.

### De H ante Y.

**HYACINTHVS** nomen floris & gemmæ. l. 1. Cod. nulli lic. in fre. equo. lib. 11.

**HYDRAVLVS**, instrumentum extrahendæ à profundo aquæ idoneum: inde hydraulæ, quibus cura aquæ domus Imperatoris demandabatur, de quibus in l. 3. C. de Excus. mun. lib. 10.

**HYDROMELI** *ὕδρῳ μέλι* à Græcis dicitur, quæ sic apud Latinos aqua multa, Hispani vocant [ adoxa. ]  
x consist.

constat namque ex aqua & melle, unde & nomen accepit. Nam ὕδωρ est aqua, & μέλι mel. Plin. lib. 14 [fit vinum, inquit, ex aqua & melle tantum hoc vocatur Hydromeli.] Idem l. 22. [Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabitur.] Vlp. l. 33. ff. in vit. de Trit. vin. ol. leg. l. si quis. [Neque ceruasta, inquit, continetur, neque hydromeli.]

**HYDROMELI** aliqua malsa, quæ aqua & melle conficitur. Hanc vocem vsurpauit Vlp. in l. si quis de trit. legat.

**HYDROPHILACES**, curatores sunt aquarum.

**HYDROPHYLATTI** dicuntur, ab ὕδρια, quod est vas quo aqua fertur, vel ab ὕδωρ id est, aqua, & φυλάττω, custodio, quali custodes aquarum secundum Ioan. And. in cap. si iudex lacius, de Sententia excomm. lib. 6.

**HYMNVS** angelicus, est gloria in excelsis, de celebrat. miss. caps. consilium.

**HYPERBERICI** mensis mentio fit in c. propter Io. x. 18. dist. intelligiturque October. Alciat. tamen, cap. lib. 1. Parer. censet legendum, hyperberetæ, quod teste Suida ita is mensis apud Macedones appelleretur, sitque apud eos vltimus mensis anni. Unde hyperberetæ ab eisdem vocantur serotina, tarda & post collectos demum fructus accidentia.

**HYPERBOLE**, latinè excessus, figura nomen, cum scilicet quippiam dicitur fidem veritatis excedens, augendi vel minuendi gratia. cuius rei exemplum in §. per traditionem. Inst. de Rerum diuis. vt ibi obseruauit Accurs.

**HYEASTHRIA** appellantur loca sub dio exposita, hoc est, patente caelo. Plerumque tamen accipiuntur

pro subdualibus deambulationibus, quas apud veteres moris fuit pulcherrimis storni paurmentis, & hyeme quidam plumbob, vel aliqua alia materia exemptili tegebantur ne gelu vel niuibus corrumpentur: astate vero expansis velis a solis ardoribus defendebantur. l. malum. §. plumbum. de Ver. sig. & l. quantum. §. de velis. de fun. inst. licet ibi corruptè legatur apotheca pro hypæthris.

**HYPOCAUSTVM**, ὑποκαυστῶν, ἢ τὴν ὑποκαυστῶν, i. succendere. Latine interpretari possumus succensum, vel subustum, locus est in balneis ad calefaciendas cellas caldarias & tepidarias, vt exponit Bud. interdum accipitur pro cubiculo vndiq; ocluso, in quod aer non admittitur, sed igne accenso, feruore atque altu vaporat intus, nec foras diffunditur calor, quod sermone Italico stufa appellatur. Papinius r. Syll.

*Tenuem voluunt hypocausta vaporem.*

Plin. Cæcilius in epist. [cohaeret hypocautum, & si dies nubilus immisso vapore, solis vicem supplet.] Ambr. lib. 6. hexamer. [De hyeme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus anhelantur.] Vlp. l. 16. Mandat. ff. [Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, vt in hortis eius sphaisterium, & hypocausta, & quædam ipsius valetudini apta, sua impensa faceret.] Idem l. 55. §. 2. ff. de leg. & fideicom. lib. 32. [Lignis legatis quod comburendi cauta paratum est, continetur, siue ad balnei calefactionem, siue dixeratur hypocautarum solebat vi.] hinc

conclauia & cellæ in quib<sup>9</sup> sunt opera fornicata, vbi rigoris vitandi causa ignis accenditur, hypocausta nominantur.

**HYPOCOMVS** dicitur ab ὑπό quod est sub, & κώμη villa. Inde hypocomi, qui sint sub villanis, secundum Placent. & Accurs. sunt tamen veriùs stabularij qui equos curant.

**HYPOCRISARIVS** quandoque ponitur pro syndico, quandoq; pro œconomio, vt notat Spec. in tit. de his qui alien. pos. vel non §. licet. Apocrisarij leguntur, extra de Elect. cap. significasti. & l. q. 6. conuenientibus.

**HYPOCRISIS**, latinè simulatio, & hypocrita, simulator dicitur.

**HYPOMNEMATOGRAPHI** dicuntur commentariorum scriptores habetur hæc vox in l. si quos. de decurio. lib. 10.

**HYPOSTASIS** dicitur ab ὑπό, quod est sub, & στήσις, status vel stans, quasi substantias & vtuntur Græci sicut nos pro persona, quia habet substare omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad se recipit, à nullo tamen informatur secundum Hugonem, Glos. ex Clement. 1. de Sum. trini.

**HYΠΟΘΗΚΑ**, ὑποθήκη à verbo ὑποτίθησθαι, quasi dicas supposita, subiecta obligationi, & obstricta: Nam (vt ait Martianus) inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt. l. 5. in fin. ff. de Pign. quippe cum alterum Græcum, alterum latinum sit. Iurisconsulti autem docendi causa, & vt suis quæque res vocabulis demonstraretur, pignoris appellationem ad res mobiles, hypothecæ verò ad immobiles referunt. l. si rem. 9. §. 2. ff. de Pign. act. §. Item Seruiana. 7. Inst. de Actio. l. 1. ff. de pign. acti. l. 4. ff. de Pign.

vbi traditur hypothecam dici proprie eius rei, quæ nuda conuentione obligatur. Pignus porro & hypotheca hoc differunt, quòd illud & pro reb<sup>9</sup> obligatis, & pro ipso obligationis contractu sæpè vsurpatur: hæc verò tantum pro rebus suppositis. Cicero lib. 33. Epist. [Præterea Philotes Alabandensis ὑποθήκας Cluuius dedit: hæc commissa sunt.]

**HYΠΟΘΗΚΑΡΕ** est obligare, pignoriare, vel supponere, vt patet per Rubr. ff. de Reb. eor. qui sub tut. & cur dæm subditur sine decreto pignori non supponendis.

**HYΠΟΘΗΚΑΡΙΑ** actio eadè quæ quasi Seruiana, dicitur quæ cuius creditori sui pignoris perfequendi causa conceditur. l. 3. ff. ad exhibendum. dist. §. 7. de Actionibus.

**HYΠΟΘΗΚΑΡΙΑ** formula, formula eius pacti, quo de pignore nuda conuentione obligando agebatur. l. 3. l. 4. l. 11. & alibi sæpè. ff. de Pignor.

**HYΠΟΘΗΚΑΡΙVS** creditor, qui sub hypotheca pecuniam credidit. l. 1. §. sciendum. ff. de Separ. l. 1. C. de his qui in prior. Hotom.

**HYSGINVS** color dicitur ab hysge herba. l. quæsitum 78 §. coccum. 5. ff. de leg. 3.

**HYSTEROLOGIA**, vel hysteron proteron, figura est, cum id, quod primum esse debet, secundo ponitur loco, vt cum Iurisconsultus priùs determinat secundam quæstionem, quàm primam, pro vt fecit in leg. 3. §. Labeo. de Incen. rui. naufra.

### De I ante A.

**IACENS** hæreditas dicitur antequàm Iadita sit. l. 1. ff. de Successor. edict. leg.

leg. denique. l. 3. §. quæsitum. ff. quod vi aut clam. l. 5. ff. Vt in poss. leg. l. 1. ff. de Bon. poss. furt.

**IACENS** dicitur ea res cuius dominus ignoratur. Vlp. l. 43. §. 43. ff. de furt. [Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur.]

**IACI NT HV S**, lapis est pretiosior alijs. C. nulli lic. in fre. l. vn. li. 11

**IACVS**, require infra [lex Rhodia de iactu.]

**IACTURA** est damnum vel periculum quod quis patitur quando imminente tempestate proiciuntur bona in mare ad exonerandum naues: & ita capitur proprie, sed largè potest capi, pro quocunque damno alicui per violentiam illato vndecunque proueniat. Vel dicitur læsio facta cum lapide vel ligno. Require etiam infra [lex Rhod.]

**IACTURA** & [damnum] differunt, quia iacturam scienter & vltro patitur, vt patet in iactura quæ fit per tempestatem maris, vt in sit. ad l. Rhodiam de iac. damnum verò insolito & nobis inscientibus fit. c. in primis. 2. q. 1. & l. 1. ff. ad l. Aquil. & not. per Archid. in c. quia sæpe. de elect. in 6.

**IAM**, hæc dictio denotat perfectionem actus & continuationem. Bart. in l. Celsus. n. 26. ff. de Vsuca. & in leg. 1. ff. de aqua quotid. & esti. & text. in constit. 1. C. versic. omne iam const. & ibi Bald.

**IAM** quandoque positur interrogatiue. ff. ad leg. Aquil. l. Stichum. Quandoque retro tempus significat & continuum. de Acq. rer. dom. l. nunquam. §. thesaurus. Item quandoque sumitur pro futuro & præterito secundum subiectam materiam, vt l. quamuis. ff. de fur. & ibi not.

**IANTHINVS**, na. num. color est vio-

laceus, quoniam *ἰανθινός* violæ interpretatur Latine, & ἰανθίνου florem significat. Plin. lib. 22. [Appellata, inquit, ia, & ab iis ianthina reftis.] Perlius:

*Hic aliquis cui circa humeros ianthina lana est.*

Mauiialis:

*Coccina famosa donas ianthina mocha.*

Vlp. de l. 3. l. si cui. [Buccinum, inquit, & ianthinum continetur.]

Et ferè quoties in libris Dig. & in litteris sacris legitur hyacinthinus color, intelligendus est violaceus, i. coloris viola Nebr.

**IANTHINVS** color, est violaceus. l. si cui. §. fin. de l. 3.

**IANVARIVS**, est mensis ideo sic dicitur, quia est principium & ianua totius anni. vt not. per Arch. extrà, de rescript. c. si propter. in gl. debet hoc intelligi.

*De I ante B.*

**IBI**, hæc dictio, non tantum locum, sed quandoque etiam tempus demonstrat. gl. in l. si quis. de iud.

**IBRIDA**, est de scorto natus.

*De I ante C.*

**ICONOMVS** dicitur ille cui ecclesiastica res gubernanda mandatur, vt C. de sacrosanct. eccl. leg. in beatus. circa princ. & gl. 3. ea Imperatorum. de iura. cal. vbi not. differentiam per doct. inter iconomum, syndicum, procuratorem, & actorem, quæ ibi secundum glossam in lata significatione idem significant. De quo duæ gl. notabiles, vna in can. si quis erga. 2. q.

2. q. 2. alia in can. quoniam. 16. quaest. 7. & habetur 10. q. 2. si iconomus.

**OECONOMVS** per æ, diphthongon scribendum est, non per i, nec per y: significat autem propriè curatorem domus, hinc & æconomica Aristotelis.

### De I ante D.

**ID CIR CO**, & ideo, sunt dictiones causales. Bartol. in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condic. & demonstr.

**ID EM** quandoque exponitur pro simile. l. si non fortem. §. Libertus. de condic. & debiti. Et quandoque idem appellatur, tamen si pristina qualitas aut quantitas non adfit. l. e. proponebatur. de Iudic.

**ID EST**, dictio expositiva, ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. legis vide latè de hac dictione per Bart. in l. 1. ff. ad l. Aquil.

**IDIOXETÆ** appellantur (inquit Imp. Leo) scripturæ quæ solent à quibusdam secretò fieri, internunciis amicis rerum contrahendarum causa. l. scripturæ, 11. Cod. Qui pot. in pig. hab. & ut opinor, *idioxetæ* & *αγορα* opponuntur, quæ tabellionum publicæ instrumenta sunt. Nou. 49. & 142. Item 73. quæ etiam forensia appellantur. l. comparationes. 19. C. de fide instr. qua de causa in d. l. scripturas, *idioxetæ* iis, quæ publicè à tabulariis conscripta sunt, opponuntur. Hetoman.

**ID I O T A** est Græcum, & est idem quod Impericus, secundum Isid. lib. 10. vt est laicus qui literas nescit, vt in Auch. quomodo opor. episc. §. 1. quandoque dicitur ille qui ostendit se scire cum nesciat, vnde versus,

*Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus*

*Creditur à mille quamuis idiota sit ille.*

Ita dicit Ioan. And. in addit. ad Spe. in tit. de arbitro. §. testat. versic. [item ferendæ sunt.]

**IDONEI** propriè dicuntur qui possunt & volunt in ecclesia descriuire. de Præb. super inordinata. Et dicuntur idonei qui sunt moribus, honestate, & litterarum scientia decorati. de instit. c. in ecclesia in gl. 4. etiam sunt prouidi & circumspecti.

**IDONEE** cauere quomodo intelligatur, require in ver. [cautio.]

**IDONEVS** tutor dicitur, qui est soluendo, quatenus sunt facultates pupilli. l. 2. §. 1. idoneus. & ibi Bart. ff. ad Tertyl.

### De I ante E.

**IEROCINIUM**, est locus vbi aluntur pauperes, secundum quod accipitur C. de Sac. sanct. eccles. l. illud. vbi legitur Ptochotrophium.

**IEROTHOCOMIUM**, est locus vbi senes & valetudinarii, & propter senectutem tantum infirmi homines curantur. gl. in c. tributum. §. sancimus. 23. q. 8.

### De I ante G.

**IGNARVS** est qui ignorat, vel qui ignoratur, secundum Isid. li. 10.

**IGNA VVS** idem est quod ignarus viz. id est, rationis & vitæ secundum Isidorum ibidem. frequentius tamen accipitur pro indiligenti, & pigro: vnde & ignaüter, pro segniter & negligenter.

**IGNEM** & aquam recipere, interpretatur Scæuola pro nuptias celebrare. l. pen. de don. inter vi. & vxo vbi præclare Budæus.

**IGNOMINIA**, est verbalis læsio contra honorem alicuius, vel etiam turpitudinem. Et sic dicitur quod ignominiosum est episcopo si quærat ab aliis doceri, cum ipse alios docere debeat, vt in Auth. de sanct. epif. §. damus.

**IGNOMINIOSA** missio in re militari quæ fit, ostendit eleganter Iurif. conf. in l. milites. de Re mili. & l. 2. de iis qui not. infra.

**IGNORANTIA** est, cum de facto vel de iure nihil scio, nec aliquid suspicor, secundum Azo. in Sum. C. de iur. & fact. ign. vide infra in ver. [ignorare.]

**IGNORARE** propriè est nescire quod aliquis debet scire. Nescire autem est cõmunius quàm ignorare. Vnde propriè omnis qui ignorat, nescit, sed nou econtrà. vt not. ff. de iur. & fac. ign. super rubr. Et in hac materia quatuor sunt quæ videntur idem, sunt tamen diuersa, scilicet ignorantia, nescientia, error, & titubatio. Primum sumitur in mala parte, quia, scilicet, debet scire, & ignorat vnde dicitur, qui ignorat ignorabitur. de Renunc. cap. nisi cum pridem. Nescire autem in bona & mala parte. Nam omnis ignorans nescit, sed non conuertitur: vt dictum est. Error autem est cum aliud est, quàm credam. Quod autem aliud sit errare, quàm ignorare, paret cum dicit lex, si potest possessio acquiri ignorantibus, ergo & errantibus. ff. de Acquir. possess. l. si me in vacuum §. i. Titubatio verò est, cum hinc inde diuersa vel contraria scire videor, nec alicui eorum magis animum applico. C.

de Cordict indeb. l. fin. Et ignorantia diuiditur ex parte materiz circa quam est, quia alia est ignorantia iuris, alia facti: & harum vna probabilis, & alia non. Ignorantia facti est, vt si nesciam illum decessisse qui mihi cognatus est, vel aliquid simile. Alia est ignorantia iuris, vt si nescio me illi posse succedere qui mihi cognatus est & decessit, vt ff. de Iur. & fac. ign. l. i. & hæc non excusat. Regula ignorantia, de Reg. Iur. lib. 6. Est etiam quædam ignorantia facti probabilis, vt si quis errat in facto alieno: & quædam non probabilis, vt si quis errat in facto proprio, vel rebus suis, vt ff. pro soc. l. vltim. vel si ignorat aliquis quod omnes de ciuitate sciunt vel maior pars ciuium scit. l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fact. igno.

### De I ante L.

**ILICO** dicitur fieri quod fit antequam diuertat se ad alia facienda. l. litigatoribus. C. de appel.

**ILLATA**, id est, opposita. de presum. nonne.

**ILLATA** quomodo differant ab inductis, no. glos. in l. si non. C. in quib. cau. pig. vel hyp. ta. cõtra.

**ILLIBATVM**, id est, non diminutum glo. §. si. Inst. de iis qui sunt sui vel alien. iu.

**ILIENSES**, dicti sunt populi ab vrb. be Ilia, clarissima omnium que fuerunt in Asia, vel ex eo quod inde profecta est tota Romanorum Nobilitas (De quibus Callistratus lib. 27. ff. tit. de excusat. l. non tantum §. i. [Iliensibus, inquit, propter inelytam ciuitatis nobilitatem, & propter coniunctionem originis Rom.] N.

**ILLOTIS** manibus dixit Gaius

In l. 2. de Orig. iur. pro rem ipsam protinus aggredi nulla prefatione adhibita, & imparatis adhuc legentium animis.

**ILLUSIO**, est deceptio vel derisio. Clem. vnica. de Renun. vbi con- cor. mu. in gl. in verb. [ Illusio. ]

**ILLUSTRES**, est nomen notitiæ, eo quod multis clareat splendore generis vel sapientiæ vel virtutis, quamuis sit obscure natus: secundum Iud. Et nota quod quatuor sunt nomina dignitatum, scilicet maximi, ut sunt superillustres, magni, ut illustres, medij, ut spectabiles, minimi, ut clarissimi in Auth. de Appel. §. 1. & tribus seq. Inst. in procem. §. cumque, vbi gl. Illustres etiam dicuntur qui sunt de consilio & consistorio Imperatoris. l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiestatis. Vide latè Barbar. in c. nouit. de Iudi. & in c. tuam. de ord. cog. & per Alex. de Imo. in leg. 1. ff. de Offic. eius cui mand. est iurisd. in gl. in verbo, [tribuuntur.]

**ILLVIES**, immunditiam fetoremque oris designat l. qui clauum, de Edil. edi.

**ILLYRICVS**, i. Sclauus, scilicet aliquis de Sclaponia. vide supra coloni [Illyriciani.] C. de colon. Illyri. lib. 11.

*De I ante M.*

**IMAGINARIVM** pro ficticio, vnde imaginaria venditio, quæ nullo aut minimo accedente pretio fit. §. præterea Inst. quibus modis ius patr. pot. sol. & l. imaginaria. de Reg. iur.

**IMBECILLIS** est fragilis & inconflans, & dicitur quasi sine baculo.

**IMMISCERE**, verbum est proprium eorum hæredum qui sui sunt cum hæreditatem suam amplectuntur,

Cum enim non aliunde accedant, sed in familia sint, adire non dicuntur, sed immiscere. l. Impuberib. 11. & l. cum bonis, 87. ff. de Acquir. hered. l. 3. §. suo. leg. 7. §. non solum ff. de Minoribus. l. 8. & l. 10. C. de iure delib.

**IMMISCERE** igitur suorum hæredum est, Adire extraneorum: eaque sententia distinguitur in l. 6 §. si filius. ff. de Bo. li. l. 2. §. restitutus, ff. de min.

**IMMISSVM** dicitur, quod ita immissum est, ut in aliquo loco conquietat, veluti trabes quæ in alienum parietem immittuntur: vnde & seruitus tigni immittendi nomen accepit. leg. malum. de Ver. sig.

**IMMOLITVS**, inædificatus. Verbum hoc vsurpatur in l. Peducea. de limitibus. [ Ne quis eos limites decumanos obsepit, neue quid in eis immolium, neue quid ibi positum habero. ]

**IMMUNITAS**, est privilegium quoddam, vel remissio à iure ad non subeunda munera vel honores concessa, qualia enumerantur in tit. ff. de iure imm.

**IMO**, stat quandoque correctiuè, & accedens vt lit. non contest. de hoc text. inneta gl. 16 q. 1. prædicator. & leg. Stichus. ff. de manumif. test. & ibi plene per Bartol. quandoque stat copulatiuè vel implicatiuè, vt per eundem Bart. in 1. const. Cod. vbi latissime de vi huius dictionis.

**IMPEDIRE** dicitur qui retardat. c. pia. §. fin. de excep. lib. 6. & ibi not per Arch.

**IMPENSAB** secundum Azon. in Sum. de pecit. hære. dicta sunt ab impendendo, & sunt triplices, quædam necessaria, quædam viles, quædam voluptuaria. Necessaria dicuntur quibus non factis res

erat peritura, vel quæ si facta non essent, res longè deterior effecta fuisset: vt in l. impensæ. ff. de Verb. sig. verbi gratia, conduxit a te domum quæ nã ruinosa erat, quod nisi releuassent eam, erat casura: hæ impensæ dicuntur necessariae, & ipsas repetam per contrariam actionem conducti. Vtiles dicuntur, quibus non factis res non erat peritura, sed ipsis factis melior efficitur: vt pote, si faciam fenestras utiles in domo, vel similia faciunt. ergo vtilis impensæ rem deteriore esse meliorem Voluptuarie dicuntur, quibus non factis res non erat peritura, nec ipsis factis res efficitur melior, sed bene amœnior, vt pote, si facio picturas in domo mea: hæ non reperiuntur, nec deducuntur (quamuis secus sit in necessariis & vtilibus:) sed has licitum est mihi abraderè sine læsione prioris status, si abrasæ possunt mihi aliquam utilitatem afferre: alioquin non esset mihi licitum, quia malitiam hominum (qui nihil aliud quarunt nisi vt noceant) non est indulgendum, sed obuiandum: & sibi imputet qui eas fecit, quia donare videtur iuris fictione. Vide supra expensæ.

**IMPERATOR** non dicitur nisi post coronationem. Fel. in c. cum te. de Rescript. versic. similiter dicit gl. & vide gloss. in Clem. de Iur. sciur. in verbo, futurum.

**IMPERIVM** est duplex. scilicet merum & mixtum, de quib. vide suo loco in littera M.

**IMPERITIA**, id est, ignorantia. de Præscript. sicut graue.

**IMPERPETVVM** quandoque significat donec viuam. ff. pro Socio. l. 1. quandoque significat per infinita sæcula, etiam post mortem,

secundum gl. in verbo, perpetuatur, in §. at si ita, Instit. de Verb. oblig.

**IMPETERE**, i. accusare, vt extra, de Iure iur. C. quemadmodum

**IMPETIGINES**, pustula pruritu corpus infestantes quarum genera quatuor Cornelius Cels. lib. 5. describit. Hinc,

**IMPETIGINOSVS** impetigine affectus. Vlp. l. 6. §. 1. ff. de Adil. edict. Trebatius ait impetiginosum morbum non esse, si eo membro vbi impetigo esset aquæ rectè viatur.

**IMPILIA** leguntur apud Vlpian. in leg. 25. §. 1. ff. de Aur. Arg. Opinor pro falliolis quibus mulierum crines alligantur, quasi ad pilos pertinentes. [Fasciæ, inquit, cruales pedalesque & impilia, vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt.] Varro Testam. hanc fasciolam appellat.

**IMPLERE** intensionem sicut petitionem Iurisconsulti dicuntur, pro id quod intenditur probare, ac planum facere. Itemque implere exceptionem. l. penult. §. 2. Dig. de except. rei iudica. l. 19. ff. de Except. l. 21. C. de rei vendic. dicitur & implere præcisè, pro id quod positum est probare. l. 1. l. 23. Cod. de Probat. leg. 3 Cod. de Non num. pecun.

**IMPLEMENTVM** sumitur pro implemento conditionis, & hoc modo significat actum esse purificatum. leg. antepen. Digesti de Condit. inst.

**IMPOSSIBILE** dicitur multis modis. vt not. 61. distinct. Cantilenis ecclesiæ. Vnde impossibilitas proprie est triplex, videlicet iuris, facti, & naturæ, secundum Ioan. An. in regula nemo de Regul. iur. lib. 6. Et nota, quod impossibilitas, appositæ actui, di-



versimodè significat, vt ex signi-  
ficato ex ea sumpto, vel aliàs vn-  
decanque concluditur disponen-  
tem voluisse nam quandoque vi-  
tiat actum, quandoque habetur  
pro non adiecta, prout natura  
actus cui adicitur postulare vi-  
debitur, de quo latissimè & magi-  
straliter Dyn. in dicta regu. nemo  
potest, & post eum alij in §. im-  
possibilis. Instit. de Hære. instit. Et  
not. quod habetur etiam pro im-  
possibili quod à sola principis  
voluntate dependet, vt not. gl. in  
l. Continuus. §. cum quis. de Ver.  
oblig.

**IMPOSTORES**, dicuntur deceptores,  
& qui fallant præstigijs quibus-  
dam, dicti ab imponendo, quod est  
decipere. Iuuenalis,

*Facile est barbato imponere regi.*

Et Martialis:

*Callidus imposuit nuper mihi  
caupo Rauenna.*

Vlpian. lib. 21. de Ædilitio edicto.  
Iob quæ vitia, [Non gulosos, in-  
quis, nec impostores.] Accursus  
impostores interpretatur qui im-  
ponunt aliquid alicui. Inde dicta  
impostura, pro deceptione. Am-  
brosius in epist. ad Corinthios 1.  
[Omnis impostura tenebras pe-  
tit, & falsa pro veris ostendit.]  
Vlpianus lib. 47. de crimine stel-  
lionatus. l. stellionatus 2. §. item  
si quis. [Item si quis imposturam  
fecerit.]

**IMPOSTORES** dicuntur versuti &  
fallaces homines. Inde impostu-  
ra, id est, fallacia & deceptio:  
ducta videtur metaphora ab iit,  
qui operimentum aliquod rebus  
imponunt, vt vitia contegant.  
Hinc & verbum imponere pro  
simpliciter decipere. Horum ver-  
borum crebra sit mentio in in-

re, vt in leg. 1. de var. & extraord.  
cogn. in l. 4. de Ædilitio. & in tit.  
de crim. stel.

**IMPOTENTIA** cœundi est vitium  
vel defectus naturalis vel acci-  
dentalis, quo quis impeditur mu-  
lieri carnaliter commisceri.

**IMPRÆSENTIARVM** habetur in l.  
de Ætate. §. ex causa. ff. de inter-  
rog. act.

**IMPUBES**, est qui ex habitu corporis  
sui impubertatem ostendit, &  
quod generare vel concipere  
nondum possit, sicut masculus an-  
te 14. annum, mulier ante 12.  
Masculus enim impubes dicitur  
vsque ad 14. annum completum,  
puella verò vsque ad 14. vt inst.  
quibus modis tur. fin. in princ.

### De I ante N.

**IN**, ista distinctio per se sumpta ali-  
quando notat terminum in quo,  
aliquando pro fine, & pro alijs  
multis significationibus, de qui-  
bus vide Anton. in cap. in litteris.  
in princ. de Restit. spol.

**IN**, quando priuat vel auget, not.  
Ioann. Andr. de Consuet. ad no-  
stram. Et dat remissionem ad Spe-  
cul. de iur. patron. nobis autem.  
Sed plenius not. Arch. 40. distin.  
si Papa. & quandoque notat in-  
trincitatem, quandoque extrin-  
cicatem, iuxta Alexandrum. [In  
campo curro, &c.] Et habetur in  
l. si cui in princ. ff. de leg. primo.  
Quandoque ponitur pro [Val-  
de,] in compositione, vt inuigi-  
lare, id est, valde vigilare. Inter-  
dum ponitur pro [non] in com-  
positione, vt iniustus, iniquus, id  
est, non iustus, non æquus.

**INAUDITVM** filium dixisse videtur  
Vlp. in l. inauditum. ad l. Corn. de  
sica. pro non damnatum iudicio,  
vt ibi interpretatur Bud.

- IN AURIS**, quod à Græcis dicitur *ἐνώπιον*, ornamentum est ex auribus fœminarû dependens. Plautus in Menæch [Inaures da mihi faciendas pondô duûm nummûm] Ulpia. de Aur. & arg. leg. l. argumento. [Veluti inaures, armillæ, viriolæ.] Item l. pediculis. Inaures in quib. duæ margaritæ.
- IN AURIS**, ornamentum est ab auribus fœminarum dependens, cuius non semel meminit Iuricons. in tit. de Aur. & arg. l. l. argumento.
- IN BONIS** esse longè aliud est, ac ex bonis esse: nam in bonis nostris esse dicitur, cuius dominium ad nos pertinet: ex bonis verò, in quo quodpiam aliud ius habemus. §. pen. Inst. vi bon. rapt. vide supra.
- INCAPACITAS** dicitur pro ipsa reali incapacitate: prout natura rei dicitur, vel dispositio legis admittit, aut quodlibet medium operari vel significare declarat. Verbi gratia, promittitur vel legatur res sacra: incapacitas rei huius operatur quòd non valet nec in re nec in æstimatione, quia non est commercium rei sacrae. l. inter stipulâtem. §. sacram. ff. de Verb. obl. sed ubi legatur columna aurea, vel marmor piceum ad constructionem domus, de alia domo non valet legatum in re, licet valeat in æstimatione. l. cætera. §. si duobus. ff. de leg. primo. quia de se est in commercio hominum, sed ne destruat vel deterioretur, non tollitur de domo, sed habetur æstimatio rei, & sic de aliis exemplis.
- IN CAPITA** succedere secundùm Hostiensem in Sum. de Succ. ab intest. §. viso. vers. quid sit factum. et quando filij præmortuorum fratrum succedant in portionibus quot sunt capita, verbi gratia. Tres sunt filij ex præmortuo fratre, & vnus ex alio fratre: si tantum capiat filius ex vno fratre genitus, quantum tres ex alio geniti, succedunt in stirpes suas, quia quilibet capit certam portionem stirpis suæ. Si vero fratris tot portiones capiêtur, quot sunt capita, tunc succedunt in capita, vide infra, in stirpes succedere, & Azo in Sum. Cod. de her. Inst. Hostien. & Spec. co. tit. in tracta. libellorum, vers. nunc de colateralibus.
- INCENDIARIUS** est, qui ob inimicitiam, aut prædæ gratia, ædes, arbores, siue tegetes incendit, vt ff. de pœn. l. capitalium. §. incendiarij.
- INCENTIVVM** idem est quod appetitus vel audacia, titulus seu voluntas de vita & hon. clericor. & clericorum.
- INCENTOR** dicitur ideo, quia ipse alios prava suggestione lucendit ad vitia, & persuadendo inflammat, secundùm Ildorum.
- INCERTAS** regiones fundam diuidi, est in partes determinatas diuidi.
- INCERTVS** possessor, est quem ignoramus. l. subsignatum. §. fin. de Verb. sign.
- INCERTA** in iure appellantur, in quibus non apparet quid, quale, quantum. leg. vbi autem. 75. de Verb. obl. Item quæ non in specie sed in genere proferantur, veluti fundus, homo, triticum. l. hæredes. 25. §. incerto. ff. famil. hercisc. l. cum incertus. 13. ff. de legat. 1. l. in ratione. 30. §. incertus. ff. ad leg. Falcid.
- INCERTA** actio, siue incerta actio, dicitur per quam nulla

certa summa petitur, veluti ex stipulatione incerta: quod mihi ex stipulatu dari fieri oportet, l. 4 ff. de Vfur. l. 3. C. de Inutil. stipul. l. diem proferre. 27. in fin. ff. de Arbit. Ex omnibus bonæ fidei actionibus quod te mihi ex bona fide dare facere oportet, sic l. 1. ff. Vfur. l. 1. de condict. sine caus. ff. l. 2. §. aliud. ff. de Donat. l. vlt. si quis in ius voc.

**INCERTVS** contractus, qui propriū nomen non habet. l. 9. ff. si cert. pet. l. 1. §. debitum. ff. de Const. pecun. Incerta persona, quam incerta opinione ex animo testator subiicit, cuius exemplum ponit Imp. §. 27. de Legat.

**INCESTAS** nuptiæ, sunt quæ inter collaterales vel affines fiunt, secundum glo. in Authentic. de incest. nupt. in princip. in verb. [incestas.] vbi constituit differentiam inter nuptias incestas, nefarias, & illicitas, tamen iuris auctores non rarò his nominibus promiscuè vtantur.

**INCESTVS** est maior adulterio. l. si. adulterium. §. 1. versic. [occurrit de adulteris.] & est coitus carnalis inter affines & collaterales. §. si aduersus Inst. de nupt.

**INCESTVS** est abusus consanguinearum vel affinium, vt §. cum ergo 36. quæst. 1. & 35. causa. quasi per totam.

**INCESTVOSVS** dicitur qui cognatam vel affinem vel etiam sanctimonialem nefario amore vel coitu violat seu maculat, siue in matrimonio, siue sine matrimonio vt in §. præalleg. & 26. dist. virgines.

**INCIPENS** & emergens quomodo differant not. in cap. 1. de or. cog. & c. à nobis. de except. vide de hoc supra, emergens.

**INCILLAS** fossæ, siue [incilia,] sunt

quæ à Græcis dicuntur diotones, & sunt per quas aquæ pluuiæ deducuntur ex fatis. Apuleius li. 9. de asino: [Viam lacunosis incilibus voraginosam.] Cato de re rustica: [Per hyemem aquam de agro depellere oportet, fossas inciles puras habere.] Festus Pöp. [Incillæ fossæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, siue deriuationes de riuo communi factæ.] Vlp. lib. 40. Digest. tit. de riuis lege 1. [Incile est locus depressus, ad latus fluminis, ex eo dictus quòd incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primùm aqua ex flumine agi possit.] Idem Vlp. in eodem libro, tit. ne quid in flumine publico, lege 1. [Si incile, inquit, ducat, & alio loco fiat] Meminit quoque incilis in titulo de aqua quotid. l. 1.

**INCILIA**, vide infra, [Interdictum de riuis.]

**INCOLA** dicitur, qui in aliquam regionem domicilium contulit, vel contrahit, quasi sedem ibi positurus vel mansionem, ita quòd transactis decem annis domicilium retinuit, licet etiam causa studij ibidem steterit, vt ff. de Verb. sign. l. pupillus. §. incola. vel qui propriam terram colit. Require supra. [Agricola.]

**INCOLUMIS** dicitur à nomine columna, quia sicut columna est erecta, fortis & stabilis, ita incolumis consimiliter: & ista ratione forè filius dicitur habere in bonis patris quartam incolumem, id est, fortem, stabilem, quia fidei commissa & legata eam minucere non possunt, l. 2. cum ibi not. C. de inof. don.

**INCONCVSSA**, id est, inuiolata, seu inconcussè, id est, quietè, sine interpellatione. capit. Illud & cap.

& cap. auditis de Præscripte.  
**INCONSULTO** factum dicitur, quod dedita opera factum non est.  
**INCONTINENTI**, id est, statim, recipit tamen hoc verbum interpretationem à iure, de quo supra in verb. [facere.]  
**INCORRIGIBILIS** secundum Bald. dicitur, qui non paret iudici in extremo iurisdictionis quod est sententia. Sed contumax dicitur, qui non paret in principio iurisdictionis, quod est citatio vel in ius vocatio. Secundum Ant. de Butr. dicitur incorrigibilis, qui postquam penitus est condemnatus, iterum reuertitur ad idem crimen. c. vt fam. de Sent. excom. licet enim non faciat penitentiam, non dicitur propterea incorrigibilis, nisi reuertatur ad simile vel ad peius delictum, nec faciat sui presentiam iudici. c. quoniam frequenter. §. 1. Vt lit. non contest. dum enim facit sui presentiam, vt iudex eum apprehendere possit, non est incorrigibilis, quia ecclesia habet adhuc, quid ultra faciat. cap. cum non ab homine. de lud.  
**INCREDITVM** ire, est idem quod credere. l. 2. §. mutui, si certum petatur.  
**INCREDITVM** possidere, hoc est, propter creditum, vsus est Vlp. in l. à diuo. §. si pignora. ff. de Re iud.  
**INCRUSTARE**, est crustam parietis, vel alicui alteri rei inducere, siue ex calce, gypso, argilla, siue ex lapide, aut alia materia. Horatius 1. Serm.  
*Syncerum cupimus vas, incrustare.*  
 Varro apud Marcel. [Pauimenta, inquit, & parietes incrustatis.] Proculus lib. 8. Digest. de seruitutibus vrbanoꝝ prædiorum, l. quidam, [Parietem, inquit, co-

munè incrustare licet.] Et post post: [Quod obseruari in incrustatione oportet.] Item de Verb. signif. l. impensæ. Paulus ait, [incrustationes, loricationes & picturæ.] Ant. Nebr.  
**INCRUSTATIONES** secundum Alciat in l. impensæ. de Verb. signif. sunt testoria parietum ex crutis marmoreis confecta.  
**INCUNCTANTER**, id est, de cætero. 3 q. 6. hæc quippe in fin. ex gl. 1. quandoque, id est, sine mora. ff. de Admin. tut. l. tutor qui reperiatoriu. §. 1. Quandoquid est, [indubitanter, [quia cunctari idem est quod morari vel dubitare, & ita sumitur extrâ, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. c. 1. de sentent. excommun. cum quis. lib. 6. & ibi per Archid. 9. dist. c. noli. 3 q. 6. hæc quippe. & extrâ, de schismat. cap. fraternitati, & in vtraque significatione potest sumi. d. cap. noli. & ibi de hoc per Archid.  
**INEVRIA** est negligentia. Cle. quia contingit. de Relig. dom. & cap. quæsitum. de pœnit. & remiss.  
**INDAGO** apud Vlpian. in l. emptorem. §. vlt. de Act. empt. sumitur pro effectu indaginis, hoc est, captura, quod à Budæo ibi proditum extat.  
**INDEFINITA** capitur pro oratione, cui non præponitur signum vniuersale vel particulare. Et oratio indefinita significat indifferenter: quandoque etiã vniuersaliter distributive seu collective, seu aliter, pro vt eius significatum vel materia subiecta vel circumstantia, seu aliquid medium probabile concludit, v. g. Lex loquitur indefinitè dicendo, veditor tenetur rem tradere, vel tenetur de euictione: vel homicida, vel fur est puniendus. significat

ficat vniuersaliter: quia sensus est, quod omnis homo qui est venditor, tenetur tradere rem, & omnis homo, qui est homicida vel fur, est puniendus. Et hoc patet ex omnibus legibus sic loquentibus cum earum intellectu. Nam natura legis est, omnia in quibus est medium, sub eadem regula concludere. Cum enim ibi sit eadem ratio, ibi & idem ius esse debet. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. Item qua ratione de ista lege detraheretur vnus, eadem & alius, & sic remaneret delusoria: & sic dicit, seu ideo dicit vniuersaliter. Differt tamen indefinita ab vniuersali secundum Bart. quia vniuersalis omnia significat ex suo proprio significato: indefinita vero non comprehendit omnia ex sua significatione propria, sed ex identitate rationis, interpretatione iuris vel dispositione legis. Verbi gratia, lex dicit homicidam puniendum morte, non tamen sub hac lege comprehenditur homicida iuste occidens, scilicet ad sui defensionem, vel per sententiam, vt in l. i. Cod. ad legem Corneliam, de Siciariis. secus si lex loqueretur vniuersaliter, quia tunc ex proprio significato contineret omnia, & non interpretatione iuris, sicut indefinita. Item cum proferitur ab homine in materia naturali dicendo, homo est animal, significat vniuersaliter, quia sensus est, quod omnis homo est animal, quia significatum sumptum ex natura in necessario, inest omni homini. Idem cum proferitur à lege, dicendo, obligatio est iuris vinculum, vel actio est ius persequendi, &c. quia cuilibet obligationi & actioni necessario conuenit des-

nitio. Item ibi, in iudicio interrogatus de pluribus criminibus, an fecerit, respondet quod illa non fecit, & quipollet vniuersali, putà sensus est quod nihil horum fecit, l. si is qui ducenta, §. vtrum. ff. de Reb. dub. quia significatum sumitur ex interrogatione & responsione facta in iudicio. nam responsio facta ibi debet certiorare interrogantem, aliàs non dicitur responsio, modò accipiendo vniuersaliter interrogans certioraretur, quia respondens omnia negat. Si autem non acciperetur vniuersaliter, non certioraretur aliquo modo, quia non appareret quid negaret, & quid confiteretur. Et sumitur hinc significatum ex æquipollentia, quia negatio præposita signo, facit orationem æquipollere suo contradictorio. Nam licet ibi negatio postponatur in ordine scripturæ, præponitur tamen in ordine constructionis, dicendo, quid eorum non feci, id est, non feci quid eorum: & sic æquipollet isti, nihil eorum feci. iura tamen parum intendunt significatum æquipollentiarum. Item ibi, [promitto per hæredem meum non fieri, quominus tibi ire, agere liceat,] hæc verba [per hæredem meum,] significant vniuersaliter, quia sensus est, per nullum hæredem meum. l. 2. §. fin. ff. de Ver. obl. quia nomen hæredis licet proferatur in singulari, tamen significat omnes hæredes, aliàs stipulatio non haberet hæreditatem, nec esset certitudo, de quo intelligeretur, & de quo non. Item ibi, testator dicit, [lego seruos meos textores, si omnes sunt textores,] significat vniuersaliter quia sensus est, lego omnes seruos meos, leg. seruis vrbani. §. fin. ff. de Legat. 3. quia signi

significatum hoc sumitur ex accidentia facti, quod omnes sunt textores. Si autem aliqui sunt textores, alij non, significat vniuersaliter omnes textores, & non vniuersaliter omnes setuos, l. præalleg. quia verbum, textores, ponitur restrictiue, vt alij non contineantur in legato. Item ibi, testator dicit, [lego lanam, argentum,] significat vniuersaliter, vt omnis lana, omne argentum videatur legatum. l. si cui. lana ff. de Legatis 3. quia qua ratione vnum ibi comprehenditur, eadem ratione & aliud: & qua ratione vnum excluditur, eadem & aliud: & sic nihil significatur. Item ibi, [obligo bona mea,] non significat vniuersaliter, quia supellex, filij naturales, & concubina non continentur. l. obligatione ff. de Pignor. quia ex natura istarum rerum, quis ad istas ita afficitur, quod nunquam vel raro obligat: ergo in obligatione eas noluit comprehendere, sed comprehenduntur alia, ad quæ quis solet obligari pro debito, quia significatum sumitur ex verbis & communi modo agendi, seu obligandi. Debent enim verba deseruire intentioni, & non intentio verbis. Idem, si dicit vniuersaliter, [obligo omnia bona mea,] quia adhuc prædicta non comprehenduntur. Item ibi testator dicit, [hæres meus damnas esto,] clarè significat vniuersaliter, quia sensus est, quod omnes hæredes teneantur. l. si pluribus ff. de Legat. 2. Finaliter ergo indefinita æquipollet vniuersali. ext. de priuileg. c. quia circa 19. dist. si Romanorum. ff. de serui. l. si cui. & hoc verum est indefinita legis vel canonis, ius tradere intendentis: talis enim indefinita æ-

quipollet vniuersali; si lege vel canone non definitur. 30. qu. 1. quod si dormierit, Ioan. Andr. not. quod si non est eadem ratio & conditio propter aliquod accidens omnium particularium in vniuerso comprehensorum, tunc indefinita non æquipollet vniuersali, v. g. legatur lana indefinitè, non continetur tincta in legato. l. si cui. in princip. ff. de Legat. 3. Sed si legatur omnis lana, tincta etiam cedit legato. l. pediculis. §. Labeo. ff. de Aur. & arg. leg. in glos. super verborum, [debentur] & vide glos. in verb. [aliorum ecclesiasticorum.] in c. vt circa. de Elect. lib. 6. vbi de hoc plenè not.

**INDEBITVM** accipimus, non solum si omnino non debeat, sed & si per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat. l. 26. §. 1. ff. de Condit. indeb.

**INDEBITVM** est, non tantum quod omnino non debetur, sed & quod alij debetur, si alij soluitur: aut si id quod alius soluebat, alius quasi ipse debeat soluat. l. in summa. 65. ff. de Condit. indeb.

**INDEMNITATEM** alicui repromittere, est cauere indemnem, ex eo negotio, de quo agitur, futurum. l. 14. & l. 16. ff. ad Trebel. l. 8. §. 1. ad Velleian.

**INDEX** est proditor, dicitur ab indicando, secundum Isid. [Capitur etiam pro digito proximo pollicis, item pro tabula, quæ præfigitur libris ad indicanda rerum capita: quo sensu intelligi potest, §. vlt. de publ. iudic. vt doctissimus docuit Alc. Interdum significat exemplum, l. 2. ff. de fundi instr.]

**INDICARE** inter alia significata, significat etiam astimare & pretium

pretium rei vānalis statuerē, per-  
tinetque ad vendentem, sicut li-  
ceri & mercari ad emptorem.

**INDICATIO**, quo verbo vitur Iu-  
riscons. in l. Iulianus. § quod au-  
tem. de actiō. empt. est promissio  
vel additio.

**INDI CASSE** reum non est solum  
decussisse, sed etiam arguisse &  
conuicisse. l. indicasse. de Verbor.  
signif.

**INDICIUM**, est medium intellectuā-  
le veritatis eliciendæ, ex aliqua  
singulari circumstantia infur-  
gens. Codice de Rei vendicatio.  
lege indicia & dicitur ab indi-  
cando, quia indicatur, id est no-  
tificatur.

**INDICIUM** profiteri, est vltro sese  
consortesque criminis deferre. l.  
I de sicar. & ita ibi interpretatur  
Badzus.

**INDICTIO**, est denunciatio, quia in-  
dicere est denunciare. Horat. in 1.  
Sermon.

— *Ventri indico bellum.*

Idem in epist.

— *Indictis comes ire Latinis.*

Vlpianus lib 38. Digest. tit. de o-  
peris libertorum. l. libertus [Cui  
post indictionem, inquit, opera-  
rum.] Atque alibi: [Si indictio-  
nes temporariæ indictæ sunt.]  
Ant. Nebr.

**INDICTIO** est numerus annorum  
consistens ex tribus lustris. Est  
autem lustrum quinquennium. &  
qualiter possit inueniri indictio,  
habetur in gl. indictionis. c. inter  
dilectos. de fide instr. Sic enim  
faciendum est, annis Domini ad-  
das tres, & diuide totum per  
quindecim, & id, quod remanet  
completa diuisione in numero  
diuidendo, hoc ostendit indictio-

nem in isto seu pro isto anno. gl.  
in Auth. vt præponat. nomen Im-  
per. & Cod. de Iustin. Cod. confir.  
in fia. vide latius de hac materiā.  
Est præterea interdictio nomen  
publicæ pensationis, quam vul-  
gō [taleam] appellamus. Sumitur  
& pro denunciatione, vt in l. li-  
bertus. de Op. lib.

**INDICITUM**, est quod indicitur, id  
est, notificatur vt sciatur & fiat, ab  
indicendo dictum, & sic fit indi-  
ctum super iudicium, ne proce-  
datur.

**IN DIEM** additio, est quando quis  
ita vendit rem, vt si quis intra  
centum diem meliorem partem  
obtulerit conditionis, scilicet  
plus quam prior emptor, res ven-  
ditori tradatur, vt alij vendere  
possit, cuiunque velit, vt ff. eo-  
dem tit.

**INDIGENA** dicitur quasi inde ge-  
nitus, vel quasi in eo loco natus,  
secundum Isidor.

**INDIGNARI** & dedignari diffe-  
runt, vt patet in can. vera iustitia.  
dist. 45. vnde indignari sapit vir-  
tutē, sed dedignari arrogantiam.

**INDIVIDUUM**, est quod de vno solo  
predicatur, vt de seipso, vt Titius  
nihil aliud significat quam seip-  
sum, not. Bartolus in leg. quæsi-  
tum. § penult. & seq. ff. de fund.  
instr. & alio modo capitur, vt  
not. in l. 2. §. harum. & l. 4. §. Ca-  
ro. & ibi not. per Doct. ff. de Ver.  
obligat.

**INDOLENS**, est quædam imago futuræ  
virtutis, secundum Isidor. proprie  
dicendo.

**INDUCERE**, circumducere & cancel-  
lare differunt. Nam inducere est  
per mediam lineam pennam tra-  
here: circumducere est circumcir-  
ca pennam ducere: cancellare ve-  
rò est ad modum crucis pennam  
ducere. gloss. notat. in leg. si quis  
liber

libertatem, in verb. [inducatur.]  
ff. de perit. hered. & alia gl. in l.  
inductum C. de soluc.

**INDUCIÆ** sunt dictæ, quod in diem  
centum ab vtrisque hostibus dan-  
tur Plin. lib. 7. [Inducias, inquit,  
Lycaon primus inuenit.] Paulus  
lib. 49 Dig. tit. de C. priuis. leg.  
postliminium. [Induciæ, inquit,  
sunt, cum in breui & in præfenti  
tempore conuenit, ne inuicem se  
lacefferent hostes. [Accursius sa-  
tis inepte inter inducias & treu-  
gam differentiam facit, cum treu-  
ga non sit magis Latinum, quam  
guerra, quam homagium, quam  
feudum, quam tenuta, quam mille  
alia, quibus isti nulla necessitate  
coacti vtrantur.]

**INDUCIÆ** secundum gloss. in  
summ. 3. quæst. 2. in summa sunt  
quintuplices, scilicet, restitutoria,  
præparatoria, citatoria, de-  
liberatoria, iudicatoria, siue exe-  
cutoria. Et ibi ponitur tempus  
omnium. quam gloss. vide supra  
dilatio.

**INDUCERE**, præter alios sensus,  
quos habet plures, significat  
etiam expungere & cancellare,  
hoc est, transuerso calamo quod  
scriptum erat delere. Ulpianus in  
tit. de iis quæ in testam. delentur.  
l. cancellauerat. [Cancellauerat  
autem quis testamentum vel in-  
duxerat.] Item, [Si nomina om-  
nia induxerat, vt proponitur.]  
Item: [Quæ in testamento legi  
possunt, ea inconsulto deleta vel  
inducta nihilominus valent, con-  
sulto non valent.] hinc inductio  
pro absolutione & litura. Nebr.

**INDULGENTIA**, not. Ar-  
chid. 2. quæstione 3. cap. fin. de  
penit. & remiss. cap. 2. lib. 6. Et  
not. quod in iure civili plerum-  
que accipitur pro permissione &  
benigna concessione, vt attentè

iegenti apertissimè liquebit.

**INEPTIÆ**, sunt facultates, cap. qua  
traditione. 22. dist.

**INEPTABILIS** dicitur, eò quod  
nunquam expictar, i. purgatur,  
secundum Isid.

**INFAMIA**, est famæ priuatio, siue  
diminutio. Fama namque quan-  
doque sumitur, vt ex toto pro-  
tincta habeatur, scilicet, cum  
maxima vel media capitis distri-  
natio interuenerit, vel sic, [In-  
famia est communis opinio ver-  
bis pronunciata ex suspicionibus  
orta.] Item, infamia est aliud  
quàm scandalum, & plus impor-  
tat, quia per purgationem tolli-  
tur, sed in illo purgatio non in-  
ducitur. de hom. ex interis. r. in  
gloss. item, infamia est illa  
dignitatis status vita & moribus  
reprobatus. Per oppositum fame  
describitur. Require supra [fa-  
ma. [& de Cohab. cler. & mulier.  
cap. vestra, in gloss. in verb. no-  
torium.] Vnde duplex est infa-  
mia, scilicet iuris & facti. Infamia  
iuris, est quando ius dicit aliquem  
esse infamem: sed infamia facti  
est, quando apud bonos & graues  
viros est opinio de crimine ali-  
cuius, de hoc l. r. ff. de iis, qui not.  
infam. Infamia iuris duplex est,  
scil. civilis & canonica. Et infa-  
mia iuris ciuillis contrahitur ex  
sententia criminis publici, scilicet,  
diffinitiuæ, non autem ex senten-  
tia interlocutoria, nec arbitri.  
Etiam quandoque ex sententia  
criminis priuati, vt furti, vel in-  
iuriarum. Etiam quandoque ex  
facto absque sententia quis inci-  
dit in infamiam. Infamia canoni-  
ca contrahitur ex quolibet pec-  
cato mortali. Et quando infamia,  
& quæ repellat testem à testi-  
câdo in causa criminali vel ciui-  
li criminaliter seu ciuilliter in-  
câto,



tara, not. in cap. testimonium, de testibus.

**INFAMIS** est, qui accusatus de crimine infamante, etiam si civiliter agatur, condemnatur. glossa in c. cum te, de Re iudi. & in can. multi. 2. quæst. 1. Felin. & Abb. in d. c. cum te.

**INFANS**, est paruulus citra septem annos. vt l. si infanti. Cod. de iure delib.

**INFANTIÆ** proximus, id est, vsque ad decem annos & dimidium.

**INFECTI** argenti appellatio refertur ad rudem argenti materiam, id est, non factam. l. et si, §. infecti. de Auro & Arg. leg.

**INFECTVM** damnum, vide supra damnum.

**INFICIATIO**, est negatio: ab inficior, inficioris, quod est ire inficias, siue negare. Cic. de partitionibus Orat. [Rationem, inquit, habet criminis, inficiationemque facti.] Neratius lib. 46 Digestorum, titulo iudicatum solui. leg. ex iudicatum. [Ad inficiationem, inquit, compelli eum qui sine iudicio partem dare paratus est.] Anton. Nebr.

**INFICIATIO**, i. negatio. l. ea. quæ. §. si quid. ff. de Solut. Et inficioris, id est, negare. Hinc est quod dicitur aliquando de aliquibus actionibus, quod crescunt per inficiationem, quia ab initio competunt ad simplicem, hoc est, ad rem vel æstimationem seu damnum datum: & si ille hoc negauerit, & de hoc conuincatur, condemnabitur ad duplum, vt in actione depositi, de eo quod depositum ex timore ruinae, incendij, vel naufragij, vide supra de actione. [actio in factum.]

**INFICIATOR**, i. negator, quia non fatetur, sed contra veritatem mendacio innicitur.

Voc. iur.

**INFINITAS** in multis iuris regulis prohibetur. de Rescripte cum multis. lib. 6 & de hoc habes plures concordant. de Aetat. & Qualit. c. penult. vide de hoc per Ioannem Andream in gloss. cap. cum in multis.

**INFINITIVVM** verbi actiui aliquando resoluitur in principium sui passiuum, & in infinitiuum alterius verbi, vt tribuere, hoc est, tributum seruare. ff. de manu. viii. lege iusta. §. sciendum, quandoque resoluitur in infinitiuum alterius verbi, & participium sui actiui, & aliud nomen, vt manumittere, i. manumittenti auctoritatem præstare, vt exponitur ff. de Manumif. vindic. l. si rogatus. §. si. secundam vnã expositionem. Quandoque in gerundium & aliud verbum, vt atterere, id est, atterendo infligitur. Cod. de Curial. vrb. Rom. l. 2. Quandoque resoluitur in [ vt ] & verbum alterius modi, vt nasci, id est, vt nascatur. in Authent. quibus modis naturales efficiantur legit. §. 1. Quandoque infinitiuum præsentis temporis verbi actiui resoluitur in infinitiuum præteriti temporis eiusdem verbi & in infinitiuum alterius verbi, vt præstare, id est, præstitisse videri. ff. de repud. leg. vxores. De infinitiuo vide per Bartol. & alios in l. 5. ff. de Verb. oblig.

**IN SOLLE** offerre, Callistratus Iuriconsultus intellexisse videtur eum, qui ad liquidum rationes non reddit. lege cum seruus. de Cond. & Demonstr. metaphora ab iis ducta, qui pecuniam intra marsupium ostentant: ita tamen vt nec qualis quantave sit agnoscatur.

**IN FRAUDEM** creditorum manumittere quid sit, declarat Imp. in §.

- in §. in fraudem. Instit. quibus ex  
caus. manumit. non lic.
- IN** fraudem legis facere videtur qui  
saluis verbis legis sententiam  
eius circumuenit. l. contra. ff. de  
legib. vbi exempla in gl.
- INFRA**, hæc dictio includit: nam si  
quid infra 20. dies fieri debet, vi-  
cesima dies includitur. ita not.  
Ioan. Andr. in cap. præterea. vers.  
infra 20. dies. de Appell.
- INFRA**, nota per Innoc. de fide in-  
strument. inter dilectos. & Ioan.  
Mona. de Except. pia. super ver.  
octo lib. 6. ibi habes quando in-  
cludit vel excludit.
- IN** fructu esse quid dicitur, demon-  
strat elegantissimè Iuriscons. in l.  
in fructu. de Usu fructu leg.
- INFULA** sumitur interdum pro co-  
rona Imperiali. C. de qua. præscr.  
leg. 1. in fin. Quandoque pro alba  
fasciola sacerdotalis capitis, se-  
cundum gl. in Clem. 2. de Vita &  
Honest. Cleric. Capitur etiam pro  
mitra episcopi vel abbatis.
- INGENIOSVS** dicitur quasi intus ha-  
bens vim gignendi quamlibet ar-  
tem, secundum Isid. Et ingenium  
quandoque ponitur pro fraude,  
dolo, & calliditate. Abb. in c. licet.  
de Elec. num. 16.
- INGENUVS** est, cui ex natiuitate  
competit libertas qui non est fa-  
ctus liber, sed natus Inst. de inge.  
in prin. vide de hoc etiam Azon.  
in sum. C. de Ingenu. vel est qui  
statim quando nascitur liber est.  
de Ser. non ordi. c. instruendi. in  
gl. 1. Et ingenuitas dicitur liber-  
tas. de Purga. canon. c. 1. in gl.
- INGRESSVS** religionem dicitur ille  
qui professus est, aliter non. ita  
Felin. in c. cum deputati. de Iud.  
in princ.
- INHIBITIO**, est frequens requisitio.  
Codice de Pet. bon. subla. leg. 1.  
lib. 10.
- INIBI**, est aduerbium composi-  
tum ex in & ibi: & significat idem  
quod in eo loco.
- INIICERE** manum, propriè est quo-  
ties nulla iudicis expectata au-  
thoritate rem nostram aut nobis  
debitam vendicamus. l. sed si. de  
ius vocand. & leg. penult. de Se-  
expor.
- INIMICVS** capitalis dicitur, qui  
alteri mortem minatur, vel eum  
accusat de crimine capitali. not.  
glossa in lege licet. ff. de Arbitr.  
Et quæ dicantur inimicitia capi-  
tales, vide Bartolum in leg. §. 3. fi.  
nali de Adi. leg. & Abb. in cap. ac-  
cedens. 2. vt lit. non cont. versic.  
& not. bene. & ibidem Felin. &  
gloss. Instit. de Excu. tut. vel eor.  
§. inimicitia.
- IN** integrum restituere, est reducere  
in eum statum in quo erat ante  
læsionem, de in integ. restit. cap.  
auditis. in gl. fin. & per hunc mo-  
dum subuenietur minoribus &  
Ecclesiis. Et quandoque ex legi-  
tima & iusta causa subuenietur  
etiam maioribus, vt ff. ex quibus  
caus. maior. per tot. Et sic intelli-  
guntur. c. ex literis eod. tit. & cap.  
cum Bertoldus. de Re iud. & cap.  
significante. de Pig.
- IN** integrum restitutio, est prioris  
status redintegratio, vel iuris  
prioris: etiam est audientia re-  
dintegratio, secundum Spec. codi-  
tit. & l. quod si minor. §. restitua-  
tio ff. de Mino. vide infra, in ver.  
restitutio.
- INITA**, id est, contracta. de Pac. cap.  
Antigonus.
- INIURIA** vno modo generali dicitur  
esse illud quod non sit iure,  
& dicitur quasi non iure tactum.  
Secundò, iniuria specialiter di-  
citur culpa, vt in lege Aquilia.  
Tertiò, dicitur iniquitas vel in-  
iustitia iudicantis, vt Instit. codi-  
tit.

tit. de iniur. in prin. Quartò dicitur contumelia, vt ff. de iniur. l. 1. in prin. & l. item apud Labeonem. eod. tit. Dicitur ergo iniuria quasi ius iniquum, ex eo sic dicta quòd iure & iustitia caret. Fit autem iniuria tribus modis, s. re, verbis & literis. Re, vt cum manus inferuntur, vt d. l. §. 1. Verbis, vt cum fit conuicium, vt in §. 1. iam alleg. In iuria literis fit, cum quis ad infamiam alicuius libellum vel famosum carmen vel historiam conscribit, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia, §. si quis. Require supra famosum carmen. Item iniuria triplex est, vna leuis, vt si modico istu quis à patre vel superiore percutiatur: alia atrox, vt si aliquis à minore se verberetur, vel in conspectu iudicis, vel oculo aut membro priuetur. Et sic dicitur pluribus modis, vt præmissum est.

**INIURIARVM**, Require supra, **Actio** iniuriarum.

**IN IUS** vocare, est causa iuris experiendi vocare, apud eum qui ius dicitur est, i. vt experiatur actor an ius sibi competat, an non. vide de hoc Azon. in Sum. C. eod. tit. & habetur C. & ff. eod. tit. l. 1.

**IN IURE** iurare, est suo arbitrio præstito iuramento, pro quanto nollet re carere, rei æstimationem secundum suum interesse singulare facere: & hoc taxatione facta per iudicem, vt l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. & l. arbitrio. ff. de dolo.

**INNOCVVS** dicitur, cui nocitum non fit, secundum l. fid.

**INNOXIVS** est, qui non nocet, sicut noxius nocens dicitur.

**INNOVAMVS**, vide decernimus.

**INOFFICIOSA** donatio dicitur, quæ contra officium pietatis facta est & sic ad similitudinem in-

officiosi testamenti, vt C. de Inof. don. l. 1. & per totum tit seq. quia per eam liberi vel parentes excluduntur à bonorum subsidio, vel ex proposito donantis, vel re ipsa, quòd per se sufficit ad reuocationem donationis, licet propositum vel consilium donantis non interueniat, iuxta no. in l. si liqueat. in glo. C. eo. tit. vide de hoc ibidem.

**INOFFICIOSVM** testamentum dicitur, quòd factum est contra officium pietatis, vt l. 2. ff. de Inoff. testa. quo sc. filius proprius aut præteritur, aut iniquè exhæredatur, hoc est, quòd pater vel mater fecit testamentum. Item quòd filius in testamento patrem sine causa exhæredat. Etiam, si frater frater exhæredat, turpibus personis institutis in duobus casibus.

**INQUILINVS** dicitur, qui conducit rem vrbanam. l. emptorem. in gl. C. locati. vnde inquilinus residet in ciuitate, colonus verò in villa. ff. de Acqui. pos. l. re pignoris. Inquilinus tamen proprie dicitur colens prædium vrbicum, sed colonus prædium rusticum. Require supra Colonus.

**INQUISITIO**, est alicuius criminis per superiorem respectu inferiorum suorum inuestigatio, vt in ti. de Accu. & inquisi. & denun. inquirere sumitur pro inuestigatione facti, vt not. Ant. in c. vstra. de Cohabit. cleric. & mu.

**IN RE**, i. sine præfinitione persone. l. cum vn<sup>o</sup>. de bo. aut iud. pos. vnde pactum in rem dicitur, quoties generaliter pactor, ne re petam, l. Iuris gentiu. §. pactorum. de pac.

**IN REM** verti, est in alicuius vtilitatem verti, vide supra, actio de in rem verso.

**INSCITIA**, i. ignorantia. 38. dist. 6. Si in laicis.

*Dicitur supra  
in C. ante o  
Videtur colonus  
fol. 180. In  
glor. int. de re  
sup. diu. §.  
in l. 1. 2.*

**INSCRIBERE**, est se obligare, si non probauerit, ad eam pœnam quam reus debet pati, vel quam accusando inferre intendit, si probauerit accusator, vt in cap. super his. de accus. in gloss. & 2. q. 8. quisquis.

**INSCRIPTIO**, est quidam libellus quem accusator affert iudici sub hac forma scriptus: [Ego N. coram vel apud N. prætorem vel iudicem, defero talem reum lege Iulia de adulter. de adulterio quod commisit cum B. dum esset cum ea mense tali, in domo tali, consule tali regnante.] Et operatur inscriptio, quod accusator, si crimen non probauerit quod imposuit, ad talionem obligatur. Habet autem inscriptio locum solum in criminibus, vbi per modum accusationis instituuntur, non si per modum exceptionis opponantur, vel vt de eis sine accusatore cognoscatur: vt l. qui crimen cum ibi not. C. de his qui accus. non poss. Qualiter autem talis libellus debeat formari, & quæ continere, not. in l. pen. C. de accus.

**INSERVIRE** frequentiam notat, de fide instrum. c. 1. in gloss.

**IN sinu habere**, vide [habere in sinu.]

**INSINUATIO**, est scriptura facta in præsentia publicarum personarum, & in actis, vbi superfluum est testes adhiberi, cum publica monumenta sufficiant, vt C. de Donat. l. lata. & in l. in donatio.

**INOLENTIA**, est morum inconuenientia, fatuitas, superbia, vel prauus vsus, quasi contra solitum & debitum naturæ cursum. de Accu. c. qualiter & quando. 2. §. verum, & de of. or. c. 1. in cle.

**IN solidum**, i. in totum, & ponitur in instrumentis, maxime in pro-

curatoriis, vt in c. si duo. de Proc. cur. lib. 5. vbi de hoc, & infra in ver. [solidum.] Nonnunquam tamen ad partem, non ad totum refertur, vt in l. ea quæ. de Reg. iur.

**IN solutum**, i. in solutionem.

**INSPECTOR** dicitur qui ad prædæ provincialia accedere habet, forte vt referat vel reformet si aliqua essent deserta, vel male æquata, vt hæc tollantur. C. de anno. & tributis. l. fin. & etiam dicitur discussor. Cod. de Cens. & censitori. & peræquato. l. peræquatores. lib. 11.

**INSTANTIA**, est tempus quo iudicium discutitur, & finire debet in c. venerabilis. de Iudic. Iuriconsult. in l. 1. de lib. dimiss. videtur vsurpasse pro assiduitate à verbo [insto.] quod est vrgeo, & exactam diligentiam adhibeo.

**IN stirpes succedere** secundum Host. de success. ab intesta. sub. §. contra. vers. [in stirpes succedere.] est succedere filios præmorum in eam partem quam eorum parentes eorū habituri si viuerent, vnde si quis ex vno filio vnū nepotem suscepit, & ex alio decem vel plures, tantum capiet vnus ex parte vna, quantum 10. ex parte altera, hoc si tractetur de successione descendentiū. Collaterales namque semper viriliter succedunt, & hi qui sunt in eodē gradu, succedunt viriliter, i. pro æquis portionibus: vt in Auth. de hære. ab intest. §. si verò fratrum sine in capita. C. de leg. hæ. l. si & Auth. cessante. licet quidam dixerint quod in capita semper succedat, vide Host. ibidem sub §. viso. ver. quod si fratrum filij. Require supra in capita succedere.

**INSTITOR**, vt inquit Iuriconsultus, lib. 13. Dig. in tit. de Institor. actio.

**actio.** I. **institor.** est qui tabernæ locove ad emendum vendendumque præponitur. Atque ibidem: [Institor, inquit, appellatus est ex eo quod negotio gerendo iaster.] Iuven.

*Institor byberna tegetis niueique cadurci.*

Accipitur etiam pro eo qui circumfert per urbem merces venales, ut in eo. tit. & apud Ouid. in 1. de arte.

*Institor ad dominam veniet discinctus emacem.* Nebr.

**INSTITOR** est ille, qui tabernis vinis vendendis, vel alicui alteri negotio est præpositus. I. instit. 1. ff. de Inst. act. ubi dicitur, institor appellatus est ex eo quod negotio gerendo instar, siue tabernæ, siue alij negotiationi sit præpositus. Item in eo. tit. in 1. Institor. 2. dicitur is qui tabernæ locove ad emendum vendendumve præponitur, quique sine loco ad eundem actum præponitur.

**INSTITORIA actio.** Require supra [Actio institoria.]

**INSTITVERE** & inuestire idem sonant: sed instituere, secundum proprietatem vocabuli, est in possessionem ponere, quasi intus statuere: & in hoc differunt, quia institui dicitur quis præsentialiter, inuestiri autem in absentia, secundum Host. & Ber. extra de instit. c. auctoritate. Instituire est spiritualis iuris beneficii vel dignitatis corporalem tradere possessionem. Inuestire autem est, ius canonice vel dignitatis tribuere, quod potest fieri per anulum vel librum: indifferenter tamen vnum pro alio plerumque sumitur, vide in c. auctoritate. præall. in gl.

**INSTITVERE** accusationem, est accusare, sicut instituere, actionem agere.

**INSTITVERE** hæredes, est facere & creare hæredes.

**INSTITVTIO**, est primus gradus omnium institutorum, ut not. C. de lib. præter. l. 1. etiam si mille essent, secundum leges. Sed secundum canones institutio est ecclesiæ vel ecclesiastici beneficii collatio, quasi ius habens ad beneficium per præsentationem intus, vel in beneficium statuens. Et secundum Goffr. institutio proprie est prælatorum, personarum, & clericorum, collatio verò beneficiorum & præbendarum. Inuestitura autem est traditio, vel quasi traditio. Quod additur, quia communiter fit per anulum vel librum, unde inuestitura est in corporalem possessionem vel in quasi possessionem inductio seu traditio. Inst. dicuntur hæredes, ab aliquo in hæreditatem duci, & hoc in primo gradu, ut ff. de Vulg. substit. l. 1. in princ. Substituti verò dicuntur qui in locum institutorum deficientium, i. morientium, ad hæreditatem instituuntur, ut in substitutione pupillari. Instit. de pupil. substit. in princip. Dicitur autem secundus gradus omnis qui sequitur post primum: & in simili not. C. de secund. nup. super rub. & ff. de vulg. substit. super rub.

**INSTITVTIONVM** liber dicitur quasi instructionum, quia in his primis legum præceptis instrui-mur: vel quia in statum humani vel Romani iuris nos erigit: ut Accurs. dicit in gl. in princ. Institutionum vel Institutorum.

**INSTITVTVM**, in interpretatur. **Budæus** ius non scriptum, quod certum & insignem aliquem ha-

beat auctorem: attamen nonnunquam etiam refertur ad ius scriptum, ut in §. ex non scripto. Institutio. de iure natura. gent. & ciui.

**INSTRATVM** dicitur, omne vestimentum quod iniicitur & insternitur. l. instrato. de Verb. signific.

**INSTRVCTVS**, hoc adiectiuum significat adiectionem: & hoc dupliciter, scilicet accessorie & principaliter. Accessorie, cum res adiacentur quæ consueuerunt accedere. Verbi gratia, dicendo, fundum instructum: nam instrumentum funei adicitur accessorie. Principaliter verò, cum res adiacentur quæ non consueuerunt accedere: verbi gratia, fundum instructum instrumento patris familias, quando non est instrumentum fundi adiectione principaliter. concordat. l. si cui fundus, ff. de fundo instructo. vbi dicitur quod extincto legato fundi, non extinguitur legatum instrumenti. Et ad §. si quis ancilla. Instit. de Legatis. vbi dicitur quod extinguitur, dic quod intelligitur de instrumento accessorio fundi. l. si cui fundus. præallegat. in non accessorio. Et ratio huius duplicis significati est voluntas proferentis declarata ex qualitate rei adiectæ, sc. an sit accessoria, vel non, quia adiectiuum instructus, ut præmittitur, dupliciter accipitur.

**INSTRVCTA** domo legata quid veniat in hoc legatum, ostendit Vlpia in l. quæsitum. §. idem Pomp. & l. si ita. & l. Seia. §. vlt. de fund. instru.

**INSTRVCTI** fundi appellatio quam latè pateat, satis superque constat ex tit. qui est de fund. instru. & instrum. leg.

**INSTRVCTAM** tabernam sic diffinit Vlp. l. in l. instructa de Verb. signific. quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata constat.

**INSTRVMENTVM** secundum Host. in sum. tit. de fide instr. & secundum Spec. tit. de Edi. instru. in princ. est scriptura ad assertionem seu probationem alicuius rei facta. Est autem instrumenti appellatio generalis, qua continentur omnia ea quibus causa instrui potest. Et sic testamentum, codicillus, testimonia, & persone testes, quibus causa instrui debentur, loco instrumentorum habentur. l. i. ff. de fide instrum. & est glo. in c. cum dilectus. de fid. instr. Dicitur autem instrumentum, quia instruit, & documentum, quia docet, ut l. i. præalleg. Tamen instrumentum proprie dicitur scriptura ad memoriam alicuius confecta, sine charta: & ita sumitur in Authen. de instru. cau. & si. Nam instrumenta sunt ad memoriam perpetuam. 2. q. 6. saluberrimum. 27. q. 1. cap. omnes feminae. Sed aliter dicitur instrumentum apparatus fundi, quo exercetur possessio: & ita accipitur in l. quæsitum. ff. de fund. instru. Vnde instrumentorum quædam sunt causa agrorum colendorum, ut aratrum, rastrum, traha, quæ æquandis cæspitibus trahuntur. Alia colligendorum fructuum, ut sarculus quo cardones & herbe inutiles exciduntur, & similia, ut falces fœnariæ, falces messoriæ, & falces puttoriarum, ligones, torcular, corbes, quali vindemiatorij, quibus vindemia portatur. Causa seruandi fructus, ut dolia, granaria, calelæ, in quibus fructus reponuntur, scilicet cellule granariorum, & de instrumentum capitur tripli-

et per, vno modo latissime, & sic omne vas vel susceptibile in constructione domus vel fundi vstratum dicitur instrumentum. Secundo late pro omni eo quod causam instruit, vt scripturæ, testes facit c. peruenit. extra, de testibus cogen. facit l. notionem §. instrumentorum ff de Verb. sign. Tertio stricte solum pro scripturis, vt in tit. de fid. instr. Et sic differunt testes ab instrumentis, quia probatio testium fit viua voce, sed instrumentum voce mortua. Ex quo sequitur, quod statutum disponens quod producens falsum instrumentum puniatur in decem, non habet locum in producente falsum testem, quia statuta sunt stricte intelligenda. facit c. ex literis. desponsalibus. Sunt autem instrumentorum duæ species. Nam aliud publicum, aliud priuatum instrumentum. Publicum est, solennis & rite ordinata scriptura, per authenticæ personæ manua publicè facta ex causa memoriz c. scripta. de fid. instr. Et sunt illa de solennitate quæ faciunt instrumentum publicum & authenticum regulariter, vt scilicet præponatur nomen Imperatoris & annus imper. j. nomen consulis & annus consulatus. Hodie verò ponitur nomen summi Pontificis cum alijs septem, vt sunt annus domini, indictio, mensis, dies, locus, cum nomine notarij, &c. de de quibus not. gl. in l. generali. C. de Tab. lib. 10. Et dicitur publicum instrumentum, quia iudicis auctoritate est exemplificatum & authenticatum, vt in c. cum dilecta. de Confir. vti. vel inuti. Item publicum instrumentum, quia authentico sigillo est sigillatum, vt cap. 1. de fide instr. Item dicitur publicum instrumentum, quod in

iudicio dicitur seu scribitur apud acta publica, & valet etiam per quemcunque scriptum sit. de probat. quoniam. Item dicitur publicum instrumentum, quod habet subscriptionem trium testium viuientium, vt cap. scriptura. præall. Item dicitur publicum quod de archiuo publico vel de armario producit, vt liber censualis in quo scribuntur census, vel liber annotationum: & ei creditur, si habet publicum testimonium, sc. quod iudex confiteatur illud de archiuo publico esse productum. c. ad audientiam §. nos igitur. de Præsc. vbi dicitur quod Papa credidit cuidam libro censuali. Et cuilibet instrumento fides adhibetur, vt patet per iam dicta, & per multa alia iura. Instrumentum priuatum est, quod per manum priuatam confectum est, vel à tabellione non tamen in forma publica scriptum vt quia nec nomen Imp. nec Consulis, nec Papæ, (de quibus supra proximè dictum est) apposuit, vt C. qui pot. in pi. hab. l. scriptur. vt ibi not. Et tale instrumentum debet habere trium testium subscriptionem d. l. fin. Et priuatum instrumentum à quocunque sit scriptum, nisi aliquo dictorum modorum sit roboratum, non valet. Instrument. priuatorum tres sunt species. Nam aliquando quis facit scripturam tibi tantum, aliquando tibi & alij, & aliquando alij tantum. Illi scripturæ quàm quis facit sibi vel per te, nulla fides adhibetur, vt C. de prob. l. 1. Si aut facit scripturam cōtra te, puta creditori, de eo quid accepisti ab ipso, creditur ei cōtra te, vt l. q. vl. saluberrimū. Si autē tibi & alij facit scripturam, sicut est codex rationum tuarum & interdum creditur, vt l. 10. quæst. 2. Est autem ali-

quod instrumentum guarantigiæ vel guarentigiarum, videlicet quod habet executionem paratam, vt si tantet aliquem esse debitorem alterius, statim eo exhibitio in iudicio, iudex executionem facit, vt fit communiter Papiæ. De his not in l. à duo Pio. ff. de Re iudic. Ergo dicitur ab instruo, quia eo mediante causæ instruantur.

**INSULA** præter illam notam significationem, significat etiam domum in vrbe ab aliis domibus seiunctam. Cornel. Tacit. [ Germani suam quisque domum spatio circumdat, nullis cohærentibus ædificiis, more insularum. ] Festus quoque Pomponius. [ Insulæ, inquit, dictæ propriè quæ non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur: ] à similitudine videlicet earum terrarum quæ fluminibus aut mari imminet. In hoc significato crebro reperitur insula apud Iurisconsultos. Vnde insularius, dominus siue custos huiusmodi insulæ.

**INSULA** tribus modis capitur. Primò pro domo in mari posita, quia in falso, id est, in falso posita est, secundum Isidorum, & not. gloss. in §. insula. Instit. de Rerum diuisione. & vide Bartolum in tractatu de insulis. Secundo sumitur pro qualibet domo, vt in leg. insulam. ff. de Verbor. obligat. & l. 3. §. effractura in vers. insulis. ff. de Offic. præfecti vigi. non tamen propriè est insula, vt dicit glossa in dicto §. effracturæ. Tertio modo dicitur insula locus vndique circumdatus aqua, vt l. adeo. §. insula. & ibi gloss. ff. de Acquir. rer. dom. & not. Bart. in suo tractat. de insulis. in princ. Et de hoc vide la-

tit. de Rer. diuis. vbi in gl. ponitur alia diuisio, §. insula. Insulas Festus ait esse domos, quæ vicinorum communibus parietibus non coniunguntur, sed quoquo versum vel priuata vel publica area ambiuntur. In hac significatione vsi sunt Iur. cum insulam pro domo posuere, vt in d. §. effractura. Inde insularius, insulæ custos.

**INSULARII** serui sunt, qui in insula tenentur. vt leg. in leg. ff. de Verbo. signif.

**ITER** homo duobus modis dicitur, vno respectu corporis, vt in §. his autem. Instit. ad leg. Aq. altero respectu nominis, morum, & famæ. l. 3. de popul. action.

**INTENTIO** siue capitulum in iure dicitur, illud quod intendit probare per testes is qui inducit eos. Sumitur intentio & alio modo, vt in leg. si quis intentione. de ind. refertur & ad libellum seu petitionem actoris in rescriptis, vt Instit. de action. §. si quis agens. & §. si minus.

**INTERCALARE**, est inferere & supra numerum addere. l. 3. de Min. vnde intercalaris dies, id est, interpositiuus, qualis qui mensi Februario anno bissextili additus. Menses tamen intercalarem dixere tam eum qui intercalatur, quam in quo intercalatur, vt vtroque sensu videtur locutus Iurisconsultus. in leg. cum bissextus. de Verbo. sig. id quod Bud. & Alciat. noster animaduertunt.

**INTERCEDERE** propriè idem est, quod pro alio preces fundere. sumitur tamen communiter in iure pro interuenire.

**INTERCESSOR** dicitur qui pro alio preces facit & fundit. Item dicimus intercessorem illum qui intercedit & interponit se inter debitorem & creditorem, ad hoc quod



quod ei pecunia mutuetur, & est  
quali fideiussor & constitutor.

**INTERCIDERE**, pro deficere. leg. in-  
tercidit, de Cond. & Demons.

**INTERDICERE** proprie est denun-  
ciare & prohibere, vt institut. de  
interdict. § 1. Sape tamen vtimur  
pro interdicto agere, vt in leg. 3.  
§. si quis dolo. de Tabul. exhib. In-  
terdicere etiam prætor dicitur,  
cùm interdictum reddit, quod an-  
notauit Accurs. in leg. 1. de Loco  
& itin. publ.

**INTERDICERE** aqua, & igni, require  
supra Aqua & Igni.

**INTERDICTI** in tit. de interdict. &  
releg. accipiendi sunt ij, quibus  
interdictum est.

**INTERDICTVM** olim nihil aliud  
erat, quàm quædam formata & so-  
lennis conceptio verborum, qui-  
bus prætor aliquid fieri iubebat  
vel prohibebat: quod tunc maxi-  
me faciebat, cùm de possessione,  
vel quasi possessione inter aliquos  
contendebatur, vt Institut. de Inter-  
d. circa principium & ff. eod.  
tit. & dicitur interdictum, quasi  
inter duos dictum, vel redditum,  
vt Instit. eod. tit. §. sunt tamen. in  
fin. Vel secundum aliquos, dicitur  
ab interdicens, id est, prohibendo:  
quod non placet, cùm  
per interdicta non semper pro-  
hibeat, imo aliquando aliquid  
fieri iubeat iudex, vt Inst. eod. tit.  
§. 1. Differebat autem interdictum  
ab actione, quia solennitas actio-  
num erat inducta de Re ciuili, in-  
terdictum autem à iure præto-  
rio, vel secundum Azon. quia in  
actione verborum solennitas non  
formabatur in singulorum perso-  
nis, sed erant generaliter in om-  
nium personis formata solenni-  
ter verba. In interdictis aut quot  
erant homines qui volebant  
proponere, tot eis desiderantibus

& perentibus formabantur ver-  
borum solennitates vel concep-  
tiones, quibus contra suos aduer-  
sarios in causis suis utebantur,  
quas interdicta vocabant. de hoc  
not. Institut. eod. tit. in princ. &  
ff. eod. super Rabr. Hodie autem  
inter actiones & interdicta, nulla  
est differentia, vt institut. eod. tit.  
§. fin. Est ergo interdictum actio  
in factum prætoriam, i. à prætore  
inuenta. Et aliquod nomen for-  
titur ab inuētore, vt [Saluanum.]  
Aliquod à principio formæ ver-  
borum, vt [ quorum bonorum,  
quorum legatorum, vti posside-  
tis.] Aliud à materia, de qua tra-  
ctat, nomen accipit, vt ne quid in  
loco sacro fiat de locis & itin-  
eribus publicis, [vt ne quid in loco  
publico & itinere publico fiat, de  
loco publico fruendo, &c.] Vnde  
interdictorum aliud petitorium,  
aliud possessorium, & aliud mix-  
tum. De petitorio, ff. eod. tit. I. in-  
terdictorium §. quædam. De mix-  
to, ff. de Aqua quot. & Est. l. 1. §.  
fin. De possessorio, Inst. eod. tit. §.  
sequens diuisio. Et huius interdi-  
cti tria sunt membra, quia aliud  
interdictum possessorium datur  
pro adipiscenda possessione, aliud  
pro recuperanda, & tertium pro  
retinenda. Primum competit ei  
qui non fuit ante nactus possessio-  
nem, & illud est triplex, scil. quo-  
rum bonorum, quorum legatorum,  
& Saluanum. Primum competit  
hæredi, vel filio emancipato pro  
possessione hæreditatis à prætore  
petita. Nam filius emancipatus de  
iure ciuili non admittebatur ad  
hæreditatem paternam, sed quia  
emancipatus ita, est filius sicut in  
patria potestate existens, ideo  
prætores (i. magistratus à popu-  
lo Romano creati, gratia emen-  
dandi defectus legis 12. Tabula-  
rum

rum secundum æquitatem, dum tamen non tollentur dispositio- nem iuris ciuilibus) statuerunt iure prætorio emancipatum admit- tendum ad res vniuersas corporales, nec non ad iura incorpora- lia. Et datur directum de iure prætorio, vtile verò de iure ciuili. Et est effectus huius interdicti, quod ex eo filius emancipatus agere potest contra possessorem rerum paternarum, sic concludendo, [Petitalem condemnari ad dandum mihi talem rem: cuius hæres factus sum de iure prætorio.] Secundum, sc. quorum legatorum, competit hæredi contra legatarios qui propria auctoritate legata apprehendunt, quorum ipse debet esse distributor postquam Falcidiam deduxit. Vnde aliquis habet tres filios & domum & vineam: domum legat primo, secundo vineam, & tertium hæredem vniuersalem instituit, qui nihil reperit in hæreditate. Debet ergo tertius habere Falcidiam i. quartam partem hæreditatis, & sic deducta quarta parte à domo & à vinea, ille tertius distribuit aliis filiis primo & secundo legata residua de manu sua, quæ ipsi propria auctoritate non debent apprehendere. Est ergo effectus huius interdicti, quod petat legatarios condemnari in omnibus legatis restituendis, quorum ipse hæres est. Tertium sc. Saluanum, competit locatori contra inquilinum qui deportat bona sua de hospicio sibi locato, nec reducit ad pristinum statum, quia omnia obligata sunt hospiti tacite pro censu. Secundum, sc. pro recuperanda possessione competit eiecto de possessione, & hoc tripliciter, sc. vnde vi de possessione immobili, vi bonorum raptorum, spolia-

to re mobili, & quod vi aut clam contra eum qui in solo alicuius ædificauit. Tertium, sc. pro retinenda possessione interdictum possessorum competit contra molestantem aliquem in possessione: & est duplex, scilicet vti possidetis, quod competit inter duos qui eandem rem immobilem contendunt possidere: & vtrobi, quod gratia possessionis est inter duos super re mobili. De his vide glossam & septimam in c. pastoralis. de causa possess. & proprietat. vbi plenè. Et nota optimam glossam, & magistralem in lege si quis in tantam. Cod. vnde vi. vbi ponuntur multi casus in quibus quis non incidit in pœnam huius nouæ constitutionis, si quis. Non enim dicitur agi vnde vi, sed ex illa constitutione. Interdictorum etiam quædam sunt publica, quædam priuata. Quædam simplicia, in quibus alter est actor & alter reus, vt sunt restitutoria vel exhibitoria. Quædam duplicia, in quibus par vtriusque litigatoris conditio est, nec quisquam actor, vel reus præcipuè intelligitur, sed quilibet tam rei quam actoris partes sustinet. Institut. de interd. §. 3. & §. duplicia, & ff. eod. tit. l. 2. vbi de hoc, & in l. 3. eo. tit. Hæ & alia diuisiones interdictorum plures ponunt, quæ sunt de libero homine exhibendo, ne quod fiat in loco sacro, sancto, & religioso, in flumine ripave, & in flumine publico, de cloacis publicis, &c. vt in fra, de singulis dicitur in locis suis. Sunt autem interdicta publica nouem in vniuerso secundum Specul. in tract. libellorum. tit. de cau. & propriet. libellorum. tit. de cau. & propriet. §. quia verò. Alia omnia sunt interdicta priuata, quia propter vti-

litate priuatam inducta: & sunt in loco 28. secundum Spec. ibi, §. priuata. Item interdictum generale dicitur quando regnum, terra aut villa interdicitur. Particulare verò quando vna ecclesia interdicitur & hoc modo sumendo interdictum pro censura ecclesiastica.

**INTERDICTVM** dicitur ab interdicens, hoc est, interim dicendo, vt Paul. lib. sent. 5. ait: Quoties ergo prætor non in perpetuum, sed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure peritorij quaratur, aliquid edicit, propriè erit interdictum, qua ratione & interdicta dicuntur, quæ causâ quoque proprietatis habent, dum tamen per modum prouisionis inducta sint, vt de mortuo inferendo, de via resciscenda, & de itinere aduque priuato, nec enim hæc diutorem moram requirunt: quod luculentius explicat Alc. in l. 1. de Oper. nou. nunc.

**INTERDICTVM** ne quid in loco sacro fiat, & sequentia omnia huiusmodi, dantur cuiilibet ex populo ad prohibendum ne fiat: contra quam prohibitionem si quid factum fuerit interdicto quod vi aut clam, suis sumptibus vel destruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in pristinum statum reducere, vel reddere tenetur, vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. prætor. Hoc autè verum est de hoc, quod ipse fecit vel mandauit, aliàs secus esset. ff. Quod vi aut clam. l. si alius. Vbi hæc interdicta locum habeant, significatio ipsorum nominum denotat, vt popularis actio est, quæ ius populi tuetur, vt ff. de Pop. act. l. 1. Et dic vt ibi in rub. & ff. de Iuris. omn. iud. leg. si quis illud. Et dantur etiam ad interesse, vt ff.

Ne quid in loc. publ. l. 1. §. 1.

**INTERDICTVM** ne quid fiat in loco sacro, patet. Et quod ait prætor, [ne quid in loco sacro fiat,] non ad hoc pertinet quod ornamentum causa sit, sed deformitatis causa vel incommodi est, vt l. 1. §. quod ait. ff. eod. tit. vbi etiam l. 2. dicit. In muris itèmq; portis & aliis sacris locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

**INTERDICTVM** ne quid fiat in loco religioso patet similiter.

**INTERDICTVM** ne quid fiat in loco publico vel itinere, hoc interdictum prohibitorium est, & tam publicis utilitatibus quam priuatorum per hoc prospicitur: loca enim publica utique priuatorum vrbibus deseruiunt iure scripto ciuitatis, vt l. 1. §. 1. ff. eod. tit. vbi sequitur, [Publicum locum La-beo diffinit, vt ad areas, ad insulas, ad agros, & ad vias publicas itinerasq; publica pertineat.] Hoc autè interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio non pertinet. In his enim neque facere quicquam, nec prohibere priuatus potest. Res enim fiscales quasi propriæ & priuatae principis sunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habet, sed in hac cõtrouersia præfeti eorum iudices sunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet, quæ publico vsui destinata sunt, vt l. 1. præall. §. 2. & 3. De hoc vide ibidem plura eadem l. & eod. tit.

**INTERDICTVM** ne quid fiat in mari vel flumine publico, riparum eius, quo peius nauigetur, aut via publica quo peius eatur: hoc interdictum datur perpetuè omnibus, & in omnes habet condemnationem in id quod actoris intererit,

intererit, vt in l. 1. in fin. ff. de via publ. & itinere publico rescindendo, & si quid in ea factum esse dicatur: vbi lex 2. ponit, [Viam populus non vtendo amittere non potest.] & l. fin. dicitur, [Qui viam publicam exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur] Item flumen à riuo in magnitudine est discernendum aut æstimatione circumcolentium. Item fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. Perennia sunt quæ semper fluunt: torrentis est quod ex hyeme fluit, & si aliquando in æstate. Etiam est flumen publicum & flumen priuatum & ripa, quæ omnia describuntur in text. & gl. in l. 1. ff. de flu. & ne quid in flum. ripaue eius fiat quo peius nauigetur.

**INTERDICTVM** ne quid fiat in flumine publico vt aliter fluat quàm priori ætate fluxit, id est, vt aqua fiat altior, depressior, & rapidior cum incommodo accolentium, vt ff. Ne quid in flum public. l. 1. in princ. §. quòd autem ait.

**INTERDICTVM** de noui oper. nunc. datur ei qui prohibetur ædificare, postquam satisdederit vt ff. eod. tit. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum: nam hoc interdictum competit, si in solo suo ædificat, aliter locum habet remissio, vt ff. eod. tit. l. non solum. §. sciendum. & tunc non potest ultra ædificare, nisi constet eum habere ius ædificandi, vt in §. præall. Hoc interdictum etiã datur in eum qui non satisdedit vt ædificet, vt ff. eod. tit. l. de pupillo. §. si plurium. & §. meminisse. & tenetur desistere etiam si ius ædificandi habet vt ead. l. §. 1. & §. si is cui. Et si post ædificauit, totum suis sumptibus tenetur demoliri, vt ff. eod. tit. l. stipulatio.

§. siue autem. Et interdictum de non oper. nunciat Iurisconsultus nominat edictum l. 1. ff. eod. tit. vbi dicit, [Hoc edictum remediumque operis noui nunciatio nis aduersus furura opera indutum est, non aduersus præterita, hoc est, aduersus ea quæ nondum sunt facta ne fiant. Nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat edictum de nou. oper. nunc. & erit transcundum ad interdictum, quod vi aut clam factum erit, vt restituatur. Et hæc nunciatio nõ habet necessariam aditionem prætoris. Potest enim quis nunciare nouum opus, etsi prætorem non adierit. Item potest fieri proprio & alieno nomine, & omnibus diebus, etiam aduersus absentes, inuitos & ignorantas, vt hæc clarè ponit text. l. 1. post princ. ff. eod. vbi subditur, [Opus nouum facere videtur, propter quod locum habet nunciatio, qui aut ædificando de nouo, aut detrahendo aliquid pristinam faciẽ operis mutat.] Et hoc interdictum non omnia opera complectitur, sed ea sola quæ solo coniuncta sunt, quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum continere: ergo non pertinet ad hoc edictum si quis in fundo alterius meteret, vel arborẽ succideret, vel vineã putaret, licet opus faceret, quia solum ad ea opera quæ in solo sunt pertinet: nec locum habet si quis vetus ædificium fulciat, quia non opus nouum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet, vt l. 1. præal. §. opus nouum cum seq. subdit: [Nunc videamus quibus ex causis fiat hæc nunciatio: & quæ persona nunciet, & quibus nuncietur, & in quibus locis nunciatio fiat & quis sit effectus nunciatio nis.] quæ per ordinem

ordinem vide ibidem in d. l. 1.  
**INTERDICTVM** de precario (quod restitutorium est, vt ff. eod. tit. l. 2 §. 1.) datur ei qui precario rogauit, & precario habet: imò etiam si non rogauit, dam tamen possideat, vt ff. eod. tit. l. in rebus. §. 1. & per totam legem. Precarium videtur rogare & habere si rogauit pro se, & habet pro suo, vel rogauit procurator suus vel negotiorum gestor, & ipse ratum habet, vt ff. eod. tit. l. certè. §. 1. dum tamen accipiat in personam suam contractum, aliter non, vt ff. de acquir. poss. l. possessio. §. si. datur etiam contra eum qui dolo fecit, vt ff. eod. tit. l. quæsitum. §. eum quoque. Et quid sit precarium, require loco suo, imò dic vt legitur ff. de Precar. l. 1. vbi strictè accipitur, secundum Accursi. & C. de Præscript. 30. annorum. l. 2. vbi largè capitur.

**INTERDICTVM** quod vi aut clam datur aduersus eum, qui in loco alterius aliquod opus construxit vel destruxit, dum tamen sit factum in solo. ff. eod. tit. l. 1. §. hoc interdictum Et etiam si vi, id est, per violentiam, aut clam, id est, occultè sine notificatione alteri facta fecit, cum timeret ne si sciret, sibi prohiberetur, vt ff. eod. tit. l. 1. Compellitur autem per hoc interdictum quod destruxit suis sumptibus reponere in pristinum statum, vel quod construxit deponere. Idem si alteri mandassem opus fieri, quia ego teneor ad opus destruendum, & ad impensas. ff. eod. tit. l. aut qui aliter. §. hæc verba. Si tamen alius fecit, & ego possideo, tunc teneor ad patientiam præstandam, vt opus tollatur. ff. eod. tit. l. si alius. In princ. Et hoc interdictum est restitutorium: per quod occur-

sum est calliditati eorum, qui vi aut clam quædam moliantur & destruunt: iubentur enim restituere ea. Et parum refert vtrum ius faciendi habuerit quis, an non. Sine enim ius habuerit, siue non, tamen tenetur interdicto hoc qui vi aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere, vt l. 1. §. 1. ff. Quod vi aut clam. & seq. §. hoc interdictum ad ea sola opera pertinet, quæcunque in solo vi aut clam fiant. Et infra, vi factum videri Quintus Mutius scripsit, si contra, quam quis prohiberetur, fecerit. Et placet hæc definitio Vlpiano Pædio & Pomponio, vt ibidem dicitur. Sed Aristo ait eum vim facere, qui sciens se prohibitum, per vim molitus est ne prohiberi possit. Et idem sentit Labeo ibidem. Sed l. 3. §. fin. eod. tit. clam facere Cassius scripsit eum qui celauit aduersarium, nec ei denunciauit, si modò timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Aristo putat eum quoque clam facere, qui celandi animum habet eum quem prohibiturum se intellexit, & id existimat aut existimare debet se prohibitum iri.

**INTERDICTVM** quorum bonorum, à prætoribus inuentum est, & datur filio emancipato aduersus hæredem vel possessorem, vel contra illum qui pro hærede vel possessore possidet, ad vniuersa bona adipiscenda, non ad singulas res. Et cum sit quoddam directum & quoddam utile, directum datur ei, qui est bonorum possessor. Utile datur ei, qui succedit iure ciuili ex testamento vel ab intestato: & hoc est interdictum restitutorium, & adipiscendæ possessionis. ff. Quorum bono. l. 1. §. hoc

hoc interdictum. Sunt ergo interdictum quædam recuperandæ possessionis, quædam retinendæ, & quædam adipiscendæ: vt sup. in principio præmissum est, & hæc describitur.

**INTERDICTUM** quorum legatorum, competit hæredi ad repetendum legata quæ sine voluntate eius legatarius occupauit. repetet itaque hæres vt deducat Falcidianam, alioquin si repeteret statim restitutus, exceptione doli poterit remoueri. & hoc interdictum vulgò sic appellatur, & est etiam adipiscendæ possessionis. l. i. in princ. ff. Quod legat. & qui non restituit, in id quod interest, debet cõdånari, vt l. fin. §. ex hoc interdicto. ff. eo. tit.

**INTERDICTUM** de ripa munienda, meritò propositũ fuit, nam ripas fluminum publicorum reficere & munire, vtilissimum est, ne ob id omissum nauigatio deterior fiat, vt l. vnic. §. de ripa muni. & sequitur in §. 2. De hoc interdicto expressum est, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitrati vel caeatur vel satisfidetur. dabitur autem satis vicinis. Et in fine dicitur text. [ Illud notandum est, quòd ripæ, lacus, fossæ, stagni muniendi causa nihil prætor cavit, ] sed idẽ erit obseruandum quod in ripa fluminis munienda.

**INTERDICTUM** de riuus, est vtilissimum, quia riuos, specus & septa reficere & purgare prætor aquæ ducendæ causa permittit, dum tamen non aliter aquã ducat quàm priore ætate fluxit: vt l. i. in princ. ff. de Riuis. Et sequitur in §. 2. [ Riuus est locus per longitudinẽ depressus, quo aqua decurrit, cui nomẽ est *riuus* & *seps*, i. à fluẽdo ] Specus autẽ est locus, ex quo despicitur: inde spectacula sunt

dicta & dicit ibi gloss. Specus est locus a terra ædificatus, ex quo ducitur aqua. ff. eod. t. l. Seru. autẽ Sed quãdoq; ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua. Et ab auctorib. ponitur pro loco vmbroso & tenebroso, secundum Azo. sed secundum Hugo. dicitur specus esse fouea habẽs vndique locum eminẽtiorem, vnde possit prospici aqua in fundo collecta, vt ff. de Aqua plu. arcendã. l. sup. iter. & capitur pro subterraneo meatu. l. Seru. in princ. & §. i. eo. tit. Septa verò sunt quæ ad incile opponuntur aquæ derivandæ compellendæve ex flumine causa, siue ea lignea sint, siue lapidea, siue de alia qualibet materia. ff. de Riuis. l. i. §. ait. Et subdit text. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur.

**INTERDICTUM** Saluian. competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantem & eius hæredes, de reb<sup>9</sup> coloni tacitè pignoris pro mercedibus, quas colonus in fundum intulit: vt ff. eod. t. l. i. vbi text. inquit, [ Si colonus ancillã in fundũ pignoris nomine induxerit, & eam venderit, quòd apud emprorẽ ex ea natũ est, eius apprehendẽdi gratia vtile interdictum reddi oportet. ] Nam vtile datur ei contra extraneum possessorem, pro adipiscenda possessione eorum, quæ tacitè locatori sunt obligata. Differunt autem interdictum Saluianum, & actio Seruiana, quia intentans actionem Seruianam ad rem sibi obligatam restituendam, debet probare huiusmodi rem in bonis coloni fuisse eo tempore quo res fuit illata. Sed hoc non est necessarium in interdicto Saluiano, imò sufficit probare talem rem fuisse illatam.

item

item dicit gl. in §. item Seruiana. Int. de act. quod in Seruiana oportet quod creditor probet de rebus dominū fuisse tempore obligationis: sed in Saluiano sufficit, quod probet eum possedisse: nā omnia posita ab ipso colono, tacite sūt domino fundi obligata.

**INTERDICTVM** de sepulchro ædificando, locum habet vt quis non prohibeatur ædificare sepulchrum, quo licet mortuum inferre: vt ff. de Sepulch. ædific. & mort. infer. per totum.

**INTERDICTVM** de superficiebus, quod etiam actio nuncupatur, proponitur duplex, exemplo interdicti vti possideris. Tuetur itaque prætor eum qui superficiem petit, & defendit, veluti vti possideris interdicto, & omnia quæ in vii possidetis interdicto seruantur, hic quoque seruabuntur, vt in l. 1. §. proponitur, ff. de superficie. vbi etiam in l. 2. dicitur, ] Superficiarias ædes appellamus, quæ in condicto solo positæ sunt, quarum proprietas ciuili & naturali iure eius est. cuius & solum. ]

**INTERDICTVM** de tabulis exhibendis datur omnibus, quibus aliquid est scriptum in tabulis vel purè, vel in diem, vel sub conditione, siue sint hæredes, siue legatarij, siue sint hæredes, siue legatarij, siue fideicommissarij. Et pertinet hoc interdictum non tantum ad testamenti tabulas, verum etiam ad omnia, quæ ad causam testamenti pertinent, sc. codicillos, vt l. 2. §. hoc interdictum ff. de Tab. exhib.

**INTERDICTVM** vt in flumine publico nauigare liceat, est quo prospicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauim ratemve agere, vel in ripa onerare prohibeatur, sed vt per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare li-

ceat, vt l. vii. §. i. in prin. ff. eo. tit. vbi subdit Vlp. [ Lacus est, qui perpetuam habet aquam. Stagnum est quod temporalem continet aquam ibid itagnatem, quæ quidem aqua plerunque hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manu factum ] Possunt autem hæc esse publica, & non publica. Planè qui lacum vel stagnum condedit, si piscari prohibeatur, vtile interdictum ei competere Sabinius censuit, & Labeo, ergo & si à municipibus conductum habet, æquissimum erit ob vectigalis fauorem eum tueri, vt l. vni præall. ff. vt in flum publ nauig liceat.

**INTERDICTVM** vnde vi, locum habet, cum quis possessionem soli per vim amisit, & datur directè contra deiectorem illi qui vi de possessione alicuius rei immobilis deiectus est sine omni causa, vt restitatur ei possessio, de qua deiectus est, & omnia ablata: imo dato quod ibidem essent aliqua quæ penes violentum fuerint mortua, vel aliqua res quæ casu fortuito perierunt: non propter hoc liberabitur, sed in totum condemnabitur ad earum æstimationem, quia nec mortalis nec fortuitus casus liberat deiectorem. Dicit enim l. i. C. vnde vi. [ Rectè possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio (supple maximo) tenebat inculpata tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet. ] & ibi not. & ff. de Vi & vi arm. l. i. §. vim vi. quid sit vim vi repellere. Et est hoc interdictum annale, quia post annum non tenetur, nisi in quantum peruenit ad eum. Ex constit. autem grauius tenetur qui vim fecisse detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excusatur.

**INTERDICTVM** de Vi & vi arma

armata, cum interdicto, vnde vi, datur & proponitur ei, qui vi deiectus est. Fuit enim æquissimum vi deiecto subueniri: ergo ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentum est. Ne quid enim per vim admittatur in illis, prospicitur publicorum & privatorum, nec non constitutionibus principum, vt l. i. ff. eo tit. § hoc interdictum. & §. seq. vbi dicitur, Hoc interdictum non ad omnem vim pertinet, verum ad eos tantum qui vi de possessionibus deiciuntur, & ad solam atrocem vim, & ad eos qui de solo deiciuntur vel de re solo cohærenti, vel de ædificio, etiam si à superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet, vbi furti vel vi bon rap. actio competit. Cætera vide in l. præal.

**INTERDICTVM** vti possidetis, locum habet in rebus immobilibus, scilicet si de fundi, vel ædium possessione contenditur. Inst. eod. tit. §. sed interdicto. Nam ibidem in §. retinendæ dicitur. Et quia longè commodius est possidere quàm petere, ideo plerumque & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locum in corporalibus, vt in quasi possessione, & datur possidenti ciuilitè & naturaliter, vel etiam quasi possidenti gratia retinendæ possessionis: & proponitur quoties inter litigatores contentio est vtrum possideant, quia alteruter magis se possidere affirmat. Est autem hoc nomen [vtri possidetis] propriè ad immobilia accommodatum, quia solum illa dicuntur propriè possideri, eo quòd eis quis pedibus insistat: inde enim appellata est possessio, vt in l. i. ff. de Acquir. posses.

**INTERDICTVM** vtrobi, idem est cum interdicto vtri possidetis, nisi quòd in hoc differunt, quia illud locum habet, cum quæstio est de retinenda possessione rerum mobilium, vt ff. vtrobi, l. vnica. §. hoc interdictum. Sed vtri possidetis locum habet cum quæstio est de retinenda possessione rerum immobilium, vt supra dictum est: & componitur secundum Azob. & Accurs. in gl. l. lege præalleg. ex vtrum, & vbi, & ponitur vbi, pro apud, & vtrum, pro quem: quasi dicat prætor, apud quem est res mobilis, nec vi, nec clam nec precario, ab aduersario tempore litis motæ ei vim fieri veto, quominus eum inducatis. Ritè enim hoc nomen vtrobi est ad mobilia introductum. Nam mobilia propriè dicuntur apud vel penes nos esse, vnde Accurs. in gl. vbi sup. querit, quare diuersa nomina dantur his interdictis. Et respondet, quia immobilia propriè dicuntur possideri. Nam possessio dicitur quasi pedum positio: ergo meritò datur eis vtri possidetis: quòd ad mobilia aptari non potest, nisi hodie, quando abusiue mobilia dicuntur possideri. Vel secundum alios dicitur interdictum vtrobi, propter verba solemnia olim in hoc iudicio vel edicto reddita, sc. vtrobi, i. vtrum ibi vel ibi fuerit possessio, vel alibi: & plures solennitates circa hoc, quæ hodie non sunt in usu, fuere. Et hoc interdicto prætor iubet induci eum in possessionem, & qui ex duobus potior fuerit, & per maiore partem anni possederit, secundum Accurs. in gl. l. i. præal. ff. eod. tit.

**INTERDICTVM** de vxore ducenda marito, datur marito aduersus eam qui dolo eam detinet, nec voluntate mariti, licet ipsa volen



volente. ff. eod. tit. l. 1. Alia interdictiona patent & exponuntur suis verbis inclusis.

**INTERDICTVM** & cessatio quomodo differant, patet, quia per interdictionem prohibetur administratio sacramentorum, paucis exceptis, quod tamen non fit per cessationem, in qua solum cessatur à diuinorum solemnitate.

**INTERDICTA** quomodo differant ab edictis, ostendit Bart. in l. 1. de oper. no. nun.

**INTERDICTVM** de aqua quotidiana & æstiuâ, datur habenti ius aquæ quotidianæ vel etiam æstiuæ ducendæ ad prædia sua, cum aliquis ducere prohibet, vt ff. eod. tit. l. 1. in princ. Et quod interdictionum aliquando sit prohibitorium, aliquando restitutorium vt sequitur, de hoc est casus in d. l. 1. §. & est prohibitorium & retinendæ possessionis: quandoque autem est restitutorium, secundum Specul. ibidem, vel alio modo. & §. præallega. vbi subdit prætor: Quotidiana autem aqua non tantum illa est quæ quotidie ducitur, sed illa est qua quis quotidie potest uti se velit. Duo autem sunt genera aquarum quæ differunt. Quotidiana, quæ duci solet assidue, etiam si aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius seruitus iniermissione temporis diuisa est. Sed aqua æstiuâ ea est, qua æstate uti expedit, sicut dicuntur vestimenta æstiuâ, quibus interdum hyeme, plerumque tamen æstate utimur, vt habetur in l. præalleg. in principio.

**INTERDICTVM** de aqua de castello ducenda datur habenti ius ducendi aquam de canali vel de castello quod est diminutiuum à canna ad irrigandum. vide Spec. vbi supra, qui dicit hoc interdi-

Voc. Iur.

ctum haberi, & bene, ff. de Aquæ quoti. & æsti. l. 1. §. ait prætor. 1. de quo dic, vt ibi, & in 3. & sed. vsque ad fi. l. vbi dicitur. Hoc interdictioni necessariò propositum est. Nam quia superiora interdictiona ad eos pertinet qui à capite ducunt, &c. æquissimum visum est ei quoque qui ex castello ducit (i. ex eo receptaculo quod aquam publicam suscipit) interdictionem dari: idque à principe conceditur, alij nulli competit ius aquæ ducendæ, vide ibi pulchrum textum.

**INTERDICTVM** de aqua pluuiâ arcenda, vel de aqua pluuiâ, imo non est interdictionum, sed actio civilis descendens ex l. 12. tab. vt ff. de Aquæ plu. arc. l. si vsus fructus. & ibi nota super verbo, legitima. vbi allegatur l. Labeo. ff. de stat. lib. Et dicit in tex. Sed & si fructuarius opus fecerit per quod aqua pluuiâ alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an verò etiam utilis in fructuarium actio aquæ pluuiæ arcendæ sit danda, quaesitum est, & magis est vt detur, supple dicendum. Si ergo facis aliquod opus in fundo tuo propter quod aqua pluuiâ nocere potest fundo vicini tui datur contra te actio aquæ pluuiæ arcendæ per quam tuis expensis opus teneris destruere, damnum contingens emendare. Si verò possideas opus ab alio factum, teneris patientiam præstare vt destruat. arg. l. 1. & 2. §. in fi. & l. ff. tertius. §. Celsus. ver. si quis alius. ff. eod. tit. & Spec. ib. Et dicit Vlp. in l. 1. in princ. ff. eod. aquam pluuiam dicimus quæ de cælo cadit, & quæ imbre excrescit, siue per se hæc aqua cælestis noceat, siue cum alia mixta sit.

Et sequitur ibi statim: hæc au-

z

tes

tem actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen iam facto, ex quo damnum timetur, totiesque locum habet quoties manufacto opere agro aqua nocitura est, cum quis manufecerit quo aliter flueret, quam natura soleret, si fortè mutando (aliàs immittendo) eam aut maiorem fecerit, aut citatiorem vel rapidiorem, aut vehementiorem, aut si comprimendo redundare fecerit eam. Nam si natura aqua noceat, ea actione non continetur, & in ead leg dicitur, de eo opere quod agri colendi causa aratro fit, Quintus Mutius ait non competere hanc actionem.

**INTERDICTVM** de arboribus cædendis datur contra eos qui habent arbores. quarum folia pendent super ædificia vel agrum, ita quod eis damnum inferant, & consulitur eis quod huiusmodi arbores succidant, & ligna, & eas deglobent à terra vique ad 15. pedes. Idem est si per radices minatur periculum, vt l. 1. C. de interdici. Et hoc interdictum prohibitorium est. Si autem arbores ædibus alienis impendant, vtrum totas iubeat prætor adimi, an verò id solum quod supra extiterit? Rutilius ait à stipite excidenda, idque plerisque videtur verius. Et nisi adimeret dominus arborem, Labeo ait permitti ei cui arbor officit, si velit succidere eam, lignaque curare, vt est text. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. eod. tit. vbi subditur in §. seq. Arboris appellatione etiam vites continentur. Non solum autem domino ædium, sed etiam ei qui vsum fructum habet, competit hoc interdictum, vt ibidem.

**INTERDICTVM** de cloacis priuatis restitutorius. Si volens quis suam

cloacam priuam vel etiam publicam, vel fistulas, vel meatus reficere, vel purgare, vel de nouo facere, ab alio prohibetur, tunc prouisum est ei de interdico de cloacis, quod est interdictum publice deputatum. & priuatum de priuatis cloacis, & est prohibitorium. Etiam est aliud restitutorium, s. quod datur contra immittentem in cloacam meam vel publicam, vel quod immissum in cloacam impedit, vel quo iubetur auferri quod immissum est, vt ff. de clo. l. 1. & §. deinde & §. cloacæ. l. fin. eod. tit. & Spec. ibidem, vers. porro. vide supra cloaca.

**INTERDICTVM** de fonte, est quod datur ei qui duxit aquam de fonte hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario de alterius fonte. l. vii. in princ. vel lacu, puteo, piscina, fossa, stagno. Hoc interdictum proponitur ei qui fontana vi prohibetur, sine haurire, siue pecus ad eam appellere. l. vii. præall. in princ. & de istis omnibus seruitutibus datur hoc interdictum, si tamen perpetua sit causa, vt colligitur ex §. 1. dictæ l. vii. cæ. & §. hoc interdictum de cisterna in ver [denique à contrario sensu.] Non autem datur confessoria actio, vt d. §. hoc interdictum. vbi dicitur quod de cisterna non habet perpetuam causam, nec viuam habet aquam. Ex quo apparet in his exigendum vt viuam sit. Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Cetera vide in d. l. vii. ff. de fonte vbi dicitur in fi. l. De lacu, puteo, & piscina reficiendis, purgandis, interdictum competit, & omnibus personis datur, quibus illud de aqua æstiuam.

**INTERDICTVM** fraudatorium est, quo tutoris creditor pupillo tenetur, vt si cum consilio fraudentur

participasse constabit, vt fraudaretur. De hoc interdicto habetur ff. de Solut. l. pupilli. circa prin. Hoc interdicto etiam tenetur qui fraudem participando emit a debitoro qui non sit solwendo, vt § item si quis in fraudem. Instic. de actio.

**INTERDICTVM** de glande legenda, vel alio fructu, datur ei cuius glans vel alius fructus in fundum alienum ceciderit, vt l. vni. ff. de glan. le. vt singulo tertio die legere & exportare liceat. Et glandis nomine omnes fructus continentur, vt dicitur in fin. eiusdem l. vnica.

**INTERDICTVM** de itinere actuque privato restituendo, prohibitorium ad taendas tantummodo rusticas seruitutes, datur contra prohibentes aliquem vti seruitute sua, vt ff. eo. tit. l. i. §. i. & datur confessoria contra negantem seruitutem, vt l. & si forte. §. sciendum. i. ff. si seruit. vendic. Et etiam aduersus eum qui alium iniuste prohibet sua vti seruitute, imò etiam tunc datur confessoria, vt dicto §. sciendum. i. l. p. r. all. vnde datur mihi, quia in itinere, actu vel via priuata, vsus sum hoc anno triginta dierum. non vi, non clam, non precario, vt ff. eod. tit. l. i. §. hoc interdictum. & hoc si fuerit iure seruitutis, alias secus. vt ff. de Aqua pluui. arcen. l. i. in fi. & ideo a te non debeo prohiberi, quominus vtar interina vel tanto tempore quoadusque de seruitute costet. Ait enim prator, Quo itinere actumque priuato, de quo agitur hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario vsus es, quominus ita vtaris, vim fieri veto, vt ff. eo. tit. l. i. in pr.

**INTERDICTVM** de libero homine exhibendo, competit vnicuique

de populo ad petendum in publicum hominem liberum contra & aduersus eum qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet in seruitute. Et proponitur hoc interdictum tuenda libertatis causa, videlicet, ne homines liberi retineantur a quocumque, pro exhibitione facienda vt homo producat in publicum, & tangedi videndumque hominis facultas prebeatur. Et exhibere, est extra secretum habere, ff. eod. tit. l. 3. §. ait prator. Hoc etiam interdictum competit aduersus absentem, vt l. p. r. all. §. i. & a quocumque hoc interdictum proponi potest, quia cuilibet de populo competit, & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo enim prohibendus est libertati fauere, vt ead. l. §. hoc interdictum i. & nihilominus lex facit accusari, vt eod. tit. l. i. in princ. vbi text. inquit: [Quem liberum dolo malo retines exhibeas.] & ff. ad legem Fauri. de plag. l. non statim. §. si. & C. eodem tit. l. si fratrem.

**INTERDICTVM** de liberis exhibendis seu deducendis, datur patribus contra eos qui liberos vel nepotes in potestate eorum existentes, sine eorum voluntate detinent. Vnde l. i. ff. eod. tit. sic ait, [Ait prator, qui quare in potestate Lucij Titij est, si is eam apud te est, dolo malo tuo factum est quominus apud te esset, ita eum eamve exhibeas.] Hoc interdictum & illud de vxore deducenda, non solum sunt exhibitoria, sed etiam deductoria seu deductiua, quia pro ea vxor & liberi non tantum exhibentur, sed etiam deducuntur, vt ff. eo. tit. l. 3. §. i. & de interdicto de vxore postea dicitur.

**INTERDICTVM** de loco publico fruendo, est publicae utilitatis

causa propositū, quia tuetur ve-  
tigalia publica, quo prohibetur  
quis vim facere ei sociōve eius  
qui cōduxit locum publicū fruē-  
dum ab eo qui locādi ius habuit,  
quominus loco publico sibi frui  
liceat ex lege locationis vel cō-  
dictionis, vt hæc habentur in l. i.  
§. i. & in priu. ff. de lo. pu. ff.

**INTERDICTVM** de migrando da-  
tur inquilino, vt ipse liberè cum  
rebus suis possit de habitatione  
migrare, si tamē locatori satisfaciat,  
& de pensione totius tēpo-  
ris: vt ff. eo. tit. l. i. §. si pensio, &  
de dāno, si quod in domo condu-  
cta dederit. Sed etiā gratuito in-  
quilino datur, colono autem non  
datur, vt ff. eod. tit. l. i. §. i. sed  
aliās ei extrā ordinē subuenitur  
si velit, non dico migrare, sed co-  
lonariā post tēpus exactū dere-  
linquere. Dicitur. n. ibi in textu:  
Hoc interdictum' proponitur in-  
quilino, qui soluta pensione vult  
migrare, Nā colono non cōpetit,  
cui etiam extrā ordinē subueniri  
potest, ergo infrequens est hoc  
interdictum. Si tamen gratuitam  
quis habitationem habet, hoc in-  
terdictum, vtile ei cōpetit.

**INTERDICTVM** de mortuo infe-  
rendo, habet locum vt quis non  
prohibeatur mortuum inferre &  
sepelire, quo licet ei inferre &  
sepelire, vt ff. eodem tit. l. i. in  
princ. vt si vti via prohibeatur,  
vel sepulchrum edificare, vel  
lapides ad edificandum per fun-  
dum ducere: vt ff. eod. tit. l. i. §.  
prætor ait, & §. item si mihi, §. æ-  
dificare & §. finali, &c.

**INTERDICTVM** momentanea pos-  
sessionis, est quo agitur de pos-  
sessione retinenda, sicut vti pos-  
sidentis, vt ff. vti possidet. l. i. §. i.  
& vtrouique. de quibus infra di-  
citur, vel quo agitur de posses-

sione adipiscenda: vt ff. quorundam  
bonorum. l. i. §. i. vt est quorundam  
bonorum, quorum legatorum, vel  
quo agitur de possessione recu-  
peranda, vt vnde vi. ff. eod. ti. l. i.  
§. i. Et dicuntur momentanea pos-  
sessiones, quia licet obtineat ali-  
quis in possessione, tamē cōtinuū  
elapso momēto succumbere po-  
terit in iudicio proprietatis, vt  
C. si de momentanea possessione  
fuerit appella. l. i. Et quod hæc  
sint interdicta momentanea pos-  
sessionis, dic vt not. C. qui legiti-  
perfo. habent in iudicio standi.  
l. momentanea. Et naturam illo-  
rum prædictorum prosequere, vt  
not. in c. pastoral. de cau. poss. &  
prop. & Inst. de interdict. per totum  
provt etiam sup. dictum est,  
in princ. de interdictis. Hoc autē  
interdicto potest quilibet minor,  
etsi impubes sit, etiam sine tuto-  
re vti. ff. vnde vi. l. i. §. si filius.

**INTERDVM** dicitur fieri quod fit  
inter diem, id est, de die in diem.

**INTERMPTOR**, id est, mediator in  
emptionibus.

**INTERESSE** mea, mihi est expedi-  
re, vel me damnum vel lucrum  
quod facere vel capere potui nō  
fecisse vel non recepisse, vnde  
hoc verbum [interest] imperson-  
naliter potest poni in cōstructione.  
Et quandoq; constructur cum  
pronominibus possessiuis, & tunc  
exigit ablatiuos fæminini gene-  
ris hoc modo, mea interest debi-  
tum solui de statuto. Similiter  
dicitur tua, sua, nostra, vestra in-  
terest Et illorum pronominum  
ablatiuos regit, captum pro per-  
tinet. Cū verō constructur cum  
ceteris dictionibus, tunc exi-  
git genitiuum singularem vel  
pluralem V. g. illius interest rem  
suam non perire. Regis interest  
regnum suum gubernare, respu-  
blice

Publica interest ne crimina maneant impunita, litigatorum interest iustum habere iudicem vel fauorabilem. Item interesse hoc verbum nomine neutrali ponitur, & quandoque significat damnum amissum. Damnum quod accidit, v. g. Persuasisti familiae meae, quod de domo vel possessione cederet, quo facto damnum mihi euenit tu teneris ad interesse mihi praestandum, id est, damnum, quod passus sum, resarciendum. Item de lucro amisso ponitur exemplum. Debuiisti mihi soluere centum aureos Romae, tu soluere desideras Basileae: aestimandum est quantum interfuerit meam pecuniam suo loco mihi solutam fuisse, id est, lucrum quod ex mea negotiatione in eo loco facere potuissem. Et haec actio per quam hoc fit, dicitur arbitraria loci. Sed notandum, quamuis lucrum amiseris, non ideo damnum passus es, quia damnum dicitur a demendo, scilicet, quando ex facultatibus aliquid demitur, aut ex propria substantia dimittitur, ita quod damnum patris, quando rebus tuis aliquid decrescit, non quando non accrescit rebus tuis. Unde interesse est damnum emergens, vel lucrum cessans, super eo quod dari vel fieri omissum est, v. g. in Papia dare mihi pecuniam promisisti tali die, & non fecisti, hic damnum & lucrum ratio est habenda. Damnum, quia in mora fuisti, & non soluisti die tali sicut promisisti; unde non habui ut soluerem: quare poenam incurri & damnum quod non incurrissem, si mihi loco & termino praefixis soluissem, nec damnum hoc passus essem. Lucrum etiam considerari habenda

est, quia si mihi in loco & termino debitis soluissem, mercimonia comparassem, & multa lucratus fuisset. Est ergo interesse aestimatio damni quod taliter euenit, vel lucrum quod cessat ex eo quod aliquid tibi non datur vel non fit ut debet.

**INTERESSE** conuentum est, scilicet, cum non facis quod promisisti mihi, vel cum non fecero quod promisi tibi. Aliud interesse est commune, scilicet, aestimatio communis damni vel lucrum quod euenit vel cessat. Aliud singulare, scilicet, aestimatio quae euenit ex speciali casu vel utilitate. Vide de hoc Speculum in tit. de fructu & interesse.

**INTERLOCUTORIA** sententia, require [sententia.] Et breuiter est omne verbum iudicis faciens ad causam, ut not. in cap. cum olim. de testib. & in Auth. de litig. §. ad excludendas. & l. ff. de Re iudic.

**INTERPELLARE** quandoque idem sonat quod interrumpere, vnde dicitur quod per litem contestatione interpellatur, id est, interrumpitur actio, possessio, vel praescriptio. Item interpellare idem est quod monere, ut dicitur: Dies interpellat pro domino, id est, monet, et potuit in ff. de loca. & conduct.

**INTERPOLARE**, est in aliam formam mutare, & quodammodo mangonizare. Plautus in Amphitryone. [Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.] Ambrosius ad Horatianum: [Nostrorum peccatorum in poenis vetricibus interpolari.] Vlpianus in ff. de Edil. edi. l. praecipit. [Interpolant, inquit, veteratores, & praenouitiorum vendunt.] Id est, in habitum nouitiorum mutant. Neb.

**INTERPOLARE**, est in nouam formam mutare l. praecipunt. de

- Ædil.** edi. tractum à fallonibus. qui poliendo curandóque vetera vestimenta quasi nouam speciem è veteri fingunt.
- INTERPOLVM**, poliendo propemodum renouatum, in alteram formam è veteri immutatum Marc. l. 45. ff. de contrah. empt. [Si vestimēta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.]
- INTERPRETATIO** est multiplex, vt c. 1. de postu. præla.
- INTERPRETATIO** triplex est, quædam probabilis & non necessaria, vt magistri, l. vnic. C. de Profess. qui in vrbe Constan. Quædam est necessaria, & non generalis, vt iudicis l. nam vt ait ff. de Legi. Quædam est probabilis, necessaria & generalis, sed non in scriptis redigenda, vt sunt consuetudines. l. si de interpretatione. ff. de Leg. & c. Abbate. extrà, de verb. signif.
- INTERROGATORIA** sunt, quæ facit pars testibus productis contra se, & dantur super articulis de quibus præmissum est, & formantur per circumstantias causæ & personarum, vt est gl. in c. præsentiam de testib. lib. 6.
- INTERTRITVRA**, siue intertrimentum est. (vt inquit Varro de lingua Latina, lib. 5.) dictum ab eo quod duo inter se trita & deminuta sunt, vt in numis aureis quod ex vsu & attractione cõsumitur, & in vestib. aliisque rebus quæ vsu deteruntur. Liu lib. 34 [In auro, inquit, nihil intertrimenti fuit.] Idem lib. 32. [Intertrimentum argenti suppleuerunt,] Scæuola lib. 13. de pign. actio. l. pignori. [Quæro intertrituram quæ ex operis facta est.] Atq; ibidem iterum utrobique pro detrimento. N<sub>3</sub>
- INTERTRITVRA**, est damnum rei detrita, l. vlt. de pign. actio.
- INTERVERTERE**, est rem commodatam, depositam, aut aliter nobis creditam, dolo malo ne ad dominum redeat efficere. Aliquãdo idē significat quod subuertere & euertere, vt in l. tutelæ. & in l. amissione. de Capit. deminur.
- INTERVSVRVM** vsus medij temporis. Pau. l. debitor § 2. ff. de Legat. 2. Alioquin secundum illam sententiam, si intervsurum tantum est in legato, quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus? Vlp. l. circa. 66. ff. ad le Falc. [Interualum temporis & intervsurum huius spatij minorem facit quantitatem decem.] i. vsus & emolumentum eius pecuniæ quod interea percipit hæres, legatarius autem amittit. Vlp. l. § 7. ff. de Pecuniis. Vt medij temporis intervsurum magis creditor consequatur
- INTESTABILIS** dicitur, qui nec testamentum facere, nec testis adhiberi potest: itē is cui alius testimonium dicere nequit. l. is cui, §. vlt. & l. cum lege. de testa.
- INTESTATO**, aduerbium, id est, sine testamento.
- INTESTATVS** dicitur qui omnino non facit testamentum, vel si fecit, non ritè, vel postea rupit ex certis causis, vel si ex isto testamento nemo sit hæres. Institui de hæ. quæ ab intestato deferuntur, in princ.
- INTRA**, dictio est inclusiua, & idē cui legatur, si intra diem mortis eius aliquid dederit, etiã dādo eo die quo moritur, legatum consequitur. l. si quis sit. de Verb. sig.
- INTRICARE** peculium dicitur seruus, qui in ære alieno est, & res quasdam pignori opposuit. Vlp. l. i. §. 4. de seruo corr. [Is quoque deteriorē fecit qui periuadit,

det, vt peculium intricaret.] Idem l. 21. ff. de Pecul. [Sed et si cum intricare peculium in necem creditorum passus est.] Hanc intricacionem Cicero pro Sextio vocat implicacionem.

**INTRUSI** dicuntur qui non per electionem canonicam, sed per violentiam occupant honores, officia, vel ecclesiastica beneficia.

**INTRUSVS** dicitur ille qui est possessus auctoritate superioris non habentis potestatem conferendi, Dom. de S. Gem. in c. propter. 19. dist. Adde quod non habens aliquem colorem in beneficio, dicitur intrusus, & qui habet sine auctoritate superioris, & qui est depositus a beneficio, & remanet in eo. Item ille qui est electus & ministrat ante confirmationem, vt in c. 2. de Restitut. in integr. & ibi Abb. Item est intrusus qui commisit crimen depositione dignum gl. 2. in c. cum super de causa possess. & propt. Item intrusus dicitur qui habet beneficium ablatum alteri iniuste. c. tanta. de excess. praela. & de hac materia vide late Fe. in c. veniens. de Acc. vers. not. quod intrusus.

**INTRVSVS** in beneficio dicitur ille, qui sine auctoritate illius ad quem spectat collatio, illud tenet, in cap. quia diuersitatem. vbi Panor. in 2. not. de concess. praela.

**INVECTA** illata conuentionem dicuntur ea quae ab inquilinis in aedes conductas, vt ea secum habeant, importata sunt, l. 1. ff. de Pig. l. 4. ff. de Pact. l. 2. l. 3. l. 4. l. 7. ff. In quibus causis. pig.

**INVENTARIVM** dicitur libellus quidam in quo omnia bona hereditaria, quae apud aliquem inueniuntur, conscribuntur, & omnia in illo libello continentur, vt sciatur quantum eo tempore vel

die quo scribebatur, in bonis suis continebatur. Cautius agitur cum haerede, si faciat, quia si fecerit ultra vires hereditatis, non potest onerari: si non fecerit, omnibus legatariis legata restituere oportet, & cogetur, etiam si excedant vires & facultates hereditatis. Etiam potest fieri in aliis factis, nedum in rebus hereditariis. Est etiam inuentarium, quoddam genus instrumentorum Breuiter not. quod inuentarium est scriptura quam haeres inchoare debet intra 30. dies post mortem testatoris, vel postquam scit se institutum heredem, & ibi scribere omnes res defuncti, sub presentia testium, idque perficere infra 60. alios dies, vel infra annum, si res sint remota: & tunc non tenentur creditoribus vitra illud quod inuentum fuerit in hereditate. Si autem non fecerit inuentarium, tenetur insolidum. Et pro hoc vide in gl. Inst. de her. qual. & dif. §. sed nostra.

**INVESTITURA**, est alicuius in suum ius introductio, & est proprie possessio. Sed abusiue dicitur investitura, quando dominus hastam vel aliquid corporeum praebet vassallo, dicens te per hoc facere investituram, vt in lib. feu. in tit. quid sit investitura. Olim autem dicebatur de prouisione qua Imp. per urbem Romanam investituit Archiepiscopos & Episc. per anulum & baculum Require supr. instituto

**INVMBRATAM** quietem furiosus dixit Celsus in leg. quod meo §. 1. si furioso. de Acquit. poss. qui asperctu sanae mentis videbatur.

**INVITVM** accipere in procuratore dando debemus, non enim tantum qui contradicit, verum etiam qui consentisse non probatur. l. 8. ff. de pro.

**INYULB**, pro pernicioso, & ab vti-

litate communi alienum. Vlp. l. 1. §. 3 ff. Depof. Est enim inutile in causis huiusmodi fidem frangere, loquitur de iis quæ incendij & ruinæ causa deponuntur. Paul. hb. 22. §. 7. ff. de Admi. tut. Nam & inutile est pupillis, si administratio eorum non feruatur, nemine scilicet emente.

*De I ante P.*

**IPSA**, de hoc relatio vide Io. And in q. posita super reg. contra eum &c. in 2. art. de reg. iur. lib. 6.

**IPSE**, i. ego. ff. quod met. cau. l. metum autem. §. sed licet.

**IPSO FACTO**, hæc clausula idem importat, quod ipso iure. Bart. in l. 1. n. 4. de iis qui notantur infa.

**IPSO IURE**, de hac clausula vide gl. in §. in bonæ fidei. & ibi Ias. Inst. de actio. & Bart. in l. si mater. C. de suis & legit. hære.

**IRENARCHA**, interpretatur pacificator, siue pacis conciliator: *ειρηνοποιος* enim Græcis dicuntur pacis præfetti. Erant autem irenarchæ viri boni & prudentes quales significat Virg. in 1. Æneid.

*Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est  
Seditio, seuitque animis ignobile vulgus.*

&c. sub hoc habitu fuit Domitiani Cæsaris statua equo posita, de qua Papin. in principio Syluarum:

*Dextra vetat pugnas.*

Talem puoque Persius poëta significat, cum dicit:

*Fert animus calida fecisse silentia rixæ  
Maiestate manus.*

In C. Iustineæ pro titulus est de

Irenarchis, lib. 10. quos Accur. interpretatur iram arcentes; quasi Irenarchia nomen esse latinum. Mart. lib. 48. tit. de cult. & exhi. reo. l. D. Hadrianus. Irenarcharum sæpe meminit.

**IRENARCHÆ** dicuntur, qui disciplina publicæ & corrigendis moribus præficiuntur, vt milites qui vadunt perquirere latrones. Et dicuntur quasi arcentes iram, vel quia iræ sumendæ in turbatores publicæ pacis gerunt monarchiâ, secundum quod accipitur C. de irenarchis lib. 10. Imo verò irenarcha dictio Græca est composita ab *ειρηνη*, quod est pax, & *αρχων* princeps q. d. pacificatorem, siue pacis conciliatorem, qui sedandis seditionibus lectus sit.

**IRINVM**, vnguenti species. l. in argento. de auro & arg. l. Legendum Crina, vt in Pand. Flor.

**IRONIA**, est cum quis minora de se dicit quam sint. etiâ est cum quid per derisionem, i. per contrarium dicitur: & sic est figura, de qua, & multis aliis, vide gl. bonam in c. forus de Verb. sign.

**IRREGVLARITAS**, est nota siue impedimentum canonicum ex facto siue de facto proueniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur, & degradari siue deponi quandoque meretur. Vel sic, [estabilitas quadam canonica per quam quis efficitur inhabilis ad ordines suscipiendum.] Et dicitur ab *in*, i. non, mutando *n* in *r*, & regula, quia non potest exigere regulas ab apostolis & aliis summis pontificibus.

**IRREPÈRE**, i. latenter inualescere. **IRRIGVVM** capitur actiue & passiue, hoc est & pro eo, ex quo quid irrigari potest, vt irriguz fontium aquæ, l. 1. C. de Manc. & colo. pa-



tri. & pro ipso quod irrigatur. l. diuortio. §. quod in anno ff. solut. matrim.

**IRITVM** testamentum, vide [testamentum irritum.]

**IRROGARE**, i. inferre: vnde dicitur, crimen vel damnum irrogat infamiam vel mortem, i. infert. C. ex quibus causis infamia irrogetur. in rub.

*De I ante S.*

**ISAVRI**, populi sunt Ciliciæ contermini qui in mari quondam piraticam exercuerunt: quos Publ. Sernil. profligauit, qui cognomen Isauri ex ea victoria retulit. Iam verò Isauri & Cilices pro piratis accipiuntur. vt Iuu.

*Pirata Cilicum.*

& Inst. in C. tit. de feriis. l. provinciarum. [Latronum, inquit, & maxime Isaurorum.]

**ISOSTATES**, potest interpretari æqualitatis recognitor. nam *isos* interpretatur æqualis in C. Iustiniano de ponderatoribus & auri illatione l. quoties. [Quoties, inquit, de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet quem sermo Græcus appellat Isostatem, legendum Zysostatem,] pro sua fide & industria, vt neq; fallat neq; fallatur contentionem dirimere. ] Accursius interpretatur ab *igos*, victoria, & state militia: neq; enim *igos* est victoria, sed *vixu*: neque state militia, sed *spatia*: neque victoria & militia faciunt ad rem.

**ISOSTATES** æqualitatis recognitor. l. 2. C. de pond. & aur. illa.

**ITHMVS**, terra oblonga & angusta inter duo maria.

*De I ante T.*

**IRA**, est dictio conditionalis secundum glossam, in lege, Iulianus 2.

de Condi. & demonst.

**ITAQVE**, no. Io. Calde in commento Decret. cap. post cessionem de probationibus.

**ITEM**, hæc dictio ex suo significato significat adiectionem, conjunctionem seu continuationem. de qua Bart. ff. de Publica. & vect. l. 1. in prin. Est etiam repetitiua seu repetitionis significatiua. Repetit autem illa quorum repetitionem significatè concludit quodlibet medium probabile: v. gr. testator dicit, [Lego Titio fundum Seianum sub conditione. Item fundum Seianum hæres meus dare damnas esto.] intelligitur sub eadem conditione. vt l. in repetendis. ff. de l. 3. & sumitur significatum ex dictione item, & ex oratione sequente, quæ est declaratiua præcedentis. Et item dic in die vel in alia qualitate posita in oratione præcedenti, quia repetitur & in sequenti. Item ibi, testator dicit [lego Titio fundum Seianum sub conditione:] & post ex interuallo dicit, [item fundum Seianum Titio lego:] hoc casu legatum valet, & videtur primum reuocatum, nec videtur repetitio conditionis, vt leg. non ad ea. ibi, cum dicit, si prius sub conditione ff. de condit. & demon. quia hæc dispositio debet addere & operari, quod non fieret si conditio repeteretur: ideo testator videtur à conditione recessisse, & pure legare voluisse. Item ibi testator pluribus legatis factis filium hæredem instituit, & adiecit [quod si ipse filius absq; liberis decesserit, relinquo Titio domum. Item relinquo Sempronio fundum.] Prædicta conditio si decesserit, intelligitur repetita in duobus sequentibus legatis, & sic obtinet in tribus prædictis legatis, quia

sumitur significatum legatis, pure prius factis, & ex significato conditionis. Nam ex conditione significatur quod testator non vult plus grauare filium si vixerit, sed vult grauare in sequentibus sub illa conditione si decesserit. facit l. si ica scriptu. ff. de lib. & posth.

**ITER**, est ius eundi vel ambulandi hominis, siue homo eat solus, siue vehatur sella vel lectica, vel in equo, vel in quouis animali. Scorsum vero non potest iumentum secum agere, vel vehiculum ducere qui iter tantum habet. Quandoque tamen iter dicitur vulgariter ipsum solum per quod itur, vel tramites, vel calles transeunt. ita quod qui actum habet, habet & iter & commoditatem itineris, sed non e conuerso. Vide infra de via, & instit. de serui. in prin.

**ITERATO** quid importat, not. Arch. II q. 3. c. si quis vero.

**ITERUM**, hac dictio secundum suum proprium significatum denotat actum geminatum, quod not. pro statutis permittentibus aliquid iterari, vel punientibus facientem aliquid iterum. habet enim locum statutum in geminante actum: quandoque ex natura actus cui adiicitur exponitur, i. quoties opus fuerit. gl. & ibi doct. in cap. sua nobis. de Apella. & Angel. Arct. in proem. Inst. in ver. quorum & doct. in l. veluti. de Eden. & l. fideicom. §. Si quis decem. ff. de l. 3. vbi si testator legat decem Titio, & si perdidit, iterum legat, non intelligitur vltra duas praestationes. Quod facit ad quaestionem, quando arbitro datur potestas prorogandi compromissum semel & iterum: non enim intelligitur in infinitum, sed pro duobus vicibus tantum, secun-

dum Bald. in c. sua nobis. in qua facit quod not. in leg. si finita. ff. de Dam. inf. vbi plene per doct.

**ITIDEM**, i. similiter. C. de Eman. lib. l. pen. de iniur. l. fin. Aliquando, i. tantundem. C. de Appel. l. quoniam iudices.

**ITINERARCHAE** dicuntur itineris custodes, a verbo eo, is, & ἀρχαί Græcè, i. princeps latinè, hoc nomen trahentes. quia ad prouinciarum tutelam per singula loca pacis & quietis faciunt itare custodiam. l. i. C. de Custod. reo. ibi de Itinerarcha nullum verbum.

*DeI ante V.*

**IYDAEI** dicuntur qui Mosaicam legem ad litteram imitantes tenent te circumcidendo, & alia legalia faciendo. Et dicuntur a nomine dignioris tribus, scilicet Iudz, qui inter alias tribus bellicosior erat, & in bellis primam aciem & regni vel regis priuilegium obtinebat.

**IYDEX** dicitur, quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptat. Iure autem disceptare, est iuste iudicare. Non est ergo iudex, scilicet bonus, si non est in eo iustitia, vt in c. forus. §. in omni quoque negotio, de Verborum sign. Et iudex est quod ex iurisdictione propria aut sibi delegata & commissa ius habet super causas litigiorum vel litigatorum cognoscendi: & qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: sed qui ex delegata, dicitur delegatus & extraordinarius.

**IYDEX ordinarius**, est ille qui habet potestatem iudicandi a se iure suo, hoc est eo ipso quod est talis, vt episcopus, balliuus, praeses prouinciae, & consimiles.

*IYDEX*

**IUDEX** delegatus, est ille qui habet potestatem de causa aliqua cognoscendi ab aliquo sibi commissam, qui etiam dicitur, [Iudex extraordinarius.]

**IUDEX** competens dicitur, qui causæ iurisdictionem habet cum exercitio, dato quod per exceptionem possit elidi, siue exceptio contingat personam, ut quia suspectus, siue iurisdictionem, ut quia rescriptum subreptitium est, ut est gl. in Clemen. cum lite, ut lite pendente.

**IUDEX** incompetens, est in quem licet consenserimus, id tamen quod ab eo statutum est, firmitatem non habet iudicati, vel quia ipse nullam iurisdictionem habebat, vel quia intervenit error in adducendo vel adducendo ipsum, vel quia vi compulsus sum in eum consentire. In summa iudex incompetens est idem qui non suus.

**IUDEX** compromissarius. Require supra [arbitr.]

**IUDICES** chartularij, erant olim qui ab Imp. privilegiati erant, ut qui vellent coram eis litigare possent, sed ipsi non poterant cogere aliquem ad litigandum coram eis. Et dicuntur etiam hodie iudices ordinarij creati à comite Palatino qui non habent administrationem nisi habitu, ut not. l. i. ff. de Iudic. & l. fin. C. vbi & apud quem cog. in integr. restit. agitan fit.

**IUDICES** domestici, require supra [domestici & assessores.]

**IUDICES** pedanei dicuntur illi, quorum officium est de minutis causis, & infimis cognoscere & inutilibus vel vilibus, licet ordinarij, & dicuntur à pede, qui est extrema pars corporis. Maiores vero causas debent & tenentur

maioribus referre, cum ipsi per se non possunt terminare. C. de Ped. iud. l. 2.

**IUDICEM** delegare, est vice sua alium de causa cognituram constituere.

**IUDICATVM** facere, dixit Celsus in l. fin. in prin. si cer. pet. pro parere sententiæ, & solvere quod solvi debere pronunciatum fuit.

**IUDICATVM** solvi satisfatio, inde dicta est, quia interponebatur stipulatio quod solveretur quod iudicatum fuisset, ut instit. de Satisfat. in prin. Et huiusmodi stipulatio tres clausulas continet. ut eleganter persequitur Vlpianus in l. iudicatum, leg. i. ff. iudic. solvi.

**IUDICIUM**, hæc dictio multipliciter significat. Primo modo idem est quod casus fortuitus, ut dicitur, [hoc divino iudicio venit.] Secundo est discretio, ut dicendo, [in pueris non est iudicium,] facit instit. quibus non est permis. face. testam. §. præter ea. Tercio est actio, ut cum dicitur, iudicium fami. hercis. ff. de Iud. lege in familiæ. Quarto est ultima voluntas testatoris. Quinto est iudicium, vel sententia iudicis l. i. C. de re iudic. Sexto ponitur pro examinatione vel deliberatione. Septimo pro auctoritate. 43. distinct. cap. 2. Octavo quandoque pro pœna, 50. dist. can. & purgabit. Nono capitur pro instantia vel ordinatione causæ discutiendæ in iure coram iudice: sic sumitur in tit. de iudic. lege properandum. §. i. Cod. de iudic. & ff. eod. tit. leg. proponebatur. & in hac significatione diffinitur sic, [iudicium est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei super eadem questione, aut super

super eodem iudicio contractus. de Verbor. signif. cap. forus, in gloss. Et dicitur iudicium quasi iurisdicatio, ibid. & secundum Goff describitur sicut arbitrium, exceptis his, Primò, quòd iudicium est de civili & criminali, sed arbitrium de civili tantum. Secundò quòd iudicium necessariò, arbitrium verò voluntariè subitur, & priùs inquisitio vocabatur: vnde secundum Card. [Iudicium est inuestigatio, quam secundum iuris ordinem facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicita custodiendam.] vt 30. q. 5. iudicantem oportet. Et quòd dicitur [actus trium personarum, intelligitur verè vel fide, seu representatiuè, quia in notoriis fama representat actore, & fingitur accusator. Et nota quòd propriè ante litem contestatam non est iudiciu, quia nulla causa discussio. l. 1. C. eod. tit. & hoc respectu causæ, nõ autem respectu aliorum actuum iudicialium, vt sunt examinatio partium, & confessio, & cætera quæ bene fiunt ante litem contestatam, imò quòdque iudicium capitur pro eo quòd præcedit sententiam. vt in cap. in iudiciis. de Reg. iur. lib. 6. De multiplici specie iudiciorum, vide infra in verb. [iudicia priuata.]

**IUDICIUM** contradictorium dicitur, si dicerem hoc esse consuetudinem, & tu aduersarius meus diceres non esse consuetudinem, vt in c. Abbate in gl. fin. de verb. signif. in verb. [contradictio.]

**IUDICIA** capitalia sunt, quibus caput eximitur à ciuitate morte vel exilio. de his vide Inst. de Pub. iud. § publicorum.

**IUDICIA** publica sunt de publicis causis, & dicuntur quasi populi-

ca, quia quilibet de populo commissa est executio, vt contra crimen læsæ maiestatis, in quo omnes de populo possunt accusare. Quòdque iudicium publicum dicitur iudicium quod intenditur à crimine: de hoc Inst. de pub. iud. in princ.

**IUDICIA** priuata sunt quæ civiliter tractantur, siue intentantur. Item de multiplici iudicio, scilicet auctoritatis, ministerij, approbationis, &c. not. Archid. 55. dist. præcepta. & gl. super regula in iudiciis. de Regulis iur. lib. 6. Tangit aliquantulum Archid. a. q. 1. sicut. Et secundum Ant. de Burt. diuiditur tripliciter: primò ratione materiæ, secundò ratione formæ, tertio ratione quantitatis. Vnde ratione materiæ duplex est iudicium, aut temporale, aut spirituale: Vel, aut civile, aut criminale. Vnde semper dicitur iudicium criminale, quando finis tendit ad commodum reipub. aut fisci, &c. siue pœna sit corporalis siue pecuniaria. Sed dicitur civile, dum finis tendit ad commodum partis. gl. not. in l. prator. in princ. ff. de Sepul. viol. & fuit opinio Innoc. in c. qualiter & quòdo. 2. de accusat. & doct. in c. 1. de Iud. Secundò, ratione formæ iterum duplex est iudicium, scilicet ordinarium & extraordinariu. Tertio ratione quantitatis duplex est, scilicet vniuersale & generale, quæ etiam differunt, de hoc plene in cap. 2. de libel. oblig. Item iudicium triplex reperitur: primum inter sanguinem, secundum inter lepram, tertium inter causam, vt in cap. per venerabilem qui fil. sint legit.

**IUDICIUM** proliuorium quid, require infra ver. [proliuorium.]

**IUDICIUM** accipi, olim dicebatur.

datum, cum his contestabatur. l. is qui se, de Rei vend. cuius locutionis rationem tradit Alc. in l. pecunia verbum. §. actionis. de Verb. signif.

**IUDICIO** fisti cautio, dicitur, cum promittimus, nos aut aliquem alium ad iudicium venturos & permanuros esse, ut in ff. si quis caut. toto tit.

**IUGUM** pro pari duorum animalium plerunq; accipitur, ut apud Plin. lib. 10. de aquilis. [Vbi aquilarum, inquit, non fit iugum.] Varro de lingua Latina lib. 4. [Iugum, inquit, & iumentum à iunctu.] Virg. 5. Æneid.

— *Nec sic undantia lora*

*Concussere iugis.*

Vlp. lib. 21. Dig. de Ædil. edict. l. ædiles aiunt: sæpè iugum in hac significatione ponit. Nebr.

**IUGALEM** posuit Iustina. pro uxore. l. consensu. §. vir. C. de repu.

**IUGATIO**, genus vestigialis, de quo in l. immunitates. C. de Agricol. & censit. lib. 11.

**IUMENTORVM** appellatione boues non continentur. l. legatis feminis. de leg. 3. Dicta autem iumenta à iungendo, eò quòd currui iungantur, ut ait Alciatus in l. boues. de Verb. signif. in quibus sunt equi & muli.

**IURA** prædiorum appellari seruitutes nemo est qui ignoret, ex tit. de Reb. corpor. & incorpor. in Instit. ac qui prædia cum iuribus suis restituere promittit. intelligitur, ut restituat eiusdem bonitatis, salubritatis, & amplitudinis. l. quid aliud. ff. de Verb. signif.

**IURAMENTVM**, est affirmatio vel negatio sacre rei assertionem vel attestacionem firmata secundum Consuetudinem, vel adhibita religione se-

cundum Placent. & est triplex: videlicet voluntarium, cum sit extra iudicium, necessarium, & iudiciale, ut not. gloss. Instit. de actio. §. item si quis. & intrà ver. iusiurandum.]

**IURAMENTVM** assertorium est, cum iuratur de præsentem vel de præterito sic esse vel non esse, fuisse vel non fuisse. Sed iuramentum promissorium est, quando iuratur de futuro aliquid daturum, vel facturum. Aliquando etiam iuratur per execrationem, ut si hoc non fecero, hoc accidar mihi vel filiis meis, aut huiusmodi. Ponitur ergo triplex Iuramentum, scilicet promissorium, assertorium, & confirmatorium, secundum Host. in Sum. de iureiur. De primo in c. debitores. in c. Quintavallis. & c. veniens. de iureiur. De secundo in c. fin. eod. tit. De tertio in c. cum contingat. eod. tit.

**IURAMENTVM** calunnie est, cum quis iurat se bona fide & non animo calumniandi agere vel respondere, nec egisse vel respondisse.

**IURARE** conceptis verbis, vide [Conceptio.]

**IURATI** dicuntur consiliarij vel anciani, vel priores qui regunt vniuersitatem: & dicuntur à iuramento quòd præstant, ut eorum officium fideliter exequantur.

**IURARE** proprio dicitur aliqua res vendi in instrumento venditionis, [quando in eadem proprietatem transferatur in euentum.]

**IURGIUM** dicitur, quasi iuris garrum, eò quòd hi qui causam dicunt, iure disceptant. c. forus. extra de Verb. sig.

**IURIDICVS**. est qui iura dicit secundum Isidor. lib. 11. Etym. & peculiariter hoc nomine appellatum fuisse quendam Alexandrie

driz magistratum indicat manifestè tit. de Iud Alex ff. & C.

**IURIS** auspiciū, id est, exordium litis, vt in c. pastoralis. de caus. pos. & C. de eod. l. vlt. i. resp.

**IURISCONSULTI** qui appellarentur antiquitus docet clarissimè Imp. in §. responsa. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.

**IURISDICTIONIO**, est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi vel æquitatis statuendæ, secundum Azon. & dicitur à nominib. ius & ditio, id est, potestas. Hæc autem quandoque est ordinaria, quandoq; delegata. Itē alia est plena, scilicet solius principis. Alia autem semiplena, alterum, videl. à principe. De hoc vide Spe. eo t. C. eo. l. §. Nota quod 4. dant iurisdictionem ordinariam. Primò lex inanimata vel canon, & hoc in dubio: secus si apparet velle dare delegatum. Secundò lex animata, scilicet Papa vel Imperator, & non inferior, nisi episcopus suo vicario. Tertio consuetudo. Quarto vniuersitas approbata, vt mercatorum, cerdonum & aliorum artificum, qui possunt de suo corpore creare & eligere iudicem ordinarium. Similiter vniuersitas facultatū, artium vel iuristarum. De hoc not. circa c. cum ab ecclesiarum. de Off. ord. Et iurisdictionio prout est genus, diuiditur in merum imperium, mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem, de quibus in litera M. require.

**IURISDICTIONIO** etiam alia est voluntaria, alia contentiosa. Voluntaria, dicitur quæ in volentes tantum exerceri potest: contentiosa, quæ etiam in inuitos, vt not. in l. 2. de Offic. procon. & leg.

**IURIS** præcepta tria sunt, scilicet, honestè viuere, alterum non lædere, &

ius suum vnicuique tribuere. Instit. de Iust. & iur. §. iuris præcepta. concor. c. cum deuotissimam. §. si sæcul. 12. q. 2. vbi dicitur quòd summum bonum in literis est, iustitiam colere, & vnicuique, &c.

**IURISPRVDENTIA**, est diuinarum & humanarum rerum notitia, iusti atq; iniusti scientia, iusti scilicet ad faciendum, iniusti ad euitandum: quia non sufficit scire quid sit iustum vel iniustum, nisi & ipsarum rerum contrariarū vel corporaliū habeat quis notitiā, secundum varias conditiones varia iura sunt statuenda. Instit. de iust. & iur. in prin.

**IUS** habet plura significata. Primò, id est, rigor. l. 1. C. de leg. Secundò, id est, verborum coceptio, vt cum dicimus quòd in stipulationibus versatur ius, vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de Pact. Tertio, id est, rectum vel iustum, quòd deriuatur à iustitia. Quarto, i. aqua pinguis. Quintò capitur pro toto corpore iuris. Alia plura significata ponit Ioan. And. de Regul. iur. in princip. li. 6. Breuiter ius significat quòd subiecta materia vel vsus cōmunis id recipiendi in tali loco in quo profertur significare declarat. Vnde ius est nomē generale, & lex iuris species, & dicitur ius quasi iustum. i. dist. ius generale. & secundum Isid. lib. 5. Etym. Omne autē ius legib. & morib. constat secundum Isid. vbi supra c. 2. Et definitur sic, Ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat, i. sua iura cuiilibet ministrantes. ff. de Instit. & iur. l. 1. 2. responso. Hoc est dicere, quòd iustitia est collectio legitimum præceptorum quæ addit nos ad obseruandum bonum &

æquum, i. utilitatem & æquitatem seu veritatem. Quamvis enim vsucapio contra æquitatem videatur introducta, tamen subtili consideratione maximè innititur æquitati, cum præcipue æquum sit quod publicæ utilitati deferuit. Vel dicitur quod in vsucapione vel præscriptione ex causa & pro bono publico inducitur quandoque rigor contra naturalem æquitatem, vt dicitur in gl. 1. dist. ius autem, vbi datur quandoque ius quod non est iustum vel æquum, vt ibi exempla plura. Dicitur autem ius à iustitia. Et aliter sic definitur: ius est præceptum seu ordinatio principantis, seu domini circa subditos, quantum ad ea quæ possunt subesse potestati subditorum. Talis autem vel est deus, & tunc dicitur ius diuinum. Vel est natura, & tunc dicitur ius naturale. Vel est homo, & tunc dicitur ius humanum, quod regitur duobus, vt in prin Decreto. Et sic secundum triplicem gradum summorum distinctum est triplex ius, sc. ius diuinum, quod est præceptum, seu ordinatio diuina, & ius naturale, & civile dicitur. Etiam aliquando ius angustiosum, aliquando iniquum, vt Inst. de Sena. Terty. in gl. §. 1.

Ius etiam dicitur locus, vbi ius redditur, interdum accipitur pro necessitudine, vt l. pen. & fin. de iustitia & iure. Aliquando pro qualitate rei inhaerente. I. quid aliud. de Ver. sig. item pro commodo. I. quod dicimus. eod. tit. quandoq; significabat facultatem & potestatem, vt cum dicitur, est mihi ius eundi per viam publicam: quandoque ius dicente, vt in tit. de in ius vocando, nam in ius vocare, est ad iudicem vocare. §. vlt. Inst. de pena rem. lit.

Ius aureorum annulorum secundum quosdam dicitur quod olim liberti annulos aureos ferre non poterant, sed secundum Azon. est priuilegium quod concedebatur libertis in signum semiplenæ ingenuitatis: vivebant enim ingenui, sed moriebantur vt liberti. C. de Iur. annu. aur. in rubrica.

Ius aureorum annulorum donare (inquit Budæus) apud antiquos erat id fermè, quod hodie equitem facere dicimus.

Ius Canonicum diuiditur in decretum, & decretales, quarum volumen dicitur extrauagans in 5. l. b. maximè respectu iuris civilis. Quilibet autem liber habet pures rubricas, siue titulos, in quibus præmittitur materia in generali, de qua tractatur in c. seq. in speciali. Sub qualibet autem rubrica sunt vnum aut plura capitula, quæ dicuntur decretales vel constitutiones, & aliquando in capitulis sunt §§. Vnde quando allegabis aliquid ex decretalibus, non allegabis librum, sed titulum, & capitulum in eodem, & si sit capitulum longum, dices c. tali, circa princ. medium, vel finem. Vel si sint in capitulis §§. allegabis tali cap. §. 1. vel 2. Et post compositiones quinque librorum dictorum per magistrum Raymundum capellanum Gregorij IX. Papæ circa an. Domini M. cccxxj. elapsis multis annis, videlicet anno à natiuitate vel incarnatione Domini M. cccvij. nonis Martij pontificatus Bonifacij VIII. anno iij. compilatus est liber sextus, non quidem sextus cum aliis quinque partialibus prædictis in vno volumine, sed liber specialis continens etiã quinque partes, & supplens defectus casuum emergentium in libris

libris decretalium non comprehensorum. Deinde Clementis constitutiones, à Clemente Papa V. sub anno Domini M. cccxi. in Consilio Viennensi, quod sex mensibus tantum durauit, conceptæ & editæ sunt, licet idem Clemens morte præuentus, ad publicum non perduxerit. Sed Ioann. Papa XXI I. de post. compleuit, correxit, mutauit, & executioni demandauit. Et fuerunt promulgatæ anno Domini M. ccxxxix. Kalendis Nouembris. De hoc vide gl. in præmio Clementi. super verbo [Nouembris,] & verbo [pontificatus.] Et dicit Io. And. quod iste liber non debet allegari septimus, sed debet intitulari Clementinæ, scil. Constitutiones Clementis V. Sed decretum quod magister Gratianus circa annum Domini M. cix. compilauit diuiditur in tres partes. Prima dicitur Distinctiones, quia est distinctum per centum & vnā partes, quarum quælibet habet vnum vel plures canones, quæ vltius subdiuiduntur in paragraphos & versiculos. Sed secunda pars Decreti nominatur causæ, quia continet in se 16. causas, à quibus nomen accepit. Quæ vltius subdiuiduntur in quæstiones, & hæc in canones, qui vltra in paragraphos & versiculos subdiuidi possunt. Tractatus autem de penitentia imponitur in causa 33. in q. 3. & habet septem distinctiones, quarum quælibet habet canones plures, cum paragraphis & versiculis suis. Tertia & vltima pars Decreti nuncupatur de consecratione, & habet sub se 5. dist. cum canonibus, vel capitulis, paragraphis, vel versiculis.

Ius civile inuenitur accipi diuersimodè, vt dictio 1. can. ius natu-

ræ. Civile autem vno modo est, quod quisque populus vel quæque ciuitas sibi oroprium diuina humanaque causa constituit secundum Isidorum lib. 5. Etymo. Secundo dicitur ius civile lex duodecim tabularum. Tertio dicitur quod ex legibus, plebiscitis, constitutionibus, senatusconsultis, principum decretis, vel auctoritate prudentum inuenitur. Quarto dicitur ius quod non est prætorium Quinto dicitur disputatio prudentum, quæ fuit facta sub lege xij. Tabularum. Sexto quicquid putamus scriptum de iure. Septimo quicquid iure naturali vel iure gentium subtrahitur, vel quod non est ius naturale nec gentium, & sic capiendū ius canonicum dicitur ius civile, & sic sumitur prima distinctio. ius autem, vt in glossa f. nota in fine. Et quia ita diuersimodè ius civile inuenitur accipi in iure, de prima acceptione habes institut. de iure naturali. §. 1. De secunda habes ff. de iustitia & iure. leg. ius civile. §. hoc igitur. De tertia & quinta, ff. de Orig. iuris. leg. 2. §. hæc disputatio. De quarta, leg. ius civile. præall in princ. De sexta, ff. de Variis & extraordinariis cog. leg. 1. §. proinde. De septima, Institut. de vsucap. in principio, vt est glossa in §. sed ius quidem civile. Institut. de iure natur. gentium, & civ. Item ius civile dicitur tripliciter. Primo pro eo quod in vnaquaque ciuitate seruatur, & sic dicitur in genere. Secundo in specie dicitur ius proprium certæ ciuitatis, & sic loquitur §. alleg. Institut. Tertio dicitur per excellentiam ius Romanorum, quando non exprimitur proprium nomen ciuitatis, & sic in versiculo. [sed & quæries.]

Instit.



Inst. eodem tit. præalleg. & sic concordat §. omnes populi. cum dicto versic. in quo §. dicitur, quod omnes populi reguntur legibus euulgatis ab Imp. in versic. di iur, quod vnaquaque civitas iure suo proprio utitur, sed primum intelligitur de generali, secundum de particulari.

**I**us civile diuiditur in quatuor libros principales, scilicet Digestum, Codicem, Institutiones, & Authenticas. Quibus additur collatio decima, seu liber Feudorum. Primus ergo liber iuris civilis est digestum, qui continet leges & statuta Romanorum, & diuiditur in tres libros principales, scilicet Digestum vetus, quod habet libros partiales 24. Infortiatum, quod habet libros partiales 14. Et Digestum nouum, quod habet libros partiales duodecim. Quibus connumeratis erunt libri partiales quinquaginta Digesti veteris, Infortiati, & Digesti noui. Et vocatur Digestum, seu etiam Pandecta, vel liber Pandectarum, vide supra, in littera D. Secundus liber iuris civilis vocatur Codex, qui continet statuta, sanctiones, & præcepta Imperatoris. Et fuerunt tempore Iustiniani Imperatoris tres Codices, scilicet Codex Gregorianus, Hermogenianus & Theodosianus, de quibus Codicibus extrauagantibus diuus Iustinianus animum suum ad Imperiales constitutiones dirigens vnum Codicem fieri fecit, quem suo felici nomine intitulauit Codex Iustiniani, vt in rubr. præmij Codicis. Et diuiditur iste liber in duodecim libros partiales, quorum nouem primos Doctores legere solent, sed vltimi tres, qui longè post primos nouem com-

positi sunt, rarò legi consueverunt. In quorum allegationibus hoc est speciale, quod ab titulo, & ad legem cum §. additur numerus, videlicet liber 11. 12. &c. vt Cod. de Murile, & gynacia, &c. lib. 12. & Cod. de Dign. l. si vt proponis, lib. 12. Tertius liber principalis dicitur Authenticum, vel Authenticorum: & sunt quedam excerpta quasi prædictorum librorum summulæ. Et diuiditur ister liber in nouem collationes, quarum quælibet subdividitur in titulos, & tituli non in leges, sed in paragraphos. Et differunt authenticum & authentica, quia authenticum volumen est per se, sed authentica est vna lex, vel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri superadditus, & allegatur sic, C. de Episc. & Cleric. authen. generaliter. C. de sacrosanct. Eccles. auth. multo magis. Sed in Authentico simpliciter allegatur, titulus & paragraphus, vt in Auth. vt indices sine quoque suffragio. §. tali vel tali, & sufficit. Item decima collatio intitulatur liber Feudorum, & habet duos libros partiales, quorum quilibet subdividitur in titulos, & isti in capitula & paragraphos. Quartus liber principalis legum dicitur Institutiones, vel instituta, & iste diuiditur in quatuor libros partiales, & est introductiuus in ius civile & canonicum, maxime quoad declarationem terminorum in vtroque iure vsitatorum, qui tanquam ostium in domum, præbet introitum in sapientiam iuris. Quare consultitur omnibus quasi modo genitus iuris alumnis, sac iuris concupiscentibus, per institutiones documenta sua primordialis capessere & nutrimenta, vtrali

doctrina primitus informati, securius mereantur inherere sanctioni Iustiniani Imperatoris Christianissimi. Nullus ergo presumptuo è sine institutionum doctrina iuris maxime ciuilis sublimitates tentet ascendere; ne corruat ex alto qui satagit volare sine penna. Et hæc de nominibus, diuisionibusque librorum principalium iuris vtriusque sufficiant. Et not. quod ius ciuile tripliciter se habet ad ius naturale, & tres operationes circa ipsum & eius materiam exercet, aliter tamen & aliter. Nam ius ciuile primò addit super naturalem determinationem per congruos modos, vt est videre in delictis: verbi gratia, ius naturale & eius rectitudo dicitur delicta puniri. Instit. de oblig. quæ ex delictis nasc. in princ. ff. de fur. l. 1. Et ita omnia præcepta decalogi sunt à iure naturali super illis principiis fundata, quæ ponit Iurisconsultus de iust. & iur. ff. eodem tit. l. iustitia. §. 1. & in præc. decret. s. honeste viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. Secundo rectitudo naturalis vult nemini subtrahi quod suum est: & ius legale distinguit actus ab illa rectitudine deviantes, scilicet actum furandi, fœnerandi, rapiendi, &c. Et vitra hoc ostendit quomodo vnus illorum actuum plus vel minus deuiet è rectitudine nature & secundum illud maiores siue minores pœnas statuit. Tertio declarat: nam iure naturali rectum est neminem cum alterius iniuria vel detrimento locupletari: non tamen habetur ex eodem iure si sit possibilis euentus in quo quis locupletari possit cum alterius iactura, sine damno eius iniuria, sicut in præ-

scriptionibus & vsucapione. De ista triplici operatione loquitur lex ius ciuile. ff. de iustificat. & iure.

**I v s gentium**, est sedium hostilium occupatio, monitio, bella, captiuitates, seruitutes, possidimonia, fœdara, paces, inducia, legatorum non violandorum religio, conubia inter alienigenas prohibita: & ideo ius gentium appellatur, quia eo omnes ferè gentes vtuntur. c. ius gentium. i. distindt.

**I v s habere in re**, & ius habere ad rem sunt diuersa de concecl. præben. lib. 6. c. fin. & clem. vnic. de Sequelt. poss. versiculo, nihilominus.

**I v s i v r a n d u m**, quamuis competentius posset dici factum iuramentum, vel factum iuratum, eo quod super factio iuratur, vel iniurandum, eo quod super iure, quod iuranti competit, iuratur, quasi ius iuratum, placuit tamen vt factum dicatur ius, quia super factio iuris iuratur: adicitur iurandum, quia illud debet esse iuratum quod antea fuerat iurandum, relatione facta non ad id quod fit, sed ad id quod fieri conuenit. l. ius pluribus. ff. de iust. & iure. Vel, vt dicit Azo, forte in ponitur pro religione, quasi diceret, iurandum, id est, religio firmanda. Vnde iurandum idem est quod iuramentum factum, & dicitur quandoque conuentionale, quandoque iudiciale & necessarium. Conuentionale est, quando à te peto aliquid & tu negas, tamen desers iuramentum vt iurem: si enim in hoc casu iuratum, vocatur iurandum conuentionale & voluntarium quia extra iudicium ex conuentione & voluntate partium, absque alia coactione iudicis præstat. iur-

irandum iudiciale & necessarium est, cum in casu præmissio iuro quod mihi debetur quod peto, scilicet iudice in iudicio mihi conferente ut iurem. Ex hoc autem iuramento datur actio ei qui dum peteret rem iuam, delato sibi ab aduersario iuramento, vel à iudice, suam esse rem illam iuravit: ab ipso enim tunc peteret rem suam actione in factum, quæ oritur ex tali iuramento. Et dicit Goff quod duplex est iurandum, scilicet assertorium, & promissorium. & assertorium triplex est, scilicet voluntarium. ut est conuentionale. ff. eod. tit. iurandum Necessarium, quod necessitate à iudice imposita defertur vel suscipitur. & non potest recusari nisi ex iusta causa, ut ff. de iureiur. l. manifestæ. Et iudiciale, quod in iudicio defertur vel refertur à parte parti: quod non est necessarium subire, imò delatum recusari potest hodie, licet olim non poruit recusari, sed referri. vnde vide gl. in c. fin. de iureiur.

Ius militare, est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes, & pugne commissio: item signo dato receptio, ite flagitij militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cum corona vel torques datur. Item prædæ diuisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus iusta distributio, ac principis portio, ut dist. 1. ius militare. & secundum Isid. li. 5. c. 7.

Ius naturale, est quod est commune omni nationi, eo quod ubique instinctu naturæ habetur, nõ aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ condi-

tore ut maris & fœminæ coniunctio, liberorum successio, scilicet in bonis parentum, vel etiam per carnis propagationem, non per hereditatem, quia illa successio non est naturalis, ut est gl. super verbi successio. dist. 1. c. ius naturale. vbi ponitur hæc definitio, puerorum educatio communis omnium possessio, (quia iure naturali omnia sunt communia, id est. communicanda tempore necessitatis c. sicut. 47. dist.) & omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ in cælo, terra, marique capitur. (gl. dicit. Hæc enim & alia quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, id est, conceduntur.) Item rei depositæ vel pecuniæ commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. Nam hoc, & si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale æquumque habetur secundum Isid. lib. 5. c. 4. Et est text. totius cap. ius naturale. dist. 1. & ibi vide gloss. huius definitionis. 1. Item ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur, per quod quis iubetur alteri facere quod sibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre quod sibi nolit fieri, dist. 1. in prin. & 50. dist. ponderet (aliàs consideret) in prin. & in Auth. ut cum de Appel. cog. §. ceterum. c. dilecti. de maior. & obed. vnde,

*Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli:*

*Sic potes in terris vivere iure poli.*

Vel aliter, ius naturale dicitur vno modo magis ex instinctu naturæ proueniens. quo singula animalia ad aliquid faciendam

inducuntur. Est enim debitum quoddam quod natura cuiuslibet repræsentat, & hoc debitum secundum Ius commune est omninationi, eod quod instinctu naturæ, vel naturali conditione ubique habetur, & non ex constitutione aliqua facta ab homine. Ita ius naturale dicitur instinctus naturæ, ex ratione proueniens. Et secundum hoc ius omnia dicuntur communia, id est, communiceanda, vt supra dicitur. Item ius commune dicitur industria hominum statutum. Item ius naturale dicitur aequissimum. Item præcepta naturalia sunt quæ in lege & Euangelio continentur, vt, [non furtum facies, non mechaberis, sed quod tibi vis, &c.] c. præalle. Ius naturale in gloss. vbi prima descriptio data est secundum motum sensualitatis. Aliæ autem secundum motum rationis. Item ius naturale secundum gl. i. Insti. de iure nat. gen. & ciu. potest dici quatuor modis. Vno modo ius gentium Insti. de Res. diuisio. §. singulorum. Secundo ius pastorum ff. de Pac. l. i. Tertio ius contrarium, scilicet quod rescindit pacta, vt restitutio minoris. ff. de minor. l. i. Quarto pro instinctu naturæ, vt quod in lege Mosaica vel Euangelio continetur. Item ius naturale in quatuor differt ab aliis iuribus, scilicet in origine, in dignitate, in amplitudine, & sententiæ rigore, vt declarat glo. i. dist. 5. nam cæpit ab exordio naturalis creaturæ, & nullam patitur immutationem, sibi omnia communia sunt, nec contra ipsum fit dispensatio, sed de aliis iuribus, secus, vt ibi.

**I**v s quasi naturale est, quod dominus vel patronus habet in seruum & libertum.

**I**v s patronatus, est auctoritas siue potestas quam patronus habet in libertum. Aliter secundum Gloss. est auctoritas siue potestas proueniens ex beneficiis ante consecrationem ecclesiæ collatis. Et prouenit ex tribus, scilicet, fundatione, dotatione, & adificatione, vel sola collatione, vt 16. q. 7. filiis. & c. quicumque 18. q. 2. ab abates, vnde

*Patronum faciunt dos, adificatio, fundus.*

Competit autem patrono aliquid honoris, vt si ecclesia non fuerit collegiata, præsentet, sed si fuerit collegiata, tunc non electioni prælati faciendæ, sed iam factæ honesti, nisi patroni postuletur assensus, nisi ex speciali concessione obtineat. vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ, c. nobis, de iur. patron. Item habet aliquid honoris, quia primus in processione incedit, vt 16. q. 7. piz mentis. Habet aliud oneris, quia tenetur defendere ecclesiam ab omnibus oppressionibus, vt 16. q. 7. filius. Et habet aliud utilitatis, quia si migret seu aliàs vergat ad inopiam, alendus est de bonis ecclesiæ, vt c. filius, præal. & c. quicumque Vade,

*Patrono debetur honos, onus, utilitasque.*

*Præsentet, præsit, defendat, abatur egenus.*

Potest etiam patronus præter egestatem aliquos redditus moderatos habere ab ecclesia cuius patronus existit. Sine præsentatione institui quis non debet in ea ecclesia quæ patronum habet. Et si spretis patronis hoc factum fuerit, secundum rigorem iuris institutio est retractanda, cod.

*dispositio ius  
naturalis ab  
aliis iuribus.*

ead. e. illud. vel irrita nuncianda, & ad instituentis verecundiam institutus a nouendus est, & alius quem patronus dignum elegerit, ordinandus. vt 16. q. de cernimus. Item ius patronatus quandoque aduocatio, quandoque vice dominatus, vel custodia vel guardia, ius est frequentationis, vel processionis, & quandoque gratia, vt in glo. i. c. quia clerici. de iure patro. & secundum Gos. in sum. co. tit. vbi ponit supradicta. Item plerumque hoc nomen ecclesia pro iure patronatus supponit 16. q. vlt. si plures. 15. q. 3. memini & c. 1. de iure patro. Et ergo si quis vtatur tali simplicitate verborum, dono tibi ecclesiam vel concedo, intelligitur dare ius patronatus quod habet in ea. ca. quod autem. eodem titulo.

**Ivs potendi est ex habitatione domicilij & communitatis.**

**Ivs pratorium est, quod pratores indaxerunt, adimendi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilibus gratia. vt ff. de iust. & iure. l. ias autem. Hoc etiam ius honorarium dicitur, quia qui honores gerunt, scilicet magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt: vt Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. pratorum quoque edicta.**

**Ivs priuatum dicitur, quod specialiter ad singularem vtilitatem alicuius pertinet, secundario tamen etiam ad republ. vt in pactis & conuentionibus mutuis priuatorum specialiter inicit conspiciuntur. Instit. de iust. & iur. §. 2.**

**Ivs publicum constat in sacris, sacerdotibus, & magistratibus secundum Isid. lib. 5. Etymo. cap. 8. ff. cod. tit. l. 1. §. publicum. & 1. dist. c. ius publicum. vbi gloss. Vel sic, Ius publicum est quod**

**generaliter (aliis principaliter) ad publicam deseruit vel spectat vtilitatem, veluti ne in portis vel in muris ciuitatis, & aliis sacris, iudiciis, vel sacerdotibus, vel magistratibus, aliquid committatur, vel inferatur.**

**Ivs Quiritum dicitur à Quirino id est, à Romulo: & est propriè Romanorum, quia nulli tenent hoc ius nisi Quirites, id est, Romani, secundum Isid. lib. 5. Etym. & 1. dist. c. ius Quiritum. in quo agitur de legitimis hæredibus, de tutelis, de curationibus, de vscapionibus. Constat autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis senatorum & responsis prudentum, vt secundum Isid. ibidem & dist. 2. in principio, vbi de speciebus Romanorum, de quibus omnibus, lex plebiscitum senatusconsultum, pratorum edicta, responsa prudentum, &c. que sint require loco suo. & Instit. de iur. na. gen. & ciui. §. constat. & seq. vbi hoc ius apud Romanos tantum reperitur. dist. ius Quiritum. Et dicuntur Romani omnes qui Romano imperio subsunt, pro vt dicitur, proprium Romanorum habere filios in potestate, & etiam Gentiles sunt sub Romano imperio. Nam Imperator est princeps totius mundi, vt ibi gloss.**

**Ivs reipublice, scilicet alterius quam Romanorum, est ius cuiuslibet ciuitatis, indubitanter secundum omnes, quia ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorum, vt ff. de Verb. sig. l. cum qui. & eo. tit. in rub. & l. 1. in gl. 1. de iure reipub. lib. 10.**

**Ivs sibi facere vel dicere, est quod manifestè spectat ad iudicij officium**

cium, scilicet, quod à iudice faciendum sit, sibi vindicare, veluti si quis rem suam propria rapit auctoritate, putans sibi hoc licere, vel si pro debito quo teneris alicui is pignus tuum capit te inuito. ius enim quod sibi iure competeat, amittit.

*Ius singularare, est quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est. l. ius sing. ff. de le.*

*Ius succedendi habet hæres, item patronus in bonis liberti.*

*Ius versutum, dicuntur præstigiæ siue captiones verborum quibus obumbrantur delicta, & dicuntur versuta secundum Azō, quia quis repellebatur ab actione per quasdam versurias, i. machinationes verborum. Vel secundum Martinum dicitur versutam ad exemplum vestimenti, quando est illud intus quod debet esse extrâ, &c. Sic etiam erat versutum ius quo illud quod erat puniendum absoluebatur, & quod erat absolvendum puniebatur.*

*IUSTA sunt exequi, id est, sacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi solennitas. Inde iusta facere in l. 2. de In ius voc. & in l. pro hærede, de Acq. hæz.*

*IUSTVM est, quod ex præcepto vel superioris ordinatione alicui concessum est, & sic iustum est illud quod ordinatur iure. l. iustè, ff. de Acquir. poss. Sed iustitia est habitus seu virtus superioris ad præcipiendum bonum subditorum, Quare, &c.*

*IUTVM etiam aliquando accipitur pro vero, vt Instit. de liber. in princ. aliàs & pleniorē quādam habet significationē [vt cum definitur testamentū esse iustam sententiam; nam intelligimus*

per quā solennem & plenam. Sic dicimus iustos filios ex vero & solenni matrimonio procreatos.

*IUSTITIA, est constans & perpetua voluntas, ius suum unicuique tribuens, non quantum ad actum, sed quantum ad affectum.*

*Instit. de iustitia & iure, in princ. Iustitia enim est animi dispositio & mentis affectus, qua quis dicitur iustus (vt à Grammatica Grammaticus) dum sine personarū exceptione vel distinctione vult cuilibet (quantū in se est) ius suū tribuere. Et quot modis dicitur iustitia, not. Archid. 24. q. 1. can. vbi sana fides. nam dicit ibi, Iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiā habere in abundantia. Item est patriā & socios defendere, quia vera iustitia cōpassionē habet, & non ex odio, sed bono zelo exercenda, &c. vt ibidem Item iustitia sic describitur:*

*[Est habitus bonus tribuens cuique suam dignitatem] Deo religionē, parentibus obediētiā, maioribus reuerentiā, paribus concordiam, minoribus disciplinam, sibi ipsi castimoniam, & pauperibus seu miseris cōpassionem operosam. Dicit ergo Tullius, quod [iustitia est habitus animi, communi utilitate seruata, suam unicuique tribuens dignitatem] Et Plato dixit quod [iustitia est virtus quæ plurimum potest in iis quæ minimum possunt.] Item sic, [est animi congrua dispositio in singulis rebus rectè diiudicans causas.] vide gl. Instit. vbi supra. Vbi etiam dicitur quod [iustitia est mater iuris.]*

*IUSTITIIARIJ sunt, qui deputantur ad iustitiam faciendam, & est vulgare Apulix, vt in c. ex literis, de Pig.*

*IUVENES appellantur qui adolescen*

secentium ætatem excessere, quoad incipiant inter seniores annumerari l. non aliter, §. Ticius de l. 3.

**I**uxta aliquando lo exponitur, id est, [prope] vel à latere, extrà de maio & obed. c. solita, ver. [hæc autem si prudenter.] Aliquando, id est secundum, ut iuxta verbum apostoli, id est, secundum, extrà de Baptif. maiores, circa princ. & die, quod quandoque ponitur [similitudinariè,] ut tu vivis iuxta Petrum, id est, ad similitudinem Petri Aliquando significat vicinitatem temporis, ut iuxta festum Paschatis, id est, prope, & vide no. extrà, de verb. sig. Item adde quot modis iuxta sumatur, Ba t. in l. i. ff. de test. in extrava. ad reprimendam, in ver. iuxta.

### De K ante A.

**K**ALENDAS sunt certi dies mensium, à καλέω Græcè, quod est voco, in lege, qui ante Kalendas, & in lege cum qui. ff. de Verb. oblig. quia promissio talis, promitto ante Kalendas, dupliciter accipi potest, scilicet ante finitas, & in dubio interpretatio debet fieri contra stipulationem, lege veteribus, ff. de Pac. leg. quicquid adstringendz, ff. de verbor. oblig. Ergo perinde est ac si promississet ante Kalendas finitas, & tunc bene sequitur, quod qui aliquid promissit ante kalendas, sit illi similis qui promissit kalendis. Et allegantur isti textus cum ratione præmissa in argumentum ad testes concordandos: quorum aliqui deponunt ante guerram, alij post, ut qui dixerunt post, intelligantur post inceptam, & qui ante, intelligantur ante gratiam finitam. Sunt ergo Kalendz pri-

ma dies in quolibet mense, sic dicta à verbo Græco καλέω, id est voco, quia Romani habebant præcones, quos prima die mensis mittebant per terram, dicentes, vocat vos Senator ad nundinas, præparate vos: de hoc est glossa not. in lege cum bissextus, ff. de Verborum significatione, quæ etiam declarat nonas & idus: de quibus vide in fine primi libri computi chirometralis, & in alijs. Item in fine lib. 6. in gloss. 1. super data libri.

**K**ALENDARIVM, liber erat rationum, in quo fœneratores nomina debitorum describunt, sic appellatus à kalendis quia eo die fœneratores pecunias mutuabant: & quas præteritis kalendis fœnerauerant, cum vsuris exigebant.

**I**ntra quintas KALENDAS dare promittens, videtur promittere se intra quinque menses daturum, lege i. de Verborum obligatione secundam Alciat. libro 2. parer. capite 23. Qui verò [intra Kalendas] dare spondet, similis est ei qui Kalendis dare promittit, lege si ita, de Verborum obligatione.

### De L ante A.

**L**ABARVM ait Alciat. esse speciem vexilli alijs nobilius, quod ante Imperatores ferri, & à militibus adorari moris erat.

**L**ABES à lapsu dicitur, unde & pro habi u terræ capi solet, vs in lex conducto §. i. ff. loca, secundum Bud. ibi.

**L**ABRYM, vas est patulum grandioris aquæ capax, quibus in Bætica mea vruntur ex argilla fictis ad lauatinam, & vsus quinarios, Virg. 8. Æneidos.

*Sicut aqua, tremulum labris ubi  
lumen abenis.*

Cicero in epistolis, [Labrum si in balneo non est, fac ut sit.] Vlpia. lib. 19. tit. de act. empt. l. lines, aliàs incip. fones [Labra, inquit, salientes, fistula.] Accur. exponit labra, quia per labrum imaginis aqua salit, non minus ineptè, quam id quod alibi Digitum interpretatus est, id est, quantum fuit per digitum statua. Nebr.

**LABRA** sunt imagines quæ distillant aquas, salientes, scilicet aquæ, & fistula quæ salientibus iunguntur. Describuntur quæ hic auctor de labris affert, nempe Accur. secutus, ff. de act. empt. & vend. leg. lines. (scilicet, ut nos impressimus, fones) & labra. in gl. & rex. Sunt enim labra apud Iurisc. loco iam cit. crateres lapidei, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Vide Budæum in legem iam cit.

**LACERTYS**, pifeis est, qui à Græcis σαυρος dicitur: dictus lacertus quod ad similitudinem lacertorum picturas habet. Commendabantur autem lacerti Sexitani ex Hispaniæ vrbe Sexi. Martial.

*La Cornimot  
interpretat Et Sexitani ponatur cauda la-  
certy. Vocabi-  
toy Sexitani.*

Ex lacertis autem fieri solita esse falsamenta, ostendit Corn. Celsus dicens: [Piscium qui ex media terra sunt, quibus maxime utimur, tamen gravissimi sunt, ex quibus falsamenta quoque fieri possunt, qualis est lacertus.] Sexitanorum falsamentorum meminit Strabo Vlp. in tit. de penu lega. l. qui penum. [Lacertas, inquit, cum muria sua contineri, labeo ait.] Est autem muria sal-

sugo exudans ex piscibus salitis, qua utebantur antiquiores ad ciborum condituras

**LACYNAR**, siue laquear, siue lacera, est tecti elegantior fabrica. Cit. 5. Tusc. q. [Fulgentem gladium è lacunari feta equina appentum.] Hora. in 2. Carm.

*Non ebur neque aureum  
Mea renidet in domo lacunar.*

Vlp. tit. de fun. instr. l. quaesitum. [Scala, inquit, quæ lacunaribus admoventur, instrumenti sunt.]

**LACYNARIA** plerumque accipiuntur pro elegantioris tecti fabrica, l. quaesitum. §. scala. de fundo instr.

**LAC** dicitur fructus industrialis, secundum Bart. in l. & ex diverso, in repe. ff. de rei vend. & idem dicit de lana ibidem.

**LACTAMEN** dicitur sterquilinum quod latus segetes facit, à lactando dictum.

**LATICVS**, est sacularis & de populo, & qui non habet sacros ordines. c. duo sunt. 12. q. 2. gl. in c. 1. de procu. in 6. & dicitur à λαός Græcè quod est populus Latine, ut in d. cap. duo.

**LANIO**, onis, est macellarius vel beccarius, à laniano sic dictus, quia dilaniat & dilacerat animalia, & per frustra carnes incidit & vendit: vel est ille qui lanam se parat à coriis bestiarum, & exurit siue excoriat bestias. Et sic dicitur à lanificio secundum gl. in l. cum de lanionis. ff. de fund. instr. & instrum. leg.

**LANIPENDIVM** facere, est pendere & distribuere lanam lanificis. l. sed si vir. de donat. inter vir. & uxorem.

**LANCE** & licio, inquit Festus, dicebatur apud antiquos, quia qui furatum ibat querere in do-  
mo



mo aliena, licio cinctus intrabat lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfamilias, ut virginitatem presentiam. Hæc Festus: dominus autem rei furtivæ in ædes alienas ingrediebatur ἡ γυναικῶν, ἢ χιτωνισκῶν ἢ χωνάζουτος: ædiū autem dominus omnia ei patefecerat. χιτωνισκῶν verò licium interpretemur licet, quo pudenda conquisitor tegetet: lancem autem ante oculos fuisse adhibitam, ne conspiciendarum virginum, vel matrumfamilias causa (quod multis in locis prope in flagitio numerabatur) ingressus videretur licet opinari. Vnde pleraque ex Platonis legibus. Itaque & hæc dicendi ratio in 12. tabulis traducta remansit. Vide infra LICIVM.

LAPILLI qualiter differant à gemmis, require supra in verbo, Gemmæ.

LAPIS, pro milliario, hoc est, mille passibus aliquando accipitur, quoniam antiquiores soliti erant millia quæque passuum lapidibus signare, id quod videmus in via quæ ducit Salmanticam ex Emerita Augusta, Argenteam vulgus appellat Martia.

*Rura nemusque sacrum, dilectaque iugera musis.*

*Signat vicina quartus ab urbe lapis.*

idem alibi:

*Ad lapidem Torquatus habet prætoriam quartum.*

Martianus tit. de Excus. l. propter licet. §. licet. [Nec ultra ceterum, inquit, lapidem tutelam gerat.]  
 LASER, eris, quod à Græcis Silphiū appellatur, succus est herbæ, quæ in Cirenaica regione inventam Laserpitium vocant. A medicis &

pharmacopolis tempestatis nostræ appellatur Asa. Plin. lib. 19. Laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cuius succum vocant laser. Pau. in tit. de pen. l. 1. non omne. Sed quod quidam, inquit, negauerunt piper & Ligusticum, caseum, laser, &c. eiusmodi in penu non esse, improbatum est.

LATVS clauus, quemadmodum diximus in verbo clauus, nodus erat ex purpura siue ex auro vesti intertextus: & qui poterant vti eiusmodi vestibus, tum Laticlaviij, tum Angusticlaviij dicebantur. Erat autem vestis senatoria, ut exponit Acron in illud Horatii 1. sermo. [Quo tibi Tulli, Sumere depositum clauum, fierique tribunum.] Plin. lib. 8. [Tunicam laticlavi in modum gausapi texti.] Ouid. 4. de Tristib.

*Induiturque humeros cum lato purpura clauo.*

Iurisc. in quadam lege, cuius initium est, leg. nuper. ff. de do. int. vir. [Ut ecce, inquit, si vxor laticlaviij petendi. &c.] Neb.

LARVS est medius inter prodigum & avarum, gl. & ibi doct. in c. ex parte. de Consuetud. in ver. prodigalitatibus.

LARVÆ sunt deformitates hominum propter appositionem coloris.

LATA culpa, est non intelligere quod omnes intelligunt, non facere quod omnes faciunt, vel maior pars, vel id facere quod nulli vel pauci faciunt. ff. de ver. sign. l. lata.

LATERALIA viatoria, capsula videntur esse, in quibus ad ephippium vtriusque loco suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. Scæuola l. 102. ff. de leg. & fid. c. 2. lib. 32.

**LATERCVLVM**, codex in quo civiliam & militarium dignitatum administrationisque ratio per scripta est: opinor, quodd inter ea, quæ occultiora erant lateret. Duplex autem memoratur: Maius, quod apud principem servabatur, legi 1. C. de Offic. præf Afr. minus, quod sub cura & solitudine quæstionis erat. l. 1. & l. 2. Cod. de Offic. quæstor. Laterculi ferinium sacrum memoratur in l. ult. C. de Offic. magistr. offic.

**LATICLAVIVM** seu latus clavius, insigne erat ordinis senatorij: unde Tribunus laticlavius, id est senatorius, in leg. si Rufinus. Cod. de restam milit.

**LATINAE** feriæ, require supra [Feriae Latinae.]

**LATINI** sunt, vel dicebantur olim quidam qui ita erant à dominis manumissi, ut essent in vita liberi, & gauderent plenaria libertate in bonis suis: sed in morte serui erant: quare post obitum eorum non poterant succedere parentibus, & bona eorum tanquam servorum ad dominos devolvebantur, & hæredes eorum nihil post mortem eorum consequerentur. Sed contrariam habent conditionem dedititij, ut supra dictum est in littera D. & in desuetudinem abierunt, quia pessima conditio erat, ut Inst. de liber. versus.

*Vita Latini gaudent, dedititij morte.*

**LATINI** liberi, auctore Gaio lib. 1. tit. 1. Inst. sunt qui aut per epistolam, aut inter amicos aut conuiuij adhibitionem manumittuntur.

**LATITARE**, est se malitiosè occul-

tare animo fraudandi creditores suos agere volentes. ff. quibus ex cau. in pos. eat l. Fulcinius §. quid sit latitare, & habetur in gl. cap. consultationib. 2. de offic. deleg.

**LATITARE** tamen nihil prohibet non turpi de causa, veluti qui vim aut tyranni crudelitatem vit.

**LATOMIÆ** apud antiquos locus dicebatur ubi lapides cædebantur. Livi in 8. belli Punici: [Comprehensa postea priuata ædificia comprehensa latomiz] & meminit Callistratus in l. succurritur, ff. ex quib. cau. ma. lic. in vulgatis codicib. latomiz mendose est scriptum. Imo yero rectè scriptum puro. vide Bud. in anno. ationibus ad Pandectas, ad legem iam citatam.

**LATRO** dicitur qui per vim & de die furatur, in Auth. sed nouo. C. de ser. iug. & differt à fure, quia fur est qui clam aufert secundum Bart. ibidem. Item latro est, qui de die, fur verò, qui de nocte. l. congrui, ff. de Offic. præsid. Item latro dicitur, qui maximè est perfidus, l. in omnibus, Cod. de B. mend. ser. & vide Auth. ut nulli id. §. pen. & l. capitalium. §. famulos, ff. de pæn.

**LATRO** publicus est ille, qui palam & publicè furatur, ut sunt piratae, vel qui publicè stant in stratis, vel isti qui habentes arcem & castrum disrobant homines transeuntes. Nocturnus verò depopulator agrorum dicitur, qui obsidet statim publicam disrobando transeuntes, & differt à publico latrone, quia iste clandestinè furatur, & moratur in loco, unde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit dum ibi se abscondit, iacet & latet. Panormitan. in cap. inter alia

alia. in vlt. not. de immu. ecclief.

**LAVDEMIUM** vulgo dicitur quinquagesima pars pretij quæ præstari solet propter renouationem emphyteusis, iuxta l. vlt. C. de iur. emphyt.

**LAVDVM** est sententia arbitri. Et laudare, est sententiam arbitralem ferre: quandoque significat citare aliquem auctorem, vt in l. Herennius. de euict.

**LAVTICA** dicuntur quæcumque ad lautitiam atque elegantiam cultus & mensæ pertinent, tit. de aur. & argen. leg. l. argumento. [Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, acus, reticula, & huiusmodi.] Nebr.

**LAXAMENTVM** siue laxitas, dicitur quies siue cessatio à labore. Vale. Max. de fortitud. [Ad confirmandos, inquit, animos salubre laxamentum daret.] Cic. in l. Offic. [Adhibenda est, inquit, cura laxitatis.] Nera. lib. 50. tit. de vacatione & excusatio. mu. l. tempus. [Cum laxamento quodam itineris.] Nebr.

**LAXAMENTVM** vocat lex inducias duorum mensium qui dantur tutoribus ad pecunias collocandas, in Auth. vt hi qui oblig. se habere perhi. res mino. §. quoniam autem videmus.

### De L ante E.

**LÆTICA**, est vehiculum quo quispiam fertur ab hominibus: quod si à quatuor vehitur, tetraptorum dicitur: si à sex, hexaphorū: si ab octo, octaphorum. Mar.

*Læxior hexaphoro tua sit lætica licebit.* Et Iuuenalis.

*Densissima centum*

*Quadrantes lætica perit.*

eadem & Sella dicitur, vnde idē Poëta subdit de eadem lætica.

*Ostendens vacuum & clasam pro coniuge sellam.*

Paulus lib. 8. de seruitu. rustic. præd. leg. qui sella. [Qui sella, inquit, aut lætica vehitur, ire, non agere dicitur.] Accu sella, id est, equo: lætica, id est, carru interpretatur, quod vtrumque ex eo diximus falsum est. Nebr.

**LÆTICARIVS**, seruus est qui læticam humero fert. Sueton. in Othone: [Muliebri sella in castra cõtendit, ac deficientibus læticariis cum descendisset.] Seruius Sulpit. in quadam ad Ciceronē epist. [Coactus, inquit, sum in eadem illa lætica læticariisq; meis in urbem eum referre.] vt in ti. de le. l. si ex toto. Si ita inquit, legatum sit, læticarios octo. Item Vlpian de leg. 3. item [Legato continentur mancipia, puta læticarij, qui solam matrem familias portabant.] Nebr.

**LÆTICARIJ** serui qui læticas ferebant. l. item, de leg. 3. item artifices qui læticas fabricant, vt C. de Excus. art lib. 10.

**LEGARE**, est vltimam voluntatem testatoris de singulis rebus disponere, & legatum ab hærede præstandum alicui relinquere. Etiam legare alia significatione est mittere, & sic inde dicitur legatus, i. missus, sed cum significat relinquere, venit inde legatum.

**LEGATARIVS**, est cui aliquid legatum est, & qui legatum accipit.

**LEGATVM**, est donatio quædam in testamento à testatore relicta. Inst. de leg. §. 1. ff. de Leg. 2. l. legatum. Vel est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuertū hæredi foret, alicui quod collatū velit esse, in leg. legatum ff. de leg. 1. Vigebat autem legatum olim pluribus modis. Quandoque per vindicationem.

his

his verbis, Ille amodò vendicet à me illam rem sibi, vt dicat suam esse, & petat suam. Quandoque per damnationem his verbis, [Hæres meus damnatus esto.] id est, obligatus esto hoc illi dare. Quandoque secundum quosdam legatur per condemnationem, quando à testatore aliquid relinquitur in pœnam & in damnum hæredis hoc modo, [Si hæres meus Titiam duxerit in uxorem, in damnum suum & pœnam centum ei lego.] Quandoque vige- bat legatum per verbum finendi, his verbis, [Sino illi hanc rem,] id est, permitto illum habere. Si verò res apud illum esset, aptus esset hic modus legandi, vt sine- ret eum habere, quod apud eum tunc esset. Quandoque per præ- ceptionem, s. cum duos vel plures hæredes instituit, & alteri eorum prælegauerit aliquid, ad hoc vt id præciperet, id est, præ aliis seu ante alios haberet. Et not. quòd legatum regulariter trahitur ab herede. Et fideicommissum ferè idem est quòd legatum: sed est dictum fideicommissum, ideo quia olim pendebat ex fide hæ- redum: sed modò quòd iuris est in vno, idem est & in aliis.

**L E G A T V S** est ille, cui certa pa- tria vel prouincia committitur gubernanda, vt in c. nouit. de ap- pellat. Potest etiam dici legatus quicumque ab aliquo ad aliquos est missus. Aliter legatos dicimus eosdem quos aduocatos vel pa- tronos causarum, qui in foren- sibus negotiis præminentibus li- tigantibus suum præbent patro- cinium. Et nota quòd sunt tria genera legatorum, quidam de la- tere domini Papæ mittuntur, vt Cardinales, quos appellant fra- tres. Et tales possunt absoluerè

homines suæ & alcerius provin- ciæ in prouincia extrà, & æ- quiparantur proconulibus. Alij sunt non de latere, sed datui, & illi simpliciter in legatione mittuntur, vt Prælati, qui tantum absoluunt prouinciales, & in prouincia, non extra conficitos, & æquiparantur præsidibus prouin- ciarum. Tertij sunt natui, qui suarum ecclesia. um præterea le- gatione funguntur, vt Archiepi- scopus Cantuariensis, de quo in c. 1. de Offic. de leg lib. 6. Et tales sunt quatuor, sc. Archiepiscopus Eboracensis, Cantuariensis, Ro- menis, & Pisanus, vt not. in al- leg. c. 1. eod. tit. lib. 6.

**L E G A T V S** proconsulis, est cui proconsul postquam prouinciam est ingressus, mandat iurisdictio- nem determinatam & assigna- tam, aut quandoque in itinere moram necessariam passurum trahens, vt in l. aliquando. ff. de Offic. procons. & leg.

**L E G A T I V V M**, viaticum lege- torum.

**L E G A T I O N E S** libere, vt scribit Bud. in l. qui libera. de leg. olim ornamentum tantum causa in Senatu impetrabantur, siquidem impetrabantur ab iis Senatori- bus, quibus negotia futura erant in prouincia, ad quam mitteban- tur, vt eo nomine fauorabiliores & commendabiliores haberen- tur.

**L E G E** obuenire, dicimus, & quòd lege confirmatum est. l. lege. de Verb. sign.

**L E G I** posse aliquid, sic accipien- dum est, non intelligi, sed oculis perspicere quæ scripta sunt. l. 1. de iis quæ in testam. delent.

**L E G I O** quo milicium numero comprehendatur, not. gloss. in l. 2. ff. de iis qui not. infam.

**LEGIBVS** soluere, id est, quod barbari dicunt dispensare, teste Budæo.

**LEGIS** actio quid esset, antiquitus, & quæ eius solennia verba, tradit eleganter Alciatus noster in l. pecunia verbum. de Verbor. sign. & Bud. in l. 4 ff. de Adop. Il- lud certè constat, cum lex verba facit de magistratu, apud quem legis actio est, intelligi de iudice ordinario, qui & iudicare & execu- qui possit.

**LEGITIMI** hæreses qui, require su- præ in verb. [hæres legitimus.]

**LEGITIMVM** dicitur sex mo- dis. Primò quod non est prohibi- tum, & sic per abnegationem pro- hibiti, successio legitima. Secun- dò strictius quicquid est permis- sum, non per al. negationem pro- hibiti, sed per positionem liciti. Tertio in positivo digniori, sc. à iure civili concessum, capiendò ius civile largissimè pro præto- rio, & omnibus partibus iuris civilis. Quartò, concessum à iure civili restringendo ut non com- prehendat prætorium, sed alias omnes partes, id est, senatuscon- sulta, principum placita, & re- sponsa prudentum. Quintò, ad- huc plus restringendo ius civile, solum pro legib. 12. Tab. Sextò, maximè restringendo solum pro legib. 12. Tab. exclusis responsis prudentum, & edictis prætorum, ita not. in l. vnic. C. quan. nõ pet. par. pet. accref. hæc Cato Saccus.

**LEGIVS**, require supra homagium ligium.

**LEGLVVS**, id est collector. C. de Murilegalis super rubr. lib. 11.

**LENO** est, qui pretium pro com- pecto stupro accipit, vel damna- tam de adulterio ducit, vel qui eam adulterio subiicit, vel adul- terum se facit, vel quæstum de

adulterio vxoris accipit, vel mæ- cipia quæstuarum habet, scil. qui tabernæ vel alicui negotiationi præponit meretrices, ut plus lu- cretur, vel qui vxorem depre- hensem in adulterio in matri- monio retinet, ut C. ad legem Iu- liam de adult. l. crimen lenocinij. & gloss. de multis modis lenocinij concordantiæ allegantur, C. de spectac. & scenic. & leno- nib. l. 1. 2. & 3. lib. 11.

**LENOCINIUM** facere, non mi- nus est, quàm corpore suo quæ- stum facere, l. palam. §. lenocin- ium. ff. de Ritu nupt. & de crimi- ne lenocinij not. in l. Athletas. §. ait prætor ff. de iis, qui no. in fa. & l. 1. §. lenocinij ff. de Adult. & vide Auth. de leno. per tot. ubi prohibendo lenocinium, tangit multas fraudes lenonum.

**LEO** est bestia nec continetur ap- pellatione pecoris. l. 2 ff. ad leg. Aquiliam. & l. hi enim. ff. de ædi- lit. edict.

**LETHALE**, est idem quod mortife- rum: unde dicitur de aliquo vul- nerato ad mortem, quod lethale vulnus habet, & venit ad lethum, id est, mors. Unde,

*Boleti lethi causa fuere mei.*

**LEVATO** velo cognoscere, in l. pen. C. de nau. fœn. lib. 11. dictum est pro eo quod vulgò dicimus, de plano, hoc est, omiſſa diligen- ti inquisitione.

**LEVIR**, frater viri. l. non facilè, de gradibus.

**LEVIS** culpa, ut in §. præterea. quib. mod. re contrah. obl. Inst.

**LEVISSIMA** culpa est, non præuidere, quod sapientissimus præuidisset, ut, posui rem in capsa & clauæ clausi, & credebam esse clausam, clauæ amota, non probans, an esset clausa.

- LEX** I T A Hebraicum, Latine diaconus. c. clericos. 21. dist.
- LEX** est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebeis aliquid sanxerunt, secundum Isid. lib. 5. & dist. 1. c. lex est. Vel aliter, [ Lex est species iuris. ] & ponitur quandoque strictè, scilicet pro eo quod populus Romanus Senatorio magistratu rogante, veluti consule constituebat. Inst. de iur. nat. gent. & civ. §. lex est. Nam consul est, qui senator erat, & populum consulebat, an eis placeret ita statui, & populus respondebat ita. Etiam sic definitur: [ Lex est commune præceptum, virorum prudentum consultatio: delictorum, quæ spontè vel ignorâter contrahuntur, coercitio, communis reipublicæ sponsio. ] ff. de legib. l. 1. Quandoque ponitur largè pro omni rationabili statuto. Vnde etiam dicitur, [ Lex est sanctio sancta iubens honesta, prohibens contraria. ] quæ sumitur ex l. 2. ff. de legib. & senatuscons. lex etiam quandoque dicitur [ consuetudo. ] l. 1. q. 1. c. 2. Quandoque ratio. 1. dist. consuetudo. Quandoque [ ius scriptum siue constitutio quæcunque. ] Quandoque constitutio civilis tantùm. Et quandoque pro conditione, & pacto, vt concedo tibi ius eundi per fundum meum, ea tamen lege, id est, ea conditione & pacto. Lex alia priuata, alia publica. Lex publica est, quæ à sanctis patribus scripturis est confirmata, vt lex canonum. Lex priuata est, quæ ex instinctu Spiritus sancti in cordibus fidelium est scripta, scilicet charitas, quæ dignior est & prima. 19. q. 2. duz sunt.
- LEX** V M auctores, seu iuuentores ponuntur dist. 7. c. Moyses. & canon. fuerunt vsque in fin. dist. eiusdem.
- LEGES** nonæ, & legum codices, à quibus cœperunt, habetur in can. fuerunt. præalleg.
- LEGES** quibus nos vtimur, vt dicitur dist. 2. can. quædam, quædam dicuntur ab his qui eas condiderunt, vt Consulares, Tribunitia, Iulia, Aquilia, Cornelia, lex Pœpia, lex Papia, lex Falcidia, & complures aliæ, de quibus infra. Quædam etiam dicuntur à locis, vt lex Rhodia, & consimiles.
- LEX** Aquilia loquitur in eo casu cum quis culpa sua alicui damnum dederit, veluti equum, seruum, vel aliud animal occiderit, vel vulnerauit, seu vestem suam sciderit, aut illius rebus damnum dederit & in hac leg. venit culpa leuissima, vt si quis ex alto se præcipitauerit, & super aliud occiderit, tenetur lege Aquilia. Casus verò etiam occidentem excusat. Insti. de lege Aquil. §. iniuria. Et si putator ramum detulerit, & non proclamauerit, & sic aliquem occiderit, tenetur ea lege, sed non lege Cornelia de siccar. in qua venit tantum dolus, ff. ad legem Aquiliam, & ad legem Cornelianam de siccar. Require supra [ Actio legis Aquiliæ. ]
- LEX** Attilia cauebat, vt cui nullus esset omnino tutor testamentarius nec legitimus, ei daretur in vrbe Roma à Prætoribus urbano, & maiore parte Tribunorum plebis. Habebat & alia capita de quibus Institut. de Attil. tutor.
- LEX** Attinia inhibuit vsucapionem rerum furtiuarum. §. furtiuæ. Inst. de vsucap.
- LEX** Canonica appellatur diuina, c. nimis de iure iur. c. 1. de ioram. calum. Et lex civilis dicitur lex humana

humana. c. 2. de præscript. lib. 6.  
 Pot. itamen ius canonicum etiam dici lex humana, quia sunt in eo multa ab hominibus statuta, licet respectu aliorum iurum ciuiliū dicatur lex diuina. Similiter lex ciuilis potest dici diuina aliquo respectu, imo sacra dicitur, & per ipsam quis religiosus efficitur, vt C. de leg. & const. l. leges. Quare Imperator dicitur religiosissimus in præm. Instit. vide c. quo iure. dist. 8. & leg. fin. Cod. de Præscript. long. temp. & Arch. in ver. humanæ cap. fin. de Præscr. lib. 6. vbi dicitur, quod leges diuinitus per ora Principum sunt promulgatæ.

**L**ex commissoria proprie non est lex, neque Senatusconsultum, sed perius pactum, & habet locum, cum ita venditor conuenit cum emptore, vt si intra certum diem non fuerit solutum pretium, totum vel pars (cum de pretio per partes certis diebus soluendo conuenit, vt in tali die vel tempore sit res inempta vel inuendita,) si d. scum sit vt redeat possessio vel dominium ad venditorem. Tale autem pactum non habet locum in pignoribus, sed in emptionibus: vt in ff. de leg. commiss. l. ult. & l. si fundus. Et quod res dicitur inempta, ita accipitur, si venditor inemptam esse velit, cuius causa id cauetur: aliàs fraudaretur venditor, si ex ista villa in potestate emptoris esset, non dando pecuniam, inemptum facerem fundum. rex. est in l. 2. ff. eod. tit. de l. commiss.

**L**ex Cornelia de falsis, pœnam irrogat his, qui falsum testimonium dixerunt, vel falsum testamentum, vel aliud quodlibet instrumentum scripserunt aut sigillauerunt, aut aliàs falsum commi-

serunt, puta in moneta vel mensura. Et est dicta lex Cornelia à Cornelio Sylla primo inuentore. Dicitur etiam testamentaria, & eius pœna in seruos est vltimum supplicium, in liberos verò deportatio. Instit. de pub. iud. §. i. em lex Cornel. de falsis.

**L**ex Cornelia de sicariis loquitur de his, qui dolo malo interficiunt, scilicet telo vel iactu furtiuè & huiusmodi. Vel etiam dicitur lex Cornelia de veneficiis, à veneno, puta, quando quis alium interficit veneno aut magicis susurris vel incantationibus, vel quia mala medicamenta publice vendidit. Et dicitur de Sicariis, à sica acuta vel cultello, eo quod significat ferrum vel cultrum: vt Instit. de publ. iudic. §. sicarij autem, vnde dicit gl. ibid. quod sica est cultellus vtrinque scindens, quem portant peregrini, quandoque in baculo quodam, ita quod non pater. Vnde versus.

*Est sica mucro latens, sicarius inde vocatur.*

**L**ex duodecim Tabularum fuit origo totius iuris ciuilis, secundum gloss. Instit. de iure natur. gent. & ciu. §. & non ineleganter. in ver. origo. ff. de Origine iuris. leg. 2. §. 1. Et dicitur lex scripta in duodecim tabulis, quarum decem à ciuitatibus Atheniensium & Lacedæmoniorum, à decemuiris fuerunt allata, & duæ ad illarum declarationem per eosdem decemuiros postea additæ, vt dicit glossa in verb. decemuiros. §. deinde cap. Moyses. dist. 7. Dum enim leges propter discordiam plebeiorum cum nobilibus ferè per 30. an. in desuetudinem

abiissent, creati sunt decemviri, qui transfulerunt leges Græcorum in Latinum, & eas in decem tabulis eburneis scripserunt. Et hi decemviri postea videntes in illis decem tabulis multas leges deesse, accepta potestate corrigendi deminuendi, inter retan-di, addendi & supplendi, duas alias tabulas addiderunt. & exinde dicta est lex 12. tabular. quæ omnia plenius persequitur Iuriconsul. us in d. leg. 2. de Origine iuris.

**LEX Ælia Sentia**, vt scribit Alc. sic appellata est ab Ælio Sentio eius latore Huiusmodi lex plurima habuit capita, quæ hic referre nimis longum esset, vide in Tit. qui & ex quibus causis manumit non poss. in Inst. & in leg. sciendum. de Verb. sign.

**LEX Falcidia**, dist. 2. c. quædam in si. prohibet ne quis in testamento plus extraneis legare possit, quam vt quarta pars hæredibus data. Dicitur autem Falcidia à Falcidio Tribuno plebis auctore: vel secundum Azon. dicta à falce, id est, à diminutione quam imponit singularibus relictis: rescatur enim de legatis, vt falce rescantur segetes Nam olim licuit cuilibet totam hæreditatem suam alteri relinquere: sed postea Falcidius statuit, quod quarta pars hæreditatis deberet relinqui hæredibus, vt supra F. Triplex autem est Falcidia, vna debita iure naturæ, alia iure institutionis, tertia dicitur Quarta Trebellianica, quæ competit hæredi instituto, qui rogatus est hæreditatem aliis restituere, distin. 2. responsa. de Testam. c. Raynut. & c. Raynal.

**LEX Flauia**, vel potius [Fabia] de plagiariis, eos persequitur qui

liberos aut seruos vel filios alienos ab vrbe, vel de vna prouincia ad aliam subducunt, & eos vendunt fraudulenter incisis dominis & patribus suis, vt ff. ad l. Flau. de Plagiari. l. fin. & l. lege & leg. cum. Sunt qui malint legere, lex Fannia de plagiariis. Sunt qui legant lex Flauia. Tu vide Catellianum Cottam in dictione [plagiarij nomine]

**LEX Furia** (aliàs Fusia vel Suffia) Canina, non permissa in testamento manumissiones fieri, nisi vsque ad certum modum vel numerum seruorum, licet inter viuos sic: sed hodie ista sublata est, & multo magis hoc liceret in vltima voluntate. Et dicitur Canina fortè à quodam indicta qui canis vocabatur. Nam canis naturam seruat, qui stat in pelea, quam nec sibi habere potest, nec alij fauet, vt sit consonans rei nomen. Instic. de Don. §. est & aliud. Talis ergo moriebatur tanquam canis, qui non poterat tenere seruos, nec libertatem patiebatur eis dari Instic. de l. Ful. Can. tol. in gl. 1

**LEGENDVM** Fusia Caninia, à Fusio Caninio, quo rogante lata est, auctor Alciatus.

**LEX Hortensia** nomen sortita est ab Hortensio, qui eam tulit & fecit, quæ concordauit plebem & populum, qua constituitur, vt non minus aut plus valeant plebiscita quam lex populi, de quo Instic. de iur. nat. gentium & ciu. §. sed & plebiscita.

**LEX Iulia** de adulteriis & stupro persequitur adulteros, & eos qui sine vi virgines, viduas, aut honestas, aut honestè viuentes corrumpunt aut violant. Et non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eo



eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent siue non verentur. Institut. de Public. iud. §. Item lex Julia de adulteriis, & ibi per totum de legibus hic positis, quia publica iudicia sunt.

**Lex Julia de ambitu**, punit eos qui per ambitum seu ambitionem, muneribus datis, ad honores seu ad officia publica accedunt seu succedunt, de quo Iustinianus de publi. iud. §. sunt praeter ea in gl. & in leg. 1. ff. ad legem Iuliam de ambi.

**Lex Julia de annonâ**, lata contra illum qui facit vel procurat annonam fieri cariorum, quia in hoc laeditur res publica, vt ff. ad l. Iul. de anno l. 2.

**Lex Julia laesa maiestatis**, eos punit qui in principem aut in rempublicam aliquid committunt & machinantur. Et est contra tales statuta poena capitalis. Item quod vsque ad quartam progeniem non succedunt nati ab eis nisi per principem dispensetur cum eis, & sic poena eius animae amissionem sustinet, vt C. ad l. Iul. maie. l. quisquis, & Inst. de Publ. iud. §. publica autem.

**Lex Julia Miscella** (alias Viscella) habet locum quando maritus relinquit vxori in testamento aliquid sub certa conditione si alteri non nupserit. Et conditione non seruata, non tenetur haeres dare relictum per istam legem. Et qualem faciat cautionem, vide in Authent. relictum Cod. de iudic. vid. & de lege Iul. Miscel. tol. l. 1. ibidem.

**Lex Julia peculatus**, lata fuit contra illos qui pecuniam vel publicam vel sacram vel religiosam furantur: puniuntur autem, vt no. Inst. de pub. iud. §. lex Julia,

Voc. Iur.

**Lex Julia repetundarum**, loquitur de his plectendis, qui tempore administrationis aliquid acceperint vt iudicarent, vel non iudicarent, vel aliquem in vincula conicerent, vel non. Ad hoc enim competit vt datum reseruetur, & quod alter puniatur. Ultra hoc etiam competit contra eosdem illis qui ab ipsis aliquam violentiam passi sunt, vt si coacti fuerint quis a talibus vendere rem suam minori pretio quam valebat: & in similibus casibus ff. ad l. Iuliam repetundarum, l. 1. 3. 4. & 5.

**Lex Julia de residuis**, punit eos qui officium publicum, aut administrationem habuerunt, & tempore administrationis suae publicam pecuniam quam acceperunt in quocumque negotium erogandum, retinuerunt, & non erogauerunt, vel qui rem publicam quam acceperunt tradendam in communi arario, non reposuerunt ibidem, sed penes se furtiue & dolose retinuerunt, vt ff. ad legem Iuliam peculat. l. 2. & leg. 4. §. leg.

**Lex Julia de vi publica**, punit eos qui vim cum armis fecerunt vel intulerunt, & est poena deportationis; in Inst. de publi. iud. §. item lex Julia.

**Lex Julia de vi priuata**, punit eos qui sine armis vim inferunt, in publicatione tertiae partis bonorum puniuntur. Si autem vi raptus virginis, viduae, vel sanctimonialis, aut alia fiat, facientes, & opem flagitio dantes poena capitis puniuntur. Institut. de pub. iud. §. item lex Julia de vi.

**Lex Julia Norbana**, loquitur de Latina libertate, vt Institut. de libert. §. libertinorum autem.

B

LEX

**LEX municipalis** dicitur quam aliqua ciuitas constituit sibi, & est ius ciuile Instit. de iur. nat. gen. & ciu. § 1 in tex. & gl.

**LEX Papia**, patrum continet præmia pro suscipiendis liberis, & dicitur à Papio auctore, à ias Papiniana à Papiniano auctore, vide de hoc Instit. per quas person. ius acquir. in §. sancitum etenim

**LEX Papia** continebat etiam alia capita, vt circa caducorum obseruationem, de iure patrum, bonis libertorum. Ne inter senatores & libertas nuptiæ contraherentur, vt C. de Caduc. tollen. l. vnic. in prin. Inst. de Suc. libert. §. 1. ff. de ritu nup. l. le Papia.

**LEX Pompeia** de parricidiis (aliàs parricidiis) punit eos qui patri, aut matri, aut aui, aut proaui, aut alteri de consanguineis, aut parentibus suis mortem infligunt. Et statuit illa lex poenam acerrimam, quod tales in culeo, id est, corio bullito insuantur, in quod ponatur vipera, cum sinia, cane, & gallo gallinaceo, & in mari vicino sic proiiciantur, vel in flumine propinquo, si mare nimis remotum fuerit. De his omnibus not. Inst. de publ. iud. §. alia deinde.

**LEX populi**, anonomastice dicitur lex per excellentiam.

**LEX Publiciana** dicta est, à Publicia prætoris auctore. Require supra. Actio Publiciana.

**LEX Regia** est, qua populus Roma. Imperium & potestatem concessit Imperatori, §. sed & quod Inst. de iure nat. gen. & ciuil.

**LEX Rhodia** de iactu, subuenis his quorum merces causa communis periculi euitandi eiectione sunt, & propter eiectionem nauis salua facta est. Quibus datur actio contra ma-

gistrum nauis, vel eos quorum merces sunt saluæ. Et dicitur Rhodia ab insula Rhodo, in qua antiquitus plurimum fuit vfus mercatorum.

**LEX Satyra**, est quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta sic à copia rerum, & quasi à saturnate. Vnde & Satyras scribere, est poemata varia condere, vt Horatii, Iuuenalis, Persij, &c. dist. 2. c. Satyra.

**LEX Titia** constituit, vt in provinciis, si cui omnino nullus erat tutor, ei daretur à Præfide, vt Inst. de Attil. tut. in princ.

**LEX Vitellia** loquitur de liberta appetente ea quæ ingenius tantum competunt, puta honores & dignitates, asserendo se ingenium esse, de quo ff. de Statu hominum. l. ingenuum.

**LEX visorum** dicitur, solitaria per excellentiam.

**LEX Voconia**, cuius meminit Iustin. in tit. de l. Falc. in Instit. sic dicta fuit à Voconio Tribuno plebis, cuius rogatione plebs Romana eam tulit.

### De *L. ante l.*

**LIBELLAM** esse dimidium chenicis attestatur Alciatus libro 1. Pater. chenicem autem apud Athenienses fuisse mensuram tritici, quantum, si quisque vno die comederet, pendente eorum drachmas 150. nostra verò mensura sesquilibrium. & de huiusmodi libella sensisse Imper. in l. iudices, C. de Epif. & cle.

**LIBELLVS** pluribus modis accipitur, vt not. Spec. in tract. libel. Quandoque enim dicitur parvus liber codicillus, vel schedula, in qua actor causam & actionem exprit

exprimit, & est duplex. Quidam est accusationis, & ille in criminalibus locum habet: & quidam conventionis, & ille in civilibus: ut est gl. vnic. in princ. c. 1. de lib. obla. Et debent plura contineri in libello, ut in his verbis continetur,

*Quis, quid, coram, quoquo iure petatur & à quo.*

*Rectè compositus quisque libellus habet.*

Nam libellus conventionis debet continere nomen actoris, s. quis sit qui conveniat. Et quid petatur, s. rem quæ petitur. Et nomen iudicis, s. coram quo agitur, & ius quo res petitur: & sic causam petendi. Et nomen, s. à quo res petitur, etiam tempus & diem in quo libellus datur. Sed in libello accusationis, contineri debent nomen accusatoris, nomen rei, iudicis, & crimen de quo agitur, & quandoque persona cum qua crimen dicitur commissum, & locus in quo, & dies accusationis coram iudice, & mensis in quo crimen est commissum, sed diem & horam ibi ponere non est necesse, secundum Goh. Quandoque & secundo ponitur pro pane azymo seu subcinericio, ut C. de Episc. audi. l. iudices. Quandoque & tertio capitur pro precibus principi oblati. C. quando libel. princ. obla. lit. conte. fam. Quarto pro iudice delegato ff. de Offi. procons. l. nec quiquam §. ubi decretum. Quinto pro scriptura demandatoris. Sexto pro scriptura recusationis. Septimo pro scriptura quam vir dat uxori quam repudiat, ille dicitur libellus repudij. Octavo pro scriptura appellationis, ff. de appel-

l. 1. Nonò pro scriptura quam iudex dat appellanti, s. pro apostolis. de Appel. ca. cordi. lib. 6. Decimo pro scriptura infamatoris quæ dicitur libellus famosus. Proprie tamen libellus est scriptura agentis, quætionem continens, & tuturam actionem depromens: & dicit Cyn. quod est brevis scriptura intentionem actoris vel accusatoris contra reum clarè depromens. Et sic libellus non debet esse verborum, vel utens superfluis, vel obsecris. Vel sic, [ Libellus est brevis membrana, actoris petitionem complectens. ] Dicitur autem libellus à libro deminutive propter sui brevitatem, sicut codicillus à codice, secundum Spe. in tit. de Li. concep. in princ. Vel dicitur à libra, id est, iustitia, unde iudex debet stateram æqua lance ministrare. 45. distin. omnis.

**LIBELLVS repudij.** Require repudium.

**LIBERA.** hæc dictio significat posse fieri liberè quod mandatur, non tamen significat ultra mandatum generale: & sic non viderentur concessa quæ requirunt mandatum speciale. Et hoc de usu communi, licet secus ex significato attento de iure scripto. Tunc enim significat posse fieri quod sine mandato speciali non fieret, excepta donatione, l. procurator cui generaliter. ff. de Procuratoribus. iuncta. l. filius. ff. de Donat. on. Significat ergo quod posset alienare, quod non possit procurator cui est concessa generalis administratio non expresso verbo libera, cuius significatum addit & operatur, non autem significat donationem, quia donatio ex natura

tura sua est gratuita. Vnde not. secundum Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de Verb. oblig. Verbum libera, in illo tantum operatur ad quod refertur, verbi gratia, dicendo [constituo te procuratorem ad agendum & defendendum litem contestandam, dans & concedens liberam potestatem. &c.] non videtur concessa administratio causæ, sed solum substantiæ, quia hoc verba important, & de causa non possunt transigere, sed solum de instantia. Item ibi. [constituo procuratorem, ad recipiendam solutionem, dans ei liberam potestatem,] sibi potest prorogare terminum, facit de procurator. qui ad agendum. libr. 6. Idem de verbo plena. l. si procurator. §. quod si plenam. C. de procurat. Idem si dominus concessit quod procurator possit quod ipse dominus, licet non expressit verbum [libera, vel plena potestate.] l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Item si dominus promisit se ratum habiturum quicquid per suum procuratorem actum fuerit. l. 1. ff. de Procurator.

**LIBERALIS** causa est, quando principaliter mota questione status ab aliquo, dicitur aliquis seu alius suus seruus esse, ipse vero contendit esse liberum. Si vero confiteatur se esse seruum, non actoris, sed alterius, non est causa liberalis, sed causa dominij, & causa hic ponitur pro iudicio.

**LIBERATIO** sumitur pro dispositione liberatoria, & significat diuersimodè. Nam ibi, testator legat debitori suo qui solus est, liberationem significat, quod debitor agere possit contra heredem ut eum liberet per acceptilationem. l. 2. nunc de effectu. ff.

de Liber. leg. quia quando testator dicit [volo liberari,] vel [lego liberationem,] significatur, quod vult ab heredem liberari, ex communi modo intelligendi. Itè ibi, duo sunt rei promittendi, qui tenentur ad idem debitum, quilibet insolidum, testator legat vni liberationem, significat quod ille possit agere contra heredem ut liberetur per pactum. Sed aliter non liberatur nisi ille vnus liberaretur ex maiori, videlicet acceptilatione: nam tunc etiam alter liberatur, sicut acceptilatio capitur pro tali solutione, quod vno solvente, alter liberatur: sicut in pacto. Sed cerè pactum liberationis in simplici ratione valet tantum sicut acceptilatio. Item duo sunt rei promittendi socij: vni legata est liberatio, significat quod etià ille cuius nomen ascriptum non est, habetur pro legatario, & sic agere potest ut liberetur: sicut ille qui nominatus est, & hoc si testator ei providere voluit, quod probatur ex similibus coniecturis sufficienter, quia in contrahendo socij sunt. Et intellige socios secundum Bartol. quibus omne lucrum & damnum est commune in illo debito. Item ibi, duo sunt rei promittendi non socij, facti debitores ex pecunia, quæ peruenit ad vtrumque, vel conuersa est in communem utilitatem, testator legat liberationem vni, non liberabitur per acceptilationem, sed per pactum, & istud pactum proficiet etiam alteri in parte seu medietate debiti. Et sic intellige quod no. gl. in §. nunc de effectu præal. Concludo ergo, aut sunt socij, & liberatio fit per acceptilationem, & sic facta vni, prodest etiam alteri, sed iste alter

non legatarius non potest agere, nisi ubi testator ei providere voluit. Aut non sunt socij, & tunc liberatio fit per pactum de non petendo, & prodest alteri in medietate, vt in altera medietate tantum conueniatur. Et finaliter concluditur, quod liberatio legati vni personæ in vna re vel in vno debito ad aliam personam, aliam rem, vel aliud debitum extenditur, si hoc disponente quouis probabit medio voluisse significatur. Et liberatio generalis non comprehendit quæ ibi non contineri aliquod medium concludit. Et liberatio concessa specialiter, generaliter inter viuos, & in vltima voluntate, significat quod significare quoduis medium probabit declarat.

De verbo **LIBERATIONIS** vide liberationis 47. de Verbor. signific.

**LIBER**orum, non solum dicuntur filij, sed etiam nepotes, pronepotes & deinceps: & quanquam non declinetur nisi in numero multitudinis, de vno tamen liberos dicimus. Ex A. Gellio libr. 2. Vlpia. in tit. de pollicitation. l. inter liberos. 12. nepotem quoque contineri diuus Pius rescripsit. Item Callistratus tit. de Verb. signific. l. liberorum appellatione, 220 & c.

**LIBERTI** sunt qui ex ingenuis nascuntur: fiunt autem liberti qui manumittuntur. Et dicuntur à libertate, & sunt filij & filia, & ceteri omnes in recta linea descendentes vsque ad trinepotes, & vterius dicuntur inferiores seu posteriores. Similiter parentes dicuntur omnes ascendentes per paternam seu maternam cognationem nobis coniancti vsque ad vltimum, & vterius di-

cuntur superiores seu maiores. l. iuriconsultus. §. parentes. de Verbor. signific. obtinuit tamen loquendi consuetudo, vt liberi appellentur quicumque ex nobis descendit. l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. & l. liberorum, de Verb. signific.

**LIBERTI** populi qui dicuntur, declarat Iuriconsultus in l. non dubito. ff. de capti. & postli. reuer.

**LIBERTAS** est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Inst. de iure person. in princip. & hæc facultas quamvis late pateat, tamen ei quandoque resistitur de facto, & quando non possumus quod desideramus, vel de iure, vt quandoque facere furtum aut rapinam prohibemur.

**LIBERTAS** Latina, fuit libertas quæ habebat quod si moreretur ille cui dabatur libertas, tunc tenuit, sed si superuixit, tunc non tenuit. Sed hodie est correctæ per l. vnicam. C. de Latina lib. tol. Requirere sup. Latini. Et dicebatur Latina per similitudinem. Nam vt Romani nominati sunt, quia Romanis subiiciebantur, & in colonias mittebantur, licet secundum rem Latini vel Romani non essent, ita illa Libertas Latina dicebatur, cum non esset vera libertas.

**LIBERTAS** dedititia, requiritur supra Dedititia.

**LIBERTAS** [fideicommissaria] est quam testator directe non voluit competere, sed per manumissionem alterius cuius fidei commisit, s. vt manumitteret.

**LIBERTAS** testamentaria, est quæ ex ipso testamento directe competit, vt C. de testa. manumiss. l. 1. in princ. in gl.

**LIBERTAS** vindictæ, est quæ fit per vindictam. C. de Vind. liber.

in principio, in glossa.

**LIBERTINVS** à liberto non eo differt, quod vulgus putat: & cum dixi, vulgus, non excludo Accursium, qui & ipse vnus est ex impetita multitudine, nã cum idem sit libertus quod libertinus, sola relatione differunt, quoniam libertus nomen est ad aliquid, semperque refertur ad eum cuius est libertus, hoc est ad patronum: vt libertus Cæsaris, libertus Ciceronis, & de operis libertorum, subaudi quas debent suis patronis liberti. Libertinus verò nomen est absolutum, tantumque dicit conditionem, hoc est, tertium illud genus hominũ, qui nec sunt serui, neque liberi. Hinc est quod Iustin. in l. lib. Instit. titulum fecit de Ingenuis & libertinis, quia ibi non agitur nisi de conditione, nullo habito respectu ad patronos. Hanc differentiam primus omnium animaduertit annotauitque Laurentius Valla, vir harum rerum diligens indagator, atque acerrimus iurista.

**LIBERTI** siue liberrini sunt, qui ex iusta causa à seruitute manumissi sunt, nec est inter eos differentia, licet quidam minus prudenter dicant libertinum esse filium liberi. Vnde libertus meus vel libertinus dicitur ille qui seruus meus fuit, sed manumissum, & ego ipse dicor patronus, de quo super ver. seruitute. Instit. de libert.

**LIBERTVS** abortiuus, est qui in testamento eius qui abortus est, i. mortuus, manumittitur. Imò verò libertus orcinus dicitur ab orco, quod ab eo manumittatur, qui ad orcum tendit. Alij libertum orthinum vocant, à Græca dictione ὄρθινος, directus,

vt directum libertum intelligat, vide Aleiat. in dictione, orcinus, lib. præter. i.

**LIBERTVS** assignatius, est quem patronus eius cuius ex liberti suis esse velit, ei assignauit.

**LIBITINARIVS** dicitur iunctis creator, quem supra diximus designatorem appellatam pollinctor est qui cadauer effert, comburitque aut sepelit. Dicitur autem libitinarj à Libitina, fœnere, dicta libitina à Venere Libitina, quæ Romæ habuit templum, iuxta quod vendebantur quibus erat opus ad funus, putà vnguenta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templum, quæ iocorum voluptatibusque dea est, vendebantur, Plutar. in problematis causam narrat, videlicet cum homines libidinibus dant operam, meminisse se aliquando morituros Vlpian. lib. 14 tit. de Institoria actione l. cui. cunque. 5. §. 6. [ Si libitinarus, inquit, seruum, pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit. ] Accurs. de hæp. i, nescio quæ somnia referens.

**LIBITINARIVS**, is dicitur qui castui inferuiens libitinarum exercet, quique necessaria funeribus vendit, vel qui curam mortuorum sepeliendorum habet, seu qui conducit funera, dictus à Libitina dea, in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant vendebantur. Refert Seneca votalibitinariorum esse, vt mortes plurimorum optent, quod illis quasi suofissimum sit: & de his intellexit Vlp. in l. cui. cunque 3. §. idem ait 6. ff. de Instit. actio.

**LIBRA** auri constat quandoque ex centum aureis. Bart. in Auth. sed nouo iure. C. si cert. pet. auri. hodie verò constat ex 26. ducati

caris Venetis: Bart in l. quoties de  
suscep. & arca. lib. 1. r. C.

**LIBRARIUS** est qui libros scribit:  
nam scriptor non tam dicitur qui  
libros scribit, quàm libròrum  
compositor. Mart. de libris suis.

*Non meus est error, nocuit libra-  
rius illis.*

Cicero 3. de Orat. [Neque libra-  
riorum notis, sed verborum &  
sententiarum modo.] Callist. tit.  
de iur. immunit. 1. quibusdam, &  
sæpe aliàs. Neb.

**LIBRARIUS**, est qui in libra oppo-  
nendo ponderat, causa rerum  
determinat, vel est libros ven-  
dens & custodiens.

adde **LIBRARIUM** dici, qui li-  
bros transcribit, quo sensu ferè  
accipitur apud Latinos. Quando-  
que significat rebellionem, vt in  
l. si librarius de reg. iur.

**LIBRIPENS**, idem est quod libra-  
rius, de quo gl. Inst. de test. ord. in  
prin.

**LIBRORVM** appellatione quid ve-  
niat, latè differit Iurisc. in l. libr.  
de l. 3.

**LICENTIA** multiplex est, vt not.  
Archid. 23 q. 2. si abstineret.

**LICERI** vel licitari, est rem appre-  
ciare: vnde dicitur, non curo cen-  
tum Græcos vno obolo liceri.  
Sed licere actiuum significat rem  
pretio mensurabilem æstimare  
quâto pretio valeat: vnde versus,

*Dives in orbe licet, pauper sed ne-  
mo licetur.*

Liceor enim est actiuum in signi-  
ficatione, & passiuum in voce. Sed  
liceo contra. Vnde,

*Non licet esse mihi qui me non esse  
licetur.*

Inde licitari est frequenter æsti-  
mare valorem rei vendibilis. Et  
licitator, id est, suavor vel prouo-  
cator seu proxeneta.

**LICITOR**, aris, est in actione pre-  
tium pro re venali efferre. Plin.  
libro 7. [Aristidis pistoris vnam  
tabulam centum talentis rex At-  
talus licitatus est.] Inde licitator,  
qui eiusmodi pretium offert. Ci-  
cero in Epist. ad Marium. [Quo-  
niam pretium tuum noui, in li-  
citatorem potius ponam, quàm  
illud minoris vaneat.] Licitatio  
quoque, vt Paul. lib. 39. Dig. tit.  
de publicanis & vectig. l. licita-  
tio. [Licitatio, inquit, vectiga-  
lium, quæ calore licitantis, &c.]  
Et paulo post: [Licitatores, in-  
quit, vectigalium.] Neb.

**LICITVM** dicitur quod iure licet  
semper, in princ. ff. de Ri. nu. ali-  
quando etiam dicitur & quod de  
facto licet l. 1. §. si cui ventrem, &  
ibi gl. ff. de ventre inspic.

**LICITARI** dicuntur qui emendo,  
vendendo, vel conducendo rem  
aliquam, vel negociando, aliquid  
aliud plus offerendo, alter alte-  
rum contendit superare.

**LICITATIO**, est venditio proposi-  
ta, vt cum aliquis emptor in re ab  
altero volente emere pretium  
auget. Vnde quando aliqua res  
publicè venalis exponitur, &  
vnus offert decem, alter quinde-  
cim, quando proclamatum est  
quod qui plus offert, eam habe-  
bit: ille qui plus offert, dicitur a-  
lium vincere licitatione, vnde  
cum alterum sic intendit supera-  
re plus offerendo, in quacumque  
negotiatione licitatio est, & qu  
in licitatione vincit, rem fert. C.  
de Sacros. eccl. Authent. quæ res,  
& Cod. de fide inst. & iure hastæ  
fiscalis, l. quicumq; lib. 10. Est er-  
go licitatio, subhastatio, vel obla-  
tio

tio ad subhastationem, vt l. licitatio, aliàs incipit, locatio, ff. de Pub. & vestig.

**LICTORES**, dicuntur qui ante Praetores aut Conf. ferebant insignia magistratuum, hoc est, virgarum fascēs, & secures dicti à ligando, vt scribit Gell. lib. 1. quòd videlicet iussu Consulum aut Praetorum vinciebant fontes: aut, quem admodum Festus ait, quòd virgarum fascēs ligatos praeferebant, quibus imperante magistratu, delinquentibus plagas ingerebant. De manumissis vindicta, l. m. nummissio, 23. [Manumissio, inquit, per lictores hodie expediri solet.] Ant. Neb.

**LICTOR** dicitur, qui magistratus fert insignia, l. ego cum in villa 8. & l. Manumissio, 23. ff. de Manumiss. vindic.

**LIGIVS**, require supra [Homagium ligium.]

**LIGNA**, orum, in numero multitudinis proprie dicuntur, quae comburendi causa comparata sunt, vt apud Marcialem.

*Ad villam maneo, Rustice ligna feras.*

Et apud Horarium:

*In syluam ne ligna feras.*

In singulari quoque in eadem significat. reperitur. Vlp. in tit. de l. 3. l. lig. appellatione. [Materia, inquit, est illa, quae ad aedificandum fulciendumque aedificium est necessaria. Lignum verò quidquid comburendi causa comparatum est.] Ant. Neb.

**LIGNI** appellatione continetur quidquid comburendi causa paratum est. l. ligni, de l. 3.

**LIGUSTICVM**, herba est in montibus Liguriae nascens, à iunioribus

medicis leuisticon appellatur. Est autem Liguria regio Italiae inter Varum & Macram amnes, in Apennini dextram, in qua est Genua. De Ligustico Plin. Columel. Apertius meminerunt: proinde omnes medici leuisticum corrupto vocabulo appellant. Paul. lib. 33. in tit. de penu leg. l. non omne [piper, inquit, ligusticum, ceruim, & laser.] Neb.

**LIGUSTICI** meminit l. non omne de penu, lega. id non multum abest à viribus piperis, de quibus copiose Dioscorid. lib. 3.

**LIMA**, est instrumentum fabrilis & ferreum, quo metalla roduntur, poliuntur, minuantur, & purgantur, gl. in c. pastoralis, de Re iud. in clem.

**LIMENARCHA**, λιμνάρχος, est vocabulum Graecum, qui λιμνὰς portum dicunt: hinc limenarchae, qui praesunt orae maritimae, maxime in hostium confinio: de quibus meminit Arcadius in l. munerum ciuilium, §. qui annonam ff. de mun. & hon. & Paul. in l. limenarchae, ff. de Seruis fug. & Imp. in l. non ideo, Cod. de liber. cau. in quibus tamen locis limenarcha legitur tanquam à limine descendat, secundum gl. nostram: possit etiam forte dici limenarchas, ab aspiratione, ideo sic vocatos, quia ad hoc construebantur, vt hostes à limine pellerent, & sic erit vocabulum Latinum & compositum, & communis lesio feruabitur, & secundum haec scripta verba Imp. in l. i. C. de Off. com. ori. vbi al. tarchia mendose legitur pro limenarchia, id est, liminum praefectura.

**LIMENARCHA**, potest interpretari liminis, hoc est, limitis praefectus, & est ille qui gerit curam tuendorum provinciarum limitum,



tum, præficiturque militibus limitaneis. Arcadius lib. 50. tit. de Muneribus, Limnerum ciuiliom, &c. Ant. Neb.

**LIMENARCHÆ** dicuntur principes locorum in quibus sunt diuersarum prouinciarum aut regionum diuersorum limites & termini, vnde etiam dicuntur collimenarchæ qui confinia oppida vel ciuitates tenent trans limitem locorum.

**LIMINA**, fines Imperij dictos esse, docuit Iust. in §. sed si Inst. quibus mo. ius pat. pot. solu.

**LIMITANEI** milites dicuntur, qui sub limenarcha prouinciæ terminos tuentur Capitolinus: [Reparatio, inquit, de limitaneis Dicitur exiit.] Iust. quoque de officio præfecti prætor Afric. l. quas Deo [Pro limitaneis, inquit, ordinandis quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses limites limitanei constituantur qui possint & castra, & ciuitates, & limites defendere.] & paulo post. [Si commotio aliqua fuerit, possint limitanei sine comitatensibus militibus, &c.] Ant. Neb.

**LIMITANEI** dicuntur, qui constituti sunt inter castra & ciuitates vel confinia oppida, vt limites defendant & colant, vt C. de fun. limit leg. vltima, in fin. lib. 11. Et dicit Accur. super rubr. ibidem, quòd quidam habent pro limitosis limitrophis, à trophos, id est, descriptio, & limites, id est, descriptio ad vsum limitum, aliàs militum qui imperium custodiunt.

**LIMITANEI** fundi, require [fundus limitrophus.]

**LIMITES** sunt fines vel termini regionum: inde limitare terminare dicitur vel restringere, vnde limes est terminus agris positus,

vel pratis, seu campis, vel etiam dicitur meta. Sed limes est introitus domus, dictum à limite. Nam limina sunt ad um, limites regionum vel finium: de quo Inst. quib. mo. ius pat. pot. solu. §. dictum est autem.

**LIMITROPHI** fundi, require in ver. Fundus limitrophus.

**LINEA** margaritarum, est series margaritæ um perulsarum, quæ sine filo insertæ. Scauola l. 35. ad l. Falcidiam, l. lineam [Lineam, inquit, margaritarum.] Item Vlp. l. 47. tit. de furtis, l. si quis vxori. [Si linea margaritarum subrepta sit.] Neb.

**LINEA**, est collectio personarum ab eodem stipite descendendum, diuersos gradus continens, & numeros distinguens, & est linea graduum ascendendum, descendendum & collateralium, l. 1. & l. iurisconsultus ff. de grad. affi. ita diffinit Ioan. Andr. in appa suo super arborem consanguinitatis, vbi vide latè per eum.

**LINEÆ**, vata videntur fuisse ad fontes pertinentia. Vlpianus l. 15. de Act. emp. [Lines & labra, salientes, fistula quæ salientibus iunguntur.] Alij non leuibus ducti coniecturis lenes legendum arbitrantur quibus fauere videtur Nouius, qui **LENES** vasis genus esse asseruit.

**LIQUIDÒ** iurare, est de re liquida & perspicua iurare. Hinc liquidò iurare apud Vlp. in l. 18 ff. de Aurein. pro verè iurare. [Siue n. Dominus petat, inquit, cogetur docere reus liquidò se iurasse, posita scil. exceptione.]

**Λειψανα**, reliquæ, superamenta, vt loquitur Vlpianus. [Si animal legatum occiderit, puto teneri non vt carnem præstet, vel vt cætera λειψανα, id est, cornua

tio ad subhastationem, vt l. licitatio, aliàs incipit, locatio, ff. de Pub. & vectig.

**LICTORES**, dicuntur qui ante Praetores aut Cons. ferebant insignia magistratum, hoc est, virgarum fascies, & secures dicti à ligando, vt scribit Gell. lib. 1. quòd videlicet iussu Consulum aut Praetorum vinciebant fontes: aut, quem admodum Festus ait, quòd virgarum fascies ligatos praeferebant, quibus imperante magistratu, delinquentibus plagas ingerebant. De manumissis vindicta, l. manumissio, 23. [Manumissio, inquit, per lictores hodie expediri solet.] Ant. Neb.

**LICTOR** dicitur, qui magistratus fert insignia, l. ego cum in villa 8. & l. Manumissio, 23. ff. de Manumiss. vindic.

**LIGIVS**, require supra [Homagium ligium.]

**LIGNA**, orum, in numero multitudinis propriè dicuntur, quæ comburendi causa comparata sunt, vt apud Marcialem.

*Ad villam maneo, Rustico ligna feras.*

Et apud Horarium:

*In syluam ne ligna feras.*

In singulari quoque in eadem significat. reperitur. Vlp in tit. de l. 3. l. lig. appellatione. [Materia, inquit, est illa, quæ ad aedificandum fulciendumque aedificium est necessaria. Lignū verò quidquid comburendi causa comparatum est.] Ant. Neb.

**LIGNI** appellatione continetur quidquid comburendi causa paratum est, l. ligni, de l. 3.

**LIGUSTICVM**, herba est in montibus Liguriae nascens, à iunioribus

medicis leuisticon appellatum. Est autem Liguria regio Italiae, inter Varum & Macram amnes, ad Apennini dextram, in qua est Genua. De Ligustico Plin. Columel. Apertius meminerunt: proinde omnes medici leuisticum corrupto vocabulo appellant, Paul. l. 33. in tit. de penu leg. l. non omne [piper, inquit, ligusticum, careum, & laser.] Neb.

**LIGUSTICI** meminit l. non omne de penu. lega. id non multum abest à viribus piperis, de quibus copiosè Dioscorid. lib. 3.

**LIMA**, est instrumentum fabrilè & ferreum, quo metalla roduntur, poliuntur minuantur, & purgantur, gl. in c. pastoralis, de Re iud. in clem.

**LIMENARCHA**, λιμνη αρχος, est vocabulum Graecum, qui λιμνη portum dicunt: hinc limenarchæ qui praesunt oræ maritimæ, maxime in hostium confinio: de quibus meminit Arcadius in l. munerum ciuiliū. §. qui annonam ff. de mun. & hon. & Paul. in l. limenarchæ, ff. de Seruis fug. & Imp. in l. non ideo, Cod. de liber. cau. in quibus tamen locis limenarcha legitur tanquam à limine descendat, secundum gl. nostram: possit etiam forte dici, limenarchas, abfque aspiratione, ideo sic vocatos, quia ad hoc constituebantur vt hostes à limine pellerent, & sic erit vocabulum Latinum & compositum, & communis lesio seruabitur, & secundum hæc astita verba Imp. in l. i. C. de Off. comi. ori. vbi a tarchia mendose legitur pro limenarchia, id est, liminum praefectura.

**LIMENARCHA**, potest interpretari liminis, hoc est, limitis praefectus. & est ille qui gerit curam tuendorum prouinciarum limitum,

- rum, præficiturque militibus limitaneis. Auctus lib. 50 tit. de Muneribus, Limnerum ciuiliu, &c. Ant. Neb.
- LIMENARCHAE** dicuntur principes locorum in quibus sunt diuersarum prouinciarum aut regionum diuersorum limites & termini, vnde etiam dicuntur collimenarchæ qui confinia oppida vel ciuitates tenent trans limitem locorum.
- LIMINA**, fines Imperij dictos esse, docuit Iust. in §. sed si Inst. quibus mo. ius pat. pot. solu.
- LIMITANEI** milites dicuntur, qui sub limnarcha prouinciæ terminos tuentur Capitolinus: [Reparatio, inquit, de limitaneis Daciae exitu.] Iust. quoque de officio præfecti prætor Afric. l. quas Deo [Pro limitaneis, inquit, ordinandis quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitantes limites limitanei constituantur qui possint & castra, & ciuitates, & limites defendere.] & paulo post. [Si commotio aliqua fuerit, possint limitanei sine comitatus militibus, &c.] Ant. Neb.
- LIMITANEI** dicuntur, qui constituti sunt inter castra & ciuitates vel confinia oppida, vt limites defendant & colant, vt C. de fun. limit. leg. vltima, in fin. lib. II. Et dicit Accur. super rubr. ibidem, quod quidam habent pro limitosis limitrophis, à trophos, id est, descriptio, & limites, id est, descriptio ad vsum limitum, aliàs militum qui imperium custodiunt.
- LIMITANEI** fundi, require [fundus limitrophus.]
- LIMITES** sunt fines vel termini regionum: inde limitare terminare dicitur vel restringere, vnde limites est terminus agris positus,

vel pratis, seu campis, vel etiam dicitur meta. Sed limen est introitus domus, dictum à limite. Nam limina sunt ædum, limites regionum vel finium: de quo Inst. quib. mo. ius pat. pot. solu. §. dictum est autem.

**LIMITROPHI** fundi, require in ver. Fundus limitrophus.

**LINEA** margaritarum, est series margaritarum peruersarum, quæ sine filo insertæ. Scævola l. 35. ad l. Falcidiam, l. lineam [Lineam, inquit, margaritarum.] Item Vlp. l. 47. tit. de furtis, l. si quis vxori. [Si linea margaritarum subrepta sit] Neb.

**LINEA**, est collectio personarum ab eodem stipite descendendum, diuersos gradus continens, & numeros distinguens, & est linea graduum ascendendum, descendendum & collateralium, l. 1. & l. iurisconsultus ff. de grad. affi. ita diffinit Ioan. Andr. in appa suo super arborem consanguinitatis, vbi vide latè per eum.

**LINES**, vasa videntur fuisse ad fontes pertinentia. Vlpianus l. 1. §. de Act. emp. [Lines & labra, salientes, fistula quæ salientibus iunguntur.] Alij non leuibus ducti coniecturis lenes legendum arbitrantur quibus fauere videtur Nonius, qui **LENES** vasis genus esse asseruit.

**LIQUIDÒ** iurare, est de re liquida & perspicua iurare. Hinc liquidò iurare apud Vlp. in l. 18. ff. de Aureiu. pro verè iurare. [Sive n. Dominus petat, inquit, cogetur docere reus liquidò se iurasse, posita scil. exceptione.]

**Λειψανα**, reliquæ, superamenta, vt loquitur Vlpianus. [Si animal legatum occiderit, puto tenei non vt carnem præster, vel vt cætera λειψανα, id est, cornua

& corium, &c ] locus est apud  
Vlp. leg. 53. §. 2. De legat. & fidei.  
lib. 30.

**LINTEVM** non dubitatur velum  
vocari.

**LINTEARIJ** sunt, qui linrea nauis  
vel nauium vel linteorum nego-  
tiationem exercent, &c.

**LINTEARIA** dicitur talis negotia-  
tio.

**LINTRARIOS** vel lintearium, est  
negotio lintearium.

**LINTRARIJ**, lintrium exercitores  
sunt, lintræ autem sunt naues flu-  
uiatiles quæ remis aguntur, Lin-  
triariorum meminit l. 1. nau. cau.  
stabu.

**LIS**, à conuentione limitis prius  
nomen sumpsit, de quo Virg.

*Limes erat positus litem ut dis-  
cerneret agris.*

c. forus de ver. sig. ad medium. Et  
lis dicitur mota, cum fuerit con-  
testata, c. ex parte 2. de Ver. sign.  
& c. aduersario, de excep.

**LIS** etiam actionem designat l. litem  
de Ver. sign.

**LITEM** æstimare, vide æstimare.

**LITEM** contestari dicitur, quando  
actor proponit inuentionem suam  
& actionem coram iudice contra  
aliquem, & ille statim negat, tunc  
est lis contestata Et dicitur pen-  
dere, nam in suspensio sunt omnia  
donec lis sopiatur, id est, termi-  
netur, vt ad superiorē negotium  
transmittatur Et dicitur lis pede-  
re quoad hoc, vt nihil innouetur  
quatuor concurrentibus. Primo,  
quod citatio emanauerit. Secun-  
do, quod iudice competente. Ter-  
tio, quod ad partem peruenerit,  
vel à parte impediens factum sit  
quo minus peruenerit. Quarto  
quod in ea talia sint expressa, per  
quæ pars instruat super quibus  
conueniatur, vt in Clem. si. vt lite

pendent Et potest addi quintum,  
vt ibi not. quod emanet & per-  
ueniat debito tempore.

**LITIS** contestatio, est negotij prin-  
cipalis ab actor & reo hinc in-  
de facta narratio, quam narratio-  
nem præcedere debet libellus, ni-  
si forte de consensu partium re-  
mittatur Fit autem litis contesta-  
tio corā iudice per narrationem  
actoris & contradictoriā respon-  
sionem rei, vt quia negat, vel per  
aliquam exceptionem quam op-  
ponit animo contestandi litem,  
id est, ea mēte vt in causa procedat  
vel desistat Est ergo litis con-  
testatio secundum Goffr hinc in-  
de apud iudicem negotij prin-  
cipalis facta narratio per principa-  
les personas, non per aduocatos,  
nisi forte principales adeo fue-  
rint indiscreti vt eorum defectus  
de licentia iudicis per alios sup-  
pleatur, vt in c. pastoralis de Iud.  
Et litis contestatio est initium a-  
ctionis & conflictus in causa. de  
hoc vide l. bonam in c. dudum 2.  
in ver. responsionem. de Electio.  
quomodo & quando fiat lit. con.

**LITIS** quasi contestatio, est quando  
aliquis conuentus in iudicio su-  
per rebus mobilibus quas possi-  
det nomine alieno nominat do-  
minum in iudicio, & accipit in-  
ducias ad denūciandum domino,  
vt ad iudicem veniat vel mittat.  
Si autem ipse dominus non com-  
paret in termino sibi dato, tunc  
quasi contestata est contra domi-  
num, siue habetur pro contestata  
ad interrumpendum longi tem-  
poris præscriptionem, vt in cap.  
quonia frequenter. §. in aliis ver.  
quod si super vt lit. non contest.

**LITEM** pendere, est litem contesta-  
tam esse, vel litem in incerto esse  
cum ambiguus sit eius exitus &  
euentus: nam litis & iudiciorum  
euen

eventus est incertus. ff. de Pecul. l. quod debetur. Pendere autem dicitur lis per appellationem vel recusationem, consultationem, vel relationem, vel quandiu definitiva sententia non est lata, de quo per Doct. ut l. i. pen. per tor.

**LITREM** suam facere iudex quando dicitur, aperte ostendit Vlp in l. si filius familias. de Iud. & Imperator Instit. de obl. quæ ex qua, delect. nasc. in princ.

**LITTERAE** de rato dicuntur procuratoriae, quia constituens procuratorem semper adiecit in fine, quod quicquid procurator fecerit super causa, ad quam datus est, gratum, ratum, &c. habebit, ut in c. cum dilectus, de Relig. domib. in gloss.

**LITTERAE** dimissoriae quæ, vide in ver. Dimissoriae

**LITTERIS** dicitur obligatio contrahi, quando quis confitetur in aliquo instrumento se recepisse pecuniam, quam nondum recepit, sub spe numerationis futurae sibi faciendæ, pro ut a creditore eidem promissum exitit. Illi competit actio non numeratæ pecuniæ, si exigitur ab eo debitum, antequam recipit.

**LITIGATORIS** nomine non solum actor, sed etiam reus intelligitur, ut in c. i. de litis contestat. l. 6.

**LITIGIOSA** res est mobilis vel immobilis res, vel se mouens, de cuius dominio causa mouetur inter petitem & possessorem conventionione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudicibus insinuatis, & per eum futuro reo cognitis. C. de Litig. auth. litigiosa. fit autem res litigiosa incōtinenti oblato libello. Alij dicunt rem litigiosam non esse ante litem contestationem, de hoc gl. in c. i. ut lice pendente, lib. 6.

**LYTOS**, interpretatur solutus, à λυω, quod est solvo Instinian. in proœmio Digest. [Quia solitum erat, quartæ anni studiosos, Græco & consueto quodam vocabulo lyta appellari, hoc est, solutos.] Pro quo mendo legitur hircos, ex Pandectis Florentinis adnotante Politianomam pro eo quod in recentioribus libris habetur hircos, & coloritas, legi oportet [lytas & prolytas.] quid autem sint, lege prolyta. Neb.

**LITIVS**, proprie maris est, ripa fluminum: Et litus eousque extenditur, quousque maximus fluctus à mari provenit. l. littus, de Verb. signif.

**LITVRGVVS**, interprete Alciat. in l. 2. C. de cupres. dicitur qui publice operatur, circa res sacras præsertim: qui & lituchus dici potest, auctore eodem.

**LIVELLVS** differt à feudo: primo, quia eo iuratur secus quàm in liello. Item feudum datur amore, liuellus verò pro mercede. Item in feudo non succedunt feminae, in liello secus: & de multis aliis differentiis, vide Fel. in c. cæterum, col. 5. & seq. in vers. nonò fallit. de Iud.

### De L ante O.

**LOCARE**, hoc verbum licet plerumque referatur ad accipientem pretium, sicut conducere ad illud dantem, tamen quandoque viceversa, ut locare dicatur qui pretium dat, conducere verò qui illud accipit, ut annotat Accursus in l. i. in princ. ad leg. Rhod. de iact. nam veteres verbo locationis & cōductionis indifferenter utebantur. l. veteres. & (eq. de Aq. empt.

**LOCATIO**, est personæ vel rei ad usum facta concessio, vel mercede

cede vel pecunia numeranda cō-  
uenta. alioquin de alia re erit  
contractus innominatus, de quo  
vide not. per Doctor. de Locat. &  
cond. super rub.

**LOCATOR** est ille qui rem ali-  
quam pro certo pretio vel certa  
mercede alicui vtendam conce-  
dit, vel aliam re sua mercede si-  
bi cōuenta vti permittit, vt cūm  
loco tibi domum meam ad habi-  
tandum in ea, ego dicor locator,  
tu vero, qui hoc vteris, seu ad vsū  
recipis, conductor nuncuparis, vt  
in c. 1. de Locat. & conduct.

**LOCATI** actio, require supra, actio  
locati.

**LOCVS** est non fundus, sed portio  
aliqua fundi: fundus autem in-  
tegrum aliquid est quod inos ha-  
bet fines. l. locus, de Verb. sigs.

**LOCVS** adiectio significat diuersi-  
modè disponi: v. g. testator di-  
cit, Titio lego centum, quæ sibi  
volo solui de pecunia, quam ha-  
beo in tali loco, puta, tali castro,  
tali arca. Et si in illo loco nihil  
est, tunc nihil debetur: si minus  
est, nihilominus tota pecunia  
debetur. l. quidam testamento. ff.  
de leg. 1. l. Lucius. ff. de Ali. & cib.  
leg. Ratio, quia locus hic appo-  
nitur ad demonstrationem, vnde  
solutio fieri possit, & non ad ra-  
xationem seu restrictionem le-  
gati: quare legatum non restrin-  
gitur, etiam quia legatum fuit  
factum in genere, & sic remanet  
in genere, & adiectio loci refer-  
tur ad designationem sciendæ so-  
lutionis. Et quod de legato dici-  
tur, idem in contractu intelligi-  
tur, paritate rationis, vt si dica-  
tur: [Promitto tibi centū soluen-  
da de pecunia, quā habeo in tali  
loco.] Et ibi, lego vel promitto  
decem, quæ habeo in arca: si nihil  
est, nihil debetur: si minus est,

illud tantum debetur l. si seruus,  
& qui quinquē ff. de Leg. 1. quia  
locus adicitur summæ immédia-  
rè, & per hoc significatur, quod  
in la summa, quæ ibi est, debetur,  
& non alia. Vnde testator vel  
promissor se refert ad illud cor-  
pus pecuniæ, quod ibi est, & ideo  
si nihil est nihil debetur, vel qua-  
tenus est, eatenus tantum debe-  
tur. Et finaliter loci adiectio ope-  
ratur quod ratio dicitur, vel lege  
disponitur, vel prout voluntas  
disponentis dicitur, quam quoduis  
medium probabile declarat, vt  
leg. cum certus. ff. de vin. trit.  
& oleo leg. l. si debitor. §. 1. ff. de  
Contrah. empt. & vend. l. eum qui  
calendis. ff. de Verb. oblig. l. lega-  
tum. §. vini. ff. de Annuis legat.  
l. ex eod. ff. de vin. trit. & oleo.  
leg. cum similibus.

**LOCVS** insignis, secundum Ioan.  
Andr. in c. statutum, de recripr.  
lib. 6. est ciuitas, licet ibi nō sint  
periti. Et de hoc dat ibi ratio-  
nem. Sed secundum Ianoc. Host.  
Abb. non sufficit esse ciuitatem,  
nisi sit ibi copia peritorū. Com-  
po dicit, sufficit si de vicino lo-  
co possunt haberi periti Paul de  
Leaza. in Clement. vnica, de foro  
compet. dicit insignem locum, in  
quo potest copia haberi ne: effa-  
riorum pro episcopo, familia, &  
equitibus suis, licet non sit copia  
peritorum.

**LOCVS** religiosus, require infra,  
Religio

**LOCVS** sanctus, dicitur qui fir-  
mus est, & virtutibus munitus,  
de quo Inst. de Rer. diuis. §. san-  
ctæ quoque res.

**LOCA** vicina, quæ dicantur, vide  
Panorm. cap. super Specul. in fin.  
de priuil.

**LOCVLVS**, est bursa vel marsu-  
pium, c. 1. de deposit.

**LOCUPLES**, est qui satis & idoneè habet pro magnitudine rei, quæ petitur. l. quos. de Ver. sig.

**LOCUPLETEM** hereditatem esse Accurs. ait, quæ opes affert incommodis annexas l. si quis mihi. § 2. de Acq. hæ. Azon. verò in rub. C. de bon. lib. §. petitur. locupletem hereditatem definit quæ maior sit centum aureis.

**LOGISTA**, dicitur qui reddendis rationibus præest: nam λογιστής inter ceteras significaciones interpretatur computatio: & λογιστική est ipsa ars computatoria, quam vulgus algorismum vocat. Iustinianus in tit. de Modo multarum l. [curator, inquit, reipub. qui Græco vocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet.] Ant. Nebr.

**LOGISTAE**, qui & rationales nuncupantur, sunt qui reddendis rationibus præstant.

**LOGOGRAPHVS** potest interpretari rationum scriptor, quo vocabulo utitur Iustinianus libr. 10. in tit. de tabulariis, scribis & logographis. Ant. Nebr.

**LOGOGRAPHVS**, id est, scriptor publicæ rationis, & dicitur à λογος, sermo vel ratio, & γραφή, scriptura, secundum Accurs. in rub. C. de Tab. scrip. & logo. li. 10.

**LOGIVM** heretæ genus alio nomine zizania dicitur, vt etiam declarat gloss. in Clem. dudum. de sepulch.

**LONGA** consuetudo, est quæ 10. vel 20. annis inducta fuit, & multo magis longiori tempore, vt si 30. vel 40. annis perdurat.

**LONGVM** tempus, longissimum, & longauum. vide Azon. in Sum. quæ sit longa consuetudo. §. 1. & dicitur longum tempus inter præsentis decennium, & inter absentes vicennium, l. fin. C. de Præscript. long. temp.

& §. 1. Insti. de vsucap.

**LORICATIO**, est testorium parietis, in modum lorice superinductum idem ferè quod incrustatio Vitruuius lib 6. Duplicem præbeat contignationi loricatione. Plin. li. 8. de Ichneumone cum aspide pugnatio: Mergit, inquit, se limo sapius, sicca que sole: mox vbi pluribus eodè modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. ] Paul. de Verbor. signif. l. impensæ. in fin. [ Incrustationes, inquit, loricationes, & picturæ. ] Nebr.

**LORICAE** genera sunt armorum, vt in Auth. de armis. §. pœa.

### De L ante V.

**LVBRICVM** ætatis, id est, leuitas, mobilitas, inconsiderata ratio, temeritas. Vlp. l. 3. §. 4. ff. de Minorib. [ Neque enim ætatis lubrico captus est, adeundo locupletem hereditatem.

**LVCRATIVA** causa, vide causa lucrativa.

**LVCRATIVA** possessio dicitur, in l. 2. §. si quis omnia caus. quam ex lucrativa caus. quis adeptus est.

**LVCRIFACERE**, id est, acquirere.

**LVCRVM** refertur ad omnia proueniëntia ex prosperitate fortunæ, quæcunque sint: quæstus tamen comprehendit solum lucrum proueniens ex industria personæ, vt est text. & gl. in l. sed & si ff. pro socio. not. Abb. in c. sedes. n. 13. de Rescript. Quæ autem sint honesta lucra, vide Specul. in tit. de cleric. coniugatis. vers. sed quam dices.

**LVCRIVM**, fructuosum, quæstuosum, vt ille, Gaius l. obligari. 9. §. 2. ff. de auct. tut. [ Hereditatem adire & pupillus sine tutoris auctoritate

Gratitate non potest, quamuis lucrosa sit. ] Idem l. si. quis. 17. ff. Si quis omisit. [ Liberum cuique esse debet, etiam lucrosam hereditatem omittente.

**L V E R V S** tempus alij vsque ad trigesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant. 13. q. 2. & forma si nubar intra tempus iustus, infamis est, secundum leges ciuiles. vt C. de Secund. nupt. l. 1. & 2.

**L V C V B R A R E**, id est, vigilare, & nocti proprie attribuitur. Inst. de leg. §. nostra.

**L V E R E**, id est, liberare: vnde dicitur, pignus luitur, id est, liberatur. Alio modo accipitur pro puniri. vnde dicitur, Luo pernas, id est, punior. De primo significato vide Inst. de leg. §. sed & si rem.

**L V M I N Y M** seruitute constituta quid videatur concessum, & quo differat à seruitute, ne luminibus officiat, tradit Iuriconsult. in l. 3. de Seruit. vrb. præd. quid vero inserit inter lumen & prospectum pulcherrimè explicat l. inter. & seq. eod. tit.

**L V P I N V M**, est genus leguminis non minus terram appetens, quam lupus pecudes, & inde nomen sumpsit. tellurem mirum in modum amat, vt quamuis fructu solo coniunctam, inter folia vepreique, ad terram tamen radice perueniat: & inter fruges enumeratur à Iuliano in l. frugem. ff. de Verb. signif.

**L V S T R V M**, est spatium quinque annorum.

**L V D I C R V S**, a. um, non ludicex, is, quod Priscianus putauit, dicitur quod ad ludum pertinet. Vargil. 12. Æneid.

*Neque enim leuia vnt ludrica possuntur.*

Horat. 2. epist.

*Valeat res ludicra, si mo*

*Palma negata macrum.*

de accusatione l. qui iudicio [ Qui artem, inquit, ludicram fecerit, hoc est, scenicam, siue theatralem aut circensem, vbi ludi fiunt ] Nebr.

**L V G D V N E N S I S** colonia, quæ Lugdunam cognominatur, ciuitas est nobilissima Heduorum in Gallia Lugdunensi ab ipsa cognominata. Meminit illius Iuriconsultus lib. 50 Digesti in tit. de Censibus Nebr.

**L V D V S** litterarius pro schola accipitur, vbi litteræ docentur: magister quoque ludi is dicitur, qui litteras docet. Martial.

*Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister?*

Et per translationem: Terent. in Heccyr. in eodem mihi omnes videntur ludo doctæ ad malitiam, & ei ludo si vllus est ludus magistræ hanc esse satis certò scio. Vlp. lib. 4: tit. de var. & extra. co. l. 1. §. ludi ludi litterarij magistræ.

**L V M E N** vt est vt cælum videtur: & interest inter lumen & prospectum. Nam prospectus etiam in inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest. l. 16 ff. de Seruit. præd. vrb.

**L V M E N** vnicum *scilicet vnicum* pro exiguo cubiculo, quod vnicæ fenestra tenuiter illustratur, quæ le tennes & inopes homines habere consueuerunt. Vlp. l. 6 ff. de Offic. præf. [ Ne tenuis vicæ homines sub prætextu aduentus officiorum vel militum, lumine vnicæ vel breui supellecili ad aliorum vsus translatis, iniuriis vestitur, præses provincie prouidebit.

**L V M I N V M** seruitute constituta, id acquisitum videtur, vt vicini



## De M ante A.

nium lumina nostra excipiat. Cū autem ieruitus imponitur ne lumina officiaur, hoc maxime adepti videmur, ne ius sit vicio inuitis nobis altiùs edificare, atq; ita minue e lumina nostrorū edificiorum, l. 4. ff. de Seru. urb. præ. **LYSEVS**, is, dicitur, qui altero oculo caret, qui Græcè monophthalmus appellatur, hoc est, vnocul<sup>9</sup>. Hier. de viris illustribus: [Acacius, inquit, quem quia luscus era, monophthalmū appellant.] Mart.

*Thaida Quintus amat, quam Thaida? Thaida luscam. Vnum oculum Thais non habet, ille dpos.*

Modest in tit. de ver. sign. l. inter suprū. [Vitium, inquit, est perpetuū impedimentū, velati si luscus sit.] inde fit verbum eluscare, de quo in suo loco diximus Neque est, vt Accurs. & si qui sunt alij qui id dicant, qui lumine adhibito nihil videt, sed, vt diximus, qui est orbatus altero oculo. Neb.

**LYSTRAMENTVM**, ti, est purgatio facta per veneficiū, aut sacrificiū, aut incantationem, dictum ab eo quod est lustrum, as, Virg. 6. Æneid.

*Lustravitq; viros, dixitq; notissima verba Ouid. 10. Metam.*

*Magico lustrabere ritu.*

Marcellus lib. 48. ad l. Cornel de ficariis & veneficis. l. eiusdem [Si quis, inquit, lustramenti causa dederit cantharidas.] Neb.

**LYSTRAMENTVM**, purgatio facta per veneficiū, sacrificiū, aut incantationem. l. eiusdem ad leg. Corn. de sicar.

**LVXVRIA**, not. Archidiaconus de consuet. c. fin. lib. 6 sumitur aliquando pro profusa impensa, vt docuit Budæus in annotat.

**MACELLARE**, est mactare vel trucidare, Inde dicuntur maccellarj, qui pecora vel quadrupedia mactant, vt est gl. 5. in Cle. 1. de vita & honest. cleric.

**MACERIA**, paries sine calce, aliave compactione formatus.

**MACHINARIVS**, mensor, in l. vlt. ff. si mens. fal. mo. dix. dicitur ad differentiam decempedatoris, vt admonet ibi Budæus.

**MACHINATIO**, vide supra, dolus, est quasi astutum ingenium.

**MAGI** sunt, qui vulgò malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi sunt qui permisso Dei maleficiis elementa, concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium, & c. 26. q. 5. nec mirum. Et ibi qui sunt necromantici, hydromantici, & de auguriis & aruspiciis, quæ omnia ibi reprobantur.

**MAGIDEM**, in l. seruus, de condit. indeb. Bud. accipit pro genere lancis orbiculatæ, idque ex Plin.

**MAGISTER** nomen dignitatis est, & magistratus siue magisterium, ipsa magistri dignitas. Vnde magister equitum, qui à Dictatore præficiabatur equitibus: & magister populi, qui pecuniæ diuidendæ per populum præpositus erat: & magister militum, qui militibus præest: & magister scrinij, id est, qui libros principis adseruat, & magister pecoris, qui pastoribus reliquis præfatus est.

**MAGISTER** dicitur, qui præ cæteris alicuius rei siue negotij curam gerit. Et interpretatur syllabiter, quasi in maiori statu existense sed liberaliter sic, quasi manum acrem gerens inter scholares, tenens eos rigide: secundum gloss.

gloss. verò, cap. 1. de Magist. dicitur à monen-ō sive à monfrando ff. de Verborum significat. leg. quibus.

**MAGISTER** nauis, require supra, [actio exercitoria.] & C. eo t. r. l. vnica, lib. 12

**MAGISTER** scriniorum, dicebantur qui scribis sacri Imperij repositi erant, vel sunt pragmaticarij, sic dicti, quia pragmaticas sanctiones, illas scilicet quas principes faciebant, & statuebant consilio procerum suorum, scribebant, & earum exempla in scribis reposita ad memoriam euoluebant.

**MAGISTRATVS** prætoret, vel consules dicti sunt: eo quòd maiores sunt reliquis officiis, & illi sunt tanquam capitis principis membra. Codice ad legem Iulianam maiestatis, leg. quisquis. Et horum alij sunt maiores, alij minores, alij medij. Maiores, vt illustres, qualis est præfectus prætorio orientis, item Illyrici, item Africae, item vrbs Romæ. Minores sunt clarissimi, puta, præfides prouinciarum. Medij sunt spectabiles, vt proconsul, præfectus Ægypti, qui dicitur Augustalis, vt ff. de Offic. præfect. Augusta, leg. vnica, excellentiores præfecti sunt præfectus prætorio Orientis & Illyrici.

**MAGNANIMITAS**, est ornatus omnium virtutum, secundum Philosophum 5. Ethic. & est magnanimitas in Imperatore, l. 1. C. de testam.

**MAGNIFICVS** dicitur quasi magna faciens, & ideo hoc verbum competit regi ex Etymologia vocabuli. Abb. in cap. nouit. de Offic. deleg.

**MAIOR** dicitur ille, qui viginti quinque annorum impleuit æra-

tem, de quo not. Instit. de cur. per totum, & per Doct. de Restit. in in. egr. cit.

**MAIORES** propriè appellantur ascendentes qui sunt vitra trituum l. Iurif. cons. §. parentes, ff. de Gradib.

**MAIOR** pars attenditur quoad numeram, & tenor quoad zelum iudicium. Vel potest dici maior pars, quæ maiori innitur rationi, vt 9. dist. sana & 17. dist. cap. multis.

**MAIORITAS** est multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia senectutis, alia rationis, de quibus vide per Abb. in cap. natum in princip. de Mai. r. & obed. vel dic quòd quis dicitur maior altero quatuor modis, nobilitate, diuitiis, potentia, & honoris, secundam Abb. in c. super eod. de test. in vers. not. [quatuor qualitates.] & Fel. eod. cap. vers. 2. ibi, superior.

**MAIUMA**, est ludus qui vigeat in mense Maio. & dicitur a maio. vel maiuma Græcè, Latina ingressus, scilicet ætatis, quando herbae, frondesque virentes latificant. Inde venit Maius, Cod. de maiuma. in rubr. lib. 11. tit. 45.

**MAIUMA** erat quidam ludus qui fiebat in mense Maij, not. Cod. de maiuma. lib. 11. in rubr. tit. 45.

**MALBEDIVS**, est qui obloquitur de homine, detrahendo ei, & cum obloquitur deprimendo, vt c. 1. de Cler. maled.

**MALBECI** speciali vocabulo, incantatores huiusmodique diuinatores appellantur

**MALBECIDI** possessor est, qui scit se alienum occupasse, §. quod autem Inst. de Vfuscap.

**MALLEATVS**, dicitur liber, qui iam est ligatus, punicatusque. Sed quia libri mallebantur

antequam confuerentur, id quod videmus nostro tempore fieri, malleati dicebantur, pro eo quod sequitur. Vlp. tit. de legatis 3. l. libitorum 5. §. 52. [ sed libri, inquit, nondum malleati & perornati continebuntur. ] Ant. Nebr. **MALLEATORES** adulterinae monetae sunt, qui falsam monetam malleant.

**MALOBATHRVM**, arbor est odorata ex Syria, quae nomine specialit folium appellatur, unde sunt vnguentae quae dicuntur foliata. Horat. in 2. Carm.

### Niteñtes

**Malobathro Syrio capillos.**

De folio malobathri meminerunt saepe Gal. & Apicius, Martianus lib. 39. tit. de publicanis. l. interdum. [ Malobathrum, aroma Indicum. ] non malabastrum. Nebr. **MANCEPS** dicitur qui a populo vel fisco aliquid emit vel conducit. videtur hoc verbo Iuriscons. in l. qui fideiussor locati.

**MANCIPIVM**, est seruus, vel ancilla: & est neutri generis in voce, sed communis generis in significatione & dicitur quasi manu captum: & dicitur, mancipium omne quod manu capi potest, sicut homo, equus: & hoc generaliter: sed specialiter tantum significat homines, quia tales erant serui captiuentium eos in bello isto.

**MANCVS** est defectuosus, ut cui manus abscissa est, vel is qui ex imbecillitate dexteræ facilius vitur sinistra, ff. de Edilit. edict. leg. qui clauum, §. penul.

**MANDATVM**, secundum Azo est officium ab eo qui gratuito suscipit exhibendum. Et dicitur mandatum, quasi manu datum. Quod enim aliquis per se facturum erat,

alij gerendum committit, contrahitur solo consensu. Et differunt mandatum, iussio, & praeceptum: quod iussio importat necessitatem, nec finitur morte iubentis, quia successor id facere tenetur. Mandatum vero importat liberam obsequendi voluntatem, & finitur morte. Unde, praeceptum non praecipit nisi praecipientis Mandatum mandatore cadente cadit, ut not. de Rescript. eamte, & c. in his de Verb. sign. Quidam tamen dicunt, quod tam praeceptum quam mandatum finitur morte, si nominibus expressis scribantur, secundum Is. And. l. 3. q. 1. quod praecipitur.

**MANDATOR** dicitur ille qui aliquid mandat alicui, ut sibi vel alij aliquid faciat. Require supra Fideiussor.

**MANDATARIVS**, est qui mandatum suscipit adimplendum. Et inter istos oriuntur actiones hinc inde, quia ille qui sic mandat alteri, contra illum qui mandatum suscipit adimplendum, cum prius cogi non possit quod recipere mandatum, competit actio mandati directa in quantum eius interfuit factum fuisse quod mandabatur. Rursus ipsi mandatario qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria, si quas expensas fecit vel impensas ratione mandati suscepti, in quantum non excessit fines mandati. Si vero mandatum excessit in expensis factis, ipsas non repetet per actionem mandati contrariam. Sed in quantum utiliter expendit, per actionem negotiorum gestorum repetet.

**MANDRAGONA**, herba est nota, cuius duo sunt genera: alterum nigrum, quae semina existimatur, alterum candidum, quae est masculus,

lus. Habet vim soporiferam, atque  
prouocandi somni gratia dari con-  
suevit, quia frigida est, ac prope  
venerum. Columella in horto.

*Quamuis semihominis vesano  
gramine facta.*

*Mandragora pariat flores mæ-  
stamque cicutam.*

Marcellus lib. 48. ff. ad del. Corn.  
de sic & veneficis, l. eiusdem. 3.  
mandragoram inter venena po-  
nit. Ex quo fit, vt mirandum sit  
quid per mandragoram interpre-  
sacrarum literarum intellexit in  
Gen. c. 30. & Cant. 7. ant. Nebr.

**MANET**, i. tenet vel astringit, c. cum  
laicis, de rebus eccl. non alie.

**MANGO**, onis, est non modò seruo-  
rum venditor, sed aliarum etiam  
rerum, quæ vt carius vendantur,  
solent à venditoribus adornari.  
Vnde est mangonizare agros &  
equos, pro eo quod est colere. Et  
Pli. lib. 37. politores gemmarum,  
mangones appellat. Marti.

*Millia pro puero centum me man-  
go poposcit.*

Seneca in Epi. [Mangones, quic-  
quid est quod displiceat, aliquo  
tenocinio abscondunt.] Africana-  
nus de ver. sig. l. mercis appella-  
tione, 207. quo distent à Venali-  
ciario monstrat. Anton. Nebris.

**MANGONES** sunt, qui in seruis e-  
mendis vel vendendis mercationem  
exercent.

**MANICHAËI** sunt, qui Christum di-  
cunt non esse verum hominem,  
vt dicit gl. i in l. Manichæos. C. de  
heret. & Mani. Extiterunt à quo-  
dam Persa, qui vocatus est manes,  
qui duas naturas & duas substan-

tias introduxit, id est, bonam &  
malam, & animas ex Deo quasi ex  
aliquo fonte manare asseruit. Te-  
stamentum verus respiciunt, no-  
uum ex parte recipiunt, ita dicit  
tex. 24 q. 3. c. quidam.

**MANIFESTVM** est, publica vel sa-  
mosa proclamatio ex certa scien-  
tia & certis author: proueniens.  
Et potest manifestum probari per  
multos testes vel auctores, non  
tamen per tot quod fiat notorium,  
vide glos in c. constitutionem, de  
Ver. sig. lib. 6. & q. 2. placuit. Spe-  
cu. tit. de noto. crimine. §. sequi-  
tur de manifesto. circa princ. vbi  
dicitur, [manifestum est quod pa-  
tet pluribus, sed non omnibus, sed  
notorium omnibus patet, & not.  
in leg. ciues, de appell. per Bal. &  
Butrigarium.

**MANIFESTVM** illud dicitur, quod  
ex coniecturis apparet. c. 1. & ibi  
Abb. in 2. notab. de cler. non resi.

**MANIFESTE** vel palam testari dicitur,  
qui non in publicum hære-  
dem nominat, sed coram testibus  
qui ad solemnitatem sufficientes  
testatur.

**MANIPVLA**, est quoddam ornamen-  
tum quod Imp. Constan. Cardina-  
libus concessit. Alij dicunt mani-  
pulum esse mitram Episcopalem.  
vide Spec. in rationali diuina-  
rum, lib. 3. sub rubr. de manip. &  
& videbis pulcherrima.

**MANSER**, est filius illegitimus pro-  
priè de scorto natus secundum  
Host. quasi vulgò quæsitus, vnde  
secundum Ab.

*Manseribus scortum: sed mæcha  
nohis dedit ortum.*

*Vt seges à spica, sic spurius est ab  
amica.*

*Dant no-uitales qua nobis sunt  
speciales.*

h. nisi cum pridem de renun. in § personæ in fin. vbi gloss.

**MANSVS**, secundum vulgare Italicum, dicitur quantitas terræ, quæ duobus bobus sufficit in anno ad laborandum.

**MANVALIS** obedientia. not. de maiortate & obedie. his qui de Restitut. spol. olim causam, ad quam subditi tenentur prælati suis sine scriptura & iuramento. vt not. in c. legebarur. de Maior. & obedient.

**MANVMITTERE**, vide Emancipare.

**MANVMISSIO**, est datio libertatis. Instit. de liber. in princ. Et manumissus dicitur qui est liberatus à manu & potestate domini. Nam quandiu in seruitute est, sub manu & potestate domini sui est, sed postquam manumissus est, ab illo liberatur. ergo dicitur quasi extra manum, id est, potestatem domini sui missus: & talis dicitur liberus domini sui, & dominus patronus eius.

**MANVMISSIO** testamentaria dici potest, quæ ex causa testamenti præstatur, vel propter testamentum contingit.

**MANVS**, pro potestate. Inst. de liber. §. aliquando ponitur pro artificio. l. mulieris. 13. de Ver. sig.

**M. M. P.** Notæ sunt apud Paulum Diaconum, pro manu, mancipio, potestate. Vlp. cap. 24. Instit. [Ei cuius in potestate, manu, mancipiove est hæres scriptus, legari non potest.] Idem cap. 9. & 10. ostenderit in manu esse vxores matresfamil. in potestate liberos filios fam. in mancipio seruos. Ergo apud Paulum Diaconum, malo mancipio, potestate corrupte legitur. Horom.

**MANVPRETIVM** dicitur, inquit Africanus, vbi non tam materiz ratio quàm manus atque artis, di-

citur: Alphen. l. 30. §. 3. ff. Locat. [Qui ædem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide & manupretio, dominus redemptori in pedes singulos septem dabit.] Vlp. l. 13. ff. de Verbor. significat. [Quoniam plerumque plus est in manus pretio quàm in re.]

**MAPPA**, mensæ stragulum est quemadmodum & mantile, siue toral. Erantque duo genera, alterum rasum, alterum villosum, hoc est in tapetis similitudinem contextum, quod & gausape dicitur. Martial. in disticho cuius index est, Mappa villosa,

*Nobilius villosa tegant tibi lin-  
tea citrum.*

De mantili quoque villosa Virgilius in 1. Æneid. dixit:  
*Tonsisq; ferunt mœtilla villis.*  
Quod Seruius pro minutis exponit. Ouid. quoque in 4. Fast.

*Duxerat ad dextram villis man-  
tile solutis.*

Florentin. lib. 33. de supelle&ist [Toralia inquit, & mappa villosa.] Pro quo mendose legitur, & oralia in panahola, nihili verba. Anton. Nebr.

**MAPP A** est ornamentum equi, & sunt linteamina alba, quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cum faciunt processionem. no in Authent. de cons. §. quantumcunque. Aliter capitur in l. 3. de Sup. leg. vbi secundum Nebr. significat stragulum mensæ.

**MARITI** appellatione non veniunt sponsi de presenti in materia odiosa, secus in fauorabili, quia

- tunc veniunt sponsi de futuro, vt dicemus infra. in verbo [ vxoris appellatione.]
- MARMORIS** appellatione quid veniat, docet Iurifconf. in l. quæsitum. de Leg. 3.
- MARTE** suo, id est, suis viribus, & non aliunde accersitis adminiculis. l. i. C. ne lic. poten.
- MASCULINVM** cõcipit femininum sed non e contra. Panor. in c. super inornata. in 1. col. ver. nec statutum. de Prab. de quo artic. diffusissime Dec. in l. 2. de Reg. iur. vbi vide.
- MASSARITIA**, est idem quod suppellex, videlicet omne vtẽsile domus, cuius appellatione vestis non continetur, vt l. si quis in fundi vocabulo. ff. de Lega. 1.
- MASTICONIVM**, est domus vbi Leprosi congregantur.
- MASTIGOPHORI**, qui agonotheas comitantur in certaminibus. l. vlt. de Muneribus & hono. vbi Bud.
- MATERFAMILIAS** dicitur, quæ est notæ auctoritatis & honestæ vitæ in domo sua. vnde. nec nuptiæ nec natales faciunt matremfamilias, sed boni mores.
- MATERIA** propriè dicitur circa quam versatur faber tignarius siue lignarius. In communiori tamen significato dicitur de subiecta cuiusque artis materia. Pau. lib. 8. tit. de periculo & commo. l. quod si. [Neque materia empta si furto periisset.] Nebr.
- MATERIA**, est vnde quid cõficitur, vt in scypho metallum, in contractu consensus, quapropter sic propriè appellantur ligna, quæ adificiorum alieriũve operis causa habentur. l. Ligni. 55. de le. 3.
- MATERTERA**, est matris soror, vt Instit. de gradi. cogn. in ver. matertera.
- MATERTERA** magna, est auia soror, sicut promatertera proauia soror.
- MATHEMATICI** sunt, qui dicunt se scire aliquam artem diuinandi.
- MATRICVLA**, est chartula in qua scribitur aliquid, & præcipue liber vniuersitatis, in quo nomina suppositorum conscribantur & immatriculatur: & est diminutiuum à matre. l. matriculam. Cod. de Agen. in rebus. lib. vnde. cimo.
- MATRICVLARIVS** dicitur habens officium pulsandi campanas, vel qui habet matriculare studentes.
- MATRICVLARIA** dicitur habens curam ecclesiæ, text. & glos. in c. mulieres. 32. dist.
- MATRIX** ecclesiæ, ponitur pro maiori baptismali, quæ generat baptismum sicuti mater, vt gloss. in verbo, matricem. in Cle. 1. de sent. excom.
- MATRIMONIUM** idem sonat quod nuptiæ: & est legitima maris & femine coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens 27. quæstin. 2. §. 1. & subaudi quo, scilicet, ad propositum in quo debent esse tempore quo nubuat vel matrimonium contrahunt. Instit. de patria potest. in principio. Et matrimonium est duplex, scilicet verum, & præsumptum. Verum, quod contrahitur inter personas legitimas per verba apta, nullo impedimento subistente: præsumptum dicitur quando inter personas legitimas interuenit tractatus de contrahendo, vel verba apta, in euentum tamen conditionis vel arbitrij alieni, & succedit copula carnalis, vt inquit Goffr. Et non dicitur patrimonium (licet à digno

gniori debeat fieri denominatio, & tantum votum habeat vir in liberis, sicut mater. l. liberorum. 2. 10. ff. de Verb. sign.) ideo quia mater maius exercitium vel officium exercet circa liberos, quā pater. ca. fin. de Conuer. coniug. quia ante partū onerosa, in parta dolorosa, & post partum laboriosa Igitur ad honorem eius dicitur matrimonium, vt etiam de Conuer. in fine. cap. ex licetis. Et notatur quod matrimonij tria sunt substantialia quæ dicuntur bona eius, vt de Condi. appo. cap. ult. & 27. q. 2. omne itaque, scilicet fides, proles, & sacramentum. Et nota quando contrahatur matrimonium, & quando sponsalia de futuro, declaratur ex significato verborum prolatorum, & actuum sequentium. Vnde verba formalia matrimonij sunt illa quando vir dicit, [ Accipio te in meam mulierem: ] & mulier, [ Accipio te in meum virum. ] cap. licet. de Spons. duo. & cap. si inter. de Spons. Similiter est matrimonium si quis iuraret, quod aliquā ab hoc tempore pro coniuge renneret, & ei sicut vxori fidem seruaret, & ipsa eidem iuraret se illum pro marito habituram, ei sibi tāquam viro proprio seruituram. vt in c. ex parte. de Sponsal. Nam licet ibi non exprimantur verba formalia, tamen idem est si vnum de æquipollentibus fiat. vt l. certum ff. Si certum pet. Dicunt etiam quidam Doctor. quod verbum habiturum. hic significat præteritum, non futurum. Similiter dicendo: [ Promitto tibi quod nunquam habebō aliā vxorem nisi te, vel volo te, & non aliā in vxorē, vel consentio in te sicut in meam vxorem, vel promitto quod volo te habere in

vxorem. vel placet mihi te habere in vxorem, vel promitto quod tibi seruabo fidem sicut vxori meæ, vel volo quod ab hac hora in antea sis mea vxor, vel iuro quod habebō te pro legitima vxore. ] de hoc vide 22. q. 4. §. ultimo. versic. est etiā. Item si dixeris, [ iuro vel promitto tibi tanquam vxori, ] dummodo verba mulieris sequantur, contrahitur matrimonium per quemlibet prædictorum modorum, vt not. ibid. Spec. eodē tit. §. 1. Item ibi, si dicat vir, iuro quod tu es vxor mea: & mulier è contrā, iuro quod tu es vir meus: dicunt quidam quod non sit matrimonium de præfenti, sed sponsalia de futuro, capiēdo es pro eris. ff. de Verb. significat. l. verbum erit. Nam & si sint verba præfentis temporis, non tamen ad matrimonium apta: ergo alij dicunt, quod nec sponsalia contrahantur. Sed ibi, [ promitto, quod te ducam in vxorem, & de cætero tenebo te in vxorem, ] sunt sponsalia, quia sensus est, ego te ducam, & ex quo te duxero, de cætero te tenebo. ar. c. ex Litteris. 2. de Spon. Secus si non addito verbo [ ducam, ] dicat [ promitto quod tenebo te de cætero in vxorem, ] etiā dimisso hoc verbo de cætero, tūc est matrimonium, vt cap. ex parte. de Spon. præalleg. De origine autem matrimonij, quod sit à triplici iure, videlicet à naturali, gētium, & ciuili, vide in glō. Inst. de Iure na. gent & ciuili. in principio, super ver. [ matrimonium, ] & quot modis potest impedire, vide Inst. de Nu. in gl. super ver. [ enumerari. ] vbi ponuntur quatuordecim. **MATRONA** dicitur quæ iam nupsit, quasi quæ in matrimonio conuenit.

**MATRIBLES**, sunt filij & filia matris. l. 1. ad l. Pomp. de patri.

**MATVLA**, genus vasis ad vrinam, & aquam tenendam. proinde mundo muliebri continentur, vt scripsit Vlp. in l. argumento 25. §. mundus 10. ff. de Au. & arg. l. Alio nomine [matella & matellio] dicitur. Plaut. in Amphitr.

*Ne tu postulas matellam vnam  
tibi aqua infundi caput.*

**MATVRARE**, quandoque significat festinare, quandoque est per solem digerere, vt fructus maturentur.

**MATVRVS** quis, tripliciter ostenditur, vultu, gestu, voce. Spec. in tit. de aduoc. §. 3. ver. [cum autem.]

**MAXIME** quandoque dicitur comparative. Aliquando pro [tantum] de fil. presbyt. c. ad abolendam. Aliqui legunt [maxime] pro [magis,] & sic tenetur proprie, secundum Ber. ibidem. Item [maxime] supponit idem in alio sensu, sed maiorem esse rationem in Expresso. C. vnde lib. 1. fin. Aliquando subauditur, vt l. verum. in prin. ff. pro socio. Ad primum facit ff. de Prob. l. cum deinde. in princ. & ibi maxime. de pen. & re. c. officij. in fi. de spon. c. sponsam. vide de hoc not. c. przall. ad abolendam. in addj. glos. 1. & per Ioan. And. super ea etiam not. de hoc in c. cum contingat. de fo. comp. in gl. 1. de Ele&. cum inter. & c. quoniam frequenter. §. porro vt lite non con. & proprie implicat idem in contrario sensu.

### *De Mante E.*

**MORCHIA** potest dici omnis fornicatio, 22. q. 4. omnis mœchia. & ibi plene.

**MEDIANVM**, idem quod mediu[m], verbum est architectonicum, quo frequenter vitur Vitru habetur hoc verbum & in l. si vero. ff. de iis qui deie. vel effud.

**MEDIASTINVS**, quemadmodum Priscianus in quinto carmine scribit, à medio videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc est, qui in medio lauantium stat. Horat. in 1. epist.

*Tu mediastinus tacita prece vna  
petebas.*

Acton, in media vrbe viuens interpretatur. Porphyrius, in media vrbe siue balneo exponit. Vlpian. lib. 47. tit. de Iniuriis. l. item apud. [Maltum interest qualis seruus sit, bonæ frugi, an mediastinus.] Nebr.

**MEDIASTINVS** seruus, est ex abietioribus, ita dictus, quia domestica quæque vilissima ministeria obire in domo cogebatur, vt ligna congerere, domum purgare, & alia huiusmodi. Hoc autem nomine inde vitur, quia in media domus parte ad omnium aliorum iussus præsto esse debet. de quo meminit Iurisconsultus in l. item apud Labeonem. §. prætor ait. ff. de iniu. & in lib. ff. nau. cap. stabu.

**MEDICI** qui dicantur docet Iurisconsult. in l. 1. de Var. & extraord. cognit.

**MEDIUM** dicitur hæc vita 13. q. 4. hæc autem vita & not. Ioan. And. in proœm Clem.

**MEDOGRAMMATAEI**, in l. fin. C. de tab. scrib. & logogra. libr. 10. sunt quos scribæ consulebant. Demogrammatei legendum ex libro Ton. Basil.

**MELINVM**, de quo in l. quæstum. de Lege 3. species est coloris.



**MELOPROXIMVS**, vna dictio est, & est nomen dignitatis, vt not. in l. peculiari. C. de proximo sacro. scri. l. 12.

**MEMBRANA**, species chartæ, in qua describuntur instrumenta & alia quæ conseruatione indigent, & ideo dicitur, quia de membris eripitur. vt inst. de Rer. diui. in gl. literæ.

**MENDACIVM**, require supra, [dolus,] vnde August. dicit, [mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi:] quod sic debet intelligi cum intentione fallendi, quæ tunc ibi est, vel postea aduenit. Quandoque enim aliquis aliquid promittit, non tamen voluntatem fallendi actum habet, sed postea acquirit.

**MENDICANTES** dicuntur quos in publicum quæstum instituta mendicitas vocauit, & illi reficiebantur publicis annonis. Validi autem & robusti non debent mendicare, ne miseris & debilibus panem auferant. C. de Mendican. val leg. vnic. lib. II. & in Auth. de quæst.

**MOENIA** dicuntur proprie ædificia murorum ciuitatis, sic dicta, quia maniant ciuitatem. Et interdum dicuntur mœnia abusiue omnia ædificia.

**MENIANA**, vt ait Festus Pompeius, ædificia erant à Menio ciue Romano sic appellata, non à mœnibus sic dictam, vt putauit somnulosus Acc. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Hic est ille Menius qui post bona patris absumpta locum sibi seruauit vnde ludos spectaret, de quo Horat. in 1. epist.

*Menius vt robus materna atque paterna.*

*Fortiter absumpsit, urbanus cepit haberi, &c.*

Locus autem ille fuit Menianum, quod vltra ædificia protendebatur, in viam publicam propendens Vitruuius lib. 5. [Meniana, inquit, superioribus coassationibus collocentur.] Suetonius in Caligula: [Cum apparatu circi perspicentem, pauci ex proximis Menianis postulassent.] Valerius de mortibus non vulgaribus [C. Licinus Macer, vir prætorius, Calui pater dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit.] Iabolenus de verb. sig. l. malum nauis. 242. [Qualia, inquit, Meniana & suggrunda essent.] Vlp. in tit. ne quid in loc. pub. l. prætor ait. [Cum quidam, inquit, velum in Meniano immisissum haberet.] Neb.

**MENIANA** dicta sunt podia & eiusmodi exteriora porrecta ædificia. Originem huius dictionis pulcherrimè exponit Alciat. in l. malum. 242. de Verb. sig.

**MOENIVM** vel mœnarium idem est quod vestibulum à mœnibus septum. Et dicitur ideo, quia mœnibus adhæret, secundum Hagonem. Alij ponunt [materium.]

**MENSA** sæpe in iure accipitur pro tabula, qua vtuntur argentarij. Inde mensarij, & mensularij dicti.

**MENSOR** est, qui metitur agros, columnas, vel signa, vel homines, vel frumentum, vel mœnia iuxta castrum, vel hospitia, vel etiã quod omnia officia assignat, secundum Accur. C. de Mens. in rub. lib. 12.

**MENSA** donat. Require Donatio.

**MERCATORES** qui verè & propriè appellandi sint, vide Alciat in l. mercis. 207. de Ver. sig.

**MERCIS** nomen ad mobilia tantum

tum pertinet. ff. de Verb. sign. leg. mercis. 207.

**MEREO**, meres, merui, est militare, siue stipendium in militia facere. Lucanus in 6.

*Castrorum in plebe merebat.* Iuu.

*Castrorumque ara merentem.*

Suetonius in Julio: [Meruit & sub Seruilio Isaurico.] lib. 49. Digestorum, tit. de Re milit. pro eo quod in libris antiquis legitur merere in recentioribus scriptum est militare. Nebr.

**MERETRIX** dicitur quæ multorum libidini patet. 34. dis. vidua, vel cuius turpitudine publicè venalis est. 32 q. 4. meretrices, & in gl. 2. c. inter opera. de Sponsal.

**MERITORIVM** siue meritoria taberna, est stabulum siue caupona in quam viatores diuertunt: dictum meritorium à mercede quam solvunt Iuuenalis,

*Nam qua meritoria somnos admittunt.*

Valerius de duobus Arcadibus: [Quorum alter, inquit, ad hospitem se contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit.] Vip. in tit. de In iuriis. l. lex Corn. [Ad meritoria, inquit, vel stabula non pertinet. c.] Accur. nescio quas nugæ somniat, neque id mirum, cum vigilans quid esset meritorium nescierit. Neb.

**MERITORIA** dicuntur diuersoria,

**MERVM** imperium, est habere gladij potestatem, ad puniendum facinorosos. Vnde merum imperium dicitur quædam summa potestas per quam ea quæ sunt iurisdictionis maximæ explicantur. Et merum dicitur, quia separatum a cognitione pecuniaria, eo quod inde nullam sequitur

commodum pecuniarium, vt Instit. de Publ. ind. in princ. Hæc autem sunt meri imperij, facinorosos puni e. delinquentes incarceratione, membra mutilare, pœnam capitalem imponere: & hæc pœna est triplex, vt dicit Host. de Iureiu. c. veniens, scil. mors, exilium, & relegatio, ff. de Pub. iud. l. 2. Alia de mero imperio, vide in ver. [mixtum imperium.]

**MESONAVTA**, est infimæ conditionis seruus in naui, sicut mediastinus domi, de quo supra, nam mesonauta ex eo dictus videtur, quod in media naui residens omnibus præsto sit.

**METALLA**, dicuntur venæ vnde eruitur argentum, æs, & cætera quæ vulgus indoctum appellat metalla, dicta sunt autem metalla à metallo, quod est scrutor sine inquiri: aut dicuntur metalla, quod alia vena post aliam inueniatur, quod videtur Plin. lib. 34. significare, vbi scribit, quod vbiunque vna vena est inuenta, non procul alia inueniatur. Hinc metallarij & metallici dicuntur, qui sunt damnati ad metalla, hoc est, ad effodiendam terram ex metallis. Aliquando simpliciter accipiuntur pro effossoribus metallorum, vt in lib. Digestorum tit. de Pœnis & lib. 11. Codicis tit. de metallariis. Neb.

**METALLVM** & æs. sunt nomina generalia mineras significantia. differunt metallum & opus metalli: vnde ille damnatur in metallum, qui ligatur cum ferro, & onere & labore grauatur, vt non liceat ei facile abire. Sed ille damnatur in opus metallicum, qui ibidem liberas habet habenas, & alijs metallum fodientibus ministrat, & illius leuior est pœna, alterius autem grauior, de quo

quò gl. no. Inft. Quib. mo. ius patr. pot. folui. § pœnz feruus. 3.

**METALLARI** sunt, qui affluentiam exercitij metallorum habent, vt C. de Metal. & metallar. & proc. meta. secundum Accurs. super rubr. l. 11.

**METALLARI** veriùs dicuntur, qui metalla è terræ visceribus effodiunt.

**METALLICVS**, idè qui metallarius.

**METASSI**, alias dicuntur [metharij purpurei] C. quæ res vendi non possunt. l. 1. Vel est color quidam.

**METATA**, diuersoria quæ prouinciales præbere solebant, & onera recipiendorum hospitiũ Rubr. C. de Mercat. & Epide. vet. l. vlt. in fin. ff. de Maner. l. 6. C. de Profess. & medic.

**METATOR**, siue metatus, siue mensor, dicitur, qui iussu atque auctoritate principis milites in domibus incolarum collocat, siue in castris, qua parte debeat quisque tentoria figere, ostendit. Vnde dictum est castrametari. Lucanus in 1.

*Hesperios veniam metator in agros.*

In C. Iustiniano, tit. de metaris. l. 1. [Si quis, inquit, metatorum nostrorum manum qua deputatur singulis quibusque domus, & postibus hospitatori nomen adscribunt, delere non dubitauerint, ad instar falsi criminis constituti teneantur.] Neb.

**METATORES**, vt ex Vegetio tradit Budæus sunt qui demetiuntur loca ubi milites figant tentoria vel qui milites figant tentoria, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant. Hos Italiçè forreros appellamus.

**METAXA**, est congeries illa penforum ex lino aut lana, quam Hispani pauci literis immunitatis vocant medaxa, vt in lib. 11. Cod. Iustiniani, tit. de Murleg. l. lotas in posterum sericoblata, & metata. Virgilius lib. 6 [De paludibus, inquit, tenues colligantur metaxa.] Neb.

**METAXA**, sericam: vnde metaxarij, negotiatores qui sericum emunt venduntve.

**MORTICI**, latinè incolæ dicuntur, l. pupillus de ver. fig.

**METRETA**, genus mensuræ tres vinas continens.

**METROCOMIA**, interpretatur villa matrix, dicta à μητηρ, quod est mater, non quod Accurs. hallucinatur, à μέτρον, quod est mensura, & κωμη villa, accipiendo villam, vt nunc vulgus loquitur. Iustin. lib. 11. Cod. in tit. non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneam conferre. Nebr.

**METROCOMIA**, est villæ mensura quæ datur translatis iussu principis, vt C. de iur. fil. l. certa vnde μέτρον Græcè, mensura latinè dicitur, & κωμη villa, inde metrocomia quæ mensura villæ, secundum Accurs. C. non lic. habita. metro. loca sua ad extra. confer. super rubr. lib. 11. Etiam metrocomiæ sunt parochiæ vel dioceses.

**METROPOLIS** interpretatur ciuitas matrix: neque dicitur à metros, quod est mensura, vt imperiti existimant, sed, quod de metrocomia diximus, à μητηρ, quod est mater: vnde alia complura derivantur, quæ in suo genere significant præcipuum & excellens, vt octyometra, tetrigometra, echinometra, accentu in penultima pro duce coturnicium, cicada-rum, & echinerum. Mode, lib. 26.

Dig de excusatio. l. si duas [Decet autem maximo numero vti metropoles gentium.]

**METROPOLITANI** à mensura ciuitatum dicuntur, quia decem vel vndecim debent sub se habere ciuitates. 6. q. 3. can. 1. Vel dicitur à *μητρος*, id est, mater, quia metropolis est mater aliarum ecclesiarum, secundum gl. ibidem. Etiam metropolitani singulis prouinciis præminent, quarum auctoritati & doctrinæ ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus reliquis episcopis nihil agere licet de his quæ spectant ad totam prouinciam, secundum gl. 21 di. cler. §. metropol.

**METUS**, est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio, vt ff. eo. l. tit. leg. 1. Et not. quod licet non sit necessarium periculum esse præsen, tamen exigitur metum esse præsentem, saltem pro futuro periculo. ff. eod. tit. l. metum. 2. nam per metum non quilibet timorem accipimus, sed maioris mali, vt in l. metum. præall. Et dicitur metus, quia mentem tenet vel terret seu impedit Qui enim timet, non semper gerit in corde quod habet in ore de hoc vide gl. 2. c. ad audientiam de his quæ vi met. cau. sunt. Inde meti culosus, metu plenus, scilicet qui metuit timenda & non timenda. Et distingue metus, quia alius est probabilis, qui cadit in constantem virum & animosum, & hic excusat, vt est metus pœnæ mortis, & cruciatus corporis, metus Rupri, & seruitutis. Alius est non probabilis, scil. qui non cadit nisi in hominem pusillanimum & formidolosam, & hic non excusat vt in c. cum dilecti eod. tit.

**MEVM** est, quod vindi. ari potest l. Quintus ff. de Auro & arg l. quin

etiam actiones meorum verbo continentur. l. meorum de Verb. sig.

### De M ante I.

**MILIS** est, qui iurat se non euitaturum mortem propter reip. salutem, vel qui iurauit à signis non recedere. ff. Quib. ex cas. maior. l. pen. & scriptus in matricula, vbi a'ij milites scripti sunt ff. eo. l. tit. leg. 1. per totum. Etiam dicitur à malo quod sustinet pro aliis, vel à mille, quia ex numero mille hominū eligitur, vt ff. de Mi test. l. 1. §. miles Vnde secundum Azo. miles dicitur à malitia id est, duritia, vel à mille, quia de mille forte solum vnus eligebatur in militem, & sic dicitur quasi millesimus Et not. ad hoc, quod vt quis dicatur verus miles, sex sunt necessaria Primo, vt non sit negotiator. C. ne mili. nego. l. 1. lib. 12. Secundo, vt examinetur, C. qui mili. non pos. leg. 1. lib. 12. Tertio, quod ei ensis cingatur ff. de test. mil l. 3. Quarto, stigma, id est, nota publica debet suo brachio inscribi vel imponi. C. de fabric l. 3. lib. 11. Quinto, in numero aliorum debet poni & scribi. ff. de Test mil l. ex eo. Sexto, quod talis habeat priuilegium legis concessæ militibus. vnde,

*Stigma, mucro, scriptum, genus, examen, sacramentum.*

*Hæc sex quæ dixi possunt in milite quari.*

Vt no. Inst. de test. mil. in princ. circa gl.

**MILIARIUM**, vas erat ad coquendum milium accommodatum, quemadmodum pultarium

ad coquendum pulvem. Cato de Re ruti [Inter orbē & miliarium unum digitum interesse oportet.] Palladius lib 5. de re Rustica: [Vas, inquit, æneum miliario simile.] Pomponius libr. 33. tit. de Aur & arg. leg. 1. & si [Certè si cacabos argenteos habeat, vel miliarium,] pro quo, littera expuncta, lege tu miliarium. Ne. **MILIARIUM** simplici l, vas est quo panicum de milio coquitur, vt scribit Accurs. in l. etsi de auro & arg leg miliarium verò duplici l, dicuntur mille passus.

**MIMI**, sunt ioculatores & alienæ personæ imitatores effictoresque veluti histriones, & alij id genus gesticulatores.

**MINICULATOR**, is dicitur qui literas maiusculas, hoc est, initiales siue capitales ex minio libris ex atramento iam scriptis, adhibet. Vlp. lib. 38. tit. de ope. lib. le. vt iurifurandi. [Si fortè, inquit, vel librarius vel miniculator,] sic enim in libris antiquioribus legitur, & magis coheret ei quod suprâ dixerat librarius, & ei quod sequitur, vel calculator.

**MINICULATORIS** nomine vsus est Vlp. in l. vt iurifurandi. de ope. liber. pro eo qui capitales litteras manuscriptis codicibus minio aut rubrica præfigit.

**MINIMA** causa, est causa duorum aureorum, quia pro ea non datur actio de dolo, vel decem aureorum, aliàs decem solidorum, vel quæ ad sumptus iudiciales non sufficit, 2. quæst. 6. anteriorum. §. illud. de hoc est glo. vnica in ca. de Appel. tit. de appel.

**MINISTERIARI** (aliàs ministeriani) dicebantur fortè à ministrando, qui præerant castris principū. C. de Castren. & minister lib. 2.

**MINISTERIUM** aliquando significat ministram. l. in eadem. ff. Ex quib. cau. ma. l. 2. de ser. fugit.

**MINOR** est, qui nondum impleuit vicesimum quintum annum: aliàs minor sumitur generaliter pro quolibet inferiori.

**MINUS**: hæc dictio quandoque vim non habet comparatiui, unde minus soluisse intelligitur, & qui nihil soluit l. minus. de Verb. sign. Interdum refertur ad tempus quo fit, vt minus soluere dicamus, qui serius quàm debebat soluit. l. si cui de Verb. sign.

**MIOPE**s Latine sonat quasi minus videntes dicas, teste Alciat. in l. inter stuprum. de Ver. sign.

**MIRACULUM** dicitur proprie illud quod contingit contra naturam: nam si naturaliter aliquid posset contingere, non esset miraculum, & quot sint necessaria ad esse miraculi, vide gloss. Spec. circa finem. in cap. 1. de Reliq. & vene. sanct. lib. 6. & qualiter probetur, vide Gemin. in cap. 1. num. 4 & ibi in Apostil. in verbo. [directa probatione] de confess. lib. 6. Bald. in l. solam. C. de Testib. & hæc in ca. venerabili. eod. tit. Alex. & der. confi. 3. volum. 3.

**MYROBRECHARI**, qui vnguenta vendunt: hoc nomine tamen proprie appellantur qui delibatos capillos gerunt. Alciat. in tres posteriores libr. Cod. tit. de excus. art. l. 1.

**MISERABILES** dicuntur omnes illi quibus nos ex natura mouemur ad miserandum propter fortium iniuriam, puta, senes decrepiti, debiles, diuturno morbo fatigati, etiam si sic sunt diuites, viduz. Etiam religiosi inter personas miserabiles computantur. not. per Azo. in sum. quando Imperator inter pupil. & vidu. in ff.

& vide latè Alberi. in suo dictiona. in verbo. miserabiles persone.

**MISCEB & confundere differunt, vt not gl. Instit. de Rer. diuis. §. quod si frumentum.**

**MISSA solennis, est illa quæ dicitur etiam non pulsatis campanis, nec alta voce. Abbas in capi. permitimus. de sententia excommunicata. quod est intelligendum nisi communis vsus loquendi aliter se haberet, secundum Felin. in d. capi. permitimus.**

**MISSILIA (aliàs missalia) dicuntur donaria vel quædam præstationes, quas nouus prætor creatus mittebat in vulgus, vt quod quisque apprehenderet, eius fieret, vt in coronatione. Papa vel Imperatoris fieri solet, vt per hoc pressura minuatur. de quo gl. in §. hoc amplius. Instit. de Rerum diuis.**

**MISSIONVM, id est, dimissionum in re militari multa sunt genera, quæ clare explicat Iuriscons. in l. 2. de iis qui not. infra.**

**MITRAS** enumerat Vlpian. inter vestimenta quibus mulieres tegendi capitis causa vtuntur l. vestis. de Auro & arg. leg.

**MITTERE in possessionem, est possessorem facere aut in possessionem ducere, vt rem custodiat: verbi gratia contendisti mecum fundum Castellanum esse tuum, & probasti: iudex per executores mittit te in possessionem, id est, facit te possessorem. Item, volui agere cum Titio, qui citatus noluit venire ad iudicium, iudex me mittere debet in possessionem fundi quem petebam, non vt possideam, sed vt custodiam rem. & maneam in fundo, vt ipse Titius tandem tædio affectus veniat & litem suscipiat, donec probauero illam rem esse meam.**

vide glo. fin. in cap. contingit. de dol. & contu. quid operatur missio in possessionem in actione reali & parionali ex 1. & 2. decreto.

**MITTERE in possessionem, nomine ventris, & mittere in possessionem nomine eius qui est in ventre, vt cum mulier prægnans mittitur in possessionem nomine filij vel filie hæredis, quem vel quam habet in vtero ex marito præmortuo.**

**MIXTVM imperium est potestas media, per quam ea quæ sunt in iurisdictione media explicantur. Et dicitur mixtum, quasi ex iurisdictione & mero imperio, eo quod habet comòdam pecuniarum, & pertinet ad ipsum honorum possessionem dare, in possessionem mittere, iubere, cauere, pupillis tutores dare, & omnes alie pœnæ graues præter pœnam capitale & mutilationem, vt est relegatio, fustigatio, vel grauis correctio ff. de Iurisdic. omn. iudic. 1. in gl. & in textu. Aliter distinguitur prout recitari solet circa capit. quod sedè. in gl. 1. de Offic. ordin. Merum imperium, est quædam summa potestas & alta ex publico inducta, vt gladij potestas ad animaduertendum in facinorosos: & est apud principes principaliter, scilicet Papam & Imperatorem. Et in spiritualibus merum imperium est, vt depositio, translatio sedium episcopaliū, & diuisio duarum ecclesiarum Cathedralium, vel diuisio vnius in duas, vt in c. quod translatione de Offic. le. vbi vide plura in glof. Sed in sæcularibus merum imperium est pœna capitis, (vt supra.) quæ principaliter est apud principes sæculares, scilicet reges, duces, marchionas, comites, &c. Et etiam apud Archie**

Archiepiscopos, Patriarchas, & Episcopos, tanquam apud missos, vt in c. solite §. subditi de Maior. & obed cum suis concor. Mistum verò imperium est quædam bassa vel media potestas ex publico iudicio, & parte à iurisdictione, vt est in spiritualibus dedicare ecclesias, vel altaria consecrare, & virgines velare. Et alia possunt committi non habenti iurisdictionem, vt in gl. præall. & ea quæ sunt meri imperij, expediuntur iudicis officio nobili & principaliter intèdunt ad bonum public.

**MIXTUM** imperij quæ sunt, etiam expediunt iudices ex officio nobili, sed principaliter tendunt ad bonum priuatum. Sed ea quæ sunt simplicis iurisdictionis, expediuntur iudicis officio mercenario, & tendunt etiam ad bonum commune. Venit ergo ab imperio inferiorum, id est, paruum imperium, quod habent iudices inferiores de hoc notatur in capitulo, si diligenti. de foro competenti.

### De M ante O.

**MOBILITAS**, licet hoc verbum passiuam recipiat significationem, & verbum, mouent. & actiuam, tamen pro eodem accipiuntur, nisi aliter de mente ea proferentis constet. l. mouentium. de Verb. signif. vbi Alciat.

**MODERATIO** importat diminutionem. Et sic not. pro statutis quæ dicunt de moderatione pœnæ ad arbitrium potestatis, quia moderatio importat diminutionem: ita Felin. in c. ex litteris. vers. fallit secundò. & vers. tertia declaratio. de Constit.

**MODUS**, & modulus, plerunque

pro mensura accipitur, vt Horat. in 2. Sermon.

*Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.*

Frontinus de aquæduct. [Aquarum, inquit, moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram instituendi sunt.] in lib. Digest. l. 1. tit. est. [si mensor falsum modum dixerit.] & ibid. sapè. Paul. l. 39 tit. de dano infecto. l. damni. [Eum, inquit, qui modulorum aut riuu faciendi causa.

**MODICA** summa in iure variè intelligitur, de quo vide Alciat. in l. hæc adiectio. de Verb. sign.

**MODIUS**, est mensura sexdecim sextariorum: continet autem sextarius vncias quinas denas, sic dictus, quod sexta sit pars congiij. Alc. in leg. viuaria de Verb. sign.

**MODIOIVS**, poculi genus. l. Seiz. de Ant. & arg. leg.

**MODVS**, est moderamen dispositionis per appositionem oneris tanquam causæ finalis, vt patet ex legib<sup>9</sup> de ipso loquentibus. Et dicitur moderatio ad differentiam conditionis, quæ est non moderatio, sed suspensio. Dicitur tanquam causæ finalis: v. g. promitto vel lego, vt illud facias: nam si dico promitto, & illud facias, tunc non esset illud per modum causæ, sed alterius dispositionis, & hoc capiendo modum specialiter, sed generaliter est omnis dispositio vel qualitas adiecta dispositioni. l. obligationu. §. modus. ff. de Act. & obl. Fuit autem modus per illas dictiones, vt dummoda, ne, id est, vt non. &c. Sed quia facit causam, & si conditionem vt supra de cond. Nam modus significatur per omnem dictionem vel orationem ex suo proprio significato, vel aliàs moderationem

derationem importantem, v. g. dono vel lego equum, vt des illi equum. C. de His quæ sub mod. legat. relin. l. 2. & l. cum ab eo. ff. de Contrah. empt. ibi [ vel: ti si emptor hoc modo, ] vbi dicitur quod si emendo fundum pignori obligatū à te hoc modo dicā vt libereres: tūc liberare teneris. Et sic modus si per dictionē vt. Etiam in dictione dummodo, eadem est significatio, vt d. l. cum ab eo. Itē in adverbio ne, vt dicendo [ Titium heredem instituo. ne fidei commissa ex testamento Sempronij retineat ] qua dictione. exponitur pro vt non, & sensus est, vt nō retineat ] cum patet §. Titio. vers. planē ff. de leg. 2. Idē in præpositione ad, vt dicendo, [ Lego illi mille ad monumentum meum ædificandum, ] quia sensus est, vt ædificet monumentum. l. quibus diebus, §. fin. ff. de Condit. & demonstrat. Idem in dictione pro, vt [ lego decē pro cura corporis mei sustinenda ] l. Lucius. §. fin. ff. de leg. Idem in præpositione in, vt dicendo, in cura corporis mei, in monumento faciēdo, &c. Sed si diceretur, lego vxori meæ in tempus liberorum, tūc faceret conditionem Idem in dictione nomine, vt dicendo, nomine dotis puellarū pauperum, vel redemptionis captiuorum lego, &c. Vbi non significatur conditio, sed modus. l. nulli. C. de Episcop. & cler. Ratio quia captiui semper sunt capti, & puellæ semper sūt pauperes: Secus si relinqueretur nomine dotis certæ personæ, vel redemptionis certæ personæ, quia tunc faceret conditionem. Et idem dic in omni alia parte orationis, quæ ad hoc significatum potest adaptari ex se vel subiecta materia.

**MODULI** dicuntur quedam formulæ & mensuræ cementariorum, per quas modi & quantitates lapidum comprehenduntur.

**MOLAB**, non supelletilis, sed instrumenti appellatione continentur. l. dolia. de fund. inst.

**MOLBS** videtur accepisse Vlp. in l. 1. de impens. in reb. dot. fact. pro structuris ad arcendum aquas paratis.

**MOLIOR**, moliris, est moles ad ædificium aliquod coaptare. Virg. 1. Æneid.

*Molirique arcem, & manibus subuoluerè saxa.*

Vlpian lib. 29 l. 1. de Noui operis nunc. [ Qui fortē in publico vel in priuato quid molitur. ] Inde molitio, onis, pro ipso apparatu ædificandi, vt ff. eodem tit. l. stipulatio.

**MOLITIO**, inquit, non impeditur. Demoliri verò & demolitio opponitur ei quod est moliri, & molitio, pro eo quod est diruere, & diratio, vt in cod. tit. sapē. Nebr.

**MOLIRI**, est conari. cap. quia ex eo pat. lib. 6. aliquando ponitur pro facere, vnde demoliri pro destruere. l. 1. §. nunciatio, 2. de oper. no. nuncia.

**MOLA** manualia, siue manualis, siue trifastilis, dicitur quæ ad frumētum molituram manu circūagitur, quæ, vt ait Virg. in More.

*Rotat assiduus gyris, & concitat orbem.*

Mola quoque iumentaria, & ex Euangelio, mola asinaria, est quæ iumenta versant. Labeo. li. 33. Di. de fun. inst. l. dolia. Molas inquit, manualias supelletilis, iumentarias autem instrumenti esse Offilius ait, Molas verò aquarias, hoc est



est, aquas versatiles, ante Iustini-  
ani tempora fu sse nondum legi.  
Is enim in tit. de Aquæ d. l. i. de-  
cernimus molæ aquariæ memi-  
nit, quam sermonis Latini ignari  
molendinum appellant. Nam  
quod legitur asina molendinaria  
in tit. de sand. instr. l. cum de la-  
nionis. non à molendino, sed à  
molendo ductum est. Ant Neb.

**MOMENTANEA** possessio quæ &  
cur dicta, vide supra in ver. [in-  
terdictum momentaneæ posses-  
sionis.

**MONACHI**, inde dicti sunt, quasi  
solitarij. Eugenius verò Papa vi-  
detur deducere à voce Græca  
μόνος, quæ vnum significat, &  
μόνος, id est, tristis, quia mona-  
chus debeat stare solus & tristis,  
vt i 6. quæst. cap. placuit, 2. & qui  
proprie appellentur monachi, &  
quomodo differant à fratribus,  
docet Abb in cap. causam quæ de  
iudic.

**MONAZONIVM**, locus in eremo, in  
quo monachi congregantur: mo-  
nantes verò dicuntur solitariè  
viuentes, l. quidam ignauix, C. de  
Decur.

**MONETA** adulterina id est, falsa, C.  
de fals. monet. l. i. sicut & scien-  
tia non vera dicitur adulterina,  
vt in proëmio Digestorum, §.  
hæc autem.

**MONETALES** triumviri dicti sunt  
aris, argenti atque auri flatores, l.  
2. de Orig. iur.

**MONETARIJ**, qui monetam cu-  
dunt. Aliàs secundum Alciat. in  
Rubr. C. de gynæcia pro quodam  
textrini officio accipiuntur.

**MONIALIS**, est quæ professæ est se  
velle viuere secundum regulam  
beati Benedicij, Basilij, vel Au-  
gustini, capite perniciosam, i 8.  
quæst. 2.

**MONOGAMVS**, est vir vnius vxo-

ris: sicut bigamus duarum vxo-  
rum.

**MONOMACHIA** Require supra  
[Duellum]

**MONOMEROS** agere dicitur is, cu-  
ius aduersarius in iudicio non  
adfuit: ex quo eremodiciam con-  
tingit. Nam (vt ait Hesychius) ἄν-  
ρην μονομερῆς δίκην. Paul. l. vlt. ff. ad  
Sen. Conf. Trebell. [Polycrates fi-  
dei commissum petierat, & obi-  
nuerat apud Aurelium Proculum  
proconsulem Achaix, appellatio-  
ne facta, cum solum Phœbus egis-  
set μονομερῆς, victus est.]

**MONITORES** serui à colono præ-  
fecti, vt operariorum, veluti vin-  
ctorum, & aratorum turbam obe-  
untes, & vnumquemque moneant,  
& segniores castigent. Vlp. l. 8. ff.  
de Inst. vel Inst. leg. [Quærendi,  
veluti homines qui agrum co-  
lunt & qui eos exercent, præpo-  
sitive sunt hi, quorum in numero  
sunt villici & monitores.]

**MONOPOLIUM**, est alicuius nego-  
tiationis, aut officij superioris v-  
nica exercitatio cum prærogati-  
ua, & singulari inito pacto. Verbi  
gratia, causa negotiationis ali-  
qui inter se paciscuntur, ne pos-  
sessio aliqua pretio minori ven-  
datur, quàm ipsi inter se consti-  
tuerunt, vel venditores panis vel  
cuiuscunque negotiationis in-  
ter se pacti sunt, vt rem aliquam  
venialem vtilem & necessariam  
reipublicæ non dent pro minori  
pretio quàm conuenerunt ven-  
dere, vel ne aliquos instruant in  
arte sua, nisi filios vel nepotes, vt  
ipsi solum commodum artis vel  
negotiationis faciant & habeant.  
Isti enim dicuntur monopolium  
exercere, & grauissimè puniendi  
sunt, quia directè huiusmodi  
conventiones sunt contra prin-  
cipem. Et dicitur secundum

**Azonem** à *μόνος*, quod est vnum, & *πόλις*, id est, ciuitas, quasi vna negotiatio in ciuitate, vel societas vna ex pacto. Et inde dicitur monopola pluraliter, & monopolus, & est qui vult esse solus in ciuitate venditor, sive qui impetrat, quod sibi soli liceat in ciuitate aliqua specialia vendere, emere vel facere. Vel monopola sunt, qui impetrant quod ipsis solis liceat huiusmodi facere, & in vendendis rebus certum pretium statuere, contra quod nemini liceat vendere. Vel dicitur monopolium à *μόνος* & *πώλειν*, id est, vendo, quasi vno modo facienda venditio, & talia commercia sunt prohibita. C. de Monopol. & illi conuen. nego. l. vn. Eodem modo binopolium dicitur à *binopolis*, & binopola, quasi bino modo facienda emptio.

**Mons** dicitur à mouendo, per contrarium, quia non mouetur, ex figura antiphrasi, sicut bellum, lucus, & similia, secundum Bart. in tractatu Tyberiadis, vers. [est autem mons.]

**MONSTRUM** appellatur, quod est contra naturam, vt Minotaurus.

**MONUMENTVM** est illud repositorium, in quo mortui reponuntur, sicut sepulchrum sine corpore, & dicitur à moneo, quia extat ad memoriam defuncti. leg. monumentum, ff. de relig. & sumpt. fuer.

**MORA** fieri quando dicatur, tractat diffusissime Iurisc. in l. mora fieri, de Vfur.

**MORATORIA** cautio, dicitur quae datur ad hoc, vt quis differat & expectet.

**MORBVS**, est habitus cuiuscunque corporis contra naturam, qui vsum eius ad illud facit deterio- rem, cuius causa nobis natura sa-

nitatem dedit, siue in toto corpore, vt febris, siue in parte, vt cæcitas, ff. de Ædil. edict. l. 1. sed sciendum.

**MORBVS** fonticus, est qui cuique rei nocet, ff. de Verb. significat. morbu, & dicit gl. ibi, cuique agenda, vt ff. de Ædil. leg. final. § final. ff. de Re iudicata, l. questum.

**MORVS** dicuntur frequentes adus hominum secundum lo. Theur. in princ. Decret. in gl. & in dist. mos.

**MORS** civilis, æquiparatur naturali in casibus à iure expressis, gloss. mag. in cap. susceptum, de Reser. in 6. & gloss. in cap. placuit, 16. quæst. 1. Vide tamen an & quando æquiparantur per Bart. in leg. ex ea parte, § in iuliam, ff. de Verb. oblig. Innoc. & Anton. de Butr. in c. licet de Offic. deleg. & Fel. ibi & Panorm. in c. cum as, de conuer. coniug.

**MORTVS** tenus, id est, ad mortem, § q. 5. notificasti te morte tenus infirmatum.

**MORTIS** causa capitur, quod propter mortem alicuius nobis obuenit, dummodo talis acquisitio speciale nomen non habeat, l. qui pretio, & l. mortis causa capitur, de Donat. caus. mort.

**MORTIS** causa donatio. Require supra Donatio.

**MORTIS** tempore fuisse videtur, qui in utero relictus est, l. intellendus, de verb. sign.

**MORTVARIVM** dicitur quod quis reliquit in morte, vt not. in cap. conquerente, de offic. ordinar.

**MORTVVS**, est rebus humanis exemptus de Offic. deleg. quamuis, & c. si delegatus, eod. tit. li. 6.

Dicitur autem quis mortuus sex modis. Primo spiritualiter, & sic dupliciter, scilicet, bene & male.

Bene dupliciter. Per Baptismum, & per poenitentiam de Consec. dist. 4. ut ostenderetur de poenit. dist. 4. multiplex. Male tripliciter. Primo baptizatus, ab ecclesia tamen unita. e. diuinus. de Consec. dist. 2. Christus. Secundo baptizatus in Ecclesie unitate consistens, tamen criminofus. 3. q. 4. hi qui. c. canonica, ead. cau. quæst. 5.

Tertio baptizatus & æternaliter damnatus. de Consecrat. dist. 4. filias. Secundo ciuilitate, ut ab hostibus captus, seruus effectus, libertus in seruitutem ob ingrati-tudinem reuocatus. Et dicitur e contrario viuere, qui immaniter occisus est propter fidem Christi, quare mors sanctorum frequenter dicitur ab Ecclesia natalis eorum, quasi tunc ad vitam nati sint. Tertio speculariter, ut monachus. 16. quæst. 4. placuit 1.

Quarto affectualiter ut Paulus mortuus fuit, ut ait [mih]i mundus crucifixus est, & ego mundo. ] 27. quæst. 1. quæ Christo. Quinto carnaliter, & sexto corporaliter, qui duo modi poni possunt pro eodem, & sic Lazarus mortuus erat. 24. quæst. 1. si quem forte. Et differunt mortuus & occisus. l. proinde. ff. ad l. Aquil. nam quilibet mortuus non est occisus, sed econuerso, & ita hæc duo se habent ut genus & species, ut creditum & mutuum l. 2. §. appellata ff. si cer. pe. Et qui mortui nascuntur, neque nati neque procreari videntur. l. 2. C. de posthu. heredi instit.

Mos est longæua consuetudo, de moribus tantummodo tractatur in c. mos autem. dist. 1. vel secundum Ikd. mos est consuetudo uetustate præscripta, & de hac dictione not. in l. pen. & in Anth. & consequenter. Cod. de senten. & Voc. Iur.

interlo. omni. iud.

Mos secundum Festum de Ver. sig. est institutum partium, pertinens ad religiones ceremoniasque maiorum. Ex quibus uerbis apparet morem obseruationem quandam esse, non lege, sed iudicio & opinione confirmatam. vide Budzum in annot. ad Pandectas. ff. de Inst. & in. in lius ciuile.

MOTU proprio gratia fieri censetur, quando hoc expresse cautum est in eadem: nec sufficit si probatur quod Papa motu proprio fecerit, nisi contineatur in litteris, e si motu proprio de Præben. lib. 6. & ibi concor. in gl. fin.

MOVENTIA, uide [mobilia]

MOVERI controuersia dicitur, non solum agendo, sed etiam resistendo. l. non solum. §. si status, & ibi. gl. ff. de Procura. & per Dyn. in §. omnium. Inst. de Actio.

Mox qualiter capiat, est gl. in C. quia propter. de Elect. super uerbo mox. & in l. 1. ff. si certum petatur.

### De Mante V.

MUCOR, est vitium panis, unde dicitur, panis mucescit, vel mucidus fit.

MVERO, est ensis. de hoc uide Archi. in c. si. de except. lib. 6. Et sumitur quandoq; pro excom. ut 16. q. 1. c. vllis. 24. q. 3. corripantur.

MVLGERE, id est, lenire, placare, vel blandiri.

MVLCTA, est animaduersio vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta ad correctionem malorum morum. Pœna autem est certa, imposita à lege, quam quisque potest, ut not. in lege quicunque. in gloss. super uerbo, vel tertio. Cod. de seruis fugi. in l. multa. ff. de condi. & demonstra. Dici-

cur autem multa il a pœna, quæ non est à lege statuta vel expressa: nam iudices in pluribus casib. legibus non scriptis sic multare possunt litigantes. Ex hac patet differentia inter multam & pœnam. Nam pœna generaliter sumitur tam pro pœna pecuniaria, quam pro pœna corporali, seu capitali: sed multa pro pœna pecuniaria, & per sententiam à iudice irrogata: vnde bene appellatur à multa, non autem à pœna. I si qua pœna ff. de verb. sig. Item multa non indicitur nisi à maiorib. magistratib. sed pœna à quolibet iudice.

**MULTARE**, est punire in pecunia, & aliquando ponitur pro abbreviare. C. de modo mulc. l. i.

**MULIER** dicitur à mollitie mentis, & ideo varium & mutabile testimonium profert, facit gl. in cap. forus, extra, de ver. sig.

**MULIBRIS** appellatio licet propriè referatur ad corruptam, alioquin de contra. empt. & l. quaritur. de Edil. edic. non impropiè tamen quis appellauerit mulierem etiam virginem viripotentem l. mulieres. de ver. sig. & latiore signific. mulieres dicuntur omnes quæ femine sexus sunt. l. argumento §. muliebri. de Aur. & arg. leg.

**MULTO**, est castus mulorum. Vnde

*Mulio agit mulos, sed agaso ducit asollos.*

l. Idem iuris. ff. ad l. Aquil.

**MVL SVM**, potio quædam ex vino & melle. §. si duoru. Inst. de reru. diu.

**MVL SVM** potio est quæ ex vino & melle concinnatur. Hol. i. Serm.

*Lani præcordia mulsæ*

*Pro lueris melius,*

Martial. in dist. cuius lemma est Mulsam.

*Antica Nectareum tarbaris mella salernum.*

Vlp. lib. 33. tit. de Tritie. & vin. l. si quis [Si mulsam, inquit, si factum, vini appellatione non continetur.] Vlp. lib. 6. tit. de Rei vend. l. idem. [Si ex melle meo, & vino tuo mulsam factum sit.] Ant. N.

**MULTI** dicuntur duo aut tres. c. n. ratur. de Conse. c. dist. 2. & l. multis. C. de li. cau. Aliquando multi dicuntur vigintiquatuor millia, caa disciplina 45. dist. Quandoque quadraginta c. latores extra, de cler. excom. Aliquando decem, vt in aut. de trit. & semis. in prin. Et quot faciant multitudinem, vel dicantur multi, vide late per Bar. in l. Prætor. ff. Vi bono rap. Et an duo dicantur multi, vide Abb. in c. ad nostram de Reb. Eccl. non alien. Et qui dicantur pauci, vide c. latores. de cler. excom. min.

**MULTIFARIAM**, id est, multis modis. ff. de In cen. rui. & nau. l. ne quid, sic plurifariam, i. pluribus modis. ff. de In integr. resti. l. i. l. i. trisariam & omnifariam, vt ff. de muner. & honor. l. fin. §. hæc omnia, & de con. stip. l. optimam.

**MULTIPLICATIO**, est quando dispositio iteratur, seu multiplicatur. Verbi gr. testator plurib. heredibus institutis legat ab vno decem Titio, & ab alio decem, & sic de aliis à quolibet hære de decem insolidum debeatur. l. si plurib. §. i. ff. de l. 2. quia significat ut sumitur ex multiplicat. dispositionis, iuncto quod qualitas est multiplicabilis: ideo ex qualibet dispositione debetur quælib. qualitas adiecta. Item ibi testator ab hærede instituto legat decem Titio,

tio, & si hæres non erit, substituit  
 Scilicet, & ab eodem legat decem  
 eidem Titio, institutus non est  
 hæres, & substitutus tenebitur  
 tantum ad decem ab ipso relicta  
 vel ab instituto, quod idem est,  
 arg. l. licet ff. de Leg. 1. & l. seruo.  
 §. si quis apud eod. tit. Ratio, quia  
 substitutio significat substitutum  
 esse appositum loco instituti.  
 Item si testator legat decem Ti-  
 tio in testamento, & eidem Ti-  
 tio legat decem in codicillis, sin-  
 gula debentur, quia multiplicatio  
 significatur. l. quinquaginta ff. de  
 Probat. Sed ibi testator legat de-  
 cem Titio in Testamento, post in  
 eodem testamento legat Titio  
 decem, semel tantum debentur,  
 ut l. planè. §. sed si non. ff. de Leg.  
 1. quia ex eodem testamento &  
 eadem quantitate concluditur te-  
 statorem quantitatem non vo-  
 luisse multiplicare, nisi euidenter  
 probaretur contrarium. Sed ibi  
 testator legat decem Titio, po-  
 stea in eodem testamento legat  
 Titio 15 utraque quantitas debe-  
 tur. l. planè præalleg. & à contra-  
 rio sensu, cum dicit, eadem & est  
 ratio ex diuersitate quantitatis.  
 Secus, si diceret, Titio, cui legavi  
 decem, volo præstari quindecim:  
 tunc enim quindecim tantum  
 debentur. Idem dic in contracti-  
 bus, prout quodlibet probabile  
 medium concludit. Item multi-  
 plicatio deberi significatur: verbi  
 gratia, numeravi tibi decem, &  
 incontinenti stipulor 20: illa de-  
 bentur. l. si ita. ff. de Noua. & de  
 leg. quia significatur in sumitur ex  
 stipulatione facta incontinenti  
 post numerationem. Item ibi. pro-  
 mitto tibi decem, tibi promitto  
 20. bis teneretur, quia si intelli-  
 geretur de eisdem, promissio secun-  
 da esset frustratoria, quod non

est dicendum, arg. l. si quando.  
 ff. de legat. 1.

MULTOTIES & TOTIES. not. Archi. 9  
 quest. 3. non est.

MUNDVS muliebris. ut inquit Var-  
 ro, dicitur est à munditia. Idem &  
 ornatus, quasi ab ore natus: à  
 Grecis *κοσμος* dicitur. Unde mul-  
 ti fuerunt auctores, quos Galenus  
 citat, qui cosmeticæ, id est, de or-  
 natu scripserunt. Vlp. tit. de Aur.  
 & argent. leg. l. argumeto. [mun-  
 dus, inquit, muliebris, est quo  
 mulier mundior fit,] & subdit  
 quæ numerantur in mundo mu-  
 liebri, de quo etiam est tit. N.

MUNDVS (inquit Accur.) vocatur  
 instrumentum, in quo post factam  
 rogationem omnia comprehen-  
 duntur: à munditia, eo quod si-  
 ne vitæ peratione esse debet, l.  
 contractus C. de fid. instr.

MUNDVS muliebris, est quo mulier  
 mundior fit. l. argumento. §.  
 mundus. de Au. & arg. leg. & ibi  
 vide quæ continentur mundi  
 appellatione.

MVNERA patrimonialia & mixta.  
 vide Spec. tit. de censib. & exact.  
 in trac. libellorum. §. nunc autem  
 dicendum. ver. [quæ autem sunt  
 muneræ.] Itē munerum alia sunt  
 sordida, ut arena fodiendæ, calci  
 coquendæ, quæ in dignitatibus  
 constituti non consecuerunt su-  
 bire. Alia sunt sordida contrario  
 modo se habentia.

MUNICIPIVM, est oppidum in Italia  
 vel in provincia aliqua consti-  
 tum, in quo pacis obseruandæ  
 causa milites constituti erant. Si  
 aut in municipio nati sunt, non  
 minus dicuntur municipales, ut  
 l. municipes. ff. de Urb. signif.

MUNICIPIVM, est ciuitas, & muni-  
 cipes cuiuscunque ciuitatis ci-  
 ues appellantur. ff. ad l. Iul. de  
 amb. leg. 1.

**MUNICIPES** dicuntur qui cuiuscunque municipij, manerici, locive tenent custodiant. Et dicitur à munere & capio, non obstante quòd manus non capiatur. Et tamen municipes dicuntur, qui in eodem municipio nati sunt, vt in l. municipes. præall. Vel dicuntur qui in municipio faciunt munera, sed abusiue.

**MUNICIPALIS** honor, est administratio reipub. cum gradu dignitatis, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens ff. de mune. & hono. l. honor.

**MUNICIPALIS** magister dicitur ille, qui præest municipio.

**MUNICEPS**, originarius dicitur ab origine patris, non sua causa, vt in l. fil. C. de mun. & li. honor. l. io.

**MUNICIPALIA** iura sunt, quæ statuta vulgo appellamus, hoc est peculiare vniuscuiusque ciuitatis leges.

**MUNIFICES** milites dicebantur, qui munera militaria subibant, de quibus vide Alciat. in l. munus. de Verb. signific.

**MUNIFICVS**, est ille cui aliquod officium impositum: & res munifica dicitur, quasi munus faciens. l. i. de prædijs & omn. reb. nauic. lib. ii.

**MUNIMENTA** dicuntur probationes & instrumenta, quæ causam muniunt. vide de Electio. c. quauis. in glo. ff. l. 6. alias monimenta dicuntur, eo quòd mouent & informant iudices quid facere debent.

**MONUMENTVM** differt à monumento siue munimento, quòd monumentum est sepulchrum quod erigitur in defuncti memoriam, siue illud sit inane, siue cadauer complectatur. Munimentum verò est in ædificio illud quod ab inferendo damno defen-

dit, dictum à muniendo. Marcellus lib. i. ti. de Religiosis & sumptibus funerum. l. funeris sumptus. [ Munimentum sepulchri id esse Diuus Hadrianus scripsit, quod muniendi eius loci causa factum sit. ] Nebr.

**MUNIMENTVM**, est omne quo quis instruitur & munitur. e. cum qui, de proba. & per Arch. in c. quamuis. circa fin. de Elect. in 6. & c. pia. de exce. in 6. idem dic de documentis.

**MVNVS** est duplex, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum est, quod in administranda republica cum sumptu sine dignitatis titulo subministratur, vt ff. de Mu. & hono. l. i. in princ. Et differunt munus & donum, quia munus est cum aliquid datur causa præcedente, donum verò sine causa, vt ff. de Verb. sign. l. inter donum. Et inquit Paul. in l. munus. ff. de Verb. sign. munus tribus modis dicitur Vno modo donum. Altero modo onus, inde immunitas appellatur. Tertio officium, vnde munera militaria. Inde muniticeps qui munera ciuilia capit, Vnde dicitur:

*Dat meritum munus, sed confert gratis donum.*

**MVNVS** cum causa datur, donum sine causa. De hoc etiam per Ioa. And. in gl. in c. accusatus. de hære. lib. 6.

**MVRÆX**, est quoddam genus piscis: inde murilegulus, quasi legens murices. Sunt autem murices pisces ex quorum sanguine sic atramentum imperiale, in quo purpura tingebatur, secundum Accu. in l. i. C. quæ res ven. non po. Etiam conchylium est animal simile.

**MVRILEGULLI**, dicuntur qui muri

murices, hoc est conchyliia colligunt, ex quibus purpuraceus color inducitur. nam purpuratum genera complura sunt, buccinum, ianthinum, murex, de quibus in tit. de leg. 3. l. Si cui lana. Igitur murileguli sunt purpuratum conquisitores, de quib. Iustin. lib. 11. C. tit. de moneta. & muril. Neb.

**MURILEGULI** secundum Accur. dicuntur, qui capiunt pisces, qui dicuntur murices, vt supra.

**MURGISO** dicitur ille qui iners est & desidiosus, & hoc intellexit Vlp. in l. 3. §. idem Pompon. ff. de Edil. edict. licet in correctis codicibus legatur morionem.

**MURIA** falsamentum siue falsugo exudans ex piscibus salitis, qua antiquiores utebantur ad ciborum condituras. Aliquando muria ex sale tantum & aqua macerata constabat, qua muria dura cognominabatur: quo modo aurem fiat, Plin. & Columella ostendunt. Vlp. in tit. de Penu leg. 1. qui penum. §. esculenta. [Laceratas, inquit, cum muria sua contineri, Labeo ait.]

**MURIAM** interpretantur aliqui falsuginem qua exudat ex piscibus salitis. l. qui penum. de pen. leg.

**MURRHA**, & vasa murrhina, dicebantur qua ex murrha lapide pretioso tornabantur. Lucanus.

*Non auro murrhaque bibunt?*

Martialis:

*Si calidum potas ardenti murrha  
falerno*

*Conuenit.*

De murrha lapide Plin. libr. 37. plura. Sed huius lapidis vas vnum tantum nostro saeculo monstratur Venetiis in aratio diui Marci: Agatham ipsi vocant. De vasis murrhinis Martia.

*Surrentina bibis, nec murrhina  
sume, nec aurum. Et Iuuenalis:  
Grandia tolluntur crystalla, ma-  
xima rursus*

*Murrhina.*

Florentinus in tit. de supellect. legat. le supellectili. [De murrhinis, inquit, & crystallinis dubitari potest.] atque ibidem [murrhina & crystallina ex eadem materia esse.] Item Pompon. tit. de Auro & arg. leg. 1. & si non. [murrhina, inquit, vasa in gemmis non esse Cassius scribit.] Neb.

**MURRHINA** vasa, ex murrha lapide facta,

**MUSCULARII**, aqua ductus ex musculis delabentes. l. decernimus. C. de Aquaduct. erant autem musculi tubi instar musculorum, quibus utebantur in bello ad aquandas fossas. Alciat.

**MUSIO**, id est, fatuus.

**MYSIARI**, de quibus in l. 1. C. de excus. artific. sunt artifices operis musini, quod hodie quoque licet corrupto vocabulo, vulgariter [Mosaicum] appellamus.

**MUTATIO** capitur pro variatione.

**MUTATORIA** dicuntur vulgo diuersoria vel fallonica, quasi secreta aedificia, & ponitur etiam pro vestimentis pluribus mutationem habentibus.

**MUTIANA** cautio. Vide [Cautio Mutiana.]

**MUTILARE**, est aliquod membrum amputare vel aliquod integrum detruncare, vt homini manum, vel pedem, vel aliquod membrum auferre.

**MVTVS** est, qui proprie loqui non potest. §. item surdus. Instic. Quibus non est permitt. facere testamentum.

**MUTUUM** est, quod alicui prestatur, ut re ipse suo reddat. Et dicitur quasi de meo tuum, unde est nomen compositum ex corrupto & integro, quia quod meum fuerat mutuando tuum facio. Unde res quæ ponderantur, ut argentum, & similia quæ numerantur, ut pecunia & quæ mensurantur ut frumentum, mutuari possunt. l. 2. ff. si cer. pet. §. mutui datio. Instit. Quib. mod. corrah. oblig. in prin. Et mutuum tripliciter potest reconciliari ut not. glo. Instit. Quib. alic. licet. §. nunc autem. & ibidem quib. mo. re contr. obli. §. item is. in glo. & differt mutuum à commodato, quia commodatum est de eadem re præcisè, mutuum autem est de consimili restitutio, ut not. glo. ibidem, & vide ibi aliam differentiam notatam: & mutuum etiam dicitur esse triplex, naturale tantum, scilicet, quando fit numeratio sine stipulatione de solvendo: civile tantum, quando stipulatio interuenit de solvendo sine numeratione: civile & naturale, quando numeratio & stipulatio interuenit.

*De M ante Y.*

**MYOPS** *μῶψ*, Lusciosus, ut ait Gel. lib. 4. c. 2. Vlp. l. 10. §. 3. de Ed. edi. [De Myope queritur an sanus esset & puto eum redhiberi posse.] **MYSTERIUM** dicitur illud, quod secretam & reconditam habet dispensationem, hoc est, occultam & inuisibilem virtutem, & gratiam à Deo dispensatam & collatam. i. q. 1. c. multi §. heu. Vbi datur differentia inter mysterium, sacramentum & sacramentum.

*De N ante A.*

**N**L nota erat non liquere significans, qua iudices in amplian-

da causa utebantur. Et ad eam allodi videtur in l. 36. ff. de Re. iud. & l. 3. §. ult. ff. de Arbi.

**NAM** pro Sed apud veteres viorpari solitum testatur Pau. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. de Verb. oblig. Et Papinianus in l. Stich. 95. §. usufructi ff. de Solu.

**NANCISCI**, est aliquid acquirere, consequi, vel adipisci. Unde nactus sum illam id est, adeptus sum vel acquisivi eam.

**NARDVM** Pomponius in l. 21. §. 1. ff. de Aur. & arg. numerat inter ea vnguenta quæ valetudinis causa parata sunt.

**NARDISTACHYS** nardi spica, l. ult. de publica.

**NATALES** in numero multitudinis sunt ipsa nascendi conditio, siue illa sit obscura, siue clara Plin. li. 8. [Rufus infima natalium nobilitate.] Corn. Tacitus: [Luscus ingens ætate, claris natalibus.] Iuuenalis:

*Palmas inter dominas virtus natalibus aequat.*

Apud Iuriconsultos lib. 44. ff. tit. est de Natal. restituens, quasi natales de natalibus claris tantum restituantur. Nebr.

**NATALIS** dicitur scriptura cum annis Domini, & præconizata, quæ dicebat Lucium esse natum ingenium, & sic in Legendis Sanctorum intulatur, natalis S. Iohannis quando moritur, quasi tunc nascatur nunquam moriturus: vel dicitur prima natiuitas, quæ est de iure naturali, & omnem hominem dicit liberum: unde constitutum est non officere manumissionem natalibus, id est, ingenuitati. Instit. de Ingen. in fin. Item dicimus, seruis ille restituitur natalibus, id est, libertati quam habet ex iure naturali.



turali ff. de Nara. rest. l. 2.

**NATIVITAS** est triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Naturæ prima est in utero, iuxta illud. [Quod in ea natum est,] & c. firmissimè, de consec. dist. in 4. Nativitas gratiæ est secunda, quando quis renascitur per Baptismum, iuxta illud: [Nisi quis renatus fuerit denuo,] & c. qui in maternis, eadem dist. Nativitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ, homo nascitur ad gloriam, c. post Baptismum. ead. dist. sicut mors sanctorum natalis dicitur, c. sanè. 24 q. 2.

**NATORVM** appellatio pertinet etiam ad nepotes, l. natorum, de Ver. sig.

**NATURA** sumitur multis modis. Primò est ius insitum rei, similia de similibus procreans. Secundò est quidam instinctus naturæ ex sensualitate proveniens, ad appetendum, procreandum, & educandum. Tertio est instinctus naturæ ex ratione proveniens. Quarto ius naturale, id est, præcepta naturalia, in princ. decret. §. ius autem. ibid. no. Aliquando natura, id est, consuetudo, leg. 1. ff. ad Maced. & ibi gloss. in verbo [natura.] Aliquando idem est quod possibilitas naturæ, leg. si quis posthumos, ff. de Liber. & posthum. Aliquando pro diuina scientia, l. sed & si. §. si parerfam. ff. de Iud. Aliquando pro naturali ratione insita à natura. l. si non forem. §. libertus, ff. de cond. indeb.

**NATURALIS** dicitur filius ex concubina, quæ in domo propria tenetur vnica quasi loco vxoris.

**NATURALIS** obligatio quæ sit, vide infra, ver. [obligatio.]

**NATURALIS** possessio quæ, vide infra, ver. possidere, ]

**NATVS** viuus dicitur, qui vocem emittit, vel aliter discernitur esse viuus & habet formam hominis, secundum Bart. in l. quod dicitur, ff. de lib. & posth.

**NAVALIA** vasa, in quibus onera recensita in naues imponuntur. Vlpianus l. 19 §. 5. ff. de Aer. A. g. [Vasorum appellatio generalis est: dicimus vasa vinaria & naualia.]

**NAVARCHVS**, nauis præfectus: nam Græci vocant nauarchos qui in classe singulis nauibus præfunt.

**NAFRAGIVM**, est naue fracta submerio rerum siue corporum, & dicitur quasi nauis fragum, id est, fractura, Cod. de Naufrag. lib. II.

**NAVICULARII** seu [naucleri] sunt qui transportant publicas species, secundum Accurs. Cod. de Nau. pub. spec. transpor. lib. 0. ff. in rubric. Et dicuntur etiam mali qui annonarias species à susceptoribus in prouinciâ accipere, & Romam vel in castra vbi erant milites, deferre debeant.

**NAVIGIVM** quandoque significat nauigationem, interdum & nauem ipsam, imò & rates nauigij appellatione continentur, l. 1. §. prætor ait. 14. ff. ne quid in flumine publ.

**NAVIVM**, est vectura, siue pretium quod præstatur pro eadem, facta conuentione inter vectores, id est, vehendos pro mercede nauigationis cum illis qui nauigium exercent vel ducunt.

**NAVREGIS** ναυμυς, nauium architectus apud Tarruntenum. l. vlt. de iur. imm.

**NAVSOCOMIVM**, est domus in qua iuuenes educantur.

**NAVTA**, est qui ministrat, in nauibus vel ducit nauem eam gubernans,

& ea quæ ad vsum eius pertinent, faciens, ff. nau. cau. ita l. i. §. 2. ff. fur. aduer. nau. l. vnica.

**NAVYAE** epibata, in leg. debet ff. nau. cau. p. itab. dicuntur qui nauem ascendunt, & pro nauulo, ipsi nautarum officio funguntur.

**NAVITICA** pecunia, est quæ periculo creditoris in nauigio suscepto datur traicienda. Sed quasi nauitica est, cum periculum mutuatae pecuniae in me recipio, si aliqua conditio non existat, puta si piscator non capiat pisces, & huiusmodi, vide gl. C. de nau. foen. in rubr.

**NAVITICVM** foenus est, quod propter nauiticam pecuniam vel quasi nauiticam exigitur. ff. de Nau. foen. per totum, & C. cod. tit. leg. cum proponas.

**NAVITICVS** Tyberinus est, qui nauigat in flumine Romæ, vehendo in Romam, vel extra vehendo ad castra, vt C. de Nau. Tyb. lib. ii.

### De Nante E.

**Ne pro vt,** quandoque capitur ff. de acq. possil. qui absenti §. i. de hac dictione vide C. de ind. vid. tol. in auth. cui relicum.

**NEC** implicat sennum contrarium expresse, vt not. in l. iuris ignorantia C. qui admitt. ad bon. possil. possint. aliquando ponitur pro non, vt in l. nec. ff. de fur.

**NECARE** videtur (ait l. necare, de li. agnos.) non tantum is qui partum praefocat, sed & is qui abicit, & qui alimoniam denegat.

**NECESSARIAE** impensa, vide in ver. [impen. a.]

**NECESSARIJ**, id est, consanguinei.

**NECESSARIJ** haeredes, require] in verb. [haeres necessarius]

**NECESSITUDO**, est parentela vel

cognatio. l. non est singularis. ff. de Reg. iur. vbi gl. sic exponit.

**NEGATIVA** multiplex est, scilicet facti, dicti, iuris, qualitatis, & quaedam pura. Vnde negativa facti duplex est, scilicet pura, quæ habet determinationem tēporis, loci, vel alterius rei, puta qua est coarctata ad certas personas, de qua est casus in cap. i. r. i. loco de Probatione, vbi coarctatur ad personas capituli. Et illa probari potest indirecte. Verbi gratia, si instrumentum exhibeatur continens stipulationem factam tali die vel loco: argu. cap. ex tenore de testib. Aut non habet aliquam talem determinationem, & tunc probari non potest directe vel indirecte: vnde onus probandi transfertur in aduersarium, & hoc ideo quia negationum non sunt causa nec circumstantia, quæ sunt necessaria in probatione, vt si quis dicit se nunquam contraxisse cum Bertam, vel non cognouisse Bertam, quæ dicitur negativa explicita, de frig. & malefic. cap. i. Vel dicitur negativa positio. Est enim positio negativa implicita, vt pono quod in electione tantum quatuor canonici praesentes fuerunt, vt in cap. cum ecclesia de cau. possil. & propr. Quas positiones negativas iuris rigor repellit, sed æquitas admittit, si iudici videbitur, vt capite i. de confess. lib. 6. Et iam ibi, si aliquis dicat se esse non citatum. Et negativa facti mixta dicitur, quæ cum affirmatiua implicita miscetur, vt illa quæ habet affirmatiuam implicitam dicendo, [Ego non renunciaui sponte,] quali dicat, renunciaui coactus vel inuitus. Et hæc debet probari ab eo qui negat. c. super hoc, de Renunc. Sed negativa

gatiua iuris probari potest, vt si dica quis alicui. Non potest esse tectis, debet hoc probare. Similiter si negetur emancipatio rite facta, negans iuste factam, debet hoc probare quod non sit facta de iure, sed contra ius, in se ab ea parte. §. 1. ff. de Probat. Negatiua vero qualitatis duplex est, scilicet aut qualitatis intrinseca, aut qualitatis extrinseca. De qualitate extrinseca, vt cum homo nascitur, & tunc presumitur negatiua, nisi probetur affirmatiua. Vnde si negetur scientia, probandum est hoc examinatione iudicis. de Prob. cap. cum secundum Apostolum Si stas, per aspectum corporis. Si illegitimitas, aut is cui illegitimitas opponitur, est de hoc infamatus, & tunc cogitur se purgare. c. bonæ præalleg. Dicendo ergo: [Ille non est idoneus, non est legitimus, non est soluendo, &c.] probari debet ab eo qui dicit: quia quilibet presumitur idoneus, bonus, &c. nisi contrarium probetur. de Præsum. dudum. de seru. in or. ta. cap. vn. & nisi ius præsumat in contrarium. ff. de Donat. inter vir. & vxor. leg. Quintus, ff. de Prob. leg. si pactum & l. si chirographum. Etiam iudex debet ex officio suo cuncta rimari. c. iudicantem. 30. q. 5. potest & debet, si viderit expedire, interrogare super negatiua arg. est ff. de Interro. actio. l. vbiunque, & cap. cum Ioannes de fide instrum. vbi iudex facit interrogationem, quam etiam pars facere non poterat cum esset in causa conclusum, faciunt not. per Host. & Inno. in cap. super his. de Accus. maxime super negatiua, vbi agitur de salute vel periculo anime. argumen. de Re iudic. cap. lator. ad finem. Ex

prædictis elicitur quod quis in iudicio excusatur respondendo positioni negatiua: deo quia qui negat non ponit, sed remouet, siue sit negatiua implicite, siue explicitè, quam faciunt hæc dictiones [tantum, solum &c.] Specul. in tit. de positio. §. 8. sic probat neutram prædictarum poni posse. Nam positiones succedunt in locum probationum, vt in Authen. de his qui ingrediunt. ad ap. §. fina. vnde id solum veniet in positione, quod in probatione. Sed negatiue, (vt prædicitur) nulla est directæ probatio: ergo nec positio. Et dat Baldus rationem, quia responsio ad positionem fit ad releuandum ab onere probandi. Sed positiones negatiuas non habet necesse probare, ergo non est ei respondendum, & ita dicit sentire gloss. in l. 2. in §. quod obseruari. C. de Iurament. calumn. Si vero haberet necesse probare, tunc deberet responderi, vt in cap. 1. de Confess. lib. 6. Idem dicit negatiuam positionem esse, in qua ponitur dictio absque, vt not. Cyn. in leg. actor. C. de Probationibus, in tertia quaestio. Hoc verum quando ista dictio [absque,] venit ad exclusionem alicuius affirmatiua, & ita ex se non implicat affirmationem, secus, si implicaret illam, verbi gratia, pono quod res fuit absque eo quod Titium tali die percuterem, quia tota die tui abtens alibi: nam talis positio non dicitur merè negatiua, quia oritur ex affirmatiua, scilicet, fui alibi. Et hoc tenet Speculator in titulo de poss. §. videndum. verb. octauo. fa. not. Institut. de Iniur. stipula §. item verborum. Item quia ponens illud quod ponit, si negatur, necesse habet probare.

**A**ctor. præallegata, quæ est canonizata 6. quæstione vltima, accusator. Et sicut præpositio negatiua (vt prædictum est) sic etiam positio negatiua est triplex, scilicet facti, iuris, & qualitatatis. Et facti duplex, scilicet simplex, & pura, quæ non habet determinationem loci, temporis, vel rei consimilis, vt illa, [pono me non cognouisse Bertham.] capitulo 1. de frigid. & maleficia, &c. De tali etiam in cap. cum Ecclesia, de causa possess. & propriet. Et alia impura vel mixta, videlicet, quæ est certo loco coarctata, vt in cap. proposuisti de Probatione vbi per corporis inspectionem probatur non cognita, & habet in se sensum affirmatiuum implicatum vt non cognita, id est, virgo. Et dicit Bartolus in leg. quicumque præalleg. se semper defendisse, quod qui proponit negatiuam, debet eam probare, etiamsi non sit coarctata loco vel tempore, quia intelligitur coarctata persona proponentis, per cap. plerumque 2. quæst. 7. Et hoc ipse idem concludit Codice de Ser. fugi. leg. quicumque præalleg. Ponat actor quidquid velit affirmatiue vel negatiue pro intentione sua fundanda, hoc probare debet. Nota quod antiqui doctores negatiuam probari non posse intellexerunt per testes. Sed hodie potest iudex admittere positiones negatiuas, quæ non possunt probari nisi per confessionem aduersarij, si saltem hoc videatur ei æquum & expediens. De hoc de Temp. ord. cap. dilectus, de Æta. & qualitat. cap. vltim. gl. antepenul. in c. 1. de confessis lib. 6.

**NEGLIGENS** dicitur quasi negligens, secundum Isidorum, libro

10. Etymol. & vide Ioan. Andr. in cap. capientes, §. quod si per 20. de Elect. lib. 6. vbi ponit differentiam inter negligere, & contemnere.

**NEGLIGENTIA**, est eius quod fieri debet vel potest omisso.

**NEGLIGENTIA** magna, lata culpa est, leg. magna de Verb. sign. vbi Alciat.

**NEGOTIATIO** est in commercijs, sicut negotium in dispensatione: vnde tam negotiatio, quam negotium aliquando significant actionem alicuius rei cuius contrarium est otium. Aliquando actionem causæ, quod est iurgium litis. & dicitur quasi negans otium, cap. forus, §. negotium, de Ver. sig.

**NEGOTIUM** facere, siue negotium exhibere, quod apud Iurisconsultos frequenter legitur, significat molestiam alicui facere, & sic est illud: In eum qui calumniæ causa negotium faceret, & illud, Qui pecuniam acciperet vt faceret negotium vel non faceret, pro eo quod est molestiam. Ant. Neb.

**NEGOTIUM** est triplex, scilicet, commune, publicum & priuatum. Commune est, quod pertinet ad dispositionem alicuius regionis: Publicum, quod pertinet ad regimen alicuius ciuitatis: sed Priuatum, quod pertinet ad priuatam personam. Et istis tribus negocijs correspondet triplex dispensatio, sc. politica, quæ consistit in prouisione plurium seu totius communitalis, & hæc docetur in octo libris politicorum Arist. Oeconomica, quæ consistit in dispositione familiæ, & habetur in duobus libris æconomicorum Arist. Et monastica vel ethica, quæ consistit in regimine sui

fuipfius tantum, & illa tractatur  
 in 10. lib. Ethic eiusdem.  
**NEGOTIORVM** g:ffor, dicitur qui  
 negotia sine mandato gerit. Inst.  
 de ool. ex quali con. §. 1.  
**NEGOTIATORVS** in iur. negotia. ne  
 mili. C. lib. 10. intelligendi sunt  
 omnes qui officinæ aut tabernæ  
 præfunt. Marc. 11. autem in l. le-  
 gatis. de leg. 3. ait negotiatores  
 feruos dici qui præponuntur ne-  
 gotij exercendi caufa, veluti ad  
 emendum, locandum, conducen-  
 dum. Cubicularios verò vel ob-  
 sonatores, & his fimiles non rectè  
 negotiatores appellari.  
**NEMASBATEVM**, in leg. vlt. de publ.  
 §. species. capitur pro filo quod  
 apud Seras conficitur.  
**NEOPHYTVS** dicitur nouus in fide.  
 48. diff. quoniam à *neus* quod est  
 nouum, & *phytos*, quod est fides.  
 Item dicitur nouus in religione.  
 ea diff.  
**IMO** verò [neophytus] dicitur à  
*neus*, quòd est nouus, & *eu idv* plan-  
 ta feu germen, quasi dicas nouam  
 plantam, feu nouum germen.  
**NEPOS**, est filius filij vel filix, sed  
 neptis filia eorundem. Etiam ne-  
 pos capitur pro filio fratris, c. 2.  
 de arb. & c. fundamenta. de Ele-  
 ction. l. 6.  
**NEPOS** posthumus, est qui post  
 mortem aui natus est fupervite  
 fuo patre.  
**NEQVAM**, & frugi, contrariam ha-  
 bent inter fe fignificationem.  
**NESCIRE** & ignorare differunt, vt  
 dictum est in ver. Ignorare.  
**NEXVM**, inquit Varro, Manilius  
 fcribit, omne quod per as & li-  
 bram geritur. In quo funt man-  
 cip. Festus autem,  
**NEXVM** est, inquit, vt Ælius Gal-  
 lus ait, quodcunque per as & li-  
 bram geritur: Idque nefti dicitur,  
 quo in genere funt hæc, Testa-

menti factio, nexi datio, nexi li-  
 beratio. Nexum as a pud antiquos  
 dicebatur, pecunia quæ per nexum  
 obligatur. eius tradendi morem  
 vide fufè apud Boetium in com-  
 ment. in Top. Cicero. Hotont. in  
 comment. Vocab. Iur. Nexa res,  
 & nexa pignori dicitur, quæ pi-  
 gnoris nomine obligata est. l. e. 1.  
 §. si quis. ff. Ne vis fiat ei qui in  
 poff. l. 22. §. 1. ff. de Iur. fift. l. 2. &  
 l. 7. C. de Diff. pig.

**NEXVS** pro vinculum obligationis,  
 Vlp. l. 26. §. 7. de Condi. indeb.  
 [ Si empor fundi damnauerit  
 hæredem fuum, vt venditorem  
 nexu venditi liberaret. ]

### De N ante I.

**NIHIL** quandoque est aduerbium  
 negandi, i non ff. ad Leg. Aquil.  
 l. qui foueas. & C. de Contrahen-  
 emp. l. cum ipse. Quandoq; id est,  
 non omne. ff. de Acquir. poff. leg.  
 naturaliter. §. nihil & C. de Nat.  
 lib. l. fin. Aliquando nihil, id est,  
 nullum. Inst. de fuc. lib. in princip.  
 Aliquando, id est, parum. Cod. de  
 Caft. pec. l. cum allegas. lib. 12.

**NIHIL OMNIVS** & nihilomagus  
 differunt, quia primum includit  
 affirmationem, fecundum nega-  
 tionem, vt Inst. qui. non est per-  
 miff. fa. test. §. 1. in gl.

**NISI** quot modis capitur, vide per  
 Dy. in Regul. peccati. de Reg. iur.  
 l. 6. & l. e. actione. C. de traf. Nam  
 quando dictio nisi fequitur ne-  
 gationem, tunc fiat in clufiuè, & fic  
 ponitur refpectu excipièdi, vt in  
 c. postulasti. & in c. fedes. de refe.  
 c. Romana. ver. 2. de App. l. 6. Si  
 verò præcedit affirmatio, & hoc  
 refpectu excipièdi, tunc priuat. e. 1.  
 de App. c. si verò. de font. excò. cù  
 fimilib. Itè & fi adicitur oratio-  
 ni affirmatiuæ, priuat. de testib.  
 c. de Testib. in fin. Quandoq; nec  
 ponit

ponit, nec priuat. 2. q. 1. Hæc est ratio: nam oratio præcedens non completæbatur illum casum. Interdum ponitur pro sed. 28. dist. de Syracusanæ. Quandoque pro si non, vt c. præterea. 2. de appell. & c. quicumque. de Sent. ex com. lib. 6. Vnde quando nisi ponitur in sententiis & vltimis voluntatibus, videtur inducere conditionem: secus in contractibus. De hoc vide per dominum Dyn. vbi supra. Et dictio [nisi,] componitur ex ni, id est, non. & si, quasi si non. Et sumitur tripliciter: Primo conditionaliter. Secundo exceptiue. Tertio his modis simul. Item conditionaliter tripliciter, vel quo ad resolutionem, vel quo ad dispositionem, vel quo ad ademptionem. Quo ad resolutionem ibi, vendo tibi fundum pro decem, nisi alius infra mensem attulerit meliorem conditionem. Nam venditio est pura, solutio conditionalis, quia resoluitur vel rescinditur, si alius infra mensem attulerit maius pretium, sed non stabit venditio. l. 2. §. si in diem. ff. pro Empt. Item ibi, lego decem, nisi nauis ex Asia venerit intra mensem, dispositio est conditionalis, quia sensus est, si non venerit, legatum valeat & perficiatur. Similiter ibi, lego nisi noluerit, dispositio conditionalis est, & legatum conditionale: & est sensus, lego si hæres non contradixerit seu reprobauerit, sicut apposta conditione: si Capitulum non ascenderit, l. fin. dig. de Cond. inst. Item ibi, [lego decem, & adimo nisi nauis ex Asia venerit.] ademptio conditionalis est, & sic est sensus, adimo legatum, noli tenere ipsum, si nauis venerit: & quia ademptio est sub conditione, videtur datum sub

contraria conditione leg. quibus diebus. §. qui Titio. ff. de Cond. & demonst. Significatur etiam exceptiue, quando eximit seu tollit aliquid, quod est in oratione præcedenti, vt non sit idē ius vel idem effectus. Et hoc dupliciter, vt præmissum est, scilicet, affirmatiue post orationem negatiuam, & negatiue post orationem affirmatiuam, vt, nullus homo currit nisi Socrates, omnis homo mouetur, nisi Plato, facit lex. l. C. de Transact. & l. si exi in fine. ff. si quis cautio. cum ibi noratis. Item in prædictis, vbi refertur ad solutionem & ademptionem facit conditionem. Et significat etiam aliquo modo executiue, & sic conditionaliter significat & exceptiue simul.

**N I V A R I V M** colum, vide Colum niarium.

**N Y C T A L O P S**, Latine lusco: si vocantur; auctore Festo. Horum duplex species, vt tradit Alciat. in l. inter stuprum. de Ver. signif. alij interdum vident, noctu nihil: alij contra, parum interdum vident, vespere verò aut noctu acie acutiore sunt.

**N Y M P H E V M**, cuius mentio in l. si quis per diuinam. C. de aquæ duct. Alciat. ait, fuisse locum, vbi mulieres lauabantur.

### De N ante O.

**N O B I L I T A S** secundum Bart. in tractatu de Nobilitate, quam composuit circa leg. si vt proponitis. C. de Dignit. libr. 12. ponit quatuor opiniones de nobilitate, quas reprobat. Nobilitas est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis ultra honestos plebeios acceptus ostenditur. Primo dicitur qualitas, quia po-

test adesse vel abesse prater subiecti corruptionem. Nam mulier plebeia nubens nobili, nobilis efficitur. l. mulieres. C. de Dignit. l. feminæ. ff. de Senatoribus & hi quibus Imperator de nouo concedit dignitatem, vt in eod. titulo præallegato. Ita mulier nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis, sicut ille qui propter delictum perdit dignitatem. l. quories. & l. iudices. C. eod. titut. Et sic in aliquo tempore quis est nobilis, in alio ignobilis, imò in vno loco & non alio, vt Saracenus nobilis, captus à Christiano est ignobilis & seruus, & è conuerso. Dicitur illata, quia nullus à seipso potest habere dignitatem vel nobilitatem, sed oportet quòd per alterum conferatur, imò qui sua auctoritate assumeret, in crimen falsi incideret, vel in legem Iul. maiestatis, vt l. 3. §. fin. ad legem Iuliam maiest. & de fal. l. 1. in fine, & de reg. iur. c. 1. libr. 6. Dicitur per principatum tenentem: sed principatum omnium tenet Deus, qui quandoque nobilitates & dignitates temporales immediatè instituit, quandoque alius princeps non recognoscens superiorem in temporalibus. Dicitur qua quis vltra honestos plebeios, quia plebeiorum quidam sunt honesti, quidam viles. l. mulier. C. eodem tit. licet ergo honesti plebeij sint magis accepti, non tamen sunt nobiles, quia nobilis est acceptus vltra honestos plebeios. Et dicitur acceptus, quia nobilitas consistit in hoc, quòd princeps facit quem gratum & acceptum, licet in ciuitatibus quæ reguntur per populum, nobiles sunt interdum minus accepti, & plus puniantur in pœnarum impositione. Dici-

tur vltimò in diffinitione, & ostèditur, quòd si quis per mille annos viueret, cum omnibus virtutibus, & princeps eum summè diligeret, & acceptum haberet, tamè plebeius remaneret, donec in eum conferretur dignitas nobilitatis per principem, qua ostèdatur acceptus vltra plebeios. Et potest ostensio fieri verbis expressis hoc continentibus. l. ille autè. §. cum in verbis. ff. de Leg. 2. quandoque etiam non exprimitur verbis, & tunc debet fieri aliquo actu hoc quasi de necessitate importante. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de Acquir. hær. vt si conceditur alicui officium, quod habet dignitatem vel nobilitatem annexam, vt comitatum, ducatum, &c. Cætera de nobilitate vide in tract. Bart. de nobil. & A. Tiraq. de Nobil.

**NOCERE** proprie dicitur qui nocet personæ, non rebus. ff. de iis qui deiec. vel effud. l. 1. §. hæc autem.

**NOCERE** exponitur, id est, non prodest. in Authent. de Appell. in princ. quandoque, id est, nocera potest. ff. de stab. lib. l. Labeo. in principio.

**NOLLE** & non velle differunt: quia nolo importat præcisè resistantiam, contemptum & omnimodam contradictionem, vel repudiationem, & non solùm absentiam volûtatis: sed non volo, tantùm aliqualem & non omnimodam importat contradictionem, vt not. Ioan. Andr. de Offic. de leg. cap. prudentiam. §. 1. super verbo, non velit. Et quandoque capitur nolo, vt etiam non importet præcisè resistantiam, pro non volo, vt in c. finem licibus. de dolo & contum. ibi, nolit aut nequeat secundùm Ioan. And. & sequitur

sequitur Vinc. Similiter dormiēs non vult legere tunc, & tamen expressē se legere non negat, vt not. extra, de spons. c. 2. Et dictio nolle componitur de non & velle. Alij tamen ponunt differentiam dicentes quod non velle significat priuatiuē, id est non esse voluntatem seu motum voluntatis. Sed nolle significat positiuē, id est, esse motum, non fieri, vel non obtinere illud, de quo quaeritur. Et per hoc dicūt DD. quod si haeres deliberando de adeundo dicit se non velle adire, hęc verba non significant repudiationem, quia non velle adire est non habere motum animi adeundi, nō autem per hoc sequitur quod repudiet. Secus si dicat, nolo adire, quia sensus est, quod habet motum animi ad non habendam hereditatem, & ideo significat repudiationē. facit l. filij. §. 1. ff. ad Tert. propter hoc dicit lex, quod inter velle & nolle est medium, sc. non velle, & non nolle. l. 1. §. scientiam ff. de Trib. act. & hoc de proprio significato verbi, sed ex circumstantiis possunt recipi alia significata.

**NOMEN**, pro debitore, maximē in re sceneratoria apud Iurisconsultos sēpissimē inuenitur. Seneca de vita beata: [Nunquam magis nomina facio quam cum dono.] Alphius scenerator apud Columellā: [Optima, inquit, nomina nō appellando fieri mala.] Horat.

*Cautus nominibus certos expendere nummos. Iuuen.*

*Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.*

Hinc apud Iurisconsultos pecuniaz nominibus dicuntur, quæ datæ sunt sc̄nori. In hac quoque

significatione accipitur nomen ab Vlp lib. 48 Dig. in tit. de suc. l. si quis vxori. [Si quis, inquit, seruo meo persuaserit, vt nomē tuū ex instrumēto tolleret.] Nebr.

**NOMEN** qua doque idem est quod ius debitoris, vt ff. de Re iud. l. a diuo Pio. vbi dicitur quod primo debent venire, i. vendi mobilia, secundo immobilia, tertio nomina, i. iura debitorum condemnatorum & specialiter in §. sic quoque, & seq. Item quandoque nomen idē est quod fama, vt dicēdo: Melius est habere nomen bonū, quā vnguentū pretiosa. Eccl. 7. Etiam quandoque capitur pro nomine rei proprio vel appellatiuo, & sic dicitur, Nomen consonans debet esse rei. Inst. de don. §. est & aliud genus.

**NOMEN** etiam aliquando significat agnationem, vt cum prohibemus fundum de nomine nostro exire, l. is qui. de Leg. 3.

**NOMINATOR**, i. elector officialiū, vt C. de peric. not. l. 1. & 2. & lib. 11.

**NON**, significat negatiuē communiter, quia est aduerbiū negandi. Quandoque tamen etiam significat affirmatiuē vt ibi, Promittis mihi decem & respondes, cur non? l. 1. §. 1. ff. de Ver. obl. Nā sensus quod promittis & cōsentis, significato sumpto ex dictione quare, iuncta dictioni non, quod non est ratio negandi, i. assentio. Et idem ibi, si interrogatus, an velim adire hereditatem mihi delatam, respondeam, cur non? videor adire hereditatem. Secus si dicerem, hęc hereditas non displicet. Nā tunc nō videor adire: quia non sequitur non displicet, ergo placet, quia est medium inter displicere & placere, scil. non placere. sic est medium inter nolle & velle, scil. non velle. Etiam quando



quandoq; duplicatur dictio non, & tunc significat affirmatiue, l. duobus. ff. de Ver. sign. Nam duæ negationes faciunt vnã affirmatiuã, quia negatio destruit negationem, nisi probabili medio preferentis inferatur voluntas: vt l. 1. C. de Ser. fug. & C. de offic. præf. vrb. l. quod promulgatis, & de iureiur. c. & si Christus, in princ.

**NON**, particula negatiua turbat sensum adiecta, in tit. de Offic. proco. [Legatus, inquit, mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius non habet.] Cæterum in Pandectis [non] particula non habetur. Notauit primus hunc errorem Angelus Politianus in quadam obseruatione eius centuriæ, quam vnicam nobis videre contigit. Ant. Neb.

**NO** N admitti ad partem, capitur pro ipso quod non est admitti facta distributione à parte, quando pars, cui facta est non admittitur, vel ideo quia in rerum natura non est, vel quia aliàs admitti non potest. Verbi gratia legatum relictum est mihi & posthumo. Posthumus existens in vtero, licet non admittitur ad partem, significatur tamen me tantum admittendum ad partem. leg. si duobus, in princ. ff. de legat. 1. Ratio, quia mihi pars tantum relicta est. Et si dicitur, deficit coniunctus, quia non admittitur, ergo pars eius mihi accrescit ex dispositione legantis: vt patet in materia coniunctionum, & sic admittat ego ad totum. Respondetur, quod non deficit coniunctus in casu præmissio, quia est spes cum nasci, atque ta admitti. Sed vbi legatur mihi & illi, qui non est in rerum natura, necesse speratur, admittor ego ad totum, l. si duo-

bus præalleg. §. fin. Ratio, quia pars coniuncti omnino deficit. Idem ergo in omni casu, in quo pars totaliter deficit, vel quia coniunctus moritur antestatorum, vel relictum est posthumo, qui nascitur abortiuus, vel si coniunctus repudiat, quia tunc pars coniuncti omnino deficit, & ideo propter coniunctionem alteri parti accrescit. Significat ergo, non admitti ad partem ipsum coniunctum, ad partem tantum, vel ad totum admittendum, prout hoc quodlibet medium probabile declarat.

**NO** SO COMION, interpretatur infirmorum siue ægrotantium locus: nam *νοσο* interpretatur morbus, *κομιο* curo. Hieron. ad Oceanum de epitaphio Fabiolæ: [Primo omnium nosocomion, id est, languentium villam instituit.] Iustinianus in Cod. tit. de sacros. eccles. [Nosocomia inquit, vel brephotrophia.] Item coll. 1. de non alienando nosocomion vel brephotrophion. Nosocomos verò appellatur, qui præsidet nosocomio, vt collat. 2. de non alienandis, &c.

**NO** SO COMION, locus est constitutus propter pauperes ægrotantes & languentes, in quo infirmis alimenta subministramus, de eo meminit Imperator, in l. illud. §. 1. & in l. pen. C. de sacros. Eccles. & in Auth. de alien. & emphyt. §. emphyteusis.

**NO** TA est idem quod infamia. l. 1. ff. de his, qui not infamia

**NO** TABILIS, id est, notatus vel infamis, c. ex parte Alex. de testib.

**NO** TAE sunt signa scripta, quibus aliquid significatur, non tamen sunt litteræ, l. sed cum patrone §. fin. ff. de bon. poss. & ibi Alex. & 77. dist. cap. monachus, & ibi gloss.

gl. Notæ etiam cicatrices dicuntur. l. 2. de Seru. fug.

**NOTARE** quandoque est reprehendere, c. fin. de sortile. Quandoque infamare. e. accidēs, de purg. can.

Quandoque considerare, c. cum ol. m. 2. de offic. deleg.

**NOTARIUS**, non est, qui vulgò putatur, hoc est, tabellio, sed qui excipiens verba dictantis per notas & compendia scribit. Talis describitur à Martiale in disticho, cuius index est, Notarius:

*Currant verba licet, manus est  
velocior illis:*

*Nondum lingua sum, dextra  
peregīt opus.*

Paulus lib. 29. Digest. tit. de Militari test. l. Lucius. [ Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequam literis perhiberetur, vita deunctus est ] Ergo per notas intelligendum est, per literarum compendia, hoc est, breuiaturas. Ant. Nebr.

**NOTARIUS**, est publica persona, quia eius officium ad publicam utilitatem inuentum est. Et dicitur à notando, quod est negotia hominis publicè & authenticè in publicam & authenticam formam redigere. Et idem dicitur scriba à scribendo, & tabellio seu tabularius à tabula. Require supra locis suis.

**NOTHVS** dicitur illegitimus, & propriè de adulterio natus, sicut dicitur notha febris, que affligit, vt quartana: vt not. gl. in §. personæ vero in fin. nisi cum pridem de Renunc. Etiam dicitur à nota, id est, infamia, quia talis infamiam incurrit.

**NOTIONIS** verbum generale est

& non solum ad eos pertinet qui iurisdictionem habent, sed & qui simplicem cognoscendi facultatem. l. notionem. de Ver. sig. vbi Alciar.

**NOTITIA** nostra triplex est, quædam per auditum: quia scire dicimur quod ab aliis audiimus: alia per visum, quando negotio interformus. can. hoc vide. ut. 22 q. 5. aliam habemus ab hominibus fide dignis per literas auct. quos non est verisimile mentiri: argu. c. 1. §. 2. extra, de poth. Est & alia iudicialis, vt per testes & similes vt not. per Gasiam in c. capti. tes. in princ. de elect. in 6

**NOTORIUM** est triplex. Quoddam est notorium præsumptionis, scilicet quod est euidentia iuris vehementer præsumptum, vt paternitas, filia. 10: vbi non requiritur alia probatio. cap. quoniam. de fil. presbyter. Nam hoc quod quis sit alicuius filius, non potest vere probari. leg. Lucius. ff. de Cond. & demonstr. Vnde filius est, quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius vocand. leg. quia semper. in fin. Nam si vir & vxor aliquem infantem nutriunt, & dicunt eum filiam eorum esse, tunc præsumitur eorum filius. Est ergo notorium præsumptionis, euidentia rei euidenter à iure præsumpta. Aliud est notorium iuris: & est clara iudicialis confessio, inconuincibilis probatio, & irretractabilis definitio, de quo, scilicet notorio, quis damnatus est, vel in iure confessus. Et sic illud est duplex, videlicet per confessionem factam in iure, & per sententiam iudicis, vt in cap. vestra. de Cohabit. cler. & mulier. Tertium est notorium facti, scilicet, quod commissum vel factum non dubitatur à populo, vel maiori populi

populi parte, & per euidenciam rei nulla potest tergiversa ione celari, nec oportet quod omnes circumstantiæ facti sint notæ, vt cap. vlt. de Cohab. cleri. & mu. cap. cum dilectus, de purg. cano. in fi. 2. q. 1. de manifesta, & c. seq. Et illud notorium est triplex, scilicet secundum triplicem distinctionem facti. Quoddam est facti permanentis & continui: vt quod radius solis stat in palatio Papiensi continue, c. dilecto, de Appell. & illud non indiget probatione. Aliud est facti transeuntis: vt quod quidam in publico palatio occiditur coram populo. Tertium est notorium facti interpellati: vt quia vsurarius vna die tenet mensuram paratam, alia non. Et illud sic describitur, est quoddam intellectuale & notum, si quod non potest aliqua tergiversatione celari: vt quod presbyter cognoscat concubinam, cum qua habet animalia gradientia circa focum panem patencia. De hoc plenius not. per doctor. in cap. vestra, præalle. vbi tractatur materia notorii, quæ est adeo intricata, quod dicit Ioan. de Lign. & Antonius de Butrio, quod multi loquuntur de notorio: & quid sit notorium ignorant. Et in concilio Basiliensi, in sessione 20 additus est quartus modus vltra tres communes notorietates, scilicet quando sacerdos mulierem de incontinentia suspectam & infamantem tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum affectu non dimittit, vt in decret. quod incipit, Quicumque clericus. Et nota quod moderni ponunt nouem gênera probationum quæ in iure formaliter differunt: vt sunt argumentum, præsumptio, iudicium, fama, rumor,

Voc. Iur.

pene occultum, occultum omnino, manifestum, notorium. Vnde argumentum est [ratio rei dubiæ faciens fidem,] de hæret. cum ex iniuncto de Ver. sig. c. apitulo forus [præsumptio est quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circumstantiis insurgens.] de Præsum. ex studiis. De illa quæ est iuris tantum, & quæ est iuris & de iure, notatur in c. iis qui fidem, de Spon. vbi gl. no. de quintuplici præsumpt. [Indicium est medium intellectuale ex aliqua singulari circumstantia insurgens.] C & ff. de Rei vendicat. l. iudicia. [Fama, est illæsa dignitatis status, vita & morib. comprobatus.] Hoc verum de fama hominis, sicut infamia est læsæ dignitatis status vita & moribus reprobarus. Sed fama de aliquo negotio, est medium veritatis eliciendæ, & communis clamorosa insinuatio insurgens apud totam vel maiorem partem populi, ex incerto auctore proueniens. [Rumor, est particulatis insinuatio clamorosa ab incerto auctore confurgens. [Pene occultum [est quod probari potest, sed difficulter.] Occultum omnino [est quod nullatenus probari potest,] & subiicitur iuri diuino, de Simo. capitulo sicut. 6. q. 1. si omnia. [Manifestum dicitur, quod de facili probari potest.] Et notorium supra descriptum est: de quo etiam datur exemplum de statua & percussione: vt no. in c. super eod. de Test. cog. & in l. cuius. C de App.

**N O T O R I A**, apud Iuisconsultos veteres, sunt nunciationes, quas ad hoc publicè constituti irenarchæ præsidibus faciebant de delictis quæ committebantur. lege ab Accus. ad senatuscons. Turpil.

E Nova

**NOVALE**, est terra præcissa l. sylva § naualis. de Verborum sig. præcissa quæ per annum cessat. Alij dicunt quod est sylva quæ arboribus extirpatis ad cultum redditur, & fieri nouale dicitur, & vtraque illarum interpretatio colligitur ex legibus c. uilibus. Sed apud notarios. Romani Pontificis nouus vsus obtinuit, quod nouale etiam dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset, vt in c. quid per nouale. de Verb. sign. vbi de hoc.

**NOVATIO**, est prioris debiti ac prioris obligationis partibus hoc volentibus expresse in aliam obligationem transfusio vel transfusio Vrbi gratia, debui tibi centum aureos sub conditione si nauis veniret ex Aha, placuit inter nos nouare obligationem, vt illud quod dedi tibi sub conditione, purè & sine conditione debeam. Hoc est novatio, ita quod prior obligatio conditionalis transit in posteriorem per novationem. Eodem modo pone exempla in similibus, vt ff de Nou. & C. eod. tit. per totum.

**NOVELLARVM** liber authenticus est. De eo fit mentio extra, de restit. c. 2.

**NOVELLARVM** vinea, nouellis vitibus consista. leg. veluti. de impen. in reb. dot. fa.

**NOVEREA** dicitur, quasi nocens arcus, vel quia est noua arca sine fructu. Instit. de nupt. §. socrum. Et dicitur vxor patris naturalis vel adoptiui, C. ad legem Falcidiam. l. licet.

**NOVITVS** dicitur aliquando habito respectu ætatis. l. præcipiunt. ff. de Edil. edict. quandoque ex qualitate seruiendi. l. final. eod.

tit. quandoque qui minus vno anno se uiuit. l. fin. §. quoties ff. de public.

**NOVVM** dicitur quod non est vetus. l. vetus. ff. de Vin. tr. & ol. l. puta quod est ante annum. l. fin. §. quoties. de Publi. quandoque dicitur quod est ante biennium. l. qui agros. C. de omni agro deser. lib. 11. Aliquando dicitur nouum, quando extat memoria, & eius contrarium dicitur vetus. l. i. §. fin. ff. de Aqua plu. arcen. Aliquando dicitur nouum, licet sit aliquid de veteri arg. l. prætor. l. finali ff. de Dam. inte. & §. sed si eadem Instit. Qui. mo. tol. obli. Nouum aliquando, id est, vltimum. c. cum Marthæ. de celebra. missa. non quod ab initio est statutum. c. cum venerabilis. extra. de censu. Item dicitur noua hereditas quantumcumque lege. statuto, vel Senatusconsulto defertatur, excepta lege 12. tabularum, quæ dicitur vetus. l. i. 2. 3. §. nou. ff. de Pec. har. & l. i. §. capitis ff. ad Terry. & Instit. ad Orfi. §. sciendum.

**NOVVS** homo dicitur seruus manu missus postea in seruitutem redactus. l. si seruus in fin. ff. de Adimen. leg. dicebantur & homines noui, teste Budæo in annotationibus ad Pandectas, in lege 2. ff. de Origine iuris. qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, terra filij, & velut a sese orti.

**NOVVM** opus facit, qui aut ædificando, aut destruendo, aut foueâ faciendo, pristinam faciem operis immutat. Secus si vetus reficiat, vel incrementum imponat, quia tunc non videtur nouum opus facere, ff. eod. tit. l. i. §. nouum, & §. si quis ædificium.

**NOVI** operis nunciatio, secundum

Noſt. eſt illi qui de nouo ædificat, in præiudicium alterius, legaliter facta prohibitio. l. 1 ff. de Noui oper. nun. Et pertinet ad ea tantum quæ ſunt ſolo coniuncta: vt in l. 1 præalleg. Fit autem tripliciter. Primo ſolo verbo dicendo, Nuncio nouum opus, & hoc in loco ædificij ipſi domino noui operis. Secundo per iactum lapidis vel lapilli. Tercio per iudicis prohibitionem. Primo modo nuntians perdit poſſeſſionem, & facit aduerſarium poſſeſſorem: verbi gratia, voluiſti domum ædificare in fundo meo, & nuntiaui tibi quod non faceres, dicendo Nouum opus nuncio, id eſt, prohibeo. Nuntians verò ſecundo & tercio modo retinet poſſeſſionem, ſecundum Bern. in c. ex parte de Verb. ſign.

NOVVM opus nunciare, eſt prohibere ne ædificium fiat, vt quando nuncio tibi ne ædifices in fundo meo, vel per iactum lapilli, præſentibus reſibus. Hęc nunciatio habet talem effectum, quod ſi ædifices ibi ſpreta nuntiatione mea, abſque hoc quod caueas de opere demoliendo, ſeu deſtruendo, ſi te apparuerit iniuſtè ædificare, quicquid poſtea ædificaueris, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, totum debet deſtrui: vt l. 1. præalleg. §. opus nouum. & §. nuntiamus. Et ſi aliquid in publico fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſunt. Nam rei publicæ intereſt quamplurimos ad defendendum cauſam ſuam admittere. l. 3. in fin. ff. de noui oper. nunc. Et dicitur in §. opus præalleg. quod hoc edictum non completitur omnia opera: vt ſuprà de Interd.

NOVITII ſerui propriè dicuntur, recentes. Veteratores verò ſiue veterani, Inue-

terati. Vlp. l. 37 ff. Edil. edict.

NOXA dicitur quod nocet vel nocuit, vt ceruus, aut aliud animal nocens. ff. de Noxa. act. in rubric. Item: adde quod noxa aliquando pro peccato, aliquando pro pena. extra. de reſcript. cap. ſtatutum lib. 6.

NOXALES actiones quæ, vide ſuprà, in ver. [Actio noxalis.]

NOXIA dicitur ipſum delictum, maleficium vel damnum datum. Vnde,

*Noxia delictum: delinquens noxa vocatur*

vt Inſtit. de noxa. act. in gloſſ.

### De N ante V.

NUBERE in familiam, vide ſuprà in familiam nubere.

NUDVM poteſt dici quod non eſt veſtitum rei traditione. l. traditionis. C. de Pac. vel quod non eſt veſtitum pignora vel fideiuſſore, l. ſancimus. C. de Verb. ſignificat. Item dicitur nudum quod eſt fictitium & ſimulatum, vt venditio nuda. l. nuda ff. de Contrah. empt. & quod eſt ſine fructu, vt nudus vſus. l. 1. ff. de vſu & habit. & qui non tegitur aliquo tegmine. c. felicis & ibi glo. in ver. nu. de pen. in 6.

NUDVM pactum, vide inſtà, [ver. pactum.]

NULLATENVS, vide in clem. vnic. de ſeq. poſſeſſ. & fruct. in gl. in verb. nullatenus.

NULLITATIS ſententiæ ſunt multi modi, vt not. Ioan. And. de Re iudi. c. 1. vbi remittit ad Spec. de Sent. prolat. §. iuxta. Et ſententiæ nulla non mereant habere nomen ſententiæ. de Re iud. ca. fin. lib. 6. ff. eo. tit. l. 4. §. condemnatum. & eſt gloſ. fin. in Clem. vnic. de ſequuſtratio. præallega.

NUMERATA pecunia duobus modis

- modis dicitur. Vno modo respectu creditoris, qui proprie dicitur numerare pecunias debitori, vt sibi reddatur. Alio modo respectu debitoris, qui proprie dicitur soluere creditori: & improprie dicitur numerare, cum soluit quod debet. Datur autem exceptio non numerata pecunia à creditore principali debitori vel fideiussori. Sed numeratio pecuniae largè ponitur pro omni re quam quis numerauit vel soluit.
- N V M E R V S** pro ordine, & turma: vnde numeri militum, l. 1. de bo. poss. ex testam. mili.
- N V M E R V S** pluralis an & quando verinetur in vno, vel duobus, Dynus in c. pluralis. de Regalis iuris in 6. & an & quando resoluitur vel restringitur in singularem, vide per Bar in l. pena. C. de impub. & aliis subst. Item numerus pluralis quando geminat vel inducit plures singularitates, Bar. in l. falsa §. si ff. de Condi. & demonst. cum aliis iuribus.
- N V M I S M A**, secundum quosdam, est idem quod moneta currens & specialis, vel est idem quod numus. Sed olim numisma & aureus & solidus auri idem erant. vt C. de Vere numis. pot. l. 1. lib. 11. & C. de spor. l. 2. & in Euangelio Matthæi. Et dicit Philosophus lib. 5. Ethic. quod numisma factum est non ex natura rei, sed ex lege.
- N O M I S M A** passim legas per o, in prima syllaba, non per u: ita enim Græci efferunt. Cæterum qualiter institutum sit, vide Bud. in anno. ad Pandect. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. & ff. de contrah. emp. ad l. 1.
- N V M M V L A R I V S**, est nummorum numerator vel malleator, quoniam & ipse accipit pecuniã
- & erogat sicut campfor, & inde facit scripturam, ad quam frequenter recurritur in dubio, vt per eam data & accepta probentur. Hic etiam argentarius dicitur, vt supra in littera A, vbi de differentia nummularij & argentarij ex Alciato.
- N V M M V S**, id est, denarius, de quo dicit philosophus 5. Ethic. quod est mensura omnium rerum: quia est fideiussor nobis in omni necessitate, pro qualibet re qua indigemus.
- N V N C**, not. Arch. 63. dist. ego, & gloss. 23. quest. 5. si audieris & similiter de Offic. deleg. c. prudentia. §. sexta.
- N V N C I A T O R E S** dicuntur delatores criminum ex quo eorum iudicia notoria dicuntur. Pau. l. 6. ff. ad S. C. Turpil. & l. 7. C. de Actusar.
- N V N C I V S** est, qui vicem gerit epistolæ, & qui sine mandato litteris mittitur, qui est velut pica & organum, & vox domini mittentis ipsum: & largè quilibet nuncius potest dici procurator, sed non è conuerso.
- N V N C V P A R E**, est palam nominare vel vocare & confirmare. secundum Isidorum lib. 5. Require infra [ Testamentum nuncuparium. ]
- N V N C V P A T I O**, est quam in cereis tabulis recitat testator, dicens, [ quod hoc vult in his cereis tabulis quæ scriptæ sunt, ita dico, ita lego, ita quod vos ciues mihi testimonium perhibeatis. ]
- N V N D I N A E**, sunt generale forum, ad quod vndique homines confluunt & concurrunt. C. de Nund. l. vnic. & l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de Acq. pos. Aliquando etiam nundinae dicuntur epulæ. l. cum societas. ff. pro socio.

**NUNQUAM** quandoque idem est quod raro. l. q. i. nunquam.

**NUPTIALIVS**, nuptialis, Vlpia. l. 194 de Ver. sig. [Nam munus esse donum cum causa, vt putà natalitium, nuptialitium, &c.]

**NUPTIÆ** sunt matrimonium, vel viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, diuini & humani iuris communicatio. 30. q. 5. nullam. Et dicuntur nuptiæ ex eo quod nubentium capita in solenni benedictione velabantur, & quasi nube cooperiebantur, ead. questio. nostrates. & c. femina. Et illud, [indiuiduam vitæ consuetudinem retinens,] tantum valet sicut consortium omnis vitæ, & hoc quantum ad propositum, quia hanc intentionem habere debent, vt perpetuò simul manere debeant.

**NUPTIÆ incestæ**, dicuntur inter collaterales & affines: nefariæ verò inter ascendentes & descendentes, licet lex quandoque his dictionibus promiscuè vtatur, vt not. gl. in Auth. de Incest. nup. circa. prin.

**NUPTIÆ secundæ** dicuntur omnes quæ sequuntur primas, licet sint tertiæ, quartæ, vel quintæ, &c. vt quando aliqua nubit alicui post primas nuptias, C. eo. tit. l. si quis. §. tale.

**NVRVS**, est vxor filij, & eius appellatione pronurus, & deinceps continetur. ff. de Verb. signific. l. nurus. & etiam sponsa ff. de gra. cognat. l. Labeo. & l. Seruius. contrarium videtur Inst. de nup. §. affinitatis.

**NVRVS** est parauorum, ali maiorum. glos. in l. pen. de iis qui sunt vsui vel alie. iur.

**NVRIVM** dicitur quod datur nuptiis pro mercede.

**NVRVS**, est voluntas signis declarata, veluti oculis, capite, manibus. l. nura de leg. 3.

### De O ante B.

**O. C. Ope Consilio**, quam locutionem exponit Paulus in l. sæpe. 53. ff. de Verb. sign. Errorem itaque apud Paulum Diaconum esse constat, O. C. Ore consilio, vel ore consilij.

**O. D. M. Operæ donum munus**, Nam apud Paul. Diaconum corruptè legitur [Domus] Hæc tria vt ait Paul. l. C. in d. l. sæpe, sine disiunctione ita pronuntiabantur: erant autem ea quæ patroni suis libertis, cum eos libertate donabant, imponere consueverant, vt ex tractatu de operis libertorum facillè intellectu est, in quæ mendum harum notarum ignoratione natum est, apud Paul. in l. qui Libertinus. 37. vbi leg Papiam edit [Ne quis eorum operas doni, muneris, aliudve.] pro [operas, donum, munus, aliudve.]

**O. L. O. Con. Operæ Locato**, operæ conducto, adscribi autem solebat effecto probatoque cum perfectum esset. Et hoc est quod Paul. significat in l. 5. de Verb. sig. [Operæ locato conducto]

**OB**, id est, propter. ff. rem ra hab. l. si sine. §. qui patris. quandoque subauditur. ff. quod metus causa. l. non est verisimile. §. 1.

**OB AUDIRE**, est quasi de mente deducere, secundum Ioan. Andr. de electione. libro 6. cap. fundamenta.

**OBEX**, pro oppositione, l. adulterij accusatione. C. de Adul.

**OBITER**, id est, statim, de rescin. venditio. l. 1. in fin. aliàs significat incidenter.

**OBLIGATIO** est iuris vinculum,

quo necessitate adstringimur alicuius rei solvendæ secundum nostræ ciuitatis iura, Inst. de oblig. in princip. Et est duplex, scilicet ciuilis & prætoria Ciuilis est, quæ aut legibus constituta, aut certo iure ciuili comprobata est. Sed prætoria est, quam prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honoraria vocatur: differt autem ab actione & contractu: quia contractus est verborum conceptio, vel consensus, obligatio autem est quæ inde nascitur: at actio est, quod postea inde surgit & sic nullum est alterum, vt no glo. Inst. de ob. §. ultimo.

**OBLIGATIO** naturalis est, quæ ex iure gentium per consensum oritur. Est autem multiplex, vt docet Bartol. in l. i. ex hoc. de Iustitia & iure.

**OBLIGATUS** dicitur, qui exceptione tueri se non potest. l. vel obligatus. §. 1. ff. de Lib. caus.

**OBOLVS**, ponderis genus est quod sex siliquas continet. de eo meminit text. in c. iudices. 1. q. 1.

**OBREPERE**, est quasi latenter subintrare & distin nullus inuitus. de celebr. missa. cum creatura & c. ne in agro. in princip. de Statu in nac.

**OBREPTIO**, id est, mendacium. l. sin autem. §. 1. de Nego. gest. & est mendacium fraudulentum. l. sed & si. §. patronum. ff. de in ius vocan. & propriè consistit in facti narratione, non iuris. l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicom. libert.

**OBREPTITIVUM** rescriptum. & obreptio. Require infra, [rescriptum]

**OBRIZATI** dicuntur solili de bono auro multipliciter excocti. l. vniuersos. C. de Vt. numif.

pot. l. 10. & l. 1. Cod. de vest. olobe. ris. lib. 12. licet in vtroque loco mendosè legatur. Et ideo aurum obrizum refert Suet. Nerone exegisse.

**OBSCURITAS** est illa, quæ fit in dictione: sed ambiguitas, quæ fit in oratione, vt not. glos. 3. in l. v. teribus. ff. de pac. is

**OBSCURVS** quandoque ponitur pro vili: vnde obscuro loco natus dicitur ignobilis, vt in Authen. de defen. ciui. in princ. & l. pen. ff. de concub.

**OBSES** vocatur ille qui iurat quòd non recedet de certo loco, quovsq; fuerit iustificatus.

**OBSIDIANVS** lapis ab Obsidio quodam inuentus dicitur. de quo Plin. lib. 36. [In genere vitri & obsidiana numerantur ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia inuenit Obsidias, nigerrimi coloris, aliquando & translucenti crassiore visu atque in speculis reddente pro imagine vmbra. l. Idem lib. 37. [Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore, non solum in Æthiopia & India, sed etiam in Samo & in littoribus Hispaniæ sis Oceani.] Meminit eiusdem Suet. in Augusto. Pomp. li. 34 ff. de Au. & arg. leg. l. etsi. §. perueniamus. [Gemma, inquit, sunt perlucidæ materia, velut sinaragdi, Lapilli contrariæ superioribus natura, vt obsidians,] non abasians, vt in codicibus recentibus legitur.

**OBSIDIANVS** lapillus dicitur ab Obsidio inuẽtore. l. etsi §. peruenimus. de Au. & arg. leg. §. vlt.

**OBSONATORES** dicuntur qui obsonia erunt: hoc est, cibos recentes ex macello, foro boario, foro olitorio, aut eiusmodi locis. Seneca lib. 6. Epist. [Adiice obsonatores, quibus dominici palati



palati notitia subtilis est. ] Mar-  
tial. in d. r.icho, cuius lemma est,  
Obsonator.

*Dic quotus es, quanti cupias cœ-  
nare, nec unum*

*Addideris verbum, cœna parata  
tibi est.*

Marcell. tit. de legatis 3. l. legatis  
seruis. [Cubicularios, inquit, ob-  
sonatores. ] Accurs. vt est in ex-  
cogitandis ineptiis diligentissi-  
mus. [obsonatores dupliciter ex-  
ponit, aut qui domino præstant  
silentium dum dormit, quasi à  
somno dictos, aut qui canunt  
dum cœnat dominus, quasi à so-  
no vocis. ] Neb.

OBSONIVM dicitur quicquid extra  
panem & vinum in cibo apponi-  
tur, vnde obsonator qui obsoniis  
comparandis præpositus est l. le-  
gatis seruis. de l. 3.

OBSTINATVS est, qui post inspira-  
tionem, & releuationem sibi fa-  
ctam in eo quod errauerat perte-  
uerat. 8. dist. consuetudo in fine.

OBSTRVRE luminibus, idem quod  
luminibus officere Bud. in Pand.  
l. æquissimum de V. usufr.

OBTEMPERARE, est obsequi vel  
obedire, ff. si quis ius dic. non ob-  
temp. in rubro & nigro.

OBVENTIONES & reditus pro eo-  
dem accepisse videtur Vlp. in l. 1.  
de Exerc. Accur. verò distinguit,  
vt ibi in §. exercitorem, aiunt re-  
ditus certiores esse, obventiones  
plerunque contingere.

### De O ante C & E.

OCCASIO differt à causa, vt in cap.  
solitz. de maio. & obe.

OCCIDISSE dicitur, & qui mortis  
causam præbuit l. ita. ad l. Aquil.

OCCIDITVR quis multiplici-  
ter, videlicet actu in corpore  
quod & ipsum multifariam fit,  
vt in l. qua. actione. ad l. Aquil. &  
l. 1. §. o. cisorum. ad Senatuscon.  
Sylla odio, in mente, & corde  
detractione in ore, c. homicidio-  
rum de Pœn. dist. 1. & panis sub-  
tractione, c. pasce 86. dist. & non  
corrigendo delinquentes: quia  
cùm pastor non corrigit delin-  
quentes tacendo occidit. c. ephes-  
iis 44. dist.

OCCVLTVM omnino (vt præmissum  
est) dicitur, quia nulla ratione  
probari potest: & tale vocatur se-  
cretum vel latens, vide infra,  
Probatio.

OCCVLTVM pene, est quod per  
paucos probari potest, & quod  
pauci sciunt, vt puta quinque. de  
pœn. dist. 1. §. è contra, alias inci-  
pit hæc autem secreta. circa fi. vi-  
de supra, notorium in generibus  
probationum.

OCCVPPARE capitur quandoque in  
mala. & quandoque in bona sig-  
nificatione. Et propriè mobilia  
occupantur inuaduntur, vt in  
glossa super hoc verbo, in cap.  
generali. de Elect. lib. 6. vbi  
concord.

OCIUM philosophicum, est studium,  
quia philosophus ociatur quan-  
do studet. Sed ocium vulgare est,  
quando vacatur ab opere seruili.  
Et nota quod ocium est triplex,  
sc. destitutorium, quod est ribal-  
dorum, qui apud Athenas suspen-  
debantur, ex lege Draconis apud  
Plutarchum in Solo. Et de hoc  
dicitur quod ociositas & volup-  
tas arma sunt hostis antiqui ad  
miseras animas capiendas. de  
Renuncia. nisi cùm pridem §. ve-  
rum si propter. Ergo dicit Hiero-  
nym. ad Rusticum monachum.  
cap. nunquam de confes. dist. 5.

[Semper aliquid operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum.] Secundum est reſtitutoriam, quando quis ceſſauit à labore, & iterum accedit ad opus, Tertium retributorium, quod datur emeritis, & ſenibus.

**OCTONARIJ**, exactores veſtigalium, quorum nomine octaua pars inueſtorum & eueſtorum penditur.

**OCVLVS**, eſt quadruplex, ut notat Arch. 32. q. 5. nec ſolo.

**ODYSSŒA**, opus eſt Homeri poëtae, in quo Ulyſſis errores proſequitur, quoniam Ulyſſes à Græcis dicitur *Odyſſeus*: citatur à Marcello in tit. de legatis 3. l. legatis. [Sic denique in Odyſſæa Homerus ait, & ſubiicit carmen Græcum.] Nebr.

**OECONOMVS**, latine dicitur adminiſtrator rei domeſticæ, de quo vide etiam in verb. [Iconomus.]

**ŒNOMELI** Græcis dicitur, quod ſit Latinis muſſum, ab *oivos* quod eſt vinum, & *meles* mel: quoniam ex vino & melle confectum eſt, quemadmodum in ver. muſſum diximus. Apud Galenum exterorſque medicos crebra ſit mentio *œnomeli*. Vlp. in tit. de Trit. & vin. legat. l. ſi quis vinum. [Œnomeli planè id eſt, vinum dulciſſimum continebitur.] pro quo mendoſè legitur *œnomeli*. Neb.

**ŒNOMELI** Græcis, muſſum eſt Latinis. Sed Vlp. vti diuerſa poſuit in l. ſi quis vinum. in princ. de vino ſi quis muſſum non contineri vini appellatione ait, cuius contrarium ſubiicit in *œnomeli*, interpretaturque pro vino dulciſſimo.

### De O ante F.

**OFFENSAM** eſſe quidquid alium

ad turbationem iniuſtè adducit, Bar. definit in l. quidam. de hær. inſt. quæ autem dicatur offenſa in perionam docet idem Bartol. in l. licitatio, §. quod illicitè. de publican.

**OFFERRE** ſe liti dicitur, qui ſine mandato iudicium ſubit pro reo. l. ſi ſe. de Re iud.

**OFFICIUM** dicitur multis modis. Primò miniſterium. Secundò obſequium. Tertio actus perſonæ corrigentis. 26. quæſt. 1. monachus. Quarto plebania. de ſtatu monach. quod Dei. Item aliquando ſumitur pro dignitate vel perſonatu, de Præben. ad hæc de Cleric. non reſi. quia de conceſ. præb. c. 2. §. 1. Aliquando pro litigio. 16. q. 1. de præſentium in ſi. ubi litigantes dicuntur officium exercere. Item ſi cui commiſſa eſt diſpenſatio habet officium. Item qui habet poteſtatem ſæcularem in tabellionatum. Item dicitur præpoſitura. Sed proprè eſt aliud à dignitate & à perſonatu. Et dicitur ſimplex officium, quando quis habet adminiſtrationem aliquarum rerum ſine aliqua prærogatiua in choro vel capitulo ultra alios ſui ordinis ratione huius officij. Et ſic habet onus annexum ſine honore, vel prærogatiua honoris: ut ſyndici, procuratores, gaſtaldi. 1. q. 3. ſaluator. verſic. [in nomine.] Item vicedominus, qui habet epiſcopatum diſponere, dicitur habere officium. 90. d. officium. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. 1. Reſponſo. Hæc & plura vide per Arch. de Conf. c. 1. in gl. Et hoc erat contra iura, ubi tractat de dignitate perſonali & officio, ut hic dictum eſt. Item officium ſecundum Car. eſt poteſtas exiſtens in iudice exercendi omnia ea quæ perti-

nent

nent ad eius iurisdictionem, & capitur hic iurisdictione generaliter, vt includat omnia pertinentia ad merum & mixtum imperium. Et loquitur de officio iudicis cuius iurisdictione mater est, sicut obligatio actionis. Nec est vera opinio Pet. de Bella perti. quod officium iudicis sit exercitium vel executio iudicij, quia magis stat in habitu quam in actu. Nec secundum opin. Marti. appellari debet actio, cum differant surrogatum & cui surrogetur. Int. de actio. in prin. in gl. 4. Item officium proprie dicitur quod homo debet homini ex natura. vt in cap. cum in officiis de Testam.

OFFICIUM & artificium quomodo differant, not. in l. legatis. de l. 3.

OFFICIUM iudicis secundum Goff. est potestas iudicis a iure sumpta & habet locum tam in his, quae ante iudicium fiunt, quam in his quae in iudicio occurrunt faciendae. Et imploratur loco principalis actionis, cum alia ordinaria actio deficit, vt in cap. fin. de Offi. iud.

OFFICIUM iudicis est duplex, scilicet nobile & mercenarium. Nobile ideo appellatur, quia a seipso interponitur, nec iure actionis siue obligationis, vt pura si minor petit se restitui in integrum, hoc non competit iure obligationis, quia iudex non fuit obligatus, nec iure actionis, sed iudicis officium misericorditer implorat, &c. Mercenarium iudicis officium est, seu sic appellatur, quia deseruit actioni intentatae, pura, peto a te viginti actione mutui iudicis officium deseruit mihi in hac actione, quia condemnet te vt restituas mihi viginti.

OFFICIALES iudices, require supra Assessor.

OFFICIALIS foraneus appellatur, qui in certa parte dioecesis ad tempus vices gerit Episcopi. gl. in Cl. 2. de Rescr.

OFFICIALES operae, sunt quae respiciunt personam patroni, vt illum comitari, cantu & saltatione oblectare, & similes.

OFFICIOSA dicuntur, quae continent pietatem, quae nulli obfunt, & alicui profunt: sicut a contratio testamentum dicitur inofficiosum, quod est contra officium pietatis. distin. 9. si ad script. in gloss. 1.

OFFICINA, est quasi tugurium vel tegmen, quando videlicet paleae, id est, stramina ponuntur super arbores vt pastores subtus existentes, ab imbribus protegantur. Sed proprie dicitur vbi opera fiunt: sicut taberna dicitur, vbi opera ipsa & merces venduntur.

### De O ante L.

OLFACERE, est nasum ad eulum ponere, ita exponit glossa in verb. olfacit. in leg. agalo. ff. si quadrup. pau. fe. di. Alias generaliter olfacere, est odorem odorare, & olfactus odoratus. Et ab oratoribus ponitur pro scire, vt dicendo, [Tanta sunt in me tua beneficia, vt quo pacto correspondeam nec utiq; olfacere possim.]

OLIM aduerbium temporis, & proprie respicit tempus praeteritum. ff. de Contr. emp. l. nec empti, aliquando exponitur, id est. [dudum retro.] in Auth. vt iud. sine quo. sup. §. 1. de exeu. tut. l. sed. §. quasi. Item adde quot tempora significet distinctio olim Bart. in l. 1. in prin. vbi Alex. & alij ff. de No. ope nuncia.

OLITOR, est qui vulgo appellatur

tur hortulanus, dictus ab oleribus, hoc est, herbis hortensibus. In le [olitano a, um,] ad hortum huc horti curatorem pertinens. Plin. libro 19. [Vrceola olitoria ex his scitari prodiderunt] Vlpian. de Verb. sign. leg. Vriana. [Horti vincarij] torte vel olitorij. Nec dicitur ab oliuis, sed ab oleribus Ant. Neb.

**OLOBERVS**, est vestis totaliter deaurata, & dicitur ab *ολοβ*, id est, totum, & *βραχιον*, quod est aurum, & differt a vestibus deauratis, quia hæc de optimo auro, quod in vulgari foliatum, in legib. obriatum dicitur, sed illa de quolibet auro vel hæc de optimo auro tarta erat vestis, illa deaurata similiter in totum. Est & alia vestis quæ habet aurum tantum in paragandis, vt C. de vest. olobe & auro. libro 11. in rubr. secundum Accurf. Vide de hoc et am. supra in ver. [holobare vestes,] nam ita scribendum esse, Græca eius etymologia postulat.

### De O ante M.

**OMNIA** comprehendit singula. Nam si episcopus dicat, [Do tibi talem villam & omnia iura quæ habeo ibi] singula iura comprehenduntur, sed non intelligit dare decimas & alia iura quæ sunt merè spiritualia, quia dictio [omnia] licet se extendat ad singula, non tamen ad ea quæ sunt penitus nature alterius & iuris, quàm ius ad ea quæ principaliter transeunt. Sed quando datur aliquid quod habet temporalia & spiritualia iura cum omnibus pertinentiis suis, vt præbenda habens possessiones & decimas, tunc omnia transferuntur simul, secundum Host. in c. literas de iure patro. **OMNIFARIAM**, id est, omnibus

modis. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. 1. de contrahend. & committ. stip. l. optimam.

**OMNINO** tangit Archidia. de præbend. cap. si beneficia. lib. 6. & plenius in cap. licet canon. de Elec. & gl. in Cle. i. de vita & honeste. Cleric. & etiam gloss. in c. & Christus. de iusteur.

**OMNIS**, hæc dictio quando fiet collectiue & quanto distributiue, docet Bart. in l. hoc articulo. de Hered. init.

### De O ante P.

**OPERA**, est labor diurnus quem admodum a Paulo & Vlp. definitur, li. 38. Dig. tit. de operis liber. differt autem ab opere, quoniam in vno opere plures operæ consumi possunt & in vna opera plura opera fieri possunt. Ant. Neb.

**OPERA** est diurnum officium, scilicet quod quis exhibet alicui per diem artificialem, & non naturalem, sicut dicitur Genesis 1. cap. [Vespere & mane dies vnus.] Aliquando ponitur pro breui temporis obsequio vel est idem quod obsequium. Dicitur ergo opera officium tempore limitatum, vt l. 1. ff. de Operis liber. Limitatio autem fiat in disponentium voluntate, quia per contrahentes potest limitari maiori vel minori tempore, puta quod dies capiat ad integram, vel ad mediam noctem, vel ad vespem tantum, quia disponant contrahentes, & erit lex. Idem in testatore Et quando aliud non apparet, de artificiali intelligitur, quia ad hunc communiter fit relatio. Sed improprie opera accipitur pro reuerentia vel obsequio, vt not. in §. libertus. l. si non fortem. ff. de Cond. inde. & sic de aliis.

**OPERARVM** aliz sunt officiales, aliz artificiales, de quib<sup>9</sup> require ver. [artificiales, & officiales.]

**OPERIS** appellatione de eo intelligitur, quod formam habet veri & iusti operis, quæ quidem forma non nisi ex consummatione & perfectione contingit l. rei appellatio. vbi Alciat de Verbor. signific.

**OPILIO** dicitur custos ouium. l. cum quærebatur. §. fin. & ibi not. ff. de leg. 3.

**OPINIO** secundum Spec. est dubia particularis arbitratio. quæ a Doctoribus alicuius scientiæ auctoritatē habet. Sed secundum Goff. est probabilis arbitratio Doctor. non nisi ob instructionem studentium in scriptis redigenda.

**OPINIO** communis, est aliud quam fama. Nam opinio communis facit ius. C. de Re iud. l. 1. Fama verò non facit ius. Item opinio communis probat, fama verò non. Item opinio communis differt à notorio quia opinio communis est de longè præteritis, quæ probari non possunt de facili, scilicet per testimonium visus, &c. Sed notorium est de præsentibus vel proximè præteritis, quæ de facili probari possunt per testes diuissim.

**OPINIO** communis illa dicitur, quam plures grauiorēsq; amplectuntur, vt dicit Panor. in c. prudentiam. in princ. de Offic. de leg.

**OPINIATORES** sunt militaris annonæ exactores. l. missi. Cod. de exactor. trib. Sed Codex Norembergensi ibi habet [opiniones, non opiniatores.]

**OPISTHOGRAPHIA**, dicuntur quæ in retrò chartæ scripta sunt ab *opio* deo, quod interpretatur retrò, & *grapho* scribo. Eiusmodi est scriptura, de qua dixit Iuuen.

*Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes.*

Et Martialis :

*Scribit in auersa Picens epigrammata charta.*

Plin. in epist. [Reliquit, ait, commentarios opisthographos & minutissimis litteris scriptos.] Iurif. conf. in tit. de bon. posses. sec. tab. l. chartæ appellatione [Proinde, ait, si in opisthographo quis testatus sit, hinc peti bonorū possessionem.] vbi Accurs. dupliciter peccat, tum in opisthographo, i. vbi opes scribuntur. exponens, tū in epistographo, i. in epist. Neb.

**OPISTHOGRAPHVM**, id est, tabula lignea, in qua scriptæ sūt opes. l. chartæ. & ibi gl. ff. de bonor. pos. secundum tab. Alc. verò accipit pro tumultuariis tabulis, quæ vulgò memoriales, Latine aduerialia dicuntur.

**OPORTET** aliquando dicit necessitatem. 3 q. 9 non oportet. Aliquando honestatem. Item oportebit, significat tam præsens quam futurum. de Verb. signific. verbum & not. gl. 25. quæst. 1. & gl. c. 1. de Præscript. lib. 6. super verb. oportet.

**OPPIDVM** dicitur terra mutata non habens episcopum. in l. pupillus. §. oppidum. ff. de Verb. signific.

**OPPROBRIVM**, idem est quod probrum. l. probrum. de Verbor. signific.

**OPTIMATES**, sunt quasi meliores & ditiores de populo, ab opibus dicti.

**OPTIO**, est vnum genus exactiois. C. de Iure fisci l. pen. super verb. optionem libr. 10. Alias capitur pro electione, vt §. optionis. Inst. de leg. Sed in re militari dicitur miles qui ægros antecedit, tanquam

quam eorū vicem si vsus venerit gesturus, vt ex Non. & Vegetio tradit Alc. in d. l. pen. de iur. fife.

**OPVLBNTA** hereditas, interprete Accurs. in leg. si quis mihi. de Acquir. her. est qua affert opes sine vexatione.

**OPVS** nouum. Require supra, Nouum opus.

**OPVS** struibile dicitur, quod ex lapide quadrato aut laterculis calcæque constructum est. leg. in rutiis. de Verb. sign. vbi Alc.

### De O ante R.

**OAA** sine aspiratione significat finem vel extremitatem rerum, præcipuè regionem vel vestium, secundum Ioan. Andr. in Clem. 1. de vita & honest. cler.

**ORACVLVM** id est, responsum, quia precando seu orando impetratur. c. per tuas. de Maior. & obed.

**ORAVS** dicitur, qui liberis priuatus est.

**ORCINIUS** ab orco dicitur. Est autem Orcus inferorum atque mortis deus. Virg. 2. Aeneid.

*Multos Danaum dimittimus orco.*

Idem in 6.

*Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus orci.*

Hinc orcinus libertus, qui sit ipse testatoris defuncti & in orci familiam adscripti. De pheretro in quo mortui efferuntur, dixit Martialis:

*Orciniana que feruntur in spoda.*

Vlp. lib. 10. tit. de fideicom. liber.

ergo. [Qui directam, inquit, libertatem acceperunt, orcinij erant liberti.] Orcinij quoque liberti meminit Iustin. lib. 2. Inst. Ant. Nebr.

**ORCINVS**, id est, directè manumissus leg. ergo. §. hi qui. ff. de fideicom. liber & §. pen. Inst. de sing. reb. per fideicom. relicta Et dicitur ab orco, i. manumissus ab eo qui tendit ad orcum, i. infernum, vel ab ὄρκο, quod est rectum, quasi directè manumissus.

**ORDINARIVS**, est qui suo iure vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest vbilibet. Item est is, cui vniuersitas causarum commissa est, vnde secundum Spec. Officiales episcoporum ordinarij vocantur. Item secundum Goff. ordinarius iudex est, qui à collegio eligitur, & à superiore confirmatur, vt electus in erectorem, qui per confirmationem sortitur iurisdictionem, sicut & episcopus, in omnibus præter ea quæ maiorem discussionem exigunt. Item secundum Spec. ordinarius est legatus in prouincia super decretum. Et sunt duplices: Quidam habent administrationem vt episcopi habentes episcopatus, quos actu regunt, & isti habent restituere in integrum. Alij sunt ordinarij non habentes administrationem, sed tantum facultatem iudicandi, vt secundum iura ciuilia, qui honorem tantum & dignitatem habent, ratione cuius iudicare possunt, si qui in eos confesserint. l. 1. ff. de iud. Secundum iura canonica sunt episcopi renunciantes loco episcopali, nõ dignitati, retinentes honorem sine administratione. de Renunc. nisi cum pridem, de ordinat. ab episc. qui episc. cap. 1. Item episcopus, cuius episcopatus omnino destructus esset, qui esset episcopus, nullius tamen episcopatus, secundum Goff. in Sum. de in integr. restit.

**ORDINARI** locorum sunt, non tantum episcopi, sed etiam quicumque inferiores qui habent institutionem, & destitutionem. c. cum ab ecclesiarum, de Offic. ordin. & c. 3. § in conferendis. eod. tit. libr. 6.

**ORDINARIUS** seruus qui, vide in verb. seruus ordinarius.

**ORDINARIA** onera sunt illa, quæ ex constitutione vel consuetudine præstantur, ut quod quilibet talis fundus vel domus quolibet anno tantum debeat præstare domino suo vel principi. Sed extraordinaria onera sunt, quæ extracursum & morem ex inopinato euentu vel casu seu necessitate emergenti indicuntur, ut si dominus velis maritare filiam suam, vel gueræ immincant, & ideo à suis subditis exigat aliquid.

**ORDO** secundum magistram sententiarum & Thom. in 4. dist. 24. est quoddam signaculum, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium. in sum. confefs. lib. 4. in tit. 22.

**ORIGINARIUS**, require supra Colonus: Nam originarius colonus & adscriptitius idem sunt in re, scilicet eiusdem conditionis homo, sed ratione differunt. Nam adscriptitius dicitur, quia sic adscriptus est terris colendis, quod non potest à cultura recedere sine voluntate domini sui. Sed colonus, quia tenetur colere terram, & originarius, quia ex origine sua adheret glebæ, ut supra.

**ORICHALCVM**, interpretatur æs montanum, nam *ὄρος* est mōs, & *χαλκός* æs: nam quod vulgò aurichalcum dicitur, nulla ratione defendi potest. Tum ex illo principio omnium consensu recepto, non solere fieri cōpositiōnem ex Græco & Latino, tum

auctoritate & ratione. Ratio autem illa nimirum est, quod in carmine semper prima breuis reperitur. Virg. 12. Æneid.

*Albòque orichalco*

*Circundat loriceam.*

Et Horat. in pœtria,

*Tibia non ut nunc orichalco iuncta tubaque*

*Æmula.*

Aurichalcum verò nō posse dici Festus Pomp. est auctor. [Aurichalcum inquit, quicam putauerant compositum ab ære & auro. Sanè verò orichalcum dicitur, quod in montosis locis inuenitur: mons etenim Græcè *ὄρος* appellatur. [Vlp. ti. de legatis tertio. l. 1. si quis electrum, inquit, vel aurichalcum contineri. In titulo quoque de Action. empt. & vend. Quemadmodum, inquit, si quis vas aurichalcum: sed orichalcum legas.

**ORIVNDVS** de ciuitate vel loco, &c. dicitur is, qui vel ibi vel in vico ciuitatis illius ortus est. ff. ad mun. l. qui ex vico. Vel si pater eius inde ducit originem. ff. eod. tit. l. assumptio. §. filius. & C. Municip. & orig. l. 1. & l. filios. lib. 10. Et not. in ca. vsurarum. de vsur. in ver. alienigenas. lib. 6.

**ORNAMENTORVM** nomine nec vestis, nec annulus signatori<sup>9</sup> continetur. l. ornamentorū, de aur. & ar. le. & l. signatorius, de Ver. fig.

**ORPHANOTROPHIVM**, penultima longa, locus est vbi orphani aluntur, quemadmodum brephotrophium vbi infantes, ut suo loco diximus. in Codice Iustiniani titulus est de orphanotrophis, quorum etiam meminit frequenter tit. de sacros. eccles. Orphanotrophus, is dicitur qui orphanotrophij curam gerit.

**ORPHANOTROPHVS**, est orphanorum & pupillarum tutor, & adolescentium curator, qui eos facultatibus & parentibus quasi constitutos suscipit alendos.

**ORPHANOTROPHIVM**, est locus, in quo talibus alimenta administrantur 23. q. 8. tributum. §. quamuis. & l. orphanotrophos. C. de episcop. & cler.

**ORTHODOXVS**, id est, catholicus, extra, de Summa trin. c. 1. lib. 6. & dicitur ab ὀρθός, id est, rectum, & δόξα, id est, gloria; vt C. de Sum. trin. & fide catholica. l. 2. in fine. & ibi gloss.

**ORTVS** est locus sine reditu, factus ad amoenitatem, & dicitur prædium vrbani, ita tenet Fel. in c. Rodolphus. in vers. ortus autem est. de rescr.

**ORTVS** olearius, est ortus in quo olus accrescit. Scribendum Hortus per. h.

### De O ante S.

**OSANNA**, vox Hebræa, id est, salua obsecro, Matth. 21. de consec. dist. 4. c. multi. per Arch.

*Ὁσαυχάει* dicis causa, vide supra, Dicis causa.

**OSPRATURA**, vocabulum fictum ex Græco ὄσπαρα, quod varias fruges minutas & legumina significat, vt auctor est Hesychius Arch. l. vi. §. 2. ff. de Mun. & hon. [Elemptoria; & ospratura apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur.

**OSSORIA**, locus in quo reponuntur ossa defunctorum. l. 2. de Sepulc. viol.

**OSVARIABE** cistæ, in quibus defunctorum ossa recondabantur. Vlp. l. 2. ff. de Sep. viol. [Et Celsus scribit sic esse monumenti, vt osuariâ. & ideo quod vi aut clam interdictum locum fore.]

**OSTENDERE**, id est, monstrare vel probare ff. de Actio. tribut. l. sed & si seruus. & de Accusat. leg. fin.

**OSTENTIVM** dicitur omne contra naturam cuiusque rei genitum tactumque. Ostentorum duo sunt genera, de quibus in l. ostentivum. de Verb. sign.

### De O ante V.

**OVES** dicuntur animalia minuta, leg. oues. & ibi Bartol. ff. de abigeis. & appellatione ouium non veniunt agni, nisi esset de consuetudine Bart. in leg. legatis §. ouibus ff. de Legatis. tertio. hinc ouilio ouium custos. leg. fundi, de fundo instructo leg.

### De P ante A.

**PACTVM** vel pactio dicitur à verbo paciscor, & sic describitur: [Est consensus duorum vel plurium in idem placitum.] scilicet ad dandum vel faciendum aliquid alteri ab altero eorum. ff. de Pactis. leg. 1. §. 1. Et dicitur quasi de pace factum, vel pacis actum. Et ponitur ibi, in idem placitum. Nam non fit in eodem vero vel falso, quia si duo vel plures consentiant in hoc vero, Titius est homo. vel in hoc falso, Titius est asinus, non erit pactum: quia non esset obligatorium: talis enim consensus neutrum obligat alteri. Item secundum quosdam pactum est contractus, quia paciscendo, diuersas in idem contrahimus voluntates. Et capitur quandoque late pro eo quod non transit in contractum nominatum: vt venditio, & c. Et sic omne pactum potest dici contractus innominatus, vt transactio do vt des, & c. Quandoque strictè pro simplici pacto gratis facti: vt promitto tibi decem,



cem, &c Et à transactione & pollicitatione differt, quia pollicitatio est solius offerentis promissio. Et assignatur differentia inter pactum, quia pactum est de re certa & non litigiosa & gratuita. Transactio vero de re incerta & litigiosa, & non gratuita. Et quid sit pactum, habes etiam de Verb. sig. c. pactum ubi dicitur, [pactum est inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus ac moribus comprobata.] Nam sæpe ad probationem pacti scriptura interponitur, secundum gl. ibid.

**PACTORVM** diuersa sunt genera. Nam pactum conuentum dicitur, quod sub certis verbis & forma factum & expresse redactum est. v. g. clarum est pactum in verbis, quia si verba sunt obligatoria, pactum est obligatorium: si sunt liberatoria, est liberatorium, si exceptionis inductiuum, tunc est exceptionis inductiuum.

**PACTVM** tacitum dicitur, quod in veritate non est expresse factum, sed ex aliqua lege speciali, ac si fieret, haberi iubetur, v. gr. conduxisti domum à Seio, & res meas intuli, hoc casu res meae illatae pro mercede domus, tacite sunt obligatae Seio, iure hoc statuente, vel iubente lege, pignori ita esse obligatas, ac si specialiter & expresse inter nos concordatum esset & conuentum, dato tamen quod non conuenerimus, nec super hoc quid dixerimus. Vnde sic, pactum tacitum dicitur, quod non est factum expresse: vt cum conduxisti domum non tangendo de pretio dando, tamen secundum leges adhuc venit pretium dandum, ac si paciscendo ita fuisset expressum.

**PACTVM** additionis in diem tale est: vt vendo tibi domum: & si

potero habere maius pretium vsque ad mensem, ego repetam ipsam domum.

**PACTVM** legis commissoriae est: vt vendo tibi domum, & si non solueris intra mensem, volo quod sit inempta: vt C. de pact. inter empt. & vend.

**PACTVM** personale est, quod non generaliter fit, sed tantum pro vna persona vel duabus. Et dicitur pro vna tantam persona, quia fit personae soli, sic quod tali & non alteri prodesse possit, vt si paciscor pecuniam à te mihi debitam non petiturum me à te, sed à tuo hærede, tunc illud pactum tantum personam tuam tuetur, & non hæredem tuum.

**PACTVM** reale, vel in rem est generale, & non continet specialiter vnam, duas, vel plures personas, sed generaliter cõplectitur omnes, ad quas illa res pertinet vel pertinere potest: vt cum debitum meum omnino remitto tam tibi, quam hæredibus tuis, ita vt omnes liberemini, tu & hæredes & fideiussores, & nullus mihi reservatur regressus ad pecuniam vel ad rem petendam. Item pactorum aliud nudum, aliud vestitum. Et qui plene vellet hoc examinare, traheret magnam causam & controuersiam inter Doctores. Hæc tamen cum paucis sufficiant.

**PACTVM** nudum dici potest, quod ab omnibus iuris solemnitatibus destitutum est, i. tam solemnitates verborum quæ solent concipi & attendi in stipulationibus, quam non etiam per conceptionem litterarum, scilicet quando chirographum interuenit, nec aliud instrumentum super hoc confectum, quo nudum pactum confirmaretur. Et dicitur nudum, à

causa

causa, quæ sufficere potest ad perfectam obligationem, [ ut do ut facias, facio ut des, &c. ] cuiusmodi conventiones dicuntur contractus innominati. Item dicitur nudum à foro negotij, ut quando negotium non incidit in certum nomen contractus, ut in nomen emptionis, venditionis, locationis, & similiarum. Item nudum dicitur à rei interuentu: ut talis non intercedat res, quæ possit suo interuentu perfectam reddere causam obligationis, sicut in mutui datione. Item dicitur nudum à coheræntia, quoniam si incontinenti post contractum adiciatur, pactum ex præcedenti obligatione vires contrahit: ut videatur inesse contractui, & causam vestire, ut si pactum semel factum est, & post traditionem intercedit, res sic vestitur interuentu rei. Item pluribus aliis modis vestitur, secundum diuersas opiniones Doctorum.

**PACTUM** vestitum, dicitur sex modis, secundum quod sex modis vestitur, scilicet re, verbis, litteris, contractus coheræntia, & rei interuentu: ut secundum gl. Instit. quibus mod. re con. obl. in princ. Et dicit Goff. quod pactum in rem, est quando generaliter paciscor, ne petam: & in personam, ne à persona petam, ff. eod. tit. l. idem. §. personale, & non minus ex verbis, quam ex mente contrahentium est æstimandum, an pactum in rem vel in personam sit: plerumque enim in personam pactum inseritur, non ut personale sit pactum, ff. eod. tit. l. iuris gentium. §. pactorum.

**PACTORVM** aliud vile, aliud inutile, scilicet ratione personarum ut furiosorum, qui nec tacite nec expresse, consentire possunt, qua-

re matrimonium contrahere non possunt, nec ad religionem se obligare. & hoc de continuo, secus si habent lucida intervalla, ut 6. q. 1. quamuis. Item pupillus, qui nondum est doli capax, ubi vult obligari, secus si vellet filium obligare, quod potest. Idem in prodigo. Item monachi & regulares professi & conuersi, nisi pro contemplatione monasterij paciscantur, cui per tales acquiritur. Item viri & uxores, qui sibi donare non possunt, sed vendere. Itē ratione potestatis. Item in legatis dum legatione funguntur. Item inter patrem & filium, nisi in Castrensi peculio, vel quasi. Item si res in pactum deducta non sit in rerum natura, nisi mora præcesserit. Item si homo res sacras vel religiosas deducat in pactum. Item cessat pactum in collatione rerum spiritualium, r. q. 2. quàm pio, & in rebus prohibitis, etiam si iuramentum fuerit appositum, ut in animæ detrimentum vergentibus. Item pactum turpe aut rei turpis aut impossibile, de iure vel de facto, nullam obligationem inducit, c. ult. eod. tit. secundum Goff. in Sum. Dicitur autem pactum à pacatione. ff. eod. tit. l. 1. pactio verò à pace & actu: nam qui paciscuntur ex diuersis & contrariis moribus animorum, post multa variaq; certamina in vnâ consonantemq; sententiam conuenire dicuntur, ff. eod. tit. l. 1. §. conuentionis. Et hoc pactum generale est ad omnia quæ contrahuntur vel aguntur inter partes causa contrahendæ vel tollendæ obligationis, sed nomen conuentionis generalissimum est: nam scholares in scholis, clerici in capitulo, populus in foro conuenire

hire dicuntur: vt in §. præalleg. conuentionis. Vel dicitur pactum à percussione palmarum, veteres enim cū in se obligabant, palmas percutiebant in signum inuiolandæ fidei: vnde dicitur pactum quasi palmae ictus.

**PACTVM** per donationem. Require infra, transactio.

**PACEM** rumpere non dicitur ille, qui facit furtū ei cū quo pax est. Bart. in l. verum est, ff. de furtis.

**PADVS**, est flumen publicum transiens per Lombardiam, de quo fit mentio Inst. de Rerum diu. §. 2. in gloss.

**PAGMA**, atis, ludus interpretatur, à *παίζω* quod est ludo. Erat autem pagina machina in sublime tendens, in qua puerorum cantantium erant nidi. Seneca libro 13. epi. his verbis pagina describit: [His, inquit, annumeres machinatores, qui pagmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut iis quæ eminebant paulatim in se residentibus.] Iosephus quoque triumpho Vespasianorum, nonnihil de pagmatis scribit. Iuuenal.

*Et pagina & pueros inde ad uellaria raptos.*

Martialis:

*Et crescent mediâ pagmata celsa via.* Claudian.

*Mobile ponderibus descendat pagma reductis.*

Vlp. in tit. de fundo instruct. leg. questitum. [In emptionem, inquit, domus specularia & pagmata cedere.] Nebr.

**PAGANVS** à pago dicitur, quemadmodum à vico vicinus: habet ta-

Voc. Iur.

men aliquando remotiorē significatum, atq; pro eo accipitur quæ non est militiæ sacramento addictus, vt nemo sit qui non aut paganus aut miles dicatur. Iuu.

*Citius falsum producere testem*

*Contra paganum possis, quàm uera loquentem,*

*Contra fortunam armati.*

id est, contra militem. Modestinus tit. loc. & conducti. l. [si ignorans, inquit, militi, quasi pagano locauerit.] Item multis aliis in locis Digestorum, sed nunquā alia significatione. Si quando tamē à iuniorib. paganus pro infideli accipitur, id per translationē fit, quasi non sit initiatus ad sacra religionis Christi, atque illius militiæ adiuratus. Nebr.

**PAGANI** dicuntur in iure quandoque increduli seu hæretici. Item quandoque dicuntur priuati homines, vt villani & omnes qui neque milites, neque magistri sunt à *παῖδες* Græcè, quod est uilla Latine, vt Inst. de milit. test. §. illis autem temporibus. in fin. ubi glossa.

**PAGANICVM**, aduentitium est peculiū, quod ex prospera fortuna a luenet, ueluti ex testam. cognatorum uel etiam agnatorum.

**PALAM** facere dicitur, quod coram pluribus facit, l. palam. de Ver. signific. Palam nuncupatus hæres intelligitur, si testes exaudierint. l. hæredes de Testam. Palam quæstum facere mulierem dicimus, quæ passim & sine delectu stuprari se sinit. l. palam de ritu nupt.

**PALATINI**, aliter dicuntur vicarij, quodammodo gerūt vicem principis, secundum A. curs. in rubr. Cod. de pala. sacr. lar. libro 12. Sed communiter dicitur unar omnes habitantes in Palatio.

F

PA

**P. LATINVS** comes dicitur, qui curam gerebat præcipuam, ut missis notariis suis negligentiam iudicum argueret. C. de offic. recto. l. nullam. Require supra, Comes.

**PALLA** dicitur vestis qua altare cooperitur, videlicet lineus pannus consecratus, qui super altare ponitur, super quem extenditur corporale. Sumitur etiam quandoque pro cortina vel panno serico. Vnde,

*Lætitia causa cibus est, non serica palla.*

**PALLIVM**, est insigne ornamenti archiepiscopi, vel Episcopi, quod ex privilegio sibi conceditur, sumptum de corpore beati Petri, in signum plenitudinis Pontificalis officij, ut de Election. significasti. & de auctoritate & vsu pallij. præalleg. cap. 2. Vnde antè pallij receptionem ecclesia dicitur viduata, ut dicto cap. quoniam. in Papa verò designat plenitudinem potestatis.

**PALMARIVM** præmium, quod victoriæ causa datur. l. i. de var. & extræord. cogn.

**PALMATI** equi, in l. i. C. de Gre. do. iidem fere sunt quos vulgò baios vocamus. Possimus etiam intelligere equos palmatos, quibus utebantur aurigæ in circo, à palma. Hæc Alciat. in præalleg. l. i.

**PANCRATIUM**, est colluctatio cum fustibus, vel locus lignis circumdatus, in quo certo ordine stant pugnantes, ut in pugilibus videmus gloss. est in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Require supra, colluctatio.

**PANCRATIUM**, ut scribit Vitruvius, locus erat in quo athletæ exercebantur. Pl. lib. 34. Puerum au-

tolit cum paneratio victorem. Propertius libro 3. Et patitur duo vulnera paneratio. Vlp. lib. 9. tit. ad legem Aquilian. l. qua actione. [ Si quis colluctatione, inquit, vel in paneratio. ] Vnde paneratiastes pro athleta quite in paneratio exercet. Ant. Ne.

**PANCRATIUM**, genus certaminis est, quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigitur. Budæus in leg. qua actione. ff. ad l. Aquil.

**PANDECTA**. Require supra in ver. Digestum.

**PANDECTA**, potest interpretari comprehensorium, hoc est, omnia continens, à πάν, quod est omne, & δέχομαι, comprehendo. Gellius lib. 19. [ Sunt, inquit, qui pandectas, id est, omnium receptacula inscripserint. ] Idem lib. 12. [ Quas Græco vocabulo Pandectas, id est, promiscua & omnimoda continentes libros. ] Hinc Iustin. lib. 50. Digestorum. Pandectas Græco titul. prætitulavit, non quemadmodum quidam existimant, pandectas fuisse libros Iuriconsultorum, ex quibus constat ius civile, quod Iustinianus Imperator in quinquaginta libros redegit Neb.

**PANNICVLARIA** sunt ea, quæ in custodiam receptus secum contulit, spolia quibus indutus est qui ad supplicium ducitur. leg. diuus. de Bon. damnat.

**PANNICVLARIA** bona, quæadmodum Vlp. in tit. de bon. dam. l. diuus definit, sunt ea quæ incustodiâ receptus secum attulit nõ omnia quidem, sed vestem quia is fuerit indutus, & nummos inuenterales, & annulos parui pretij.

**PANTHERA** numero plurali posuit Vlpian. pro auium cantura. l. emptorem

ptorem. §. vlt. de act. empt. vt ibi interpretatur Bud

**PANTOMIMI** dicebantur omnium imitatores effictoresque. Græca est vox, qua vsus est Iuriscons. in l. si libertus. de Ope. liber.

**PANTOMIMVS**, dicitur is qui mimos repræsentat, atque in ea arte tantum potest, vt omnia possit imitari, à *πᾶν*, quod est omne, & *μιμῶν*, quod est imitor. Seneca in 4. Epistol. [Si clamor & p'ausus, & pantomimica instrumenta perstreperunt.] Iulius Firmicus lib 3 mathefeon. [Si luna inquit, Mercurio defluens ad Venerem peruenerit, organarios aut pantomimos facit.] Iauole. l. 38. Dig. tit. de oper. liber. l. si libertus. Si libertus, inquit, arcem pantomimi exerceat. & ff. eod. tit. l. patronus. [Si quis, inquit, pantomimum vel archimimum libertum habeat.]

**PAPA** idem est quod admirabilis. Et dicitur à papæ, interiectione admirantis, quia vices Dei gerit in terris. Vel dicitur Papa, quasi pater patrum, secundum Io. Andre. super verbo Papa. in proëm. Clem. Alij deriuant à voce Græca *πάππος*, quod Latinis est pater quæ etymologia probabilior videtur.

**PAPYRVS** frutex est in palustribus Ægypti locis, aut quo Nilus non fluit, brachiali crassitudine, decem cubicorum altitudine, ex cortice verò stragulas Ægyptij faciunt, atque ex eodem chartas; & est alioqui materia combustibilis. Vlp. in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione [Harūdines, inquit, & papyros comburunt.] Nebr.

**PARABOLANI** sunt medici, qui ad curandum ægra membra vel corpora debiliū deputantur, dicti parabolani à parabola, quia

plura promittunt hominibus quam faciunt, & quia sæpius parabolis vtantur, vt C. de Episc. & cler. l. parabolani.

**PARABOLANI** secundum Alcia. lib. 4. c. 2. dispunc. erant plebeij quidam & viles homines, famulitio, vel ecclesiarum vel hospitalium deputati, & quasi adscriptiij glebæ.

**PARAFIDICVS** componitur à *παρά* vel parum, & fidus, id est, fidelis, & icos custos, quasi parum fidelis ad custodiendum vel obseruandum quæ obseruare debet, vt colligitur C. de cur. pub.

**PARAGAVDES**, genus vestimenti virilis vt plurimum linei, quod sub alia veste gerebatur. Alci. in l. l. C. de vesti. holouer.

**PARAGRAPHVS** dicitur, quasi diuisio, à *παρά*, id est diuisio, & graphia, id est, scriptura, inde paragraphus, id est, scripturæ diuisio, per Isid. not. in princip. Decretorum.

Vide de paragrafo Alciat. libr. dispunc. 3. c. 16, delirat enim hic auctor.

**PARANGARIA** hanc vocem transposuit auctor explicandam in ver. perangaria. vide ibid.

**PARANYMPHVS** vel paranymphe, dicitur parans vel procurans sponsalia. Req. infra Proxenetæ.

**PARANYMPHI** & paranymphe dicuntur Græcè, qui Latinis sunt pronubi & pronubæ, hoc est nuptiis præsidentes. August. 14. de ciuitate. [Nonne omnes famulos atque etiam ipsos paranympheos antemittit foras, quàm blandiij coniux cõiugi incipiat?] Hieronymus in serm. as. ùpt. [Mariã, inquit. angelus Gabriel, ac si celestis paranympheus intactũ custodiuit] dictus est autẽ paranympheus à *παρά*, quod est iuxta, &

*νυμφὴ* sponsa: quasi assidens sponsæ. Commentator decretorum paronymphas somniat esse ancillas, dictas sic, ut ille putat, à parando lympha: Neb.

**PARAPHERNA**, bona sunt quæcunque præter dotem dantur sponsæ. Unde paraphernica instrumenta dixit Sidonius Apollinarius puellæ tradita, & dicuntur parapherna, à *παρα* quod est præter, & *περὶ* dos: non ut vulgus loquitur paraphrena. Vlp. lib. 23 ff. de iure dotium. l. si ego. [Si res dentur, ea quæ Græci parapherna vocant, quæque Galli peculium appellant.] Nebr.

**PARAPHERNALIA** bona, vel res paraphernales dicuntur res, quas mulieres iuxta dotem inferunt in domum viri, à *παρα*, id est, iuxta, & *περὶ*, quod est dos, vel donatio: inde paraphernale dicitur quicquid mulier habet ultra dotem vndeunque.

**PARASYNAXIS** *παρὰ συναγωγῆς* conventus, coitiones, & conuenticula hæreticorum, in l. quicumque. 8. C. [de Hæreticis & Manichæis.

**PARATITLA** Græca dicto est, qua vititur Iustin in l. 2. §. pen. C. de Vete. iur. enucleand apud quem tamen piratitla mendosè legitur. Paratitla autem in eo loco Iustiniani apud nos summæ rerum interpretari poterunt, quales scripserunt Azo, & alij qui titulos & admonitoria quædam, siue præludia collegerunt, quod ab Imperatore ibi permissum est.

**PARAVEREDAE** indeclitabile dicitur à *παρα* id est, iuxta, & *vereda* equo ducete rhedam, à *veho*, his, here, & rheda, secundum Hugonem, & sic babulci & aurigæ paravera dicitur secundum Accur. C. de cursu pu l. 2. lib. 11. Tu die secundum Bud. in pen. quod pa-

raueredi dicebantur qui veredo vno saper numerum diplomæ comprehensum utebantur.

**PARENTES** vulgò dicuntur omnes qui nobis cognatione sunt iuncti, per cuiuscunq; etiam lineam Ilexus hoc fiat: secundum etiam interpretationem iuris dicuntur omnes ascendentes per paternam siue maternam cognationem, sed propriè dicuntur parentes vsque ad tritaum, & ultra dicuntur maiores. l. 4. de in ius voc. vbi gl.

**PARUS** curia dicuntur vasalli qui habent consimilia feuda à domino illius feudi de quo agitur, prout not. in c. ceterum de Iudic.

**PARIA** fecisse dicitur qui pecuniam quã acceperat numeravit, & quod debebat reddidit.

**PARTER**, id est, simul, extra, de temp ord. c. 1. lib. 6 & de hoc aduerbio vide etiam per Bart. in l. si fundus § si duo. ff. de Pignor.

**PAREPHIPPIVS** est, qui equo insidet, siue equorum fessor, à *παρα* Græca præpositione, & *επιππιον*. Iustinia. lib. 12. Cod. tit. de cursu pub. l. parephippium. [Parephippium, inquit, eum videri, qui vsarpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebat, &c.] Est autem ephippium stragulum quod equo imponitur. Horat.

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Martialis in disticho, cuius lemma est, Ephippium:

*Stragula succincti venator sum  
veredi,  
Nam solet à nudo surgere sicca  
equo.* Nebr.

**PARIPVS** dicitur à parum, & pus-  
puris, quod est custodia, quasi pa-  
rum custodiens mandata, vt l.  
paripum. C. eo. ti & lib. præalleg.  
Nescio an parephippium expri-  
mere voluerit: de qua dictione  
vide Alciat. in lib. C. 12. ad l. pa-  
rephippium. de cur. publ. Nam  
parippu vox est mihi incognita.

**PARHIPPI** autem dicuntur in l. 4.  
C. de Curf. publ. qui equos publi-  
cos plures quam ei liceat vien-  
dos sumpsit.

**PAROCHIA**, est locus in quo degit  
populus alicui ecclesie deputa-  
tus secundum Goffredum in sum.  
eo. tit. Et parochiarum diuisio  
incepit à Dionys. 13. q. 1. cap.  
ecclesias. Consistit autem ius pa-  
rochiale in hoc secundum Goff.  
in sum. eo. tit. quod omnes paro-  
chiani in diebus Dominicis &  
festiuis missam audiant in Eccle-  
siis, in quarum parochiis habitant  
vt in c. eod. tit. de Consecr. dist. 1.  
si quis etiam consistit in decimis  
personalibus, quæ ecclesie paro-  
chiali debentur. 16. quæ 1. si quis  
laicus, & in oblationibus quæ  
dandæ sunt sacerdoti parochiali,  
qui pro populo orare debet, 10.  
quia sacerdotes.

**PAROCHVS**, interpretatur dator si-  
ue prabitor, hoc est, tributarius.  
Vnde scribit Aulus Gellius:  
[Ventidium velut parochum vi-  
ctum sibi ægrè quæsisse, & erat  
parochorum magistratibus præ-  
benda conducere.] Horat. Serm.

*Parochi qui prabent ligna salém-  
que. Idem 2.*

*vertere pallor*

*Tum parochi faciem.*

Inde est parochia, parochorum  
communio. Augusti. 41. de ciui-  
tate. [Fuit quidam nomine Resti-

turus, in parochia Calamenfis ec-  
clesie non, vt illiterati dicunt,  
parochia per duplex r.

**PAROECOS**, est incola siue habita-  
tor in loco, & parocia incolatus:  
siue habitatio, à *παροικία* quod est  
iuxta & *οἰκία* habitatio. Pomp. de  
Verb. sig. l. pupillus. [Incola, in-  
quit, est qui in aliquam regionem  
domicilium suum contulit, quem  
Græci *μαγεινον* vocant.]

**PAROPSI S**, dis, genus est lancis  
grandioris, de qua in Euan. [Qui  
intingit mecum manum in paro-  
pside.] Pro qua alius Evangelista  
catinum posuit. Seneca in 5. de  
beneficiis. Sed paropsidem argē-  
team & auream dicimus. Iuue.

*quàm multa magnæque paropsi-  
de cœnat, Martial.*

*Cui portat gaudens ancilla paro-  
pside rubra*

*Halecem,*

Pomponius de auro & arg. leg. 1.  
& si velati paropsidas, tabulas,  
trullas. Nebr.

**PARRICIDA** proprie est, qui pa-  
trem occidit, & extenditur ad  
ascendentes & multas alias per-  
sonas conjunctas. leg. 1. 2. 3. ff. ad  
l. Pomp. de Parr. & eod. tit. C.  
per tot. tit.

**PARS** & totum differunt, ff. de eui.  
l. 1. & vide quod no. Arch. dist.  
75 quod à partib. Item adde quid  
veniat appellatione partis. Bart.  
in l. si plures. ff. de dam. infe.

**PARS** etiam interdum sumitur pro  
specie. l. rectè. de Verb. sign.

**PARTIARI** in l. negotiantes. C.  
de Excu. mun. accipiendi sunt  
parthicarum pellium negotiato-  
res, vt attestatur ibi Alciat.

**PARTIARI** coloni qui, vide Co-  
loni partiarij.

**PARTICIPATIO** cum excom-

municato duplex est, quædam inducit maiorem, excommunicationem, s. quæ fit in crimine, de Sent. excom. c. si concubine & ca. nuper. Alia inducit minorem, scilicet, quæ fit in locutione osculo salutatione, mensa, thoro & similibus, ipso iure. l. i. q. 3. cum excommunicato. & c. qui communicauerit. & à quibus repellantur hæ excommunicationes, habes 3. q. 4. Engeltrudam, & de excep. c. à nobis, & de cleric. excommunicat. c. si celebrat. Sunt autem quædam personæ exceptæ, quæ sine hac pœna excommunicato participiant, scilicet vxor, filius, seruus, colonus, &c. l. i. q. 3. quoniam multos. de sent. excom. quod in dubiis, &c. inter alia secundum Spe. & Garfiam, mittendo nuncium vel litteram excommunicato, incurrit minorem, quia loqui videtur. ff. de Const. pec. l. & licet. & est gl. in c. statumimus, & c. constitutionem, de Sen. excom. lib. 6.

**PARTICIPARE** significat prout tempus eius, vel aliud medium significare declarat, de quo per Bart. in l. i. de cond. & demon. & in l. si quis. §. quod ait. ff. quod vi aut clam.

**PARTVS** ante quàm edatur, est pars viscerum matris l. i. §. ex hoc rescripto. ff. de Ventre inspi. & continetur appellatione redditus, non autem fructus. l. deducta. §. hereditatem. ff. ad Treb. & l. Paulus. ff. ad Leg. Falci.

**PASCVA**, loca sunt, vbi bestia pascuntur. l. diuertio ff. Sol. mat. & C. de pasc. publ. quasi per totum tit. lib. vi.

**PASCVA** sylua, vide in ver. [Sylua.]

**PASSIM**, indifferèter de appel. cum sit Romana. & c. pastoralis. de Offic. de leg. in gloss. 3. in cap. in

pertractandis. de iura. calum. **PASSIVVM** verbum aliquando res soluitur in infinitiuum sui passivi & aliud verbum: vt reponatur, est, reponi finatur. ff. de Aqu. plu. arc. l. in summa. §. item verus. Item passiuum verbum est ablatiuo quandoq; importat suam significationem, vt petiui me, id est, aliquis à me petiit. ff. de Dam. infecto. l. à quo fundus. **PASSVM**, est vinum illud quod ex vuis passis conficitur. Hispani [bastardo] appellant. Securus illud Virgil. 2. Georg.

*Et passo psythia utilior.*

[Passum, inquit, ideo dicitur quod ab igne patitur decoquendo: sed illud quod decoquunt non passum, sed defrutum aut pa dicitur:] Iuuenalis.

*Passum & municipes Iouis abesse xisse lagenas.*

Vlpia. de Trit. & vino legato. quis. [Passum, inquit, nisi contraria mens sit, intelligitur.] Proculus in eod. tit. l. qui vinum. §. vi. [Cui dulcia legata essent, omnia hæc esse legata, mulsum, passum, defrutum, & similes potiones.]

**PASTINARE** propriè, est passum quod ferramentum est bisforcatum fodere. Alciat. in l. impense. de Ver. sig.

**PATER** est ille, quem nuptia designant, i. præsumunt esse, vt de Azo in sum. C. de in ius voc.

**PATER** præter notam significationem quam habet in proprio significat etiam senatorem: not senatores patres conscripti appellantur illi propter ætatem, & propter curam. Hoc adnotauit quis decipiatur Accursij veritas in illud Iustiniani libro 1. Inst.



entionum, titulo quibus modis  
ius patr. potest sol. §. filiusfamil.  
[Quem sibi princeps patrem de-  
legit, id est, senatorem. Neb.

PATRIS nomine auus quoque con-  
tinetur. l. iusta. de Verb. sig.

PATERFAMILIAS dicitur is, qui est  
sui iuris & potestatis propriè. cu-  
iuscunque sit ætatis, sed filiusfa-  
miliæ è conuerso. Require suo  
loco.

PATRES etiam dicti sunt quos  
plebs sui creauit, vt ipsi plebem  
excederent.

PATRES conscripti, dicebantur  
quorum nomina in tabulis aureis  
scribebantur.

PATRES conscripti, dicti sunt sena-  
tores postea quàm primis illis à  
Romulo creatis, qui centum fue-  
runt, complures alij enim in or-  
dinem ascripti sunt.

PATRIA potestas secundum Azo-  
nem in summa, C. eod. tit. est ius  
quoddam quod habent hi, qui  
sunt de imperio Romano, in li-  
beros naturales & legitimos,  
quod ius alij non habent, vt In-  
stit. de pat. potest. per totum.

PARRICIDA est, qui patrem occi-  
dit, aliàs in iure ciuili ponitur  
parricida. C. de his qui par. vel  
lib. occi. l. vnica.

PARRICIDIUM, aliàs parricidium,  
est homicidium nefandum, quod  
committitur in parentes, in libe-  
ros, in proximos, collaterales &  
affines. Require supra, ad l. Pom-  
peiam.

PATRICII dicuntur ideo, quia  
prætoris potestati præsent se-  
cundum Isid. lib. 6. cap. 3. Etymo.  
Etiam patritius est is quem Im-  
perator sibi elegit in patrem: vt  
Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol.  
§. filiusfamilias. & C. de confor.  
eiusdem lit. l. fin. Item in alia si-  
gnificatione dicti sunt patritij

quidam nobiles de ciuitate, &  
olim dicebantur patres princi-  
pum, sc. ad consilia præstanda.

Dicit Isid. lib. 9. Etymo. c. 3. patritij  
inde vocati pro eo quod sicut  
patres filijs, ita prouideant rei-  
publicæ, vnde dignitas patritia-  
tus dicta est: erat enim patritius  
quasi principis pater.

PATRICII propriè dicti sunt mobi-  
les Romani, qui à primis senato-  
ribus, quos, scilicet, Romulus in-  
stituerat, originem habuere.

PATRINVS vel patrina dicitur fi-  
lius vel filia spiritualis compa-  
trum vel commatrum matris vel  
patris, quem vel quam quis de  
fonte baptismatis leuauit, vel  
ad sacramentum confirmationis  
tenuit.

PATRONVS secundum Canones di-  
citur ille, qui habet ius præsen-  
tandi aliquem ad beneficium ec-  
clesiasticum, sed, secundum leges,  
est qui manumisit seruum suum  
sponte, qui seruus dicitur libertus  
eius à quo sic manumissus est.  
Etiam patronus quandoque dici-  
tur aduocatus vel è conuerso ad-  
uocatus patronus causarius, quia  
patrocinium præstat vel patroci-  
natur: & in primo significato tria  
faciunt patronum, Vnde:

*Patronum faciunt dos, edificatio,  
fundus.*

Require supra ius patronatus.

PATRVELES dicti sunt, quorum pa-  
tres inter se germani vel fratre  
luerunt.

PATRVELES sorores sunt duorum  
fratrum filie.

PATRVVS dicitur frater patris, quasi  
pater alius.

PATRVVS magnus, est frater aui.

PAVCI quot dicantur, vide gl. in c  
latores de Cler. excom.

**PAVLIANA** actio. Require [Actio Fabiana.]

**PAUPER** dicitur qui non habet quinquaginta aureos in bonis. Bart in l. nonnulli. ff. de Accus.

**PAUPERIES**, est damnum siue iniuria facientis ipsum damnum, ut ab animali quod sensu caret factum, ut si equus rurs segetem meam paut, vel aliter damnum mihi dedit. Non enim potest dici iniuriam fecisse cum sensu careat. Instit. si quad. pau. se. dic. §. pauperies. Differunt autem damnum, maleficium, & pauperies. Nam damnum fit cum animo iniuriandi, vel ab habente animum iniuriandi, licet non utatur. Alia patent in locis suis. De pauperie actione Require supra [Actio de pauperie.]

**PAX** secundum Goffr. est discordiæ finis, ut c. 1. de treuga & pace. in gl. 1. Item pax est vinculum charitatis, ut in c. nouit § sed forsitan. de Iudic. Et sunt sex causæ propter quas non est pax inter homines de quibus per gl. not. de Re iud. lib. 6. ad apostolicæ.

### De P ante E.

**PECORIS** appellatione non solum boues, sed & aliæ quadrupedes gregatim pastentes continentur. l. legatis. de l. 3. ortis pecorij.

**PECORIS** ad aquam appulsus, est ius adducendi vel appellendi pecus ad aquam fontis alieni, iure seruitus. is.

**PECVDIS** nomen generale est ad animalia quæ grega in pascuntur, sicuti & nomen pecoris. l. legatis seruus. vbi glossa de l. 3. & 2. ad l. Aquil.

**PECVLATVS**, furtum est rerum publicarum, coëptum dici à pecore, eo tempore quo Romani nihil

præterquam pecudes possidebant Sallustius in Iugurtha: [Peculatus ararij factus est,] hinc apud Iurifcon. in lib. Dig. tit. est ad l. Iul. peculatus.

**PECVLIVM** verum quoque frequens in iure ciuili, ut ait Seruius in illud Virg.

*Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.*

Est simpliciter patrimonium: ita enim maiores nostri dicebant à pecoribus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia, sed postea illud tantum appellari coëptum est peculium, quod seruus, in potestate domini, & filiusfamilias in potestate patris constitutus possidet.

**PECVLATVS**, vide supra in verb. [Lex Iulia peculatus.] & in verb. [Crimen peculatus.]

**PECVLIVM**, est pusilla substantia vel pecunia sepa a rebus & ratiocinijs patris vel domini, data vel permissa filio vel seruo. ff. de Pec. l. depositi § peculium. Et est multiplex, scilicet, castrense vel quasi castrense, profectitium, aduentitium, pagan. cum non paganicum C. de Bon qua li. l. cum oportet. l. cum missa. & l. cum non. Item peculium dicitur res paraphernalis, ff. de Iure dot. l. si ego. §. dotis. Item peculium ponitur pro hereditate vel patrimonio ff. ad Trebel. l. cogi.

**PECVLIVM** capitur etiam pro pecunia, quam quis repositam ad casus repentinos habet, lege si chorus. de l. 3.

**PECVLIVM** castrense, est quod miles acquirit dum militat in castris, & illud est filij pleno iure, tam quoad proprietatem, quam quoad vsum fructum.

**PECULIUM** palatinorum dicitur etiam castrense, scilicet militum palatii qui principem sequuntur, secundum Accur. C. de Cast. pec. lib. 12 in rubr.

**PECULIUM** quasi castrense, dicitur illud quod aduocatus acquirit prestando clientulis suis patrocinium in causis, vel quod magister Grammaticus, Logicus, vel Rhetoricus in scholis suo lucratur exercitio in leg. fin. C. de Inoffic. testam.

**PECULIUM** aduentitium, est quod filio aduenit ab ayo paterno vel materno, vel ab altero, vt ex prospera fortuna, & ex testamento agnatorum vel cognatorum, & quod filio aduenit, ipse est quoad proprietatem, patris vero quoad vsumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduentitium. Item aduentitium si ab Imperatore vel Augusto datum fuerit, comparatur castrensi peculio. in l. cum multa. C. de Bo. quz lib.

**PECULIUM** profectitium dicitur illud quod de rebus paternis vel dominicis proficiscitur, & filio vel seruo datur, vt in eo negotietur, & illud est patris quoad proprietatem, sed filij vel serui quoad vsumfructum. Et etiam alias dicitur paganicum profectitium.

**PECULIUM** clericorum, est patrimonium clericorum. Nam peculium patrimonium appellatur, ff. ad Treb. l. cogi. vnde illud quod a clerico velut proprium possidetur, eius peculium dicitur. Secundo modo tamen & vsualiter peculium dici solet filiorum & seruorum patrimonium, quod eis a domino vel patre datur, vt ff. de Pe. alio per totum.

**PECULIUM** clericorum profecti-

tium, est quod de bonis ecclesie procedit, vel quod Ecclesie contemplatione acquiritur.

**PECULIUM** aduentitium, eorundem est, quod acquiritur ex opera eorum, vel alias provenit ex intuitu personae. Et hoc not. Goffr. in sum eod. tit.

**PECULIARIS** mercis appellatio pertinet ad omnes negotiationes quae in rebus mobilibus peculiaribus etiam hominibus exercentur. l. 1. de Tri. actio. vbi gl.

**PECULIARITER**, i. specialiter. C. de Comi. rei. milit. l. 2. lib. 10. & ff. de Trib. act. l. 2.

**PECUNIA** dicta est a pecude, quoniam, vt inquit Varro, a pastoribus horum vocabulorum fuit origo. Plin. lib. 33. pecuniam accepisse nomen scribit a nota pecudis nummo impressa: sed iam pecuniae appellatione omne illud continetur, quod pecunia mensurari potest. Paulus de Ver. sig. l. pecuniae. [Pecunia, inquit appellatione rem significari Proculus ait, hoc est patrimonium.] & ff. eodem titulo Ulpianus. [Pecunia, inquit, non solum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino potentiam, hoc est, omnia corporea.] Neb.

**PECUS**, udis, est omne animal quod caret ratione atque effigie humana: nam & de piscibus Horatius in 1. Carminum dixit:

*Omne cum Proteus pecus egit altos  
visere montes.*

Caius tamen lib. 9. Dig. tit. ad leg. Aquilianam. le. leg. Aquilia §. Seruis, inquit, nostris exaquantur quadrupedes, quae pecudum numero sunt, & gregatim habentur, veluti oues, caprae, boues, equi, muli, asini: sues etiam, sed canis

inter pecudes non est Neb.

**PECUNIA** appellatur totum quod homines habent, & dicitur à pecoribus, quia quidquid antiqui habebant, totum in pecoribus consistebat, vt i. quæst. 3. totum & sic iuritur cõmuniter Quandoque tamen capitur propriè & strictè solum pro numerata pecunia, vt 4. quæstione 3. putant quidam & ibi gloss. Aliàs appellatione pecuniæ omnes res continentur. C. de const. pec. leg. 2. Etiam Proculus ait pecuniæ appellatione rem significari. ff. de Verbor. sign. lege pecuniæ verbi gratia, hæres factus, hæreditate adita vendit eam, & emptori per stipulationem promittit, quanta pecunia ex hæreditate ad ipsum peruenit, &c. Appellatione pecuniæ omnis res significatur, quia sensus est, omnis res quæ ex hæreditate ad me peruenit, & capitur significatum ex dispositione præcedenti, scilicet venditione hæreditatis, quæ omnes res significat. Item ibi la. è significat dicèdo, [hæres mi, volo te restituere Titio pecuniam meam,] id est hæreditatem meam. Vnde perinde est ac si dicat hæreditatem, bona, vel res meas, vt lege nam quod. §. fin. ff. ad Trebel. Sed ibi significat strictissimè, dum filiofamilias prohibetur mutuati pecuniam, quia significat pecuniam numeratam. l. i. ff. ad Sena. Mace. iuncta lege, sed & mutui. eod. tit. Ratio vtriusque, quia in priori casu subiectus fuit ex favore, ergo ampliandus, sed hic casus subiectus est ex odio, ergo restringendus, vt in regula odia. de Regul. iur. lib. 6.

**PEDAGIA** dicuntur, quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à principe. Sed guidagia

require supra.

**PAEDAGOGVS** est ille qui ab initio instruit pueros, & dicitur à παιδαγωγός, id est, puer, & ἄγωγος ductor, quasi ductor siue gubernator puerorum. Instit. Quibus ex causa manumi. non licet. §. eadem lege Ælia Sentia. vbi gl.

**PEDAMENTVM**, dicitur vitis fulcimentum. Varro in 1. de re rustica: [Quibus stat rectè vinea dicuntur pedamenta, quæ transuersa iunguntur iuga.] Vlpianus libro 47. de Tigno iniuncto. l. i. [Vincis, inquit, necessaria, perticæ, pedamenta.] Ant. Neb.

**PEDAMENTA** dicuntur sustentamenta pedum vinearum, & dicuntur Gallicè paxilli.

**PEDANEI** iudices, require supra [Iudices pedanei.]

**PEDARI** Senatores auctore C. Basso dicebantur, qui quia magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam irabant: Nam qui curulem magistratum gesserant, veterum ætate curru solebant honoris gratia in curiam vehi: in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam curulis appellatur Gell lib. 3. c. 18.

**PEDARIVM** senatorem Festus appellatum scribit: quia tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat, quid sentiat iudicat.

**PEDRENTIM**. vide in gloss. i. in Clem.

**PEDICYLI** dicuntur quædam argentea sustentacula, quibus vasa vel res quælibet velut pedibus sustentantur, ita ponitur in pediculis argenteis. ff. de Auro & arg. leg.

**PEDICONES** gladio puniuntur teste Iustiniano. Inst. de Public. iudic.

judic. §. item lex Julia quamvis quidam apud Imperatorem in eodem loco in alio capite legis Juliae hanc poenam constituent, & propterea textum nitidum deprauantes, non [peccatoribus, sed] pedicatoribus] legendum contendunt: tamen quia hæc eorum lectio minueret poenam, non puto ab antiqua lectione recedendum, cum alioquin tales vitari debent, ut sancitum est in Auth. ut non luxur. contra nat. circa fin. & in l. cum vir. Cod. ad l. Jul. de Adulte. secundum intellectum Bald.

**PEDULES**, calcearum aptæ fasciæ erant, quibus antiquiores utebantur. Plin. lib. 8. [Mures, ait, abrosisse Carboni Imperatori fascias, quibus in calceatu utebatur.] Tales fascias Vlp. crurales & pedules vocat in titu. de auro & arg. leg. l. argumento. [Fasciæ, inquit, crinales pedulesque, & pilea vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt.] Neb.

**PÆGMA**, vide in ver. pægma.

**PÆIVS** not. Pau. in comment. cap. in litteris, de Rest. spol.

**PELLEX**, concubina est illius qui habet uxorem, eoque distat à pallaca, quæ est concubina cælibis. dicta est autem pellex à pelliciendo, quod videlicet attrahat alliciâtque alterius virum. Cui mulierum generi poena est à Numma Pompilio constituta hac lege: [Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus demissis agnam fœminam cædito.] Pau. de Ver. sig. leg. Masurius [Caius, inquit, Flaccus] scribit pellicem vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus misceat, aut quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit.] Neb.

**PELLEX**, est quæ miscetur haben-

ti uxorem: alij dicunt quod est vxoris loco sine nuptiis in domo, ut concubina vel amica. leg. Masurius. ff. de Verb. sign. vel est illa quam quis habet ad tempus saturandæ libidinis causa. tex. & gl. in c. laici iuncta gl. 33. dist.

**PALLIONES**, à pellibus conficiendis dicti, sub quibus milites hibernabant apud Paternum in l. vit. ff. de Iur. immunit. Vbi tamen **POLLIONES** legitur.

**PENARIA** cella & penarium, ut inquit Varro, locus est ubi penus reponitur atque obseruatur. Cicero 5. in Verrem actione: [Cato sapiens Siciliam cellam penariam reipublicæ dicebat.] Vlp. tit. de penu legata. l. qui penum. [Quæ horrei penarij vel cellæ penariæ instituendæ gratia habentur.]

**PENVS** penoris, siue penus, us, est (ut ait Cicero in 2. de Natura Deorum) omne illud quo vescuntur homines.

**POENA** est delictorum debita coercitio, vel satisfactio, quæ à lege vel à ministris libris imponitur. no. per Azo. in sum. de poen. & le. si poena ff. de poen. Et sunt octo poenæ iuris ciuilibus, damnium, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, seruitus, & mors. Poenæ autem iuris canonici sunt, suspensio, excommunicatio, depositio, intrusio, incarcerationio, & verberatio, secundum Archid. qui hoc no. in. c. 1. 24. q. 5.

**POENA** & supplicium differunt, ut no. Arch. 11. q. 3. nemo per totum poena quoque differt à multa, ut dictum est supra in verbo multa.

**POENAM** comitti, est poenâ deberi.

**PENDERE**, id est, soluere, le. 1. si ager vestig. vel emphy. pet.

**PENE**, id est, quasi, ut not. 3. q. 7. cap. qui sine.

**PENES**, not. plenè Ioan. Cal. in com decret postulasti. de concess. præb. Et est differentia inter penes & apud. vide per Ioan. Linccon. in l. si quis in tantam. C. unde vi. vbi dicit quòd illud est penes aliquem, cuius possessionem habet: sed illud est apud aliquem, cuius solam detentionem habet, vt depositarius, & commodatarius: & dicit quòd in d. l. apud, sumitur improprie, vt d. l. penes. de Verbor. signif.

**PENES**, præpositio, vt inquit Festus, differt ab eo quòd est apud, quòd apud, personam tantum cum loco significat, vt si dicas, pecunia est apud me, possis id rectè dicere; etiam si tua non sit. Penes verò non tantum personam & locum designat, sed etiam dominium, vt si dicas, pecunia est penes me, significat quòd est tui iuris ac potestatis. Vlp. in tit. de Verbor. signif. l. penes, [peneste, inquit, amplius est, quàm apud te est: nam apud te est, quòd qualitercunque à te tenetur, penes te est, quòd quodammodo à te possidetur.]

**PENICILLVS**, instrumentum, quo vititur pictor ad pingendum. l. si pictoris. de fundo instruct.

**PENICILLVS**, pictoris est instrumentum, quo inducit in picturam colores. dicitur & penicillus, vtrūque per diminutionem, ab eo quòd est penis, hoc est, cauda, inclinatum: nam in modum parue caudæ prominent setæ, ex quibus fit peniculus Plinius lib. 35. [Arrepto peniculo lineam ex colore duxit.] Martianus in tit. de fundo instructo. l. pictoris, [peniculus, inquit, & cauteria & concha.]

**POENITENTIA**, secundum Ambrosium est præterita peccata plangere, & plangenda iterum

non committere: vel sic, secundum August. est quædam dolens vindicta puniēs in se quòd commisisse dolet, de quo plura vide in tract. de pœn. dist. 3. & 4.

**PENITVS**, not. Ioan. Andr. in c. 1. de sup. neglig. prælat.

**PENSIO**, idem est quòd census, vel tributum: in quo differant pensio & census, vide gl. in Cle. 1. de sup. neg. præl. in ver. pensiones.

**PENSITATIONES** publicæ secundum Azon. in sum. C. si ob publ. pen. ven. dicuntur annuæ exactiones tributorum vel vestium auri vel argenti, quæ à certis personis debebatur, & præstatur fisco. Sed & pensitationes publicæ dicuntur, quæ ad viarum vel pontium refectionem præstandæ sunt à possidentibus, vt sic fiat omnium datorum quædam collatio: & sic pensitatio est quæsi pensionis solutio.

**PENTAPROXIA**, Latine quinque primatus, munus erat in municipiis, vnde pentaproxi dicti, qui eo munere fungebantur, qui Latine quinque primi appellari possunt, l. 2. C. de Privileg. eorum qui in sac. pal. milit. lib. 12.

**PENTATEUCHVM** est volumen continēs quinque libros Moysis, à πέντε, id est, quinque, & τέχαι, mandatum, quasi quinque mandata, vt in c. 1. de decimis.

**PENULA**, est quædam vestis, qua non utebantur nisi ciues Romani quæ fuit data patri Sauli, quia societatem contraxerat cum Romanis. c. si adiutorium. dist. 10. vbi gloss.

**PENUS**, [vt Phauonius apud Gel. lib. 4. ostendit,] est quòd longæ visionis gratia contrahitur atque reconditur: ex eo dictum, quòd non in promptu est, sed intus recondatur, & habeatur penus. Apud Iuris

**Iurifcōs.** tit. de Penu. leg. hoc est, iis de rebus, quæ adseruantur in penario ad longum tempus: nam quæ ad breue, in promptuaria sunt cella, inde appellata, quòd in promptu sit, quemadmodum penus in recessu interiori. Nebr.

**PENUS** quæ dicatur, diffusius traditur in tit. de Penu leg. quàm vt hic paucis declarandum sit. Vide ibi Iurifcōs. Inde penarium pro loco, in quo penus asseruatur.

**PER**, not. Archid. l. 3. q. 2. c. Ebron. & Paul. de Lezaa plenè in Cle. l. de sum. Trinit. & fid. catholic. & Ioan. Andr. de Elect. c. dudum in fin. ff. de Verb. signif. l. vrbana. §. pernoctare, vbi dicitio [per] denotat perfectionem.

**PERAGAYDA**, est vestis de auro vulgari, quod in gaudis vestimentorum vel chlamidū poni solet: vel vestis quæ habet aurum tantum in superficie. Require supra Oloberus & C. de vestib. & olor. de auro. l. 1. lib. 11. Legendum est paraganda, quam vocem exposuimus supra in ver. parangaudes.

**PERAGIT**, qui obtinet, vnde peregrisse reum dicitur, qui damnauit, vt tradit Alciat. in l. transacta. de Verb. signif. habetur in l. 2. de Adulter.

**PERANGARIA** est seruitus personarum & rerum, & dicitur quasi perfecta & magna angaria. Est autem angaria seruitus personarum & non rerum. Item perangaria dicuntur exactiones & præstationes patrimoniorū, scilicet contra quædam quæ prædio incumbunt vel imponuntur, & erant fortè exactiones equorum vel vecturarum ad portandum annonam militibus, vt colligitur C. de cursu publ. & angariis & perangariis in Rub. lib. 11. Legendum perangaria, non parengaria.

**PERDITVM** dicitur aliquid, si facta diligenti inquisitione non reperitur. Bart. in l. si quis ex argentiariis. 6. §. an nec 9. ff. de Edem.

**PERDVELLES** olim appellabantur ij, quos nos hostes appellamus. l. quos nos. de Verb. signif.

**PERDVELLIONES** Require supra, Crimen læsæ maiestatis.

**PEREGRINANTES**, largè dicuntur illi, qui à loco sui domicilij proficiscuntur. C. de Incol. l. ciues. l. 10. propriè autem dicuntur Romipetæ apostolorum & aliorum sanctorum limina & oratoria visitantes. 34. q. 3. si quis Romipetas. & c. pace narum. & c. illi qui. etiã dicuntur illi, qui accedunt ad præsentiam domini Papæ. eod. tit. c. vnico. & 2. q. arguta

**PERDVELLES** ab antiquioribus dicebantur, qui postea dicti sunt hostes: nam hostes dicebantur, quos nunc vocamus peregrinos. Cicero in l. Officior. [Equidem illud animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante.] Caius in tit. de Verb. signif. l. quos nos, inquit, hostes appellamus, veteres perduelles appellabāt hinc perduellio, onis, pro ipsa in rempub. aut in principem. hostilitate eorum qui hostes patriæ iudicati sunt. Suetonius in Julio: [Subornauit qui Caio Rabirio perduellionis diem diceret:] Perduellionis crimine primus omnium damnatus est; Horatius ob sororem interfectam, sed absolutus. Vtp. in tit. ad legem Iuliam maiestat. l. is qui. Qui perduellionis, inquit, reus est, hostili animo aduersus reipublicam vel principem animatus est. Nebr.

**PEREGRINI** dicuntur omnes, qui non sunt de episcopatu ordinan-

tis, siue sint clerici, siue laici, secundum Goffr. in sum. de cleric. peregrin. quia tales recipi non debent ab episcopo alieno ad ordines vel dignitates, aut ecclesiastica sacramenta, vt 72. d. ff. per totum, & in titul. de Cleric. peregr. Vnde clericus peregrinus est, qui in alia prouincia ordinatur.

**PEREGRINI** quandoque dicuntur deportati. l. sed & ii. §. solemus. de Hered. Instit.

**PEREGRINITAS**, peregrinorum condicio. Vlp. l. io. §. 4 ff. de In ius vocand.

**PEREMPTIO**, id est, in totum extenuatio. l. qui hominem ff. de Adimend. legat.

**PEREMPTORIUM** dicitur à perimendo, eò quòd omnino perimat: vt terminus peremptorius, ultra quem non dantur vteriores dilationes. Similiter exceptio peremptoria dicitur, quæ perimit adionem. Etiam dicitur citatio peremptoria, quia omnes aliæ citationes debent fieri, antequam aliquis tanquam contumax puniatur. Iudex tamen peremptoriam citationem, edictum peremptorium extante causa, statim mittere potest, & idem operabitur, quod aliæ tres citationes possunt operari.

**PERÆQUATOR** est, qui homines & territoria peræquat, id est, valdè æquat, vel qui prædium desertum æqua pensione (vt priùs) assignat nouo possessori. vt C. de Cen. & censit. & peræquat. in rub. libr. ii. Sed secundum peritiores peræquatores dicuntur exactores capitationis, eò quòd æqualiter ab omnibus exigant.

**PERFECTUM** dicitur quod omnibus suis partibus constat. l. i. in princ. & ibi glos. ff. de Orig. iuris,

vel dicitur perfectum, in quo adfunt vel adesse debent. l. i. & ii. not C. de Arbit. Aliquando dicitur perfectum ex sola initiatione, vt l. ædificia. §. perfecisse. de Verb. signif. ff.

**PERFECTISSIMI** secundum Alciat. libr. 3. Dispositio. dicti sunt, qui cum nec ex senatorio, nec ex equestri ordine essent, ad dignitates assumebantur. De perfectissimatu extat tit. peculiaris, libr. ix. Cod.

**PERFVNCTORIE**, i. obscure, deceptorie, not ff. Quod vi aut clam. l. aut qui aliter. vel id est negligenter 50. dist. ante omnia.

**PERFVSORIE**, id est, ambigüe ff. de Eucton. l. qui libertatis §. sed & si quis.

**PERGULA**, est mensa in qua opifices opera sua vendenda exponunt. Hinc Plinius scribit Apellem tabulas, quas pingebat, transeunti populo iudicandas in pergulam consueuisse proponere. Vlpian. libr. 9. Digestor. tit. de iis qui deiecerunt. l. si verò. [Cum pictor, inquit, in pergula clypeum vel tabulam expositam habuisset, eaq; excidisset.] Nebr.

**PERGULA** est tugurium vel obumbratio frondosa, ponitur in gl. §. contrahentes. c. i. de foro compet. lib 6.

**PERIPSEMA**, est neutri generis, scobem, quisquilias, ac omnium rerum purgationem significans, Ambrosio interprete.

**PERISSICHOREGIA** nomen magistratus, fortasè curator annonæ, secundum Alciat. l. urbana familia de Verb. signif.

**PERIURIUM** propriè dicitur, quando aliquis iurat contra canonica statuta vel temerariè. Et dicitur multipliciter. Primò falsa iuratio, Secundo, dicitur transgressio



solliciti iuramenti. Tertio dicitur indiscretum iuramentum, & est veniale. 25. dist. cap. vnum. §. criminis in fin. Quarto dicitur mendacium iuramento firmatum, & semper hoc est mortale. 22. quæstione 2. quod autem ait.

**PERMITTI** dicitur aliquid tribus modis. Primo, quod nullo iure prohibetur. Secundo, quod contra humanas constitutiones indulgetur. Tertio, illicitum ut magis illicitum vitetur, ut est gl. cum exemplis. in canon. omnis. dist. 3.

**PERMUTATIO** secundum Gof. est vnus rei pro alia vicaria præstatio, vel vicaria præstatione mutatio. Et contrahitur (sicut plerisque placet) quando inter aliquos conuenitur, ut certa species pro certa detur. Cod. de Rer. permut. l. i. §. quoniam. Si enim conueniretur, ut certa species daretur pro incerta, vel conuerso, non esset permutatio, sed contractus innominatus, scilicet, do vt des, &c.

**PERNOCTARE** extra urbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe moratur. l. urbana. de Ver. sign. §. pernoctare.

**PERPENSVS**, id est, perfecte pensatus & deliberatus de pact. vltim. circa medium. lib. 6. & sic dicitur in proëm. Clement. iuris sanctio perpensa, digesta consilio.

**PERPERAM**, id est, malitiosè, iniuste, inique. l. cum quærebatur. ff. de Re iud. & l. qui interrogatur. ff. de interrog. action. aliquando, id est, per errorem. l. si ancillam. §. fin ff. pro suo. Et quando dicitur perperam iudicatum, vide l. si seruus quem. ff. de Liber. caus. Aliquando dicitur perperam,

quod calumniosè & sine causa fit. l. ab executione. circa finem. C. quor. appel. non recip.

**PERPETVVM** dicitur illud, quod non habet certum finem. Nicol. de Neapol. in lectura Bartol. in leg. iuris peritos. ff. de Excusat. tutor.

**PERPETVVM** quandoque idem est quod generale. de Election. cap. Massana. & cap. vt circa. cod. tit. lib. 6. vt dicendo, edicto perpetuo, (id est, generali) prohibemus.

**PERPETVARIVS** dicitur qui in perpetuum aliquid conduxit. l. vlt. C. de Locat. præd. civil.

**PERPLEXITAS**, est constringens & ineuitabilis necessitas peccandi, quæ prouenit ex erronea voluntate, vt capite 1. in Summa, distinct. 13. vbi gloss. bona aliàs perplexum dicitur quod est valde dubium.

**PERSECVTIO** est improbatio officij iudicis, quod vulgò nobile appellant, secundum Alciat. in l. actionis verbo, de Ver. sign.

**PETSEQUI** propriè dicimus, quod nondum consecuti sumus. Vnde licet quis satis acceperit, tamen adhuc dicitur persequi, quia vere ei satisfactum non est. leg. quibus §. 1. vbi Alciat. de Verbor. sign. significat.

**PERSONAE** quædam dicuntur priuatae impropiè, vt illæ quæ sunt exemptæ à iure communi, vt distinctio 3. priuilegia. vbi dicitur, quod priuilegia sunt leges priuatorum. Quænam verò dicuntur propriè priuatae, vt illi qui non habent dignitatem. 24. qu. 1. qui contra. Vnde clerici non dicuntur priuatae personæ, cum habeant dignitatem, id est, ordinem ecclesiasticum, vt in canon. priuilegia. præalleg. & distinctio. 4. denique secum

secundum Ioan. Item secundum Alanum quædam sunt personæ publicæ, quæ sunt in officio publico, vt tabellio, iudex, balius. Aliæ priuatæ, quæ non sunt in officio publico.

**PERSONALITAS** significatur per has dictiones, [tu mihi, ego tibi,] cum alio significato quod probabiliter concluditur, & si nullo modo concludatur, tunc est impersonalitas.

**PERSVADERE** est plusquam compelli & cogi sibi parere, vt l. 1. §. persuadere. ff. de Ser. corrup.

**PERSVASOR** à mandatore in quo differt, Bart. in l. non solum. §. si mandato meo. ff. de Iniur.

**PARTINACIA** in malo, perseverantia in virtute dicitur. Nam pertinax dicitur valde tenens, vel imprudenter durus, irrevocabilis, indocilis, & obstinatus, secundum Ioan. Andr. in Clement. 1. de summa Trinit.

**PERTINERE** ad nos dicuntur quæ spectant ad nos aliquo titulo, & quæ nostra non sunt, sed esse possunt l. verbum illud pertinere. ff. de Ver. sign. §. 1. 1.

**PETITIONIS** verbo in rem actiones significantur l. pecuniæ verbum. de Ver. signif.

**PETITIO** hæreditatis omnibus illis competit, qui iure veteri vel nouo hæredes sunt vel fiunt, contra possessores, vel qui pro hærede possident, nec possunt dicere, quare possident. Veteri iure, veluti 12. Tabularum, vel ex testamento, nouo iure, veluti ex Senatusconsulto Qui verò cum titulo possident hæreditatem, non reuertitur petitione hæreditatis nisi in quibus casibus, vt si venditor non apparet, vel modico distraxit, vel de pretio non est factus locupletior; quibus casibus utilis

petitio hæreditatis liberis competit contra testamentum parentum, & parentibus contra testamentum liberorum, & fratri contra testamentum fratris, qui turpem personam instituit hæredem. Hæc autem de inofficiosa vellet est, quia competit à tempore aditæ hæreditatis, vsque ad quinquennium exhæredato, non domino contra scriptum hæredem aditione iam factum dominum.

**PETITIO** hæreditatis fideicommissaria competit ei, cui fideicommissaria hæreditas restituitur ex Senatusconsulto Treb.

**PETITIO** hæreditatis possessoria, (quæ dicitur bonorum possessio) intra annum utilem datur emancipatis vel suis hæredibus: intra centum dies, cæteris. Inst. de bonor. pos. §. cum igitur. ver. liberis,

### De P ante H.

**PHILANTHROPIVM**, idem est quod talarium.

**PHILACTERIA** dicuntur chartæ, in quibus continentur incantationes 26. q. 5. in c. si quis.

**PHIEYRA** arbor, tilia est, cuius cortice interiori prisca homines ad scribendum utebantur. l. librorum de l. 3.

**PHITONES** sunt incantatores vel diuinatores, dicti à Phitone, qui fuit auctor diuinandi.

**PHORMIONES**, *φωμίονες*, segetes ex iuncis aut straminibus contextæ, apud Vlp. l. 12. §. 12. ff. de Inst. vel Inst. vulgari tamen errore legitur FORMIONES

**PHYSIS** Græcè, idem est quod natura Latinè.

### De P ante I.

**PIGER**, & tardus differunt, piger enim

enim est incipiendo, tardus verò perficiendo. l. si quid venditor. circa principium. ff. de Ædilit. edict.

**PIGNVS**, est res mobilis vel se mouens apud creditorem à debitore tradita & collata ad præstandum securitatem de soluendo debito, vel a simplen lo promisso, vel sic: [Pignus est res obligata pro debito ad securitatem creditoris.] & dicitur à nomine pignus: quia pugno vel manu traditur, & consistit in re mobili propriè: hypotheca verò est, vt propriè, obligatio rei immobilis.

**PIGNVS** committi, est in eum statum peruenire, vt debitor dominium pignoris amittat: verbi gratia, tradidi vel mutuavi tibi pecuniam sub pignoris conditione: vt nisi statuto die pignus has vel redimas debitum soluendo, quòd ipsum committatur, id est, amittatur.

**PIGNVS** luere, id est, redimere.

**PIGNVS** est duplex: prætorium & iudiciale. Prætorium est, quando mittatur actor in possessionem propter contumaciam rei in non comparendo ante litem contestatam vel post. Sed pignus iudiciale constituitur, quando post sententiam mittitur actor in possessionem ob victi contumaciam in non soluendo: tunc enim victor statim acquirit naturalem & civilem possessionem. de hoc not. per doctores in capitulo. contingit. de dolo & contumaci.

**PIGNVS** prætorium dicitur illud quod alicui à iudice datur pro maiori securitate rei perita & adiudicata. vide l. si decreto. C. Qui pot. in pigno. hab. & l. i. C. de prætor. pignor.

**PIGNORARE**, est rem aliquam pro debito obligare creditori, vt se-

Voc. Iur.

curior sit de solutione debiti, vel est facere contractum sic dictum.

**PIGNORATITIA** actio. Require supra [Actio pignoratitia.]

**PILVS** dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit & stringit secundum Ioannem Andr. in Clement. 2. de vita & honest. cleric. potest etiam dici à pilis, quia de pilis factus est.

**PISCINA**, locus dicitur pro nutriendis & conseruandis piscibus deputatus: vt quando placuerit domino de ipsa capiat.

**PISTORES** olim dicebantur facientes panem palatij, qui suberant comiti horreorum, vt Cod. de pisto. l. vnica, lib. 11. secundum Accurs.

**PISTRINVM** dicitur, locus siue machina in qua frumentum molitur, dictum à pinstendo, hoc est molendo: & pistores qui molunt & pistrinarij, qui pistrini curam gerunt. Paulus de Ver. sigif. leg. impensa. [Pistrinum & horreum insula do. ali adiectum.] in tit. quoque de impensis, l. 1. & saepe alias.

**PITYOCAMPA**, vermis est siue eruca in nucibus pineis. nam [pityo] est pinus, & [campe] eruca. Plin. lib. 33. [P. norum, inquit, erucas quas pityocampas vocat.] Item lib. 29. [Eadem pityocampis in pinea nascentibus, eadem buprestis similiter præparatur.] Marcel lib. 48. Dig. ad l. Corn. de ficariis & veneticis, l. eiusdem. vbi pro [buprestis, & pityocampis, bubostrium & pityocarpas] mendosè legitur. Nebriss.

### De P ante L.

**PLACERE**, id est, arbitrari secundum voluntatem ratione regula

G

gula

gulatam, & est actum ponere in placencia & in arbitrio, vt in leg. Thais ancilla. §. sorore. ff. de fidei commiss. liber. vbi relicta libertate si heredi placeret, inspicitur quid bono viro placeret: sed ex vsu communi intelligendo significat meam voluntatem: & forte idem de iure scripto: per l. ex placito. C. de Rer. permu. Ratio, quia certum est quod placitum significat ibi voluntatem faciendi. §. pretium Inst. de contrahen. empt. vbi recipitur pro mera voluntate. Sed non obstat §. sorore præal. leg. quia ibi significat arbitrium ratione subiectæ materiæ, scilicet libertatis, vt facilius valeat. Item paria sunt actum ponere in alterius libito vel voluntate. leg. fideicommissaria. prope prin. ff. de fideicom. libe. in versi. sed & ita si scriptum vbi est idem dicere, lego libertatem si hæres fuerit, vel si ei libuerit.

**PLACET**, licet videatur importare omnimodam voluntatem proferentis, tamen includit arbitrium boni viri. l. Thais. §. sorore. præal. Nam licet dicam, faciam quæcunque tibi placent, intelligitur tamen iuxta arbitrium boni viri. l. si sic. ff. de l. i. vbi per Bart. & not. in c. de quo. vult Deo. de Iudi.

**PLAGAE**, sunt retiarariores maculas habentia Virg. 4. Æneid.

*Retia rara plagis, lato venabula ferro.*

Vlp. in tit. de fundo instructo leg. quæsitum. §. si nauam [Aucupes, inquit, & plagæ huiusmodi instrumento continebuntur.] Accursius plagas palos esse putauit, quibus retia tuleruntur.

**PLAGIARIUS**, non tamen cum

significat, qui subripit seruos alienos, quot putauit Accursius, quam cum qui liberum hominem in seruitutem trahit, quique hominem emit, quem scit esse liberum, & qui liberum esse sciens vendit, aut eo utitur quasi seruo. Plagium verò, est ipsa pena que plagiaro infligitur. Martialis: [Imponens plagiaro pudorem] Plagiariorum quoque meminit Paulus Apostolus in 1. Timotheum epist. Apud Iurisconsult. titulus est de plagariis ad legem Fabiam.

**PLAGIARI** sunt, qui liberos homines seducunt, vel seruos alienos subripiunt, & vendunt: à plagariis, vbi quis seruos vel liberos furtim subreptos vendit piram & barbaris. Cod. ad leg. Fab. de plagia l. si.

**PLAGIARIUS** (aliàs plegarius) etiã est idem quod fideiussor, vt in c. venientes. de Iureiur.

**PLAGIUM**, est plaga. vel dolor que patientibus vel dominis inferitur de subreptione filiorum vel seruorum ab ipsis plagariis. Auferunt enim dominis vel patribus per tales facultates filiorum vel seruorum: & dicitur à plaga, quia est magna plaga patri vel domino, secundum gl. rub. C. ad l. Fab. de Plagariis.

**PLEBS** differt à populo, vt species à genere: quia populus continet minores & maiores, nobiles & ignobiles. plebs vero tantum minores: & inde plebiscitum, id est, à plebe statutum, institutum de Iur. nat. gent. & ciuili. §. plebs autem.

**PLEBISCITUM**, est quod plebs magistratu, id est, tribuno rogare an omnibus placeat, plebs instituit, dictum quasi à plebe statutum: orta enim inter plebem &

& maiores civitatis Romanæ discordia, plebs sibi leges constituit, quæ dicta sunt plebis scita, vt ff. de Ori. iur. l. 2. §. iisdem. Reliqui vero, hoc est populus cum senatoribus & patriciis, ius sibi constituerunt, quod dicitur lex populi antonomastice, id est, per excellentiam, secundum Isid. li. 5. dicuntur plebiscita, eo quod plebs ea sciat, vel quod sciscitatur & rogat, vt fiant, dist. 2. plebiscita.

**PLENO** iure, exponitur, id est, quo ad temporalem & spirituales iurisdictionem. c. conquestus. de For. compe. & hoc si concedas habet potestatem vel iurisdictionem utramque. in c. quoniam. de priui. & 16 q. 2. c. 1.

**PLENUM** dicitur cui nihil deest, vel plenum, id est, merum. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 3. vel plenum, id est, validum. l. si de meis. ff. de Arbit. vel dicitur vbi non est aliqua exceptio. c. re vera. de conse. distin. 2. & c. ieiunium 86. dist.

**PLERUMQUE**, id est, regulariter Institut. de l. part. tut. in fin. cum gl. impropiatur. ff. cū l. si is qui §. si.

**PLUMBARIUM**, qui opera faciunt ex plumbo. l. 1. C. de excu. art.

**PLURALIS** locutio plura significat: duorum tamen numero contenta est. c. pluralis. lib. 6. de Regulis iuris Quandoque autem plura significat geminative in suas singulares, sic quod quolibet singularis in vno modo verificatur. Quandoque autem non geminative, sic quod vna singularis per se non attenditur: sed ipsa pluralitas simul prout singula e concludit vel quodlibet aliud probabile medium, verbi gratia, testator dicit, Lego Stichum & Titium, si mei erant, cum moriar: tunc altero

alienato, & altero non, iste non alienatus potest peti à legatario. Licet enim sermo pluralis sit, oportet tamen accipi ac si separatim dixisset, si Stichus meus erit cum moriar, & si Titius meus erit, &c. vt l. falsa §. fin ff. de condit. & demon. Ratio Bar. quia hæc separatio respicit diuersos effectus, & separatos, id est, dominium legatarij in quolibet: & quia sunt duo serui distincti, ita duo nomina distincta & separata, & sic separati effectus. Etiam ideo quia legauit quemlibet nominatim, & sic referretur ad quemlibet distincte, & hoc ex fauore legati & testamenti. Sed ibi testator duobus impuberib. instituit filijs suis dicit, si vterque impubes decesserit, Titium substituo, tunc si vnus moritur impubes, substitutus non admittitur, imo vt admittatur, requiritur vtrunque decedere in impuberi ætate. leg. penult. C. de Impuber. & al. substitut. Ratio Bartoli est ex dictione vterque, quæ est collectiua. Alij tamen dicunt quod fauore institutionis dicitio collectiua sumitur distributiue l. hoc articulo. ff. de Hæred. inst. modo omnis substitutio est condicionalis institutio. ergo &c. & sic Bart. in l. hæredes. §. cum ita ff. ad Trebell. dicit quod in d. l. penul. vno filio moriente impubere, remanet alter filius testatoris, qui ex præsumpta voluntate excludit extraneum substitutum, arg. l. cum acutissimi C. de fideicom. ideo vno moriente impubere, non existit conditio substitutionis: & sic de alijs exemplis.

**PLUS** petitio fit quatuor modis: Vnde,

*Plus petitur causa, vel tempore, reque, locoque.*

Vt not. in c. 1. de plus petit. & §. plus. Inst. de Actio.

**PLUS** sub se minus continet v. gr. licet patri vel marito occidere aduleterum cum filia vel vxore deprehensum: per hoc significatur: quod etiam licet vulnerare, vel iniuriis afficere. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. ad l. Iul. de adulteriis. quia plus est occidere quam vulnerare vel iniuriis afficere. quia illa continentur & significantur sub verbo occidere, sed de hoc dicto latissime Dynus in c. plus. de Reg. iur. lib. 6.

### De P ante O.

**POCVLA** appellantur omnia vasa, quæ potui parata sunt. l. Scia. de aur. & arg. leg. Inde poculentum, quicquid potari potest. l. plebiscito. de offic. præsi.

**PODAGRA** est ægritudo. C. de decur. l. à Muneribus. lib. 10.

**POENA**, require in pante æ.

**POLIO**, onis, dicitur, qui arma polio. Iulus Fir. lib. 2. [Mars, inquit, & Mercurius in decimo ab horospoco loco poliones faciunt] Calistra. lib. 50. de iure immu. l. quibusdam. Nebr.

**POLIA** apud Vlp in l. ædiles aiunt. ad fin. ff. de Ædil. edi. puto idem esse quod equitium, hoc est, equorum mandra, seu armentum equitium: descenderetque non à pluralitate (vt voluit Accur.) sed potius à Græco nomine *πώλεια* & *πώλεισις*, quod est armentum equorum, vnde *πώλεισθαι*, est equos domare.

**POLYPOSVS**, is dicitur qui polypo morbo laborat: est autem polypus, vt inquit Celsus lib. 7. caruncula modò alba, modò subrubra, quæ narium ossi inheret,

strangulatque hominem, maxime Euro aut Austro flante. Paulus quoque Ægineta: [polypus, inquit, tumor est præter naturam in naribus consistens, à similitudine marini polypi nominatus, quod eius carni similis sit.] Galenus lib. 3. de cameridon, multa de origine & cura illius scribit. Vlpianus lib. 21. ff. tit. de Ædili. edict. l. [Qui clauum habet, morbosus est, & polyposus.] Nebr.

**POLLICITATIO**, est solius offerentis promissio. ff. de polli. leg. 3. & differt à stipulatione, & à pacto, quod est duorum consensus atque conuentio.

**POLLINCTORES** dicuntur funeris paratores, nam pollincere est funus parare. Plautus in pænulos [propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat] idem in Afinaria: [Ecquis currit pollinctorem accersere? mortuus est Demænetus.] Vlp. de inst. act. l. quicumque. [Si libitinarius, inquit, seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institutoriam actionem.] Itaque non nihil interest, cum Libitinarij videantur qui funus curant, pollinctores qui efferunt. Nebr.

**POLLINCTORES** dicebantur curatores cadauerum, de quibus sensit Vlp. in l. quinque. §. idem ait. ff. de instit. act. [dum, inquit, seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, licet alij aliter, & minus rectè.]

**POLLIS** seu pollen, flos est farinæ. l. maximarum C. de excus. mune.

**POMI** appellatione continetur omnibus fructus edendi causa paratis, non ita si ad potum pertineat. l. qui fundum. vbi Alciac. de Verb. sign.

**PONTIFICES** olim dicebantur Imperatores, 21. dist. clericos. & distinct. 10. de capitulis.

**PONTIFICALIS**, est ordinarium Episcopale, & secundum Host. est authenticus ille liber, ut de seruis non ordi. c. consuluit. & not. 10. And. in Cle. vnic. de iurciu.

**PONTONES** dicuntur quædam naues. Vnde dicitur: Si pontonibus traicitur, id est, mare transfretetur, vel nauibus transeat.

**POPULVS**, require supra in ver. plebs, quibus adde populum plebèmq; decem viris constitui, secundum Bar. in leg. prætor. vi bo. rap.

**POPINA** locus est vbi edulia esculentaque parantur hominibus non satis honestis. Vnde Lucilius.

*Infamemque, inhonestam, turpèmq; odisse popinam.*

Nonius: [Quos nunc dicimus tabernarios à popinis, vel luxuriosos, qui se popinis dedunt,] de leg. 3. l. cætera. [Ad tabernas, inquit, vel popinas extenditur.] N.

**POPULARIS** actio, vide supra, actio popularis.

**PORCARIUS**, id est, suarius. Require infra suarius, & dicebantur olim qui custodiebant porcos ciuium vrbs Romanæ in pascuis, & excusabantur à muneribus sordidis, ut in C. de Suar. & fusc. l. 1. lib. 11. secundum Accurs.

**PORRECTVM**, id est, extensum. l. vi. de Serui. rust. præd. & Authent. hoc ius. C. de sacrosan. eccles.

**PORTARI** propriè dicimus ea, quæ quis iumento secum ducit. l. ferri. de Verb. sign.

**PORTENTVM** propriè dicitur ostentum, quod aliquid futurum significat. Sæpe tamen monstri

& portenti appellationibus auctores indifferenter vtuntur.

**PORRIO** in dubio refertur ad dimidiam, l. nomen de Verb. signif. vbi Alciat.

**PORVS** quid sit, ostendit Iurif. conf. in l. portus, de Verb. fig.

**PORTORIVM** dicitur quædam præstatio quæ datur pro nauium applicatione, seu statione & mercatione quacunque facta in portu. Vnde differunt pedagia, & guidagia & salinaria. Require quodlibet suo loco. Et ista omnia dicuntur portoria. C. de vestig. & commif. l. 3. & c. super quibusdam, de Ver. sign. in glos. in verb. pedagia.

**POSITIO** secundum Goff. est dictum quod loco interrogationis ponebatur olim, hodie de plano ponitur, & positivè fit, sicut olim interrogatiuè fiebat. Verbi gratia Si volebam te conuenire hæreditario iure, tunc sic dicebam, [Domine iudex, interrogetis hunc an ipse sit hæres talis, & ex qua parte sit hæres.] Hodie verò sic dicitur, [pono te esse hæredem talis.] Item [pono ipsum ex asse hæredem,] scilicet extitisse. Sed quia hodie simpliciter fiunt interrogationes super positionib<sup>9</sup>, igitur aliter describitur à Speco. tit. sic, [Positio est brevis verborum formula, mætem ponentis continens ad veritatem eliciendam concepta.] Et habuit hoc verbum ortum non solum ex vsu hominum diu in causis inuito, licet ex antiqua lege ff. de leg. 3. l. 3. l. Offidius. §. ex dinerfo. ibi, pone inquit. Positio igitur nihil aliud est, quam dictum de credulitate asserta in vim præstiti iuramenti, faciens ad probationem, aut ipsam adminiculans, habens annexam interrogationem, aut

judicis suppletionem.] Arg. in Auth. de his qui ingre. ad appel. §. si. sic dicta ex cōmuni consensu, non tamen sine ratione. ff. de suppel. leg. l. Labeo. inuenta vt partes exponerentur probationibus, & ne fatigarentur laboribus & expensis, vt §. si. præleg. vel positio dicitur [dictū facti nondum probati per articulos ritè distinctum, loco probationis propositum, spectans directè vel indirectè, simpliciter vel adminiculatiuè ad intentionem ponētis, quod intendit probare ponens per confessionem aduersarij sui vel eius procuratoris.] Arg. de Elect. dudum. 2. de testibus præsentium. de confess. statuimus. lib. 6. nec debet poni nisi hoc quod est facti. ff. de Dote præleg. l. 1. C. de legib. l. leges. vnde quæ vocantur positiones in curia ecclesiastica, dicuntur articuli in curia seculari: & differunt à rationibus, quia rationes sunt iuris, sed positiones vel articuli sunt facti. Item positiones differunt ab interrogationibus, licet tam positiones quam interrogationes fiant vt per confessionem aduersarij reueneretur ponens ab onere probandi, quia positiones fiunt assertiuè & à parte, sed interrogationes fiunt interrogatiuè, & à iudice, & ad positiones debet respondere pars, non aduocatus: & quancūque sunt faciendæ probationes, fieri possunt positiones, siue ante litem contestatam, siue post. De hoc vide gloss. in cap. 1. de Confess. libr. 6. quæ plures ponit concordant. & allegatio. cum exemplis. De positione ante litem contestatam, & etiam post, scilicet, de exceptione quod actor sit excommunicatus, ponit reus hoc modo,

[pono quod percussisti talem in tali parte corporis, tali loco, tali die, talibus presentibus.] Item turbatus ex tali causa, animo iniuriandi illum qui tunc erat clericus, & erat in possessione clericatus, & sciebas eum clericum esse. Item, vidisti eum coronam habentem & tonsuram clericalem deferentem. Quibus per actorem probatis, probanda non est excommunicatio ante litem contestatam. Pone quod petā aliquem ab ecclesia, quam contra iuraretinet, remoueri, dicam, pono iuramento quod habet & possidet ecclesiam sancti M. Item quod habet & possidet ecclesiam sancti P. Item qualibet earum habet curam animarum, & eas post Concilium acquisiuit. Hoc confesso succumbit reus, nisi dispensationē vel iustam causam ostendat. Item debent fieri positiones super contentis in libello. Et not. quod multiplices sunt positiones. Vna dicitur positio pertinens, & ad talem cogit iudex respondere, vt in c. præsentium. de testib. lib. 6. & si dubium est an pertinens sit vel ne, inclinabit se iudex ad id quod verisimilius est, & in dubio tutius est, quod faciat respondere, vt de confess. c. statuimus. lib. 6. de Interre. act. l. de Ætate. §. ex causa. & l. vbiq̄que. cod. tit. alia est positio impertinēs, cui non cogitur respondere. Item quædam est negatiua positio, & talis non debet admitti, quia verbis affirmatiuis ponenda est. Nam negatiua non probatur, & id quod ponitur, si negatur, ponens ipsum probare habet. ff. de Prob. l. 2. C. eo tit. l. actor. & de Probat. quoniam contra falsam. Fallit quando alias quam per talem positionem probari



non potest c. statumimus. præalleg. vel super facto prægnanti: vbi indirectè probatur. ca. ex tenore. de Test. & Cod. de contrahend. & commit. stip. l. optimam. Item positio quæ non releuat ponentem, vel ei non prodest, non debet admitti, quia non debet quis ad probandum id admitti, quod probatum ei non prodesset. leg. ad probationem. C. de Prob. cap. dilecti. de Excep. Item positio quæ non facit ad causam, vel quæ non est super re, de qua agitur in libello, vel super eo quod repellat agentem, si proponitur ex parte rei, dicitur impertinens, & non est admittenda. Item positio quæ dependet ex alia, quæ fuit negata vel concessa, non est admittenda, quia super ea non est amplius quærendum. arg. ff. nau. cau. stab. l. licet, ne responsioni sit contraria, sicut nauta ventis, contractis nauigans: vt in Auth. de hi qui ingr. ad appella §. 1. & in cap. per tuas. de Probat. l. generaliter. C. de non nume. pecu. Item positio implicita non debet admitti propter periculum periurij. Et ideo debet diuidi, vt certum & verum respondeatur. arg. ff. de Interrog. act. leg. de ætate. §. quod autem. & §. nihil. quia etiam iudex cauere debet, ne sit auctor periurij. C. si aduers. vendit. l. 1. Item nor. quod effectus positionum est, quod qui eas confitetur, habetur pro conuicto. C. de Confess. l. vnic. §. 1. & positionibus non respondens habetur pro confessio. c. fia. de iuram. calum. de confess. c. fin. lib. 6. Item positionibus, vbi iuratum est de veritate, nõ potest responderi per procuratorem: nisi sit causavniuersitatis vel conuentus. c. presentium. de Test. præalle. c. pastoralis. cum sua gl. de Iud. Itē

positionum vtilitas est, quia aliquando quod directè negatur, indirectè conceditur in toto vel in parte, vt de iureiur. c. cum in positionibus lib. 6.

POSSSE, i. debere. ff. de li. & posth. l. placet. regulariter tamen contra, ff. de off. præf. l. sæpe. cum l. seq. & de iud. non quidquid. & C. quomodo & quādo iudex l. 1. & multis modis dicitur posse. Vnde:

*Posse quidem rebus dant ius, natura, potestas,*

*Officium, meritum, sexum, diuina voluntas.*

De hoc vide gl. in c. sciscitatus, de refer. & ibi concor. Nam posse dicimur etiam illud quod licitè & sine incommodo nostro possumus, ff. de ver. sig. l. nepos Proculo. in ff. simile cond. Instit. l. filius qui in fin. vbi tex. Vt generaliter dixerim, quæ cōtra bonos mores fiūt nec facere non posse credendū est: vt 22. q. 2. faciat homo. vbi etiā de multiplici potētia. & Inno. de concess. præben. accedens, & ff. de Reg. iur. l. in condemnatione. vbi gl. & 3. q. 6. hoc quippe. C. de Legibus. l. non dubium.

POSSESSIO secundum Azon. Cod. de acq. & reti. poss. est corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel sic: [Est ius quoddam, quo aliquis rem corporalem verè in potestate habet.] Et dicitur corporalis rei, ideo quia sola corporalia possidentur, incorporalia autem dicuntur quasi possideri & quasi tradi per patientiā & vsum. Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi, sicut iura & seruitutes, & ideo non possidentur. c. conquestus. de fo. com. peten. in gloss. ff. de Vsuca le. sequitur. §. si viam. ff. de Acquiren

poss. leg. 3. in princ. Et ideo bene dicitur detentio, quia res naturaliter tenetur ab eo qui corporaliter inlittit ei. Item dicitur corporis, animi, & iuris, quia hæc tria, vt quis verè dicatur possidere. concurrere debent, scilicet affectus corporis, affectus animi, adminiculum iuris. nam opus est, vt quis corpore adipiscatur, vel saltem oculis. Sufficit enim plerumque visus oculorum, & animi affectus cum voluntate tradentis, quia ipse animi affectus necessarius est, non autem per se corpore aut per se animo possidetur, quia certum est possessionem solo animo amitti, puta si quis se posse repellit suspicetur. Item oportet quòd ius approbet, nam licet quis sacræ rei vel religiosæ corpore & animo inlittat, non tamen de iure possidet, quia res sacra vel religiosa nec ab ignorante, nec à sciente possidetur. Et dicitur possessio quasi pedum positio.

**POSSESSIONVM** alia est iuris tantum, alia facti tantum, alia facti & iuris simul: & hæc interdum habet plus iuris, minus facti: interdum à conuerso, vt not. de Concess. præben. cum nostris, & C. de Acquir. poss. leg. 1. Item Hug. de Porta. Rauennata differentiam posuit inter possessionem vacuam, & vacuam, vt in gloss. 2. Cod. vnde vi. l. fin. & Io. ibi reprobatur, & sic gloss. concludit quòd non differunt. Sed vacua siue vacans est quæ à nemine possidetur animo vel corpore propter longum tempus, vel propter obliuionem ex longo tempore. Item possessio ciuiliis quandoque requiescit super naturali: vt si tu possides nomine meo, vel precario à me. Quandoque non requiescit, vt

in usufructuario meo qui naturalem habet possessionem ex iure, sed ego dominus habeo ciuilem ratione dominij non requiescente in naturali usufructuario.

**FIDUCIARIA** possessio dicitur teste Budæo in annotat. ad pandec. ad leg. 2. de orig. iur. quam sub magna regia possidere vocant, quasi si se data acceptam, fiducia dictam, quasi dicas depositariam, quam, si causa ceciderimus, restituere debeamus.

in **POSSESSIONE** esse, & possidere, longe differunt, vt declarat elegantè Iurisconsultus in l. si quis vi. de acquir. poss.

**POSSESSIO** interdum significat proprietatem. l. interdum. de Verbis. signif.

**POSSESSOR** bonorum, Require supra [bonorum possessor,] vt filius emancipatus vel agnatus qui dicuntur bonorum possessores et bonorum possessione edictali & decretali: nam statim vt habent edictam & decretam possessionem, ex hoc habent interdictum decretum ad hoc vt consequantur hæreditatis possessionem. Differunt autem hæres & bonorum possessor, vt supra, bonorum poss. vnde aditis hæreditatibus hæres non desiderat auctoritatem iudicis sed bonorum possessor requirit auctoritatem & potentiam iudicis, In st. de bon. poss. §. quos autem.

**POSSESSOREM** facere causa rei seruandæ, aut in possessionem mittere est, verbi gratia Contendisti talem fundum esse tuum, & probasti: iudex per executorem suum mittit te in possessionem, & facit verum possessorem: item voluit agere contra G. & cum vocari feci ad iudicium, & contemnit venire, iudex mittet me in possessionem.

sessionem illius rei, quam petebam, non ut faciat me verum possessorem, sed ut infundo maneam causa rei seruandæ & custodiendæ, & rem illam tenebo, donec probauero meam esse, & si aduersarius meus tandem tædio affectus moueatur, & de sua contumacia resipiscat, mecum litem, si velit aliquid dicere habebit. De hoc require supra, Mittere in possessionem.

**POSSESSORIUM** iudicium est triplex, scilicet possessione adipsicenda, retinenda, recuperanda, ut in c. pastoralis. de cau. pos. in gl. 4. & vide supra, [ Interdictum. ]

**POSSIBILE** dicitur id quod commode fieri potest l. nepos Proculo. & ibi Bart. ff. de Verb. significatione.

**POSSIDERE** naturaliter dicitur quis, cum in re vel eius parte, vel saltem cum res est in conspectu eius, ut ipsam videat vel partem eius, secundum Azon. in Sum. C. de Acq. & reti. poss.

**POSSIDERE** ciuilitur dicitur quis, cum nec est in re, nec res in conspectu eius, sed possessionem solo animo habet, & rem de iure retinet, scilicet quod talis sit persona in quam cadere possit huiusmodi possessio, ut no. Ioan. Andr. in regula, sine possessione, lib. 6. & alleg. ibi iura, nam laici quandoque de pacto possident decimas & spiritualia, ut not. Bart. Brix. 24. q. 1. in prin. in gl. magna, in fine. Nam aliud est possidere, & aliud legitime possidere, de Rest. spol. ad decimas lib. 6.

**POSSIDERE** clam, est absente domino & fructuario excluso clanculo possessionem ingredi, ut dominum possessione priuet.

**POSSIDERE** vi, est violen-

ter possidere.

**POSSIDERE** precario, est rem ad petitiones vel preces meas mihi concessam ad vsu possidere quantum patitur is qui concessit.

**POSSIDERE** pro indiuiso, est aliquam rem ita possidere, ut nullam partem in ea habeat ab aliis diuisam, vel, ut nulla sit pars quam possideat separatim siue diuisim.

**POSSIDERE** pro hærede, est ita possidere quod putat se hæredem verum, cum non sit.

**POSSIDERE** pro hærede, is quoque dicitur qui verus est hæres. Item procurator hæredis, si pro ipso domino possideat, possidere pro hærede dicitur. Et ita apparet quempiam tribus modis dici posse pro hærede possidere. ut not. gloss. in leg. pro hærede ff. de Petit. hæ.

**POSSIDERE** pro possessore, dicitur ille qui ita possidet, quod scit se nullam causam iustam possidendi habere, ut si interrogatus fuerit quare possideat vel quomodo, nullam rationem prætendat, quare possideat, sed respondeat, possideo. quia possideo.

**POSSIDERI** proprie dicuntur immobilia, eo quod eis pedibus quis insistit. vnde à planta venit ita possessio.

**POSSIDETUR** autem hoc iure, quod iuste: hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui male suis utitur, vel aliena præsumit. tex. de Verb. sign. cap. ius dictum est.

**POST** quandoque etiam notat statim post inchoationem, ut l. 2. §. item mutuum ff. si cer. pet.

**POSTEA**, de hac dictione vide per Alex. post Bar in l. fructus. in fi. ff. Solut. matrim. & significat temporis interuallum. Bart. in l.

quoties. §. si quis ita ff. de Hæred. instit. quantum vero tempus includat, idem in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. Ex quibus causis ma. De natura istius dictionis est denotare longum intervallum, glossa est in lege pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione.

**POSTHVMVS** vel posthuma dicitur qui vel quæ post humationem, id est, postquam pater datus est humo, nascitur. Improperie autem quilibet dicitur posthumus, qui nascitur post testamentum, secundum Azonem, Codice eodem titra. Posthumus etiam dicitur nepos, qui post humationem aui natus est, proprio patre superstitite, & ille proprie dicitur posthumus, quasi nepos posthumus.

**POSTHVMVS** dicitur octo modis, quinquæ ponuntur in glossa rub. Cod. de posthu. hære instit. Sexto dicitur posthumus, qui post testamentum conditum arrogatus est, vel qui est legitimatus, secundum Alex & Iac. in rubr. ff. de liber. & posthum. Septimo, quando testator condito testamento ingreditur monasterium, quia si prætermiserit monasterium, rumpitur eius testamentum. Authen. si qua mulier vbi Cy. & alij Cod. de sacrosanct. Eccel. Ioan. Andr. & Panor. in c. in præsentia. extra de proba. Octavo, dicitur posthumus qui ex exto ventre natus seu deductus est, ut dicit Soci. in consi. 297. per leg. quod dicitur. ff. de libe. & posthu. tamen secundum omnes doct. dicit quod posthumus proprie dicitur, qui post mortem patris vel aui nascitur. in rubr. de lib. & posthum.

**POSTHVMVS** alienus, est qui natus inter suos, hæres testat-

tori futurus non est, qualis est nepos, ex emancipato filio conceptus & natus, §. posthum. Instit. de lega.

**POSTIVM**, est posterior aditus domus. l. si cui. §. sed si ædium. ff. de Vsfufruct.

[IN quibusdam exemplaribus est sub l. æquissimum.]

**POSTLIMINIUM**, ut inquit Festus, post & limen componi videtur: [nam postliminio, inquit, receptus est is, qui cum extra limina hoc est, terminos provincie captus fuerat, rursus ad propria revertitur.] Cicero tamen in libro topicorum ex auctoritate Serui Sulpitij, in postliminio nihil esse putat nisi postliminium vero nihil significare, sed tantum nominis esse productionem, ut civitas in legitimis, & finitimis, & vtilium in meditalium, & subdit: [Postliminio redeunt, hæc, homo, navis, mulus, clitellarius, equus, equa, quæ fræna recipere solet.] Vnde in libros Digestorum titulus est de captivis & postliminio reuersis.

**POSTLIMINIUM**, est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum reducendæ, quam quis per captivitatem vel per servitutem amisit, moribus & legibus instructum, ut colligitur ff. de Capti. & postli. reuer. l. postliminium l. respon. Va. de per hoc ius recuperat quis cum à captivitate revertitur, iura quæ amisserat, & ipso reuerso fingit hoc ius ipsum semper in civitate fuisse. Vnde breviter, Postliminium est ius quo restituitur res vfucapta vel præscripta ab aliquo, ali cui, quam per captivitatem amisserat. 16. quæst. 3. prima. Dicitur autem à limen, & post, id est, iuxta, quasi iuxta limen domus suæ

semper fuisset & possedisset, quia captus ab hostibus & ultra limina nostri imperij deductus, postea intra limina reuertitur. Nam sicut limina sunt in domo, quæ finem quædam faciunt, ita & imperij limina veteres voluerunt esse, secundum Azon. C. de Capti. & postlim. re. & Instit. Quib. mod. ius pat. pot. solui. §. dictum autem est postlim.

**POSTQVAM** fieri poterit: hæc conditio longè vberior est quam illa cum fieri poterit. I. inter illam. de Verborum signific. quod ibi Ale ita interpretatur, Conditio, cum fieri poterit, statim, cum primum quis potest proloqui, adimpletur, alia verò successiuum aliquod tempus desiderat.

**POSTVLARE** vel aduocare, est aliquid desiderium suum vel amici sui coram iudice, vel apud eum qui iurisdictioni præest in iura exponere, vel alterius desiderio contradicere. ff. eo. tit. l. i. §. postulare & 3. q. 7. versic. est autem.

**POSTVLATIO**, est alicuius personæ ad dignitatem vel societatem fraternam canonica facta vocatio, vel personæ ad eligendum petitio, quæ eligi non potest. vel sic, secundum Goffr. est gratiæ petitio, ut cum ex gratia petitur aliquem intelligibilem licenter eligi. Et est duplex postulatio, scilicet solennis, quæ est alicuius inhabilis, aliter quam propter crimen, a superiore ad beneficii vocatio, & admissionis petitio, ut in cap. vnico, de postul. prælat. libro 6. Et hæc confirmata habet vim electionis. Alia non solennis, est petitio facta a superiore, ut tollat obstaculum aliquod eligendi & ad beneficium acceptandi: illa præsupponit electionem ante vel post fieri, ut

monachus electus non potest consentire sine licentia sui Abbatis, & sic postulatio licentiæ ab Abbate, non dicitur solennis. Ergo postulatio solum est inuenta propter incapaces, vel illegitimos, vel non sufficiens ætatis, vel prius beneficiatos. Nam qui capax est dignitatis, non debet postulari sed eligi: quare postulatio non multum differt ab electione. Et nota quod postulari debent & non eligi sextuplices personæ. Primò Archiepiscopus ad alium episcopatum. de postu. prælat. bonæ. Secundò episcopus ad episcopatum vel alium Archiepiscopatum. ca. vnanimiter. eod. titu. Tertio laicus ad dignitates. 61. dist. Osius. Quarto clericus in minoribus ordinibus constitutus. c. præterea. de Ætat. & qual. Quintò illegitimè natus. de Elec. innotuit. Sextò qui non est in ætate legitima constitutus. de Elec. cum in cunctis. & c. cum nobis.

**POTEST**, necessitatem importat interdum. ff. de Offic. præsid. leg. sæpe & l. seq. de hoc ff. de iudic. l. non potest. in reg. beneficium. de Reg. iur. in 6.

**POTESTAS** quinque modis accipitur. ff. de Verb. sign. l. potestas. Itè potestas quâdo capitur in feminino genere, ut c. fin. de iud. & sic capitur substantiuè in abstracto, & additur ei adiectiuum ut ibi [Florèntina potestas.] Quâdoque in masculino genere, ut cap. tua. §. ad vlti. de Homi. & sic sumitur cõcretiuè, significans officialè ciuitatis habentè iurisdictionem vel potestatem primo modo dictam: & sic iterum additur sibi pronome possessiuum, dicendo noster vel vester potestas. De patria potestate, vide supra. in ver. [patria]

**POTIVS** aliquando ponitur electi-  
uè, non comparatiuè. ff. de Ne-  
gor. gest. l. si communes. & vide  
ff. de Hæred. vel act. vend. l. ven-  
ditor ex hæreditate. Aliquando  
ponitur comparatiuè, vt extrà de  
sponsalib. requisit. & ibi per  
Host. Aliquando ponitur corre-  
ctiuè. extrà de test. cap. 1.

**POTORIVM** dicitur vas, quo aqua  
retinetur ad potandum, non vas  
quo aqua datur ad lauandum.  
Bart. in l. in argent. §. fin. ff. de Au-  
ro & arg. leg.

### De P ante R & T.

**PRAGMA** Græcè, dicitur Latinè  
causa, vnde *negotia* negotia  
dicuntur, inde pragmaticus, id  
est, causidicus vel actor negotio-  
rum & causarum, secundùm Isid.  
lib. 5. & 10. q. 2. hoc ius. c. casel-  
las. §. po. restum. in fin.

**PRAGMATICA** sanctio dicitur cau-  
sa in Consistorio Principis ven-  
tilata coram Proceribus sacri pa-  
latij: & est constitutio, quam  
Imperator consilio procerum sta-  
tuit seu sanxit Quandoque etiam  
dicitur confirmatio in scriptura  
facta ab Imperatore cum causæ  
cognitione super contractu per-  
mutationis, vt c. 1. de Rer. permu.  
in gloss. & pragmaticum sacram  
est Principis rescriptum, vt in c.  
fundamenta. de elect. lib. 6.

**PRAGMATICARII** sunt, qui scri-  
bunt pragmaticas sanctiones &  
alio modo dicuntur scriniarij,  
vel magistri scriniorum, vel scri-  
niorum memoriales, eò quòd  
adeptam scripturæ sanctionem  
in scrinio positam custodiebant  
ad memoriam.

**PRÆ** exponitur, id est, ante. l. si fi-  
deiussor. ff. qui satisd. cog. l. qui-  
cunque & l. mancipia. C. de seru.  
fug. & c. 2. de offic. leg. lib. 6.

**PRÆBENDA** est ius perci-  
piendi prouentus in ecclesia  
collegiata ex actione proueniens,  
competens alicui tanquam vni  
de collegio: quod ius ex canonica  
descendit: non enim debet esse  
canonicus sine præbenda, vt in c.  
relatum. eod. tit. & procedit ex  
institutione & officio, quia ex  
hoc quòd facit quis officium, de-  
bet percipere præbendam & be-  
neficium. Sed canonica quare  
suprà in littera C. & in cap. cum  
M. Ferrariensis. de Con & in gl. 6.  
Item præbonda quandoque capi-  
tur largè pro iure, quod alicui  
non tanquam de collegio, sed ra-  
tione ministerij, officij, pauper-  
tatis vel vtilitatis conceditur,  
vtendo & fruendo in vita sua  
certis rebus ecclesiæ, vt de redi-  
tibus quos canonici recipiunt vel  
alij. De tali habetur in c. quia  
nonnullis. de Margi. 16. q. 1. pos-  
sessiones & §. illud. Et laici maxi-  
mè nobiles habent tales præben-  
das, secundùm Compos. in c. cum  
M. Ferrar. præalleg.

**PRECARIVM** secundùm Azon. eod.  
tit. in sum. est id quod precibus  
vtendum cõceditur petenti tan-  
diu, quandiu patitur qui concessit  
Secundùm Goffr. in sum. eod.  
tit. est pignus obligatũ credito-  
ri, & à debitore ipsi creditori  
concessum vtendum, quandiu  
patitur & permittit qui concessit,  
vt est text. in l. 1. de precar. ff.  
Differt autem precariam à dona-  
tione, quia qui donat, dat vt non  
recipiat illud quod dat: sed qui  
precarium concedit, sic cõcedit,  
vt recipiat quancumque pla-  
cebit. Vel precarium est contra-  
ctus inter dominum & colonum,  
& est contractus gratuitus, & si-  
milis commodato, in tantum vt  
quidam dicant hos contractus  
non

non differre nisi verbis, qui tamen etiam differunt in re. Nam licet in multis conueniat precarium & commodatum, differt tamen precarium à comodo: nam commodum fit ad certum vsum, nec potest reuocari nisi vsu expleto: precarium verò quandoque placuerit, potest reuocari. Item precarium quandoque dicitur contractus de quinquennio in quinquennium reuocandus. Et si quinquennio elapso sub taciturnitate prætereatur, tunc reuocari intelligitur talis contractus. Dicitur autem precarium, ideo quia est contractus ad preces factus.

**PRECARIA** verba sunt hæc, rogo, volo, mando, fido, committo: iubeo autem præceptiuum est. C. communia, de leg. 2., in princip. Mando quandoque est verbum precarium. arg. l. 2. q. 5. mandatis. vbi Episcopus mandat Papæ. Quandoque tamen mando ponitur præceptiuè, sicut etiam rogo, v. l. q. tertio rogo. Quandoque mandatiuè, vt ff. de Neg. gest. l. si serui mei rogatu, id est, mandato susceperis. Item quandoque deprecatiuè, & sic vt frequentius ponitur.

**PRECARIA** dicitur donatio ad preces facta vsque ad mortem recipientis. l. 2. q. 2. sæpe. l. 6. q. 3. clerici. Et est contractus ille affinis emphyteusi. Item precariæ dicuntur quædam præstationes seu concessionem vsufructus ad preces factæ in recompensationem eius proprietatis, quæ datur ecclesiæ, cuius forma habetur l. 10. q. 2. precariæ.

**PRÆCENTORES** dicuntur cantores, qui in choro incipiunt in ecclesia collegiata. in c. cum olim. de consuet. Et dicitur duo ger-

nera cantorum in arte musica, sc. præcentor, qui vocem in cantando præmittit, & succensor qui subsequenter canendo respondet & additur concentor, qui consonat prædictis, vt 21. dist. clericos versus fit.

**PRÆCEPTVM**, require supra mandatum.

**PRÆCIPERE** aliquando est ante capere. l. 2. de fund. instr. inde legatum per præceptionem, cum testator vni hæredum ait, præcipito rem illam, id est, ante partem hæreditatis capito, vt not. gl. Inst. de legat. §. 1.

**PRÆCISE** secundum Cardinalem in rescriptis, tantum valet sicut absolutè, & sine causæ cognitione, vt de hæret. cap. contra Christianos. lib. 6. & dicit Cardin. Si ponitur in statuto, operatur vt ipsum non tollatur per sequens statutum in casu in quo sublatum fuisset, si non apponeretur. Et dat simile de iuramento appposito, in leg. si quis. in princ. ff. de leg. 3. Baldus autem dicit, quod non valeat præcisè, id est, sine causæ cognitione, quia sic textus esset superfluous. in c. 2. de Rescript. vbi ponitur expresse, præcisè, & etiã sine causæ cognitione. Saluando tamen primum dictum dicitur quod ille textus ponitur declaratiuè, vel expositiuè, & pro id est, quod dictum magis placet Doctoribus.

**PRÆCŒ** est, qui apud acta aut in ciuitate publicè proclamatur, vel pronunciat aliquid faciendum pronuncian dumve, per quem plerumque fiebat edictorum narratio, id est, recitatio, & publica in ius vocatio, & citatio alicuius matrimonij, vel rei vendendæ nunciatio & subhastatio,

**PRÆ**

**PRAEDA**, est quod in bello capitur, l. antepe. ff. de Capt. & postlim. reuer. & vide Rainer. in summa. de rapt. rubric. de praedonibus.

**PRAEDIVM** dicitur fundus vel ager. Require supra Ager.

**PRAEDIA** stipendiaria sunt, quae militibus pro stipendiis dantur, vt ff. de Rei vendic. item si verberatum. §. 2.

**PRAEDIA** tributaria, sunt tributa, quae Romae reddebantur.

**PRAEDIVM** vrbianum, & praedium rusticum, require ibidem. & etiam actio finium regundorum. & in ver. [Vrbana.]

**PRAEDIVM** dotale, est quando ista duo concurrunt, scilicet quod matrimonium contractum est, & traditio praedij interuenit, secundum Azon. C. de fun. dotali. in sum.

**PRAEDIVM** Tamiacum secundum Ioan. & Accurs. C. de praed. Tamia in rubric. fuit praedium, in quo fuerunt cellulae: vnde tamiacus, id est, cellarius, alius cellarius: nam ταμειος Graece, cellarium dicitur Latine. Vel aliter erant praedia empta, vt canonem redderent inter cellulas, secundum Azonem ibidem, libr. II. & eorum coloni dicuntur tamiaci vel dominici coloni, quia dicta praedia erant Imperatoris.

Secundum And. Alciat. erant fundi, qui dispensatori publico praestabant annuos fructus vestigiales, quibus ille in domo Imperatoris dispensabat alimenta: nam ταμιας apud Graecos significat dispensatorem.

**PRAEDONES** qui sint, declarat Vlp. in l. hostes. de Capti. & postlim. reuer. & in l. sed et si. §. quod autem. de Petit. hered.

**PRAEFECTVS**, annonae dicebatur,

qui de annonae, id est, de blado curam habebat. Require supra Aedilis cerealis.

**PRAEFECTVS** Augustalis dicitur praefectus Aegypti, vt ff. de Offic. praefect. Augusti l. vnica. & C. eod. tit. quia Imperator maximus Augustus in Aegypto primo praefecti potestatem introduxit.

**PRAEFECTVS** praetorio, ab initio magister equitum creatus est, cum dictatores sibi antiquitus magistrum militum eligerent, qui principali sollicitudini associati summam post dictatores gereret potestatem. Hoc exemplo princeps, ad quos gubernaculum reip. peruenit, postea elegerunt praefectos praetorio, quibus publice disciplinae emendatio concessa est, quorum auctoritas ita est ampliat, & adeo approbata, vt nec ab eorum sententiis appellari, nec in integram restitutio facile posset postulari. Et erant quatuor, scilicet praefectus praetorio Orientis, praefectus praetorio Africae, cuius sedes est in Carthagine, praefectus praetorio Illyrici, & praefectus vrbis. ff. de Offic. praefect. praetor. l. vnica. & ibi not.

**PRAEFECTVS** vigilum, idem est quod praefectus nocturnus. Horum autem officium erat de nocte facere excubias, praerantque incendiis arcendis, qui etiam cauebant inquirebant, & puniebant incendiarios, fures, graffatores, effractores, nisi delinquens esset tam famosa persona, vt ad praefectum vrbis deberet mitti puniendi. Poterant etiam iudicare de capsariis, qui in balneis vestimenta custodienda suscipiunt, si aliquid dolo fecerunt: vt ff. de Offic. praef. vig. l. 3. §. cognoscit.

**PRAEFECTVS** vrbis dicebatur, cui ab Imperatore concessa erat vrbis admi



administratio, qui cæteris magistratibus ex quacunque causa ab urbe proficiscuntibus & recedentibus, in urbe relictis ius dicebat, & omnes dignitates in ciuitate anteedebat sua dignitate: qui cum ab urbe progrediebatur, non habuit iurisdictionem, quam præbere tamen potuit in ciuitate. Sed secundum Azon. C. eod. tit. etiam extra urbem intra centesimum miliare habebat iurisdictionem. vide de Offic. præfest. urb. per totum.

**PRÆIUDICIUM**, est quasi quædam prælatio vel præpositio siue prælocatio vnius rei, respectu alterius nam aliquid præiudicare alteri, est illud illi præferri. Tamen hoc verbum præiudicare alterius modi constitutionem & ampliorum significationem habet quam hoc verbum præferri. Dicitur enim personaliter, ex propria confessione in iudicio mihi præiudicauit, id est, confitendo mihi ipsi in iudicio præiudicium feci. Hic enim præiudicium non significat commodum meum esse factum, sed incommodum: vt sic iudex non sequatur veritatem, sed meam confessionem. Ita dicitur res iudicata veritati facere præiudicium, non vt veritas rei iudicatz præiudicet, id est, præponatur, sed res iudicata veritati præiudicet. igitur præiudicari, est alicui aliquid præponi, & sic dicimus, rem iudicatam veritati facere præiudicium. id est, ei quod præiudicandum est, dato quod non sit verum, nam dato quod ita non sit, sicuti iudicatum est, tamen præponitur veritati.

**PRÆIUDICIALES** actiones, pro tanto dici possunt, quod in ipsis tractatur de magno præiudicio,

vel quia quæstioni motæ præiudicant. verbi gratia, agis contra me, & aliquid petis. oppono tibi quæst. status, dicendo, quod tu es filius meus, vel feruus meus in potestate mea constitutus, aut libertas, & sic de consimilibus.

**PRÆLATI** nomine intelligitur ecclesia & ministerium prælati, & ecclesia est in episcopo, & non è conuerso: non tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia, vt in cap. edoceri. de Rescript in gl.

**PRÆMATVRA** dicuntur poma, quæ nondum venerunt ad maturitatem. Lucan. lib. 6.

*Ad præmaturas segetum ieiuna rapinas.*

*Agmina compulimus.*

& sic per translationem mors præmatura dicitur, quæ venit ante tempus. Gellius lib. 9. [Cum significamus coactius quid factum & festinantius, tunc rectius præmaturè id factum esse dicimus.] Papinianus lib. 4. Dig. tit. de stipulationibus. leg. liber homo qui bona fide. [Decem, inquit, hodie dari spondes, dixi posse vel ab eodem die pecuniam peti, nec videri præmaturius agi non finito stipulationis die.] Præmaturius exponendum est, id est, festinantius, vt apud Gellium. Ant. Nebr.

**PRÆPOSITVS** potest dici quilibet, qui aliis præest. Vfus tamen obtinuit vt præpositus dicatur, qui quandam prioratus curam super alios gerit. extra, de Verb. signif. quamuis.

**PRÆPOSITI** labarum, alias laborum, vel secundum aliquos labiorum, à labris dicuntur, quia fortè

corrigebant eos, qui male de principe loquebantur. Dicuntur autem [ præpositi laborum, ] pro laborum, sicut dicitur deum pro deorum, à labaro signo bellico, quod fecit fieri. Constantinus ex auro & lapidibus pretiosis, inter alia signa bella excellentius, & derivatur à labor. Qui ergo talibus faciendis præponebantur, dicebantur præpositi, ut supra.

**PRÆPOSITI** sacrorum scrinio-  
rum erant illi, qui prærant scriniis imperialibus, qui aliàs dicebantur proximi, eo quod magis principi approximabant quam alij. Tria autem erant scrinia siue camera, de quibus tractatur C. de præpos. sac. scrin. lib. 12. Primum scrinium erat camera epistolarum, quæ principi mittebantur, vel ab eo mittebantur. Secundum fuit libellorum conventionalium vel conventionalium, & cognitionum vel conventionum. Tertium erat dispositionum, ut est registrum: secundum Accurs. in rub. cod. tit. & lib. præalleg.

**PRÆPOSITIO** in compositione auget. extra, de præbend. c. si pauper clericus. lib. 6. An præpositiones faciant conditionem, dic quod si regunt accusatum, & si addiuntur dispositioni de futuro, faciunt conditionem. ff. de cond. & demonstr. l. cum vir. Idem si regunt ablativum. ff. de manum. testam. l. si fuerit. Idem si regunt utrumque casum, quando dies legat. cedit. l. nec semel. §. si in habitatione, & de cond. & demonstr. l. solemus.

**PRÆROGATIVA**, id est, aliquod privilegium, de quo infra dicitur.

**PRÆBYTER** Græcè, interpretatur senior Latine, & est nomen dignitatis, non ætatis tantum, licet

alibi dicatur nomen ætatis. 93. distinct. legimus. Nam propter honorem & dignitatem, quam accepit, præbyter nominatur. 21. distinctio. clericos. post. mediam.

**PRÆSCRIPTIO** secundum Cod. eod. tit. est quoddam ius in tempore substantiam capiens, id est, firmitatem, & habet locum in rebus immobilibus. Et hæc definitio impugnatur ab aliis: nam et præscriptio non competit res, sed exceptio. Unde sic definitur. [Præscriptio est exceptio in tempore substantiam capiens.] quæ definitio etiam ab aliis impugnatur, quia præscriptio non capit substantiam ex tempore, sed ex auctoritate legum. Idem præscriptio ab aliis sic definitur. [Est exceptio ex tempore congruens, ab auctoritate legum in capiens, negligentibus penam infligens, & finem litibus imprensens.] quæ omnino magis videtur completa. Incidit autem præscriptionem bona fides, iustus titulus, & continua possessio, & sine rei vitio, sc. quando res est præscriptibilis, secundum Goffred. nota bonam gloss. ultim. in cap. illud. de præscript. ubi habet quot modis fiat interruptio præscriptionis naturaliter & civiliter: unde habemus dormitionem, perputationem, & interruptionem præscriptionis. Et inquitur sex ad præscriptiones si valere debet, scilicet tunc possessio, bona fides, res præscribenda, persona præscribens, & persona, contra quam præscribitur: inter quæ possessio & bona fides sunt maxime substantia, ut not. in cap. illud. præalleg. Et sunt 31. Casus in quibus non currit præscriptio quos habet

gloss. fin. cap. cum non liceat. de Præscript. vide etiam gloss. summa. 26. q. 3. de vsucap. & præscript. Item præscriptio est longi temporis continuata possessio inter præsentēs 10. annorum, inter absentes 20. annorum. Alia est præscriptio longissimi temporis, scilicet 30. vel 40. annorum, & illa dicitur longissimi temporis. Vnde cum aliquis rem aliquam tanto tempore possederit, ipsam possessionis diuturnitate, & temporis continuatione præscribit, & actorem remouet, siue per vim, siue aliter sine titulo nactus est possessionem, vel alio quocunque iniusto principio & qui possint præscribere, & qui non, & etiam quæ res non possint præscribi, no. in c. cum non liceat. eod. tit.

**PRÆSCRIPTIO** interdum ponitur pro exceptione, vt in l. qui agnitis de except.

**PRÆSCRIPTIS** verbis actio quæ dicitur, require supra, [ actio præscriptis verbis.

**PRÆSENS**, is dicitur qui prouinciam armis tuetur, ne desciscat atque rebellet à domino illius cui est subiecta. Sed quemadmodum Vl. in tit. de offic. præsidis ait, ad illum pertinet potissimum vt pacata & quieta sit prouincia quam regit, sic euangelista Pilatum Iudææ præsidem appellat. sub quo Christus passus est Nebriss.

**PRÆSENTES**, dicuntur qui in eadem sunt prouincia. l. fin. Cod. de Præscript. 30. annorum.

**PRÆSENTES** dici possunt existentes in diuersis locis, dummodo se exaudiant. Bart. in l. i. in princ. ff. de Verb. sig.

**PRÆSENTES** aliis quoque modis dicuntur. vt not. in l. præsens. l. seq. ff. de proc. & per Iaso. in §. tursus. in princ. Instit. de actio.

Voc. Iur.

**PRÆSENTIM** ponitur aliquando in iure pro maximè. vt c. ex litteris, 2. de hom. Aliquando pro tantum, vt ibidem in gl.

**PRÆSTES** est nomen generale ad omnes Proconsules & legatos Cæsaris, & omnium prouinciarum, siue moderatores, vt ff. de Offic. præsid. l. i.

**PRÆSES** prouinciæ, dicitur qui in prouinciis post principem summam gerebat potestatem. Nam regna redacta erant in prouinciis, quarum rectores dicebantur præsidēs. & sic propriè capitur siue strictè, sed generaliter sumitur, vt supra.

**PRÆSTATVIRI**, & præstituri, vultus, pro præstitum iri. Pomp. l. 66. ff. de Contra emp. Iauol. l. 10. ff. de hæred. vel act.

**PRÆSTIGIVM** est quod præstringit aciem oculorum, scil. obumbratio quædam, videlicet cum videtur alicui se aliud videre quam videt, vt in incantationibus. Dicebantur etiam præstigia captiones verborum quibus obumbrantur delicta, & ideo dicebantur præstigia versutiæ iuris, vt supra Ius versutum. Hæc Azon Cod. ad legem Iul. de Adult. & de hoc 21. quæstione 5. nec mirum post primam columnam vbi dicitur de Magorum præstigiis, quæ non sunt vera, sed phantastica esse probantur: & præstigiū dicitur inuenisse Mercurius, vt ibidem text.

**PRÆSUMPTIO**, secundum Spec. eod. tit. est argumentum ad credendum vnum factum, surgens ex probatione alterius, vt ex coëxistentia vel complacentia personarum suspectarum præsumitur coitus, cap. literis. eod. tit. vbi solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto, ex præsumptione

H vid

violenta comprobantur copulari carnaliter. Sed secundum Goffr. diffinitur sic, [ est alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquoties semiplena inuestigatio seu probatio. ] Item, [ præsumptio est quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circumstantiis insurgens. ] exemplum pone in c. ex studiis. eodem tit. Illa tamen probatio non infert necessariò, quia aliter potest se res habere, nisi sit præsumptio iuris & de iure. Vnde sunt tres species præsumptionis. Vna est temeraria, quæ confurgit à malis hominibus, & ex causis pluribus, aliàs puerilibus, & suspicionibus leuibus; & hæc repellitur & reprobabilis est. vt 2. quæst. 1. c. 16. quæst. 1. oues. de Senten. excommunic. inquisitioni. Alia est probabilis siue verisimilis, quæ confurgit ex multis causis & suspicionibus, & hæc admittitur ad probationem semiplenam, vt de præsumptio in multis capitulis, & in cap. sollicitè. de Rest. spol. Vnde coadiuuat ad probationem si sint alia coadminicula. cap. à nobis. qui mat. accus. pos. vbi glossa admittitur etiam ad purgationem indicendam, cap. si quis de Purgat. canon 12. quæst. 4. presbyter. Tertia est violenta, quæ ad pronuncianum vel condemnandum sufficiens deputatur. 32. quæst. 1. dixit dominus. ff. de iis, qui sui, vel alien. iur. sunt. leg. filium. & cap. litteris. de Præsumptione. Definitiones præsumptionum vide plene in cap. is qui de Sponsa. in glossa 2. vbi de quintuplici præsumptione. Et vide nota. per Ioannem Theuto. 50. Distinction. cap. ferrum. vbi de diuersis præsumptionibus. Nam præsumptio violenta subdiui-

ditur, quia alia iuris iuris, alia iuris & de iure. Iuris est, cum ius præsumit aliquid, sed non statuit super præsumpto, & illa recipit contrariam probationem. 35. quæst. 3. extraordinaria. 27. quæst. 1. nec aliqua. Iuris & de iure est, cum ius fingit & statuit de ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio. capit. ad id. & capital. is qui. de Spon. & de condit. appof. cap. per tuas vbi vide concor. multas. Et qualiter ius fingit, vide Goffred. in Sum. eodem titulo. Nam differunt præsumptio & fictio iuris, de quo supra, fictio. Et vna præsumptio tollit aliam, capitulo, cum inter R. de Elect. vide glossam optimam in leg. non est verisimile ff. quod met. causi. Et not. Doct. regulam, quod præsumptio cõmunis transfert in alium onus probandi. leg. generaliter. §. si petitem. verfic. sed cum ex præsumptione. ff. si deicom. liber. Item præsumptio ex necessitudine sanguinis vincit omnes alias præsumptiones, vt est gl. in c. fin. de Test. vt si lego Ludouico, & sent duo eiusdem nominis proprij & cognominis, præsumitur pro illo qui mihi necessitudine coniungitur. Et qui præsumptio surgit ex qualitatibus, sciendum quod quædam sunt qualitates intrinsecæ & naturaliter homini inhaerentes. Et harum quædam adhærent animæ, & quædam corpori: exemplum de primis, vt bonitas, malitia, & in dubio præsumitur ad bonam partem, quia naturaliter nascitur sine malitia, cap. ad mensam. 11. c. 3. & talis præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & sic intelligitur cap. vnicum. de Scruti. nisi semel esset conuictus de malitia: talis enim semper ma-

Ius præsumitur, 2. q. 5. per totam. & c. semel. de Regul. iur. lib. 6. vel esse infamatus, sic enim ad eum transfertur onus probandi. De secundis, vt sanitas, infirmitas: & iterum in dubio præsumitur in melius, & negans probabit, vt l. nec codicillos. C. de Codic. nisi quis fuisset infirmus infirmitate aliqua de sui natura perpetua, vt epilepsia vel apoplexia. c. cum inter. de Elect. vel vbi dubitaretur de perpetuitate infirmitatis, vt in furioso. ideo quia legat contrarium, debet probare. 3. q. 9. indicas. Similiter si negetur quis legitimus, probet negans, cap. transmissa. qui fil. sine leg. Secundo aliquæ sunt qualitates extrinsecæ & accidentales, vt esse dinitem, Iurisconsultum, musicum, medicum, choræulem, &c. quæ non naturaliter adueniunt, cum natura non facit artem, sed bene præparat, secundum Bal. Et in his onus probandi incumbit cuiuscumque allegandæ, ad fundandam intentionem suam, siue affirmatiuè, siue negatiuè alleget, maxime cum pars aduersa fundauit intentionem suam: non tamen semper succumbit non potens probare, sic quod aliter propter illius probationem non admittatur ad intentum suum: nam adhuc iudex ex officio potest illum refutare, si sibi constiterit eum indignum: & hoc in causa in qua ultra allegationes partium iudex potest impartiri officium suum: secus vbi hoc non posset nisi petitus.

**P R A E T E R**, quandoque capitur exclusiuè, quandoque inclusiuè. vide c. litteras. in fi. de Præsump. etiam vide Iun. in c. dudum. 2. de Electione in Clementin. 1. de Summa Trinitate & fide catho-

lica, per gl. & Archid. in cano. Ebron. E3. q. 2. Item Bart. in l. 1. in fi. ff. de pign. actio. & per alios in l. actione. C. de Transact. & in regula peccatum. de Reg. in. lib. 6. Stat enim inclusiuè & augmentatiuè, quando cadit inter res penitus separatas, vt dicendo, [Legotibi omnes] vineas meas, præter domum. Sed stat exclusiuè, quando cadit inter dictiones significantes res sub se iuicem contentas, vt, [lego tibi omnes libros meos præter Salicetos ambos, Richard. & Bartolum.] vide de hoc Albericum in alphabeto suo. & not. in l. medico. §. vxori. ff. de annu. legat. Item exclusiuè non exceptiuè ponitur pro sine, vt ibi præter spem, id est, sine spe: & sic dicitur, dilatio danda est illi qui præter spem trahitur ad alienum iudicem. l. si quando. C. de Dilat. ibi enim non ponitur exceptiuè nec inclusiuè, quia oratio illa non patitur, & sicut tantum ponitur exclusiuè, & sic de aliis.

**P R A E T E R I T U M**, est cum testator omitterit aliquem qui suus hæres est eo non instituto, nec exheredato, vt habuistis supra, de hæredibus.

**P R A E T E R I T I O** dicitur talis ommissio secundum Azon. in Summa Cod. de Præteri. vel exherede. Instit. de hære. quæ ab intesta. defen. §. eadem. vt supra.

**P R A E T E X T A** est genus vestis, qua nobiliores ciues Romani vti solebant. §. iniuriam. Inst. de iniur. & vide leg. 3. fin. & ibi gl. fi. de Libe. exhib.

**P R A E T O R**, est qui in vrbe Romana iudicio senatus ad disceptandum dubios actus & causas ordinabatur. Et erat eius officium annuum, quia solo anno durabat. Et

antequam à populo Romano ad Principem translata fuisset potestas, vel antequam Romana potestas sub Imperatores veniret, habuit potestatem plenam faciendi ius, statuta & edicta, cuius edicta, iuris honorarij nomine censentur, quia qui honores gerunt, id est, magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt, vt C. de offic. Præt. l. 1. & Insti. de iu. na. gen. & ciui. § prætorem edicta.

**PRÆTOR** fideicommissarius, dicebatur ille, qui de fideicommissis relictis cognoscebat. & ius dicebat & reddebat, dicens, ius dabo. ff. de Orig. iur. l. necessarium.

**PRÆTOR** peregrinus dicebatur ille, qui inter peregrinos, qui in ciuitate affuebant vel confluebant, ius reddebat.

**PRÆTOR** vrbanus dicebatur, qui cum consules ad bella finitima vocarentur, ius necessarium in ciuitate reddebat. ff. de Orig. iur. l. 2. præleg.

**PRÆTORIUM**, non solum est domus vbi Prætor habitat, vel vbi ius reddit, sed etiam Regum, Principum, & summorum magistratum. Vnde naus prætoria & cohors prætoria, & porta prætoria, id est, ad regem vel Principem pertinens. Significat quoque prætorium villam in agro magnifice extructam in qua significatio accipitur apud Iuuenal.

*Criminibus debent hortos, prætoriam, mensas.* Et Martialis.  
*Ad lapidem Torquatus habet prætoriam quartum.*

Suet. in Caligula: [In extructionibus, inquit prætoriorum atque villarum, omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici nega-

batur.] Nerat. l. 8. tit. de Ser. vt præd. l. rust. præd. [Vel cloacam, inquit, habere licere per viciniam domum vel prætorium, vel profectum habere licere.] Vlp. de Verb. sign. l. vrbana. [Sed & si forte stabula sūt vel alia meritoria in villis & in vicinis, vel si prætoria voluptati tantum deseruiētia, quia vrbani prædij non locus facit, sed materia.] Et quomodo vtrouque prætorium pro ædificio in agro ponitur Nebr.

**PRÆTORIUM** est locus, in quo ius ex more redditur: etiam dicitur locus in quo quis præfæcturam exercet cum suis officialibus, & causam tractare solet. Item est domus præfidi prouinciæ assignata & locus deputatus iudicibus ad cognoscendum & deputandum vel ad sententiandum de causis.

**PRÆTORIUM** quoque sumitur pro ornatiore domo, in qua patrum familias ruri habitat. l. vrbana prædia. de Verb. fig. vbi Alc.

**PRÆTORIUM** pignus, dicitur illud, quod alicui datur à iudice. vide supra, Pignus.

**PRÆVARICATORES** sunt, qui vera crimina fraudulenter occultant: dicitur autem prævaricator, quasi varicator, à varia certatione, quia aduersam partem adiuuat prodita sua causa propria, dum huic instat corpore ex vna parte, & illi mente & corde ex altera parte, vt ff. de præua. per totum.

**PRIDIÆ**, cum accusatiuo & cum genitiuo constructur: nam vt ait Priscia. temporalia & loca aduerbia in præpositiones transeuntur, vt pridie Kalendas, & pridie Kalendarum. Vlp. lib. 24. tit. solu. ma. l. fructus.] Si mulier, inquit, pride vindemias dotem dederit. Idem tit. de testamentis l. qua

I qua era e. [Si testamentum, inquit pridie Calendarum fecerit.] Nebriss.

**PRIMACHS** propriè loquendo sunt patriarchæ, dist. 99. c. 1. & 2. Etiã ponitur primas pro Archiepiscopo c. sanè. de fo. comp. Nam non est differentia inter primatem & Archiepiscopum, quãtum ad effectum, vt in c. duo. de off. ord. nam ius canonicum non curat de nominibus. c. petitio. de procur. dist. 21. cler. & c. præce. vbi est diuisio nominum, cum dicitur archiprimates, siue primates, siue patriarchæ.

**PRIMATES** regulariter dicuntur, qui primi sunt in ciuitate.

**PRIMATES** officiorum sunt, qui officii præfunt.

**PRIMICERIUS** dicitur ille qui primo loco scriptus est in matricula notatorum, & primum locum obtinet, secundùm leges, vt C. de Prim. l. 12. in Rub. Sed secundùm canones est nomen dignitatis, quæ subest Archidiacono, vt c. vni de Offic. pri. Dicitur enim primus in cantu vel choro, qui in aliquibus ecclesiis dicitur cantor siue succentor.

**PRIMIPILVS** in bello dicebatur, qui quatuor centuriis, hoc est, qui quadingentis militibus præerat. Martia.

*Grata pudens meriti tulerit cum premia pili.*

Modest. li. 27. tit. de excus. l. non solum [Qui primipilum, inquit, expleuit.] & ibid [Qui ad caligatas milicias & reliquias militauerunt.] & in eod. tit. atque eod. auctore l. [sed primipilarij, inquit, ex constitutionibus imperialibus vacationem habet.] Appellatur & idem primipilarij, vt de Leg. 3. l. pater filium.] Iulius,

inquit, Agrippa primipilarij. ] Instin. l. 12. C. de primipilo & dignitate, & commodis primipilatus non nihil disseruit.

**PRIMIPILARIJ** dicuntur, primi ad ministrantes, qui, scilicet, primò actionem sui officij administrat. Vel secundùm Hug. qui primum pilum, id est, telum vel hastam portant: utroque modo accipitur secundùm Accur. C. de primipil. in rub. lib. 12.

Verius est **PRIMIPILVM** appellatum fuisse centurionem decimæ legionis, vt tradit T. Lilius l. 7. ab urbe cond. nam decima legio erat aliis nobilior, vt non mirum sit si primipilo quoque concederetur militaris annona per capita militum, diuidenda, quod ex Græco iuris interprete Alciar. noster docuit.

**PRIMITIÆ**, sunt primæ partes fructuû Deo offerendæ. Hinc est quod sacerdos primum missam cantando dicitur celebrare primitias.

**PRIMOGENITVM** vocat scriptura, non quem fratres sequuntur, sed qui primò natus fuit. de Verb. signific. Ioseph.

**PRINCEPS** quis dicitur, habetur Isa. 1. ab. [Deus fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis.] Interdum dicitur Angelus, Iosue 9. Ego sum Princeps exercitus. &c. Interdum Papa princeps appellatur. de consecr. dist. 1. corpora. Interdum episcopus de ma. & obe. si quis, vel alius iudex eccl. siasticus. 17. q. 4. definiuit. in fi. Item dicitur Imperator, de re iudic. ad Apostolica in princ. lib. 6. Et appellatione Principis intelligitur Rex. Clem. vnica de Pap. vbi bona glo. & in vsib. feud. secundùm Bald. Item Princeps dicitur diabolus, vt Luc. 11. c. [in Principe dæmoniorum ieiuit dæmonia.]

simile. 24. q. 8. §. ecce. ver. sed notandum, ibi venit princeps Ioan. 14. Item dicitur quilibet secularis dominus: vt 33 q. 5. princeps. Item dicitur principalis pars in quolibet iudicio, vt ff de fo. compet. l. 1. §. in hoc iudicio. Etiam princeps dicitur quilibet prælatus ecclesiæ, vt distinct. 35. cap. ecclesiæ principes. & c. Corpora. præalleg

**PRINCIPIVM** rei dicitur à parte superiori, inferior autem pars ad quam descendit cursus aquæ, dicitur finis. arg l. 1. in fine. ff. de aqua plu arcen. Bar. in l. 3. in fine, ff. de fur.

**PRINCIPIA**, in castris dicebantur, in quibus principes castra metabantur: nam, vt inquit Varro de lingua Latina, milites hastati dicti sunt qui primi hastis pugnant, pilani qui pilis: Principes qui principio gladiis. Inde principalis porta castrorum dicitur, vt inquit Festus quod in eo loco est, in quo Principes ordines tendunt, id est, tentoria figunt, & principalia in castris, inde dicta, vt apud Trogum lib. 11. [Si principalia castrorum cerneret, senatam te alicuius Reipub. prisca videre diceret.] Sunt itaq; principia in acie, vbi consistunt milites, cognominati Principes. Linius lib. 8. ab vrbe cond. [Principes Latinorum proturbant clamore sublato.] Valer. de discip. mili. [Ad principia, inquit, per hunc tempus accessit.] Terent in Junu. [Tu hosce instrue, hic ego ero post principia.] Martia. libr. 49. de re milit. l. officium. [Officium, inquit, tribunorū est principis frequenter interesse.] Accursius principis exponit, cum milites assumuntur, vel cum rixa aliqua nascitur. Sed nihil mi-

rum est, reconditos sensus ignorasse, qui conueit in manitidis cocutire. Nebriſ.

**PRINCIPIA** appellat lex, & tabernacula principum militiæ l. officium. in fi de Re milit.

**PRIVATI** dicuntur proprie, qui non sunt constituti in aliqua dignitate, 24 q. 1. qui contra. Item dicuntur omnes exempti à iure communi, siue sit collegium, siue aliqua specialis persona, 7. quæst. 1. petisti. & distinct. 3. Privilegia.

**PRIVATA** delicta, dicuntur quæ ciuilitate tractantur: vt si mihi furatus sis decem, & ego vt rebeam ago, non vt corporaliter puniaris: sed publica delicta sunt quorum persecutio est permilla cuilibet de populo, quale est crimen læsæ maiestatis, vel accusatio de suspecto tutore & curatore, in quibus omnes accusare possunt.

**PRIVATA** persona, est persona carens functione publica. vide supra, persona.

**PRIVATVM** ius est illud, quod principaliter ad singulorum utilitatem pertinet, vt in pactis & conuentionibus singularium personarum, quod require supra, ius publicum.

**PRIVIGNVS** dicitur qui ex marito mulieris natus est antequam fuisset maritus eius, & è contra.

**PRIVIGNA** dicitur proprie filia vxoris ab alio viro priori genita, vel è conuerso, filia mariti ex alia vxore prædefuncta.

**PRIVILEGIVM**, est Principis beneficium contra ius commune indultum. Non enim est privilegium nisi aliquid indulgeat speciale. ca. Abbate. de Verborum significatione. & c. in his. de Privilegiis. & dicitur quasi priuans legem



legem, vel est lex priuata, id est, vnus ante alios honor vel dignitas, aut immunitas ( quæ sibi conuenit ) eorum quæ aliis incumbunt, vel quæ de iure communi allegantur. Dicuntur ergo priuilegia priuatorum leges, id est, à iure communi exceptorum, vt in c. priuilegia. distinct. 3. Et priuilegium est duplex, personale, & reale. cap. mandata. de præsump. Personale extinguitur cum persona, imò quandoque ante personam extinguitur, vt cum eo male abutitur, & sequitur personam: & hoc verum de concessio indeterminate, quia eum determinatione loci vel temporis concessum non sequitur personam extra locum, vt est priuilegium huius pallij c. ex tuarum. de auctorit. & vsu pallij. Etiam extincta re extinguitur priuilegium reale. 16. q. 7. & hoc diximus in cap. Abbatem. in fine de Verb. sig. & gloss. in regula. priuilegium. de Reg. iur. lib. 6. Item priuilegium perditur propter lex, vt in glossa vnica: in fin. in c. renouantes dist. 22. & est duplex priuilegium, scilicet generale & speciale. Generale est quod commode corpori vel collegio conceditur. vt in c. cum plantare. eod. tit. vel vniuersitati. 17. q. 4. si quis suadente. Et quod concessum est fratribus & ecclesiis circa contractus vel quasi, & circa iudicia. Item quod concessum est mulieribus circa fideiussores. Speciale est quod personæ conceditur, & illud extinguitur cum persona 7. q. 1. petisti, & regula priuilegia, &c. Neb.

**PRIUILEGIARIUS** is appellatur, cui priuilegium aliquod est concessum, qui ab indoctis priuilegiatus dicitur: pari errore

illi quod pro beneficiario vacant beneficiatum: nam beneficiarius & priuilegiarius ea figura dicuntur qua donatarius, legatarius, testamentarius, depositarius. Vnde milites beneficiarij dicti, qui vacabant officio. Festus. Vegetius, & Casar belli Gallici vlt. commentario. Vlp. lib. 42 de priuilegiis cred. leg. ventri [ Quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. ] Et statim bis ponit [ creditoris priuilegiarios. ] Idem li. 2. de pactis. l. rescriptum. [ An priuilegiariis, inquit. absentibus hæc pactio noceat. ] Idem Vlp. lib. 14. tit. quod cum eo qui in aliqua potestate. l. sed an hic. [ Recte, inquit, dicitur occupantis meliorem esse conditionem, nisi qui priuilegiarius veniat. ] Sed neque priuilegium dicitur quod priuet legem, vt isti putant, sed quod sit lex priuata, hoc est, propria alicui in illius fauorem concessa Neb.

**PRIUILEGIARIUS** dicitur, cui priuilegium indultum est l. si ventri. de priu. cred.

**PRO**, & propter, differunt. nam aliud est soluere pro debitoribus, aliud propter debitores not. in leg. dominus Stichus ff. de pec. leg. item pro, significat causam finalem, propter verò causam impulsivam, vt d. l. dominus.

**PROASTIA** appellantur subarbana, quæ pulcherrime consistunt à domino, non tam vtilitate, quam voluptatis causa habentur. Meminit huius dictionis Iustinianus in Authen. de Alien. & emph. § 1. licet corruptè impressum sit procastia pro proastia.

**PROAVVS** dicitur pater auæ, vel auæ: & proavia, mater auæ vel auæ. l. Iurisc. §. tertio gradu, de Grad. & affin.

**PROBATAE** castitatis, dicitur, qui non manifestè apparet incontinen. c. à multis. de Ætate & qualitate.

**PROBATIO** secundum Azon est rei dubiæ per argumenta ostensio. Sed hæc diffinitio secundum Goff. locum solum habet in his, quæ probantur pro instantia disputationis, non autem in iudicio, ubi probatio fit per testes & instrumenta plerumque per indicia & præsumptiones. Vel probatio est rei dubiæ in iudicio legitime facta declaratio. Et nota quod probatio fit multipliciter. Primò per aspectum, ut in notorio quod probatur per facti evidentiam, c. evidentiam. de Accu. c. proposuisti. de probat. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. 16 q. 3. inter memoratos. Item in ætate, ut l. minor. ff. de Mino. Secundò fit per testes plures, vel etiam per vnum cum aliis præsumptionibus vehementibus. Tertio per instrumenta. Quarto per confessionem. Et hi quatuor modi ponuntur in c. cum ad sedem. de Resti. spo. Quintò fit per scripturam antiquorum librorum, c. cum causam. de Proba. Sextò per violentam præsumptionem, 32. quæst. 1. dixit dominus. Septimò per famam cum aliis præsumptionibus, c. 3. loco eod. de prob. tit. Octauò per iuramentum. Et nota soli sacramento creditur, quando de conscientia alicuius quæritur siue dubitatur. de Sent. excom. si vero aliquis. Item probatio testibus & fide tabularum constat. c. forus. de Ver. sig. vide Goff. tit. 9. species probationum.

**PROBATORIA** vel probatoriz officiorum sunt documenta ad probandum aliquem esse privilegatum ad officium aliquod auctori-

tate Imperiali, ut potest colligi C. de Diuer. offi. leg. probatoria. lib. 12.

**PROCIIVM** dicebatur testamentum, quasi velut procatum, id est, prouocatum, id est, irritum acceptum. Festus.

**PROCIIVM** testamentum appellatur à Iustin. in §. 1. Inst. de Testi. quod veteres In vel Endo prociivum nominabant, ut Cic. 1. de Nat. deor. 1. de Orat. Vlp. cap. 20. Instit. Gell. lib. 15. cap. 25.

**PROCONSVL** dicitur iudex ordinarius, & est à populo constitutus non à principe delegatus, nec ab alio, sed ante imperatoriam maiestatem creatus, cuius officium erat in prouinciis ius dicere, scilicet in tributariis, ut per eum prouinciales sua negotia expedirent. Hic verò pluribus non potest vice fatibus quàm sex, & in prouincia ad eum pertinebat, ut ad quoscunque magistratus respectet. ff. de Offic. procons. leg. proconsules.

**PROCONSVLIS** legatus, est cui proconsul prouinciam ingressus mandat iurisdictionem.

**PROCVRATOR** Cæsaris, erat qui res Imperatoris procurabat. Refert Cornelius Tacitus, quod Claudius Cæsar procuratoribus suis omne ius tradidit, paremque vim in rebus peragendis esse voluit, ac si ipse statuisset, atque, ut simpliciter loquamur, auctor fuisset. Vlp. lib. 3. Digest. l. 1. in prin. ff. de Procur. [Procurator est, qui aliena negotia mandato Domini administrat.] sed de officio procuratoris Cæsaris tit. est in 1. Dig. lib. vbi Vlp. ait, quæ acta & gesta sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur, ac si à Cæsare gesta essent Ant. Neb.

**PROCVRATOR**, est qui aliena nego-

tia mandato sibi à domino facto gerenda gratuite suscipit, plura vel vnum ff. de Neg. gest. l. 3. §. negotia. & ff. vi bon. rap. leg. 2. §. quod ait. hæc definitio melius probatur in leg. 1. in princ. ff. de Procurac. Et dicitur [gratuite,] quia si interuenit merces, non est procurator, sed locator operarum. Dicitur [mandato domini,] ad excludendum tutorem, curatorem, collegia & prælatos ecclesiarum, qui procuratores constituere non possunt, sed syndicum, vel actorem. Et quæ sit differentia inter procuratorem & syndicum, actorem, & vicedominum, notatur de syndi. c. 1. de Offi. ordi. cum vos. Et constituitur de mandato generali vel speciali. ff. co. tit. 1. §. 1. & ff. Man. l. si remunerandi. §. 1. Vel sic. [Procurator dicitur is qui in iudicio vel extra, mandato domini negotia administrat agendo vel defendendo.] l. 1 §. 1. ff. de Procur. inter quem & aduocatum hæc est differentia, quia procurator causam absentis tractat, aduocatus verò causam præsentis, vterque tamen postulare dicitur. Vel secundum can. Omnis administrator ritè dicitur seu vocatur procurator. 1. q. 3. saluator. Nam [procurator] est nomen generale ad quemlibet administratorem, per sequentia, quæ traduntur in constitutione, restringitur ad id de quo agitur. Oportet etiam officium procuratoris esse gratuitum, quia si quid recipit, facit contra bonos mores, & hoc intelligitur quando pacificatur vt habeat certam partem eius de quo est quæstio, quod non licet, potest tamen licitè recipere salarium pro labore suo. Et not. quod duplex est procurator, sc. ad iudicia, & ad negotia,

qui differant in tribus, quia primò procurator ad iudicia non constituit procuratorem alium nisi post litem contestatam, cum iam est dominus litis, & ante litem contestationem alium procuratorem dare non potest, nec tutorem, nisi sit procurator in rem suam, qui ante & post lit. cont. constituere potest. Sed procurator ad negotia constituere potest liberè aliū procuratorem quemcunque vult. c. 1. §. 1. de Procur. lib. 6. Secunda differentia habetur in cap. qui generaliter in fin. de Proc. lib. 6. quia primus non datur nisi maior 15. annis; secundus verò post 17. annis. Tertia differentia habetur de Rescr. c. ex parte decani. Et not. optimam rationem primæ differentiæ istorum procuratorum, quia negotium extra iudicium sumit originem à ministro, & postea transit in dominum, l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & obl. sed in iudicio negotium originaliter est in domino, & postea transfunditur in procuratorem leg. si procurator meus. ff. de Neg. gest. & dicit Lud. de Rø. in sing. 115. quod procurator constitutus ad agendum, censetur etiam constitutus ad defendendum, vt l. mutus. §. pen ff. de Proc. Et hoc verum est in procuratore actoris, secus in procuratore rei, quia licet sic constitutus ad defendendum, non tamen ad agendum. Et dicit idem quod de hoc est casus vnicus in c. constitutus. de Proc. legistis penitus incognitus, & etiam nonnullis canonistis & dicit esse mirabilem tex bene menti tenendum.

**PROCURATOR Cæsaris**, est qui ex mandato Cæsaris causas & negotia agit Et quæcunque acta aut gesta sunt à procuratore Cæsaris

laris, sic à Cæsare comprobatur, atque si ita à Cæsare gesta essent. Et sicut ad procuratorem Cæsaris tantum rerum pertinet administratio, ita ad iudicum Alexandriæ iuris tantum, & non rerum spectat sollicitudo, vt ff. de Offic. procur. Cæs. l. 1.

**PROCURATORIVM** & mandatum differunt, sicut etiam est differentia inter litteras procuratorias & litteras de rato. De hoc vide de Reli do. cap. cum dilectus. in gl. 1. de Offi deleg. cad. coram. Et nota: procuratorium mandatum debet fieri legaliter, ad quod quatuor exiguntur. Primum, vt dirigatur aduersario, cui etiam mandati reuocatio est insinuanda, vel saltem iudici, cui fides est facienda. Secundum, vt contineat nomina instituentis & instituti. Tertium, nomen iudicis, coram quo procurator debet experiri. Quartum, causam in qua dum coram iudice eodem plures causas habet instituens, quod à notariis bene est notandum.

**PRODIGIVM** quod est, notatur ff. de Sta. ho. leg. non sunt liberi. C. de posthu. hæred. inst. l. 3. & l. ostentum. ff. de Ver. sig.

**PRODIGIVM**, neutri generis, est cibus qui intra proximos dies prodigatur, id est, consumatur, & ipsi prodigis cum interdicitur eis bonorum administratio, plerumque à fisco præstatur, vt ff. de Offic. præsi leg. plebiscito. Et Accurs. in gl. 3. l. quæcunque pro reliquis prodigorum. C. de fide inst. lib. 10.

**PRODIGVS**, est qui neque tempus, neque finem expensarum aduertit, neque modum. ff. de Cu. sur. l. 1. sed bona sua dilapidando & dissipando profundit, cui interdicitur bonorum administratio à

iudice per legem 12. tab. vel aliàs a lege, vt quia in l. Iul. maiesta. commisit, vt C. ad l. Iul. maiest. l. fina.

**PRODIGVS**, dicitur ille qui in se tantum prodigaliter exercet, & in se delinquit, glossa sing. secundum Baldum in l. 1 §. exigit. ff. de Bo. poss. contra tab. ex qua deprehenditur quod quis sit prodigus Bar. in l. qui habet in prin. de tut. & in l. is qui. §. 1. ff. de Tut. & curato.

**PRODIGVS** famæ suæ, dicitur quis quando non curat de infamia, tarpiter viuendo: & talis negligens famam suam, crudelis est. cap. dolo. 12. quæstione 1. Panor. in cap. prælatorum. in 2. not. ad accu.

**PRODITOR** est ille, qui secreta sibi commissa reuelat, de pæn. & remis. omnis vtriusque. Et de multiplici specie proditorum no. in cap. cler. 46. dist.

**PROFECTITIA** dos quæ dicatur, explicat diffusissime Vlp in l. profectitia. de Iur. dot.

**PROFECTITIVM** peculium, vide [peculium profectitium.]

**PROFITERI** indicium, est vltro sese, consortelque criminis deferre. auctor Bud. in l. 1. ad leg. Corn. de Sicar.

**PROGENER**, est maritus neptis.

**PROGNATVS**, est qui vocatur abnepos, quasi procul à me natus, quia in quarto gradu.

Iustinianus verò in §. 2. Inst. de hæred. quæ ab intesta. usus est **PROGNATVS**, pro suo simplici, quod est natus: videturque hoc verbum ad omnes descendentes exceptis filiis pertinere, quasi porro seu procul natos, sicuti & versa vice progenitores pro quibuscunq; ascendentibus accipiuntur.

**PROGRAMMA** secundum quos

quosdam dicitur præcedens scriptura, quæ per plures provincias siue loca destinatur. Sed secundum Azon in Sum. Cod. Commi. epist. program. scriptura publicè proposita, ut ibi dicitur in § mutationes.

**PROGRAMMA** (inquit Alciat. libr. præter. 1. in hac ipsa dictione) Græca vox est, significatq; in iure quod Latine appellat Vlp. pro descriptione. tit. de Inst. action. capitur & pro edicto, ut in vita Auidi Cassij Imperatoris legitur.

**PROHÆRES**, est qui putat se hæredem esse, cum non sit. l. pro hærede. ff. de præ. hæred.

**PROIBITIVUM**, dicitur quoddam genus ædificij, quod nulla columna imposita, ita ædibus appendet, vel mœnibus, ut terram non tangat. Et alio modo dicitur appendix.

**PROLES** propriè ea dicitur quæ est ex iustis nuptiis, in Authent. de Nupt. in princ.

**PROLYSORIUM** iudicium, ait Bud. appellari causam præiudicialem, qua scilicet quasi aditus ad aliud iudicium aperitur, cuiusmodi est actio ad exhibendum, & querela inofficiosi testamenti: illa enim viam, ut ita dixerim, sternit ad rei vendicationem hæc verò ad petitionem hæreditatis.

**PROLYTÆ**, Iustiniano auctore, in præmio Digestorum, illi dicebantur scholares, qui quintum iam annum iuri civili operâ dederant, quemadmodum appellabantur lytæ, qui quatuor annos eidem studio incubuere: nã quod legitur coloritæ, pro eo quod debuit esse prolytæ, mendum est manifestum ex Florentinis illis Paudectis deprehensum. Se-  
r illi dicantur lytæ, id est, soluti, hi

verò prolytæ, id est, præsoluti, nõdum mihi liquet, nisi forrè hi sunt quos nunc vocant licentiatos, illi quos baccalariorum. Nebr.

**PROLYTÆ** appellabantur olim Discipuli, qui quinque annos iuri operam dedissent, in præm. ff.

**PROMERCALLIA** dicuntur quæ, ut diuendebantur pluris, fuerunt emptæ. Gellius libr. 4. [Ex iis, inquit, quæ promerçalia & vsualia.] Columell. libr. 1. Aut animalibus, aut rebus aliis promerçalibus occupet. Idem libr. 12. de officio villici. Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus promerçalibus occupet. Paulus libr. 25. Dig. tit. de impensis. l. quod si. Quod si res, inquit, in quibus impensæ factæ sunt, fuerint promerçales, tales impensæ non voluptuariæ, sed utiles sunt. Nebr.

**PROMERCALE** dicitur, quod præter vsus vendentis. venale exponitur. l. quod si. de impens. in reb. dot. fac

**PROMERCIUM**, mercimonium, quodcumque vendendi causa seponitur. Paul. l. 4. §. 1. ff. de pen. l. Vlp. 41. §. 4. ff. de leg. & fideicom. [Eos qui reip. ad opus promiserint, posse detrudere, & ad id opus vri: quia hi quoque non promerçij causa id haberent.]

**PROMISSIO** & repromissio sic differunt, quia promittendo negotiũ inchoamus, sed repromittendo adimpletum consolidamus. Et est repromissio quasi iterata promissio, ut res magis sit in securo, sicut in factõ, ubi fideiussio interuenit. Nam debitor promittit, & fideiussor repromittit, vel, potius & melius, fideiussor promittit, sed debitor viceversa quàmpluribus repromittit.

**PROMISSIONEM** committi dicimus, quando peruenit in eum casum, ut ex ea aliquid peti possit. v. g. promisi tibi equum: si non darem eum eo die promisi met tibi daturum centum aureos: si modo eo die non dare tibi equum, committitur promissio, vel stipulatio centum aureorum.

**PROMPTUARIUM**, est cella in qua reponuntur edulia quæ ad usus quotidianos comparata sunt: eoque differt à penario, ut in suo loco dictum est, cum sit penus, ut Phauorinus ait, quod lóga vsionis gratia conquiritur. Apuleius in 1. de asino: [Ex promptuario oleum vinctum, & lintea tersui.] Hieronymus interpretes in Psalmo, [Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud.] Paulus titu. de penu leg. 1. nam quod. [Si cui quæ in promptuario sunt legata sunt.] Dicitur quoque cella promptuaria, ut proutas dispensator, omnia à promendo dicta.

**PROMVLGARE** legem, est eam condere, & conditam recitare, proferre, pronunciare, patefacere, prodere, vel manifestare.

**PROMVLSIDARIUM** poculum est mulso bibendo aptum. Mulsum autem (ut diximus) potus est ex mellis & vini cõmixtione concinnatus. Pomp. in titu. de Auro & arg. leg. 1. & si [Scutellas, inquit, & promulsidaria contineri, repositoria quoque continebuntur.] N.

**PROMVLSIDARIUM** poculum mulso bibendo aptum. le. etfi. de Aur. & arg. le.

**PRONEPOS** est filius nepotis, sicut proneptis est filia nepris.

**PRONUNCIARE** proprie dicimus, quod viva voce & memoriter proferimus. Sed cum dici-

tur iudicem pronunciaffe, latam ab eo sententiam esse ostendimus. l. pronunciatum, de Verbo, sig. vbi Alciat.

**PRONVRVS** dicitur vxor nepotis.

**PROBVMVM**, est sermo generalis præambulans in principis librorum, ostendens in generali quæ postea continentur in speciali, interdum alia pleræque completens, ut no. Ioan. And. in exordio Cle super Ver quoniam.

**PROPATERVVS**, frater est proauis.

**PROPERE**, proprie, i nimis cito.

**PROPINQVORVM** verbo qui contineantur, docet Bar in l. fin. C. de Ver. sig.

**PROPRIA** causa, quæ dicatur tradit Vlp in l. i. §. in propria, quando appell. fit.

**PROPRIETARIVS** idem est, quod dominus, s. qui cuiusque rei proprietatem habet.

**PRORETA**, dicitur is quis nauis proreæ præfectus est, & est Græcè: nam proreus dicitur. Plautus in Ruden. [Si tu isti nauis proreæ es, ego gubernator ero.] Pau. lib. 39. Dig. de publ. & vect. l. cotem. [Proreæ, inquit, nauis.] Neb.

**PRORETA**, qui proreæ nauis præest.

**PROROGARE** est prolongare, producere, vel primum tempus extendere, ff. de Iud. l. 2. de offic. de l. p. & g.

**PROROGATIO** fit de tempore ad tempus. cap. de causis. de offic. de leg. & fit etiam de re ad rem. ff. de Iud. le. de qua re. §. i. cap. cum olim. de Offic. de leg. versus fin. Item de persona ad personam etiam altera parte inuita. ca. i. de Alie. iu. mu. caus. fac. Item fit de iudice ad iudicem. ff. de Iud. lege 1. vbi not. quod fundamentum prorogationis est iurisdicctio. ergo. in iudicem non habentem iurisdictionem non potest fieri prorogatio.

prorogatio, quia non entis non sunt qualitates. l. eius qui in pronuntia ff. Si cert pet. & c. ad audientiam. 2. in fin. de Becl. & dif. aliud fundamentum est consensus partium: nam si esset error vel titubatio, non fieret prorogatio. l. fin. Cod. de cond. indeb. metus enim & error excludunt prorogationem. l. 1. ff. de iud. quia error excludit consensum, qui est causa prorogationis.

**PROSCENIUM**, inquit Seruius in illud Virgil. 2. Georg.

*Veteres inveniunt proscenia ludi.*

est pulpitum ante scenam, in quo ludicra exercentur. Vlpia. lib. 50. Dig. de pollicitationib. [ Probè, inquit, facit Stadius Ruffinus, si opus proscenij perficiat. Iustin. lib. 12. Cod. tit. de spectaculis. l. si qua. Vel in theatri, inquit, prosceniis. Verobiq; Accurs. nihil aliud quam locum esse dicit. Nebr.

**PROSCENIUM** locus ante scenam iudicris exercendis paratus.

**PROSCINDERE** terram, est illam vertere cum primùm aratur. Nam ad vernacum faciendum terra primùm proscinditur, deinde offringitur, siue iteratur: postea tertiatur. Virg. 1. Georg.

*Et qui proscisso qua suscitatur a quoque terga.*

Varro in 1. de re rustica. Terram, inquit, cum primum arant, proscindere appellant: quod iterum offringere dicunt. Paulus tit. de Verb. signif. l. sylva. Noualis est, inquit, terra proscissa, non præcisa: quod delirat Accursius, in Pand. Floren legitur præcisa.

**PROSCRIPTIO**, est aduersus absentem iudicialis pronuntia, vt in posterum procul agat, id est, maneat ab imperio, & talis con-

tra quem fit pronuntia talis, & cuius bona palam & aperte scribuntur, dicitur proscriptus, & debent omnia bona scribi, & de ipsis inuentarium fieri continens tam mobilium & se mouentium diuersas species & qualitates, quam immobilia, vt mensuram agrorum, & numerum vinearum, quantum si in vineis, oliuetis, arbutis, aratoriis, & pascuis. Hanc proscriptionem Græco vocabulo dicimus pragmaticam quæstionem, licet aliqua significatione quæstio tormentum dicatur, quia tormentis communiter veritas inquiritur, quare tortores dicuntur quæstionarij, vt infra, de quæstionibus.

**PROSOCER**, dicitur mariti auus.

**PROSOCRVS**, est vxoris auia.

**PROSPECTVS**, & lumen quomodo differant, vide l. lumen. ff. de Seru. vrb. præd.

**PROSTASIA** vel potius protostasia, genus est præfecturæ. l. nec. C. de mun. patrim. vbi secundum Alci. sumitur pro munere & officio magistratus qui præerat sacris.

**PROTECTA**, partes sunt domus prominentes, qualia sunt podia pensilia, vnde aspectus est nobis in plateas & vicos.

**PROTECTOR** est, qui stat armatus cum principe, vt Obius & Belisarius erant domestici & protectores Iustiniani, secundum Accurs. in Rubr. C. de domestic & protect. per totum. libr. 12.

**PROTERVIA** est crudelitas vel terribilitas, secundum Ioan And in Clem. vnica. de for. comp. vbi alleg Græcimum dicentem:

*Improbis est aliquis verbis, factisque proteruis.*

**PROTESTATIO**, nihil aliud est quam animi agentis expressio.

consulti. extrâ, de Regul. & leg. si duo, §. cum inquilinus, ff. vti possid. Quid sit protestatio, quotuplex sit, quid declaratoria, cui sit faciendâ, quis possit protestari, qualiter, vbi, & quando fieri debeat, quis sit eius effectus, an requiratur consensus protestari, & multa alia not. & dubitabilia in hac materia plenius quàm alibi, vide per Bart. in l. non solum. §. morte, ff. de Oper. nou. nunc. & in l. r. eod. tit. in quibus locis vide plenè Alex. & alios Doctores.

**PROTHYRUM**, auctore Vitruuio, est vestibulum ante domorum ianuas, à *προ* quod est ante, & *θυρα* ianua, aliquando etiam pro antepagamento, id est, ianuarum ornatu, ponitur. Idem Vitruuius alicubi, [Nos inquit, prothyra appellamus, quæ Græcè dicuntur diathyra] Ulpianus titul. de fund. instr. l. quesitum] prothyrum domus, si velamen est, Instrumento domus continetur. Accursius ægroti somnia narrans, prothyron, à thyros, quod est magister, deducit. Sed quomodo magister instrumento domus continetur, ipse viderit. Multò adhuc somniculosius in illud Pomponij, de Verbor. signific. l. statuta. [Prothyrum quod in ædibus interdum fieri solet.] Prothyrum, inquit quia procul trahitur, quasi Latina dictio esset. Illud profecto simplicius, quod ingenuè fatetur se nescire quid prothyrum sit Nebr.

**PROTHYRUM** & hypothyrum, valuarum hiatus cavitates appellari potest: nam ipsa ostiorum latera ansas dicimus, & in hac significatione accipitur à Pompon. in leg. penult. ff. de Verbor. signif. & ab Ulp. in l. quesitum. §. Papinia. ff. de fund. instr. Vitruuius tamen

scribit prothyra, pen. correpraef. se vestibula in domorum ianuis: nam Græcis *θυρα* ianua, & *προ* ante interpretatur.

**PROTOCOLLON**, interpretatur primum membrum, ut si prima illa cōscriptio, quam in commentarij modum tabelliones scriptitant: quæ significantius commentationes, aut *προτυπα* aut archetypa dici possent. Cœd. tit. de tabellionibus. collat. 4. [Vt protocollo, inquit, dimittant in chartas.] Ant. Nebr.

**PROTOCOLLUM** appellatur scriptura tabellionis, in qua breuiter annotatur actus gesti substantia, ut deinde extendi atque absolui possit.

**PRO** tutore se gerere dicitur, qui nunimine tutoris fugitur de iure, siue putet se tutore, siue sciat se non esse, fingit tamen se esse.

**PROVINCIA** diuersimodè consideratur, nam in materia præscriptionum diuersæ ciuitates, in quibus habentur & exercentur diuersæ iurisdictiones separata, dicuntur prouinciæ, quandoque diuersitas archiepiscoporum facit aliam prouinciã, & sic prouinciæ quandoque modicum distant, ut Pisana, & Florentina: quandoque distinguuntur prouinciæ medio freto, ut Gallia, Hispania, Sicilia. & sic sumitur distinctio prouinciarum. 3. q. 3. c. de induciis. §. spatium, vbi dicitur, quod ad producendum testes de eadem prouincia dantur tres menses, de contigua sex, & de transmarinis nouem menses, de hoc in c. ultra tertiam. de testi. secundum Innoc. Hinc prouinciales qui in prouincia orti sunt, vel domicilium habent, l. prouinciales. vbi Alciat. de Verbor. signific.

**PROVISIO**, electio, postulatio, disse



differunt, de elect. cap. 1. lib. 6. & promissio est latum verbum, quod comprehendere potest nominationem, postulationem, presentationem & collationem, vt est gl. in Clem. fin. de Elect. quæ alleg. iura concord.

**PROXENETA**, non, vt vulgo legitur, profeneta, Latine interpretatur mediator, i. qui conciliat inter fe ementes & vendentes, maximè hospites, vnde nomen deductum est: nam *ξενος* hospes interpretatur. Seneca in epi [Nolo. proxenetæ nomen tuum iactent.] Et Marcialis:

*Vatiniorum proxeneta sartorum.*

lib. 50. Dig. de proxenetis. leg. si proxeneta. & ibid. sæpe. Nebr.

**PROXENETA**, est paranympus, id media persona, per quem aliquis contractus celebrandus aut in eundem procuratur, & talis procurator in sponsalibus dicitur paranympus, qui explorat voluntatem hominum, qui, & cum quibus, velint contrahere, & quæ sit facultas contrahentium vel contrahere volentium: cuius remuneratio vel merces dicitur proxeneticum. Et consistit officium eius circa amicitias complendas, & circa assessores conquirendos ordinariis iudicibus: vide c. 1. de hoc in gl. 2. de Testibus, lib. 6.

**PROXIMVS** est, quem nemo præcedit. l. proximus. ff. de Verb. signif. eod. tit. Item proximi sunt, non illi tantum, quos nobis sanguinis gradus iungit, sed omnes homines naturæ nostræ participes. cap. charitas. versic. Item non illi. de Pœnit. dist. 2.

**PROXIMI** sacrorum seruiorum, re-

quire supra in versicul. præpositi fac. scriu

**PRVDENTIA**, est carnalis concupiscentia. 3 2. q. 1. non enim. Alibi appellatur malitia. de Spons. impub. c. de illis. 2. sic etiam in delictis, de delict. puer. c. pueris. de Spons. impub. c. tuz. in gl. 3.

### De P ante V.

**PVBERES** à pube, i. à pudendis corporis sunt dicti Et dicitur esse pubes, qui iam compleuit 14. annum, si est masculus, & generare potest, & 12. si est fœmina. c. puberes. de despons. imp.

**PVBERTAS**, in masculis incipit post 14. annum completum, in fœminis post 12. vt Inst. quib. mod. tut. fin. in princ. Sed cum sit mentio de pubertate plena, variis modis interpretari solet, prout materia de qua agitur, suadet, vt notabiliter tradit gl. in §. minorem. Inst. de adopt.

**PUBLICANORVM** ordo, quemadmodum Cic. multis in locis scribit, Romæ fuit hominum honestissimorum: hi vectigalia publica conducebant, & inde dicti. In sacris litteris publicanus nomen propemodum est infamæ, propterea quod qui portoria exigunt, odio sunt omnibus. Vnde Saluatori nostro vitio dabatur, quod cum publicanis & peccatoribus manducabat. Apud Iurisconsultos est de Publicanis & vectigalibus.

**PUBLICA**, proprie dicuntur, quæ populi Romani sunt. nam bona ciuitatum abusuè publica dicta sunt. l. bona. de Verb. signif.

**PUBLICA** iudicia sunt dicta, quasi populica, quia cuilibet de populo permisa est eorum persecutio, vt supra prius delicta.

**PUBLI**

**PUBLICANI** dicuntur qui publica vestigalia administrant: unde eorum nomen descendit, siue ad hoc constituti, vt publica vestigalia exigant, siue tributa conducant. ff. de publican. & vestig. l. 1. nam etiam dicuntur vestigalium conductores fisci vel rerum publicarum, & qui luera vel publica negotia sæculi sectantur, ibidem, l. 3. Aliter publicani dicuntur, qui publicè peccant, vt in Euan-gelio Luca 18. c. de Phariseo & Publicano.

**PUBLICARIA** dicuntur ea, quæ ob aliquod delictum sic enorme in publicum ærarium deuoluuntur, & inde dicitur publicatio bonorum.

**PUBLICARIJ** dicuntur, qui ob aliquod delictum sic enorme in publicum ærarium deuoluuntur.

**PUBLICAE** honestatis iustitia, est propinquitas ex sponsalibus pro-ueniens, robur trahens ab ecclesie institutione propter honestatem. Non enim est honestum, vt quis eam ducat, quam suus consanguineus desponsauit. c. ad audientiam, & c. sponsam. de Spons. unde huiusmodi prohibitio non consurgit ex consanguinitate nec affinitate contracta ex nuptiis consummatis, sed ex quadam publica æquitate inductum est hoc ius prohibens matrimonium contrahi, & contractum dirimēs. Et not quod ideo dicitur publica honestatis iustitia, quia in matrimonio non solum quod liceat, sed quod honestum est, consideratur ff. de Ritu nupt. l. semper & oritur etiam ex sponsalibus, quæ de iure non fortiuntur effectum: vt in c. ad audientiam. præalleg. secus in matrimonio, quia affinitas non contrahitur ex nuptiis interdictis: vide Goffr. in sum. de

Spons. vbi dicitur, quod secundum quosdam in nullo casu locum habet hodie publica honestatis iustitia, nisi in sponsa fratris, de qua in veteri & nouo testamento prohibitum esse videtur, quam sponsam frater habere non potest, dicto capitulo ad audientiam, cum concor. in gloss. & rationem dicunt, quia sublata est in eo casu in quo de maiori æquitate locum habuit, scilicet in sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, vt de consang. & affini. non debet, ideo & in aliis reuocata videtur, quia de similibus idem est iudicium, vt ibi.

**PUBLICIANA** actio. Require [supra, actio Publiciana.]

**PUBLICVM** absolute, quandoque capitur pro vestigali, vt tradit Bod. in Annot. in Pan. vbi vide.

**PUBLICVM** ius, est quod principaliter spectat ad publicam utilitatem. Require supra [ius publicum.]

**PUBLICVM** munus quid sit, explicat apertissime Pompon. in l. pupillus de Verb. signif.

**PVERI** dicuntur filij, non filie. Secundò dicuntur omnes serui pueri, etiam sexagenarij. Tertio dicuntur omnes qui sunt in ætate puerili, scilicet mares à septennio vsque ad 14. annum, & puellæ vsque ad 12. annum. ff. de Verb. sig. pueri. de Ætat. & qualitat. ex ratione. in gloss. Quando tamen legantur pueris alimenta, pueri & puellæ dicuntur vsque ad trigintimum annum. ff. de Cibar. & aliment. leg. l. Mela.

**PVERPERA** est, quæ parit in annis puerilibus, vt inquit text. in cap. puberes. de Spons. impub.

**PVGILES** dicuntur, qui pugnandi artem norunt.

**PUGILLARES**, id est, tabula cereæ. l. in commodato. §. sicut autem. versicul. ergo si pugillares. ff. commodati.

**PULMENTARIUM**, dicitur à pulmento. Pulmentum verò, vt ait Varro, dictum est, quod id edebant cum pulte: est autem cibus solidior vtrumque, siue illud sit ex aquatilibus, siue ex terrastribus. Horatius 2. Sermo.

*Pulmentaria quare Susando.*

Cato de Re rustica: [Pulmentarium familiæ oleæ caducæ quamplurimum condito.] Pau titul. de fund. i. instru. l. cum de lanionis. [Sine his, scilicet patinis & cacabis, pulmentarium coqui non potest. Anton. Nebrissl,

**PULSARE** differt à verberare, quia pulsamus sine dolore, sed verberamus cum dolore.

**PUPILLVS** dicitur, qui cum imubes est, desinit esse in potestate patris aut morte patris, aut emancipatione, & sic pupillus dicitur etiam si habet patrem. l. pupillus, ff. de Verb. sign.

**PUPILLA** similiter dicitur intra annos pubertatis emancipata, vel morte patris desinens esse in potestate eius, scilicet 12. annorum sicut pupillus 14. ann.

**PUPILLARIS** substitutio dicitur, quæ fit impuberi in eventum mortis eius in ætate pupillari.

**PURA** stipulatio, vide infra, in versu stipulatio pura.

**PURVS** locus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est. leg. 2. ff. de Religio. & sumpt. fun.

**PURGARE** huius verbi significatum vide in leg. 1. §. purgandi. ff. de Riuis.

**PURGATIO**, est de obiecto crimine

Voc. Iur.

innocentiæ ostensio. Et est duplex, scilicet canonica, quæ fit per iuramentum, & hæc approbatur: & vulgaris, scilicet quam sibi vulgus inuenit, & hæc fit per ferum candens, per duellum, per aquam frigidam siue bullientem: & hæc reprobat, vt eod. titulo ex tuarum, & per totum: eo. tit. 2. quæst. 4. Mennam. Forma autem purgationis hæc est quod infamatus iurabit se immunem esse à crimine de quo infamatur, & compurgatores iurabunt illum verum se credere iurasse. c. quoties, & cap. vlt. eod. tit. Aliter autem deponere non debent, ne subeant anceps periurium, ff. de iur. lit. iuran. l. videamus. & numerus compurgatorum habetur 2. q. 4. omnibus vobis. & cap. presbyter si à plebe. Hodie numerus compurgatorum arbitrarius est, inspecta personæ qualitate & infamie quantitate. c. cum iuuentute. eod. tit. Et hæc de forma purgationis canonice. Sed de purgatione vulgari patet in eod. tit. per totum. & 2. quæst. 4. monomachiam. c. Mennam. & c. consuluisti. Et est triplex ratio, quare huiusmodi purgatio prohibetur. Prima quia hæc facta sunt invidia fabricante, vt in cap. Mennam. præal. Secunda, quia Deus in eo tentari videtur, vt in eod. tit. cap. vlt. Tertia, quia vt plurimum innocens condemnatur, vt in cap. significationibus. eod. tit. Deus autem tentari non debet, 22. q. 2. quæritur.

**PURPURÆ** appellatione quæ continentur, declarat Iurisconsult. in leg. si cui lana. §. vltimo de Leg. 3.

**PURPURARI**, qui purpuras capiunt, vel qui purpuram tingunt, aut negotiantur.

I

PV

**PVSTVLATVM** argentum dicitur quod est purum & absque omni spurcicia: dictum pustulatum, quasi purum purumque. Pustula quoque ipsa argenti puri massa dicitur, Martialis.

*Et nimum fœlix pustula vincit ebur.* Idem.

*Nulla venit à me argenti tibi libra pustulari.*

Suetonius in Neron. [ Nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrizum exegit. ] Alphenus lib. 19. Dig. tit. locati & conducti. l. in nave Saupheli. Cum argentum, inquit pustulatum fabro daretur. Accursius hallucinans variis modis legit, quasi is qui nihil certi ac definiti tradit. lege pustulatum ex Festo, &c. nudatis codicibus.

**PVSTVLATVM** aurum vel argentum, vide supra, in verb. argentum pustulatum.

**PVTEAL**, est illud quo puteus cooperitur.

### De P ante Y.

**PYCTACIVM**, est scriptura continens petitionem alicuius. c. pyctacium. 30. quæ. 3. vel dicitur brevis scriptura quæ in Ruscia dicitur apodocium. C. de Erog. mili. an. l. octuarius. lib. 12. & gl. in c. si quis Papa. 79. distinct.

**PYRRHICARIJ** siue purrhicharij dicuntur altatores armati, ut autor est Bud. in l. Athletas. de iis qui not. infra & in l. aut. de pœn.

**PITYOCAMPÆ**, sunt cruce in pinu nascentes: annumerantur à Iuriconsulto inter venenata. l. 3. de Sigr.

### De Q ante V.

**QVA**, pro quatenus. l. pretia. ad l. Falc. aliquando significat idem. quod per quam partem. leg. 1. de mor inter.

**QVADRANS**, est quarta pars assis, qua perficiuntur tres uncia. alia nomina requirunt supra, As.

**QVADRATARIJ** dicuntur marmorarij, qui marmora ad amussim quadrât. l. 1. C. de excus. art. vbi Alc.

**QVADRIPENDIVM**, est as quadruplicatus. l. 48.

**QVALLI**, sunt canistra vindemiæ apta, siue ad comportandas vuas, siue ad colandum mustam, ut vult Seruius, inde dicta. Ait namque in illud Virg. 2. Geor.

*-Tu spissos vimine qualles,  
Collaque pralorum fumosis diripe tectis.*

Quali sunt per quos vinum defluit, qui & ipsi à colando sunt dicti. Columella in horto:

*Ipse ferens olitor deductos ponderare quallos.*

Et Cato de Re rustica: [Ad vindemiam, inquit, parantur qualla & sarcinantur.] Vlp. de fun. inst. l. instrumenta. [Quali, inquit, vindemiatorij exceptoriiq; in quibus vuæ comportantur.] Ant N.

**QUALI** qui sint, exponit Vlp. in leg. instrumenta. de fun. instruct.

**QUALISQUALIS**, pro qualiscunque. l. rescriptum, de Distra. pign. sic qualiter qualiter pro qualitercunque. l. qui fundum. quemad. ser amit

**QVAMCITIUS** hoc tempus est arbitrium boni Viri, cum lege vel canone non terminetur.

**QVAMDIV**, hæc dictio quando inducat conditionem, lege Bart.

in lib. *Ide cond. & demon.*

**QUAMVIS**, hæc dictio habet ampliari ad maiora expressis. *Clement. 1. de re iudic.*

**QUANTI** ea res erit, & quanti eam rem esse apparet, inter hæc verba nihil interest, & vtraque harum clausularum ad veram rei estimationem refertur. *1. inter hæc verba. de Verbo. sign. vbi Alcia.*

**QUANTOMINORIS actio.** Require supra, actio.

**QUANTOMINVS**, hæc verba quomodo intelligenda sint, vide *1. si ita à te. de Verb. sign.*

**QUARTARVM** tres sunt species, Vna est debita iure naturæ, quæ dicitur bonorum subsidium, quæ hodie est aucta ad trientem & semissem, secundum numerum filiorum. Vnde,

*Quatuor aut infra dant natis iura trientem.*

*Semissem vero dant natis quinque vel ultra.*

**Alia** est Trebellianica, tertia Falcidia, de quibus in *c. Raynutius. de Testa. in gloss. super ver. quartam partem & in c. si pater. eo. tit. lib. 6.* Et differunt Trebellianica & Falcidia in hoc, quia testator potest auferre Falcidiam, & gravare hæredem, quod ipsam non detrahat. Trebellianicam vero non potest interdicere.

**Quasi** quandoque est expressium veritatis, vt *Ioan. 1. Quasi vnigeniti à Patre. c. parochianos. de deci vbi gl. & ff. ex qui. cau. maio. l. ait prætor. §. item ei.*

**Quasi castrense peculium**, vide supra, peculium quasi castrense.

**Quasi** sententia est si quis in iudicio confiteatur se furem, secus si extra, vel est cum quis præmissis actionibus, quæ nascuntur ex delicto, non est damnatus, sed

ipse dedit, vel dare debet pecuniam ne conueniatur illis actionibus: & præsumitur quod illud facit ex conscientia delicti: excusatur tamen, vbi cum iussu prætoris cum eo transigitur.

**Quasi Seruiana**: vide Actio quasi Seruiana.

**Quatenus** facere possit: si quis iuxta hanc formulam condemnatur, non totum quod habet extorquendum est, sed habenda est ratio, ne egeat. *1. in condemnatione. de Reg. iur.*

**Querela**, est ius quoddam rescindendi testamentum vel donationem vel dotem in totum captam, & competit reo ex his quæ acta sunt vel in partem Non enim est proprie actio, quia non agitur vt quid detur vel præstetur, nec est proprie accusatio, quia non accusatur quis vt puniatur in corpore, sed obtinet mediam viam, & aperit viam succedenti, secundum *Azo. in Summa C. de Inoffi. testam.*

**Querela inofficiosa donationis** inducitur ad instar inofficiosa testamenti, & competit liberis, vel parentibus à debito bonorum subsidio exclusis. Est enim causa huius querelæ iniqua exclusio à debito bonorum subsidio, & datur contra illos quibus datum est in immentum, secundum *Azo. C. eo. tit.*

**Querela inofficiosa dotis** inducitur ad instar donationis inofficiosa, & competit filiis cum matre, cum omnia vel pene omnia in filiorum fraudem dedit pro se vel filia vel muliere alia, secundum *Azo. eod. tit.*

**Querela inofficiosa testamenti** datur omnibus qui tempore mortis imminentis ab intestato possunt succedere, ex hæredat s. vel præteritis, contra scriptos hæredes vel fideicommissarios,

**QVAESTIO**, est inquisitio veritatis per tormenta, secundum Azon. in Summa, eod. titulo, vel est oratio interrogatiua. Alia significatio ne idem est quod tormentum, quia tormentis veritas inquiritur, vt cum seruus torquetur pro crimine fraudati census, aut læsæ maiestatis, vt de domino dicat quæ nouit: ita capitur pro tortuta. l. item apud. §. quæstionem. de Iniu. & l. i. §. quæstionem ad Syll. inde quæstionarij: & dicuntur tortores.

**QVAESTIO** emergens dicitur ea quæ proponitur ex his quæ emergunt in lite, vt si quæritur an iste possit testari, vel an danda sit dilatio, vel consimilia.

**QVAESTIO** incidens, dicitur illa, quæ ante litem cceptam competit reo ex his quæ acta sunt inter reum & actorem, vt pactum de non petendo rem iudicatam.

**QVAESTIO** mota, dicitur quando quis vocatus est per except. vel supplicatum est, id est, datus libellus: arg. l. si quis maior. Co. de Transact. vel, & fortè verius, per litis contestationem. l. amplius, ff. Rem ra. ha.

**QVAESTIO** possessionis, est in qua de sola possessione controuersia ventilatur. extrà, de ordi. cog. c. super spoliatioue.

**QVAESTIO** proprietatis, est in qua de sola proprietate, hoc est, de dominio vel quasi dominio est quæstio de causa possess. & proprie. cum dilectus, & dico quasi dominio, propter res incorporales quæ non possidentur, vt in spiritualibus, Instit. de Reb. corp. & incorp. §. incorporales.

**QVAESTIO** status, mouetur cum quis vendicatur in seruum. Cod. de Affer. tol. l. vnica. in princ. 4. Silt, frequens.

**QVAESTOR**, id est, cancellarius. l. ff. Cod. de Diuer. re. script. & in Auth. de Exhib. reis. §. quia vero. Et not. quòd tribus modis dicitur quæstor, Primo ille, qui quærebat pecunias tributorum per mundum, & seruabat Secundo ille, qui præerat capitalibus causis. Tertio, qui stabat vt legeret libros, qui candidatus principis dicebatur l. i. de Offi. quæst. quomodo in proœm. Instit. sumitur, & not. quòd secundum primum modum dictum in iure variis nominibus nuncupatur, scilicet susceptor & opinator, vt C. de Sus. & arc. l. missi opinatores. lib. 10.

**QVAESTORES** illust. sic dicti sunt eò quòd pecuniæ publicæ quærendæ per mundum & conseruanda siue congreganda curam & sollicitudinem haberent, & ad hoc creati erant. Et dicebantur quæstores ærarij, ab ære, id est, pecunia dicti. ff. de Orig. iur. l. 2. §. exactis deinde regibus. post princip.

**QVAESTORES** parricidij, dicuntur qui causis capitalibus præseddi erant. ff. de orig. iur. l. 2. §. præallega Inde exquæstor, id est, extrà quæsturam positus.

**QVAESTORES** sacri Palatij, dicuntur in Palatio principis qui libris principalibus legendis vacabant, non dico sententiis, quia illustres tantum illas legebant. Vel dicebantur qui idem officium gerebant in domo Imperatoris. talis etiam candidatus principis dicebatur, & sic capitur in proœmi. Instit. & ff. de Offi. quæsto & l. i. in fine, & ff. de Orig. iur. l. 2. §. deinde. vide Accurs. in gl. 3. in §. cumque. Instit. vbi supra.

**QVAESTVS**, est qui ex opera, solertia, vel diligentia alicuius prouenit, & ideo hæreditas, lega-

cum, donatio non continetur appellatione quæstus. l. quoram. & l. quæstus. ff. pro soc. & l. aditio. §. 1. ff. de acqui. hæred.

QVIA, vide in ver. Si.

QVILIBET est distributivum, ut no. ff. de duo. reis. l. duos reos. Et aliquando ponitur pro aliquis, ut in capite de homine. de celebr. missa.

QVINCVNX, est pars assis constans ex quinque vnciis Instit. de hæred. instit. §. hæreditas.

QVINI, quinz, quina, quemadmodum de binis & denis est dictum, nomen est dividuum siue distributivum ad singulos tantum. Africanus lib. 21. tit. de Fidei iuribus. leg. si duos. [ Si duos, inquit, servos quinis à te emam, & eorum alter euincatur, &c. ] Accursius quinis pro bis quinque exponit, falso nimirum interpretamento, aliud namque est emere duos servos quinis aureis, aliud bis quinque, id est, decem aureis: nam illud significat quod quemque illorum emi quinque aureis diuisim, hoc verò quod ambos emi decem aureis coniunctim. Cui verò sensu magis accommodari debeant verba legis, Iurisc. viderint, nos sermonis Latini puritatem inquirimus. Nebr.

QUIRIBUS, sunt Romani, sic dicti à Quirino, id est, Romulo, eorum Rege sic dicto, vel à Quiris, id est, hasta, quia magna hasta in bello utebantur.

QVIS vel qui restringit præcedentia, etiam quandoque declarat, ut not. in l. 1. C. de sum. Trin. & fide Cath. Et refert aliquando antecedens in genere. C. de Injur. leg. dominum. sicut & alius, iuxta illud: Et alij duo nequam. Et qui est relatiuum substantiæ. C. de Sum. Trinit. & fide catho-

ca libro 1. in glossa.

QVIS QVILIBET dicuntur sordes domus mundatæ, quæ scopis ciliuntur, scilicet, lapides, folia, stramenta, pulueres, ossa.

QVO, est idem quod vt. ut Cod. de pœn. l. si quis in metallum.

QVO D IUSU actio. Require supra, [Actio quod iussu.]

QVOD MECUS causa. Require supra, Actio.

QVOD VI aut clam. Quorum bonorum. Quorum legatorum, Require supra, [de interdictis.]

QVOMINVS, aliquando est vna pars, & exponitur, id est, in præsentia. l. fin. C. de legi. aliquando, id est, incontinenti. l. si quasi. ff. de pignor. ad. Aliquando sunt duæ partes, & exponitur, ut not. in l. quominus. ff. de flumin. Aliquando, id est, non, l. si ego. ff. si cert. pet. l. cum ipse. de exc. tutor. & l. si dolo. ff. de dol. Aliquando exponitur quo pro vt, & minus pro non. C. ne vxor pro mari. l. 1. Aliquando quominus, 1. quàm. l. liber homo. ff. de Verb. oblig. & de hac dictione vide Docto. in l. continuus. in princ. ff. de Verbor. oblig.

QVONDAM, potest significare tria tempora, præsens, præteritum, futurum, ut not. per gloss. l. nec emptio. §. fin. ff. de Contra. empt. e. cum olim. In principio, de Offic. deleg. cap. ex parte. de fo. compe. Barr. in l. 1. §. hoc autem. ff. de no. oper. nunc.

QVOTIES, intelligitur quando fieri potest id de quo agitur, nisi tempus fuerit appositum. l. sicut. ff. quemad. vsu fr. amit. & l. veluti ff. de Eden. & differunt quoties & rursus in reiteratione, ut not. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. & per Cyn. in l. legem. C. de indict. vid. toll.

## De littera R.

**R**LITTERAM ab App. Claudio inuentam Pomponius scribit, in l. 2. de Orig. Iur. eoque factum ut qui antea Valesij, Fosij, &c. dicebantur. post Valerij, Furij, vocarentur.

## De R ante A.

**R**ABIES est furor siue discursus cum impetu. c. de viro. & ibi not. Archid. l. 2. quaest. 2.

**R**ANCOR & iniuria differunt, quia licet iniuriam non teneatur quis remittere, rancorem tamen tenetur remittere. Spec. in tit. de Treuga & pac. ver. & not.

**R**ANCOR est vitium carnis, sicut mucor panis, & acor vini. Vnde dicitur, caro rancescit, vel ranci-da est.

**R**APERERE & amouere ita differre Vlpian. ait, ut amoueri aliquid etiam sine vi possit, rapi autem non nisi vi. l. 3. de Incen. rui. naufrag. Sed & qui vi adhibita aliquid scidit aut fregit alicui, rapuisse dici potest. l. Marcellus. de Verb. sig. vbi Alciat.

**R**APINA, est violenta receptio rerum, ut in l. 1. C. vi bon. rap. sed raptus proprie est violenta receptio mulierum secundum Goff.

*Partiugata* Iustinian. appellat colaphos, quibus caedi liberi cum manumitterentur solebant. l. vlt. C. de Emanci. & Nouel. LXXXI.

**R**APTOR rerum dicitur ille, qui bona aliena vi rapit. & aperte. ff. ne quis eum qui in ius l. sed eximendi & sic etiam est raptor hominum, & maxime mulierum.

**R**APTOR & fur ex animo dicuntur. Insti. vi bonorum rap. in gloss. in ver. comprehendatur. & quomodo distinguuntur, vide ibidem.

**R**APTUS, tus, tui, dicitur rerum, ut ff. de Incen. rui. naufrag. per totum. Et hominum, ut Cod. de rap. virg. vel viduar. l. vnica. licet quidam teneant contra primum. Et loquitur solum de mulieribus raptis à viris, non de mulieribus rapientibus viros.

**R**ATIS dicitur nauigium inconditum & temerè factum, ut trabes connexæ & sine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. A rate ratiarius dicitur, ut nauicularius, non opifex, sed qui rati-bus negotiatur, secundum Bui. in l. 1. de exer. act.

**R**ATIO secundum Azo. in Sum. 9. est autem. de edendo, est scriptura negotiationis mutux edita de datis & acceptis: secus si ibi continetur de pignore tantum, vel de mandato tantum, vel de constituta pecunia tantum. Aliter accipitur ratio dum dicitur [rationem esse reddendam de omnibus,] & aliter cum dicimus, [habenda est ratio ætatis,] & similia, ut in lege in condemnatione de Regul. iuris. & lege 1. in principio. de Postul. nam habere rationem ætatis, est habere respectum ætatis, id est, in consideratione. Et multum interest inter reddere rationem & edere: nam edere, est rationes exhibere, & copiam describendi facere: reddere autem est computare, & quod reliquum est restituere. l. boues. de Verb. sign. arg. extra, de rescript. si quando. in verb. rationabilem causam. quia tellis non valet nisi causam. sui dicti reddat, si quaratur ab eod. 2. q. 1. in primis. tunc enim ratio sumitur pro causa, similiter ibi, Quod ratione caret, extirpare necesse est. 68. distinct. cap. episcopi. Etiam prælati debet esse



esse paratus rationem reddere omni poscenti. §. ecce. in fin. 36. dist. & in l. si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. fun. & intelligitur illud dictum si potest, quia per impotentiam quandoque non est omnium reddenda ratio. ff. de legib. non omnium. & præcipuè in arbitrariis, ut quod Spec. intitulat de teste, in singulari, hoc Gregor. ix. de Testib. secundum Io. Andr. ergo dicitur,

*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.*

**RATIOCINIA**, sunt rationum redditiones, ad quas aliquis obligatur ex administratione rei publicæ, vel priuatæ, quam gessit: unde publica sunt illa, quibus obligatur officialis curiæ ex administratione aliqua ad remp. pertinente, ut in l. officialis C. de Epif. & cler. Priuata autem sunt illa, quibus obligantur aliqui ex administratione rerum pertinentiũ ad priuatos, ut tutores, curatores, vel procuratores, gastaldones, & baliui aliorum. Unde obligatus ad ratiocinia, & ad rationem reddendam alicui adstrictus.

**RATIONALIS**, idem qui logista, de qua supra suo loco.

**RATIONALIS Cæsaris**, idem est quod procurator Cæsaris, à rationibus gerendis sic dicitur: vide constitutionem Græcam Cod. de Rat. ope pubi.

**RAVCÆ** vocantur vermes qui in radice quercus nascuntur & transeunt, de quibus habetur in l. ex conducto. §. i. ff. Loca. licet gloss. intellexerit de spinis.

### De R ante E.

**REATVS** dicitur status atque ha-

bitus ipse rerum, antequam absoluantur vel damnentur, cum squalidi, promissa barba, de salute litigant, & rerum suarum anxij satagunt. Iust. tamen vsus est pro pœna. in Auth. de intest. nup. vulgò autem accipitur pro crimine, eo modo quo abigeatum dicimus abigeorum delictum.

**REBELLIS** dicitur inobediens principi circa concernentia prosperitatem Imperij, in ex rauag. qui sint rebelles. & ibi per Bart.

**REBELLIS** & contumax differunt, ut no. doct. in c. sanè. de offi. dele. Et no. quòd rebellis officiali domini papæ vel e. ecclesiæ, vel imperij, dicitur rebellis Papæ, & Imperatori. l. hostes. & ibi Bart. ff. de Cap. & postlim. reuerf. & vide etiam Bar. in l. i. de deser. lib. 12. Cod. de pœna rebellantis, vide Bartol. in d. extrauaganti rebel. qui sint.

**RECEPTORES** dicuntur, qui aliquos receperunt, & ut frequentius sonat in malum: sunt enim illi qui fures, raptores, & ceteros malefactores recipiunt, ut C. de his qui latron. l. i. & ff. de recept. l. i. sine quibus latere non possunt, ut in cap. sicut ait. de hæret. vbi hæreticorum receptores anathematizantur. sed receptores, secundum Inn. dicuntur aduocati, in c. ex parte. de postul.

**RECIPIERE** quandoque significat excipere, ut in l. qui fundum de Ver. sig. aliquando est præstaturũ se promittere. interdum approbare: unde illa locutio, More maiorum receptum est, & cõsimiles.

**RECIPIVS** id est, breuius. cap. cum sit Romana de appell.

**RECOMMENDARI** reus à docto. dicitur, quando quis est carceratus propter vnum crimen, & alij implorant officium iudi-

- cis, vt detineatur etiam propter eorum interesse.
- RE** contrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto.
- RE** Instit. Quibus modis re contrah. obl. per totum.
- RECONVENTIO**, est mutua petitio quæ fit à reo conuento contra actorem, vt si petas à me decem ex causa mutui, & ego reconueniam te ad alia decem mihi debita ex operis tibi præstitis.
- RECTA** linea ascendens, sunt pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, sicut in fœminis lineam dicimus matrem, auiam, proauiam, abauiam, &c.
- RECTA** linea descendens, sunt filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, abnepos, abneptis, &c.
- RECTE** denotat iustitiam sicut ritè solennitatem. ff. de inof. testam. l. 2. in gl. & sic stat aliquid actum esse ritè, v. delictet secundum ordinem & lenitatem iuris, quod tamen non est actum rectè, scilicet secundum iustitiam & æquitatem, vt no. Io. And. in cle. fin. de appel. & not. cap. quoniam contra de prob. est gl. in l. iuste possidet. ff. de acq. poss.
- RECVSARE** dicitur, qui debite requisitus sine causa rationabili differt executionem. not. in auth. de exact. instan. do §. illud.
- RECVSATIO** secundum Spec. eo tit. est iurisdictionis vel audientie causa suspicionis proposita declinatio, vt C. de iud. l. apertissimi. & dic vt not. ibi, & fit vsque ad 20. dies, secundum leges, vt C. de lit. con. auth. offeratur.
- RHEDA**, est quoddam vehiculum, ad eundem vel redeundum habile, & est quatuor rotarum. leg. cum in plures. §. fin. ff. loc.
- REDACTVM** dicitur etiam quod est exactum, sed exigi potest. l. si possessor. §. redacta. ff. de Petit. hered.
- REDDERE** proprie est retrodare, recipit tamen per se dandi significationem. l. verbum reddendi. de Ver. sig.
- REDDERE** rationes, vide Ratio.
- REDDITVS** annui inter immobilia computantur, in authent. vt hi qui obl. se hab. perhi. res minor. §. licebit autem. & l. iubemus nulli. §. i. C. de sacrosanct. eccl. & ibi Bart. Et redditus appellatione omnes prouentus continentur, secundum Pau. de Ele. & Zaba. in cle. vnica. de excess. præl. & vide no. in cap. pastoralis. de decim. & dicitur redditus, quasi retrodatus. Bartolus in leg. filio. in 2. not. ff. de lib. & posth. & in rub. ff. Soly. mat. ver. idem dic de ver. reddendi. Vel melius, reditus dicuntur à redeundo, quasi singulis annis redeuntibus, & ideo scribendum simplici d, id quod & ratio syllabæ necessariò exposcit, & idè sunt reditus, & fructus. leg. fundi Trebatiani. & ibi Bart. ff. de Vsu & vsufr. leg. Sed Spec. facit differentiam in tit. de Loca. & conduct §. i. versic. illud. Quid sit reditus & fructus, est bona gloss. in c. generali. in verb. reditus. de Elect. in 6.
- REDDITVIRI**, verustè proredatum iri. Proculus l. 48. in fine & Iul. l. 27. ff. ad S. Con. Trebel. [ Et cauit quod amplius per legem Falcidiam liceret, cepisset, reddituiri. ]
- REDEMPTOR** pro conductore, leg. Cesar. de publica.
- REDHIBERE**, est aliquem facere rehabere iterum quod prius habuit. vt ff. de Edil. edict. & de redhibita actio. l. redhibere in principio.

**REDHIBITORIA** actio, require supra, [actio redhibitoria.]

**REDIMERE** interdum ponitur pro conducere, & tunc plerumque refertur ad eum qui pacta mercede aliquid faciendum suscepit. l. plenum. §. operas. de usu & habit.

**REFERENDARI** sunt aduocati, qui referunt hominum, negotia coram principe. in Auth. de Referendaris. & ibi glossa in curia Romana sunt speciales, officiales qui referunt Papæ supplicationes c. ex litteris. de integ. rest. vbi Inno. & Rust.

**REFERRE** quandoque idem est quod accusare aliquem.

**REFICERE**, est quod corruptum est in pristinum statum restaurare. l. i. §. i. ff. de Riuis. & vide ibid. not. de hoc verbo, & in l. 3. §. pen. ff. de Itinere actuque priua. & in l. i. §. i. ff. de Via pub. Quæ requirantur in refectioe, vide Bart. in l. i. ff. de Ritu nap.

**REFIGERE**, id est quod fixum est labefactare atque conuellere: nam sunt verba quædam, quæ composita conuertunt significationem in contrarium. Virgil. 6. *Ancidos.*

*Fixit leges pretio, atque refixit.*  
Horat. i. Epist.

*Qui templis Parthorum signa refixit.*

Venuleius l. 43. quod vi aut clam. l. si vitem. [Si fixeris, inquit, & ego refixerero.] Paulus tit. de Verborum oblig. leg. inter. [Tabulæ, a t. refixæ sunt.] Venuleius tit. ad legem Iuliam peculatus. l. qui tabulam. [Qui tabulam, inquit, æream refixerit.] Tabulam æream Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat scripta, vt sic pro-

mulgaretur. Quod vero huiusmodi tabulæ essent æreæ, ostendit Ouid, in 1. *Metamor.* cum dicitur

— *nec verba minantia fixo  
Ære ligabantur.* Neb.

**REFRAGARI**, est nocere vel impedire siue contradicere.

**REGALIA** sunt quædam iura imperij, vt portus & flumina, & alia, vt not. in vsibus feud. quæ sint regalia, & per Innoc. in cap. generali. de election. lib. 6. & ibidem per Cardi.

**REGVLA** secundum Azonem, est plurium rerum compendiosa narratione facta traditio, vel est compendiosa definitio rerum vniuersitatem complectens. Item regula quandoque dicitur specialis norma vel modus viuendi monachorum vel canonicorum, quia talis norma viuendi præbet. de Statu mocach. per totum, & inde dicitur regularis. Item quandoque regula dicitur, constitutio canonica, it. distinct. hoc vestræ indicimus charitati. Item regula, secundum Goffr. & legitas, est quæ rem quæ est breuiter enarrat, non vt ex ea ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat. vt ff. de Reg. iur. l. regul. nam ex regula non fit ius, sed ex iure quod est regulare, fit regula. Alias enim dici deberetur ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula, ideo quia rectè ducit, nec aliorum trahit: quasi à rego, eo quod rectè regat: & debet regula fieri signo vniuersali vel indefinito. Aliter in grammatica. Regula est multorum similium collectio vel coniunctio. Quid sit regula vel potestas eius, quis effectus, & quod officium eius, &

qualiter perdat officium suum, dic vt ff. de reg. iur. l. i. eod. tit. in rub. lib 6.

Erat & REGVLA, instrumentum, quo in factura olei veteres utebantur leg. sed addes. vbi Budæus, ff. loc.

REGVLA Catoniana dicit, quod legatum quod fuerat inutile si testator moritur, licet ex intervallo moriatur, non conualescit, vt ff. eodem titulo, l. i. in princ. & ff. de leg. l. l. cetera. §. i. Et non proprie dicitur regula, nec inter eas ponitur

REGVLAM dicuntur proprie habere illi, qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis approbata, videlicet, paupertatem, castitatem, & obedientiam, vt in cap. cum ad monasterium. de statu regula. Pa. in rub. de regula.

REGVLARIS secundum Goffr. sunt qui ad viuendum regulariter se adstringunt, siue sint monachi, qui debent vacare diuinis, vt C. de Episc. & cler. l. generaliter. §. i. siue sint canonici regulares, nam idem est iudicium de ambobus. vt in c. ex parte. de postulan. & cap. non magnopere ne cler. vel monac. & hoc est verum quoad rem, non quoad regulam faciliorem, vt in tit. de Stat. mona. Vnde monachus dicitur à *μῶν* id est, vnus, & *ἵκος*, custos, vel *ἀχος*, id est, tristis, quia solus debet stare tristis, vt no. C. de Episc. & cler. in rub. l. 6. quaest. i. c. placuit. i. vbi dicitur: Quia mundo mortuus est, Deo autem viuuit. Et interpretatur vnus tristis, vt ea q. si cupis. Sed canonicus dicitur à *ῥηγών*, id est, regula, & *ἵκος* custos, quia semper debet esse sub regula, quare dicitur regularis. Nam regularis est qui per pro-

sessionem imperio praelati se subiicit.

RAI vendicatio secundum Azon. C. de rei vend. est actio quæ datur solatatione dominij & possessionis, vel quasi vt in rem. ff. de rei vend. l. i. & 2. Cod. vbi in rem actio. Et dicitur vel quasi propter iurisdictionem quæ ratione quasi dominij datur, vt no. Inst. de Actio. §. 2.

RELATIO secundum Spec. Cod. de Relat. iudicis dubitantis de iure, ad principem missa consultatio. Et quomodo debeat fieri relatio no. C. de rela l. i.

RELEGARE, est aliquem in insulam vel in alium locum mittere, vt ibi propter delictum aliquod quod commisit, moram ad tempus faciat, & est quasi bannire, vt ff. de Po. l. in princ. & tacite non adimuntur bona, nisi exprimat sententia. ff. de Interd. & releg. relegatorum. §. ad tempus.

RELEGATIO, est deportatio, quamuis proprie capiendo differant, quia relegatio fit ad tempus, deportatio in perpetuum. vide de hoc ff. de interd. & releg. relegatorum.

RELEVATA iugera, vide supra Fundus releuatus.

RELIGIO principaliter ordinata est ad opera vitæ contemplatiua, quæ in oratione & studio consistunt: & secundariæ est annexum opus manuum secundum Ioann. And. in c. sanè de regula in Nouella Et quæ religio sit maior, subdit idem Io. And. dicens, oportet principaliter maiorem ordinem attendi ex parte finis, secundario autem propter exercitium: nam finem querimus propter se, & exercitium non propter se, sed propter finem. Ex quo sequitur illam religionem maiorem esse: quæ est.

est ordinata ad finem absolute potiore, vel quia istud est magis bonum ad quod ordinatur, vel quia ordinatur ad plura bona. Si vero utriusque religionis sit idem finis, attenditur præ eminentia secundario, non secundum quantitatem exercitij, sed secundum proportionem eius ad finem intentum.

**RELIGIOSI** sunt, qui vitam regularem professi sunt. Et large dicuntur religiosi, qui in propriis domibus religiosè viuunt, quantum non sint professi: unde tria substantialia vitæ regularis profiteri debet religiosus, scilicet obedientiam, castitatem, & proprietatis abdicacionem. 1. 2. q. 1. non dicatis. 19. q. 3. qui ingredientibus. nec in his dispensandum est in c. cum ad monasterium, de statu monachorum, in fine. nam professio est solennis promissio religionis, in qua prædicta tria concurrant.

**RELIGIOSAE** domus, sunt domus & monasteria Christianæ fidei, & alia similia pia loca ad pios vsus religionis deputata, quocumque nomine censeantur. Et secundum Goffr. religiosæ domus dicuntur monasteria, templa, hospitalia, & alia loca, ut sup. & in c. de Xenodochiis eod. tit. & C. de Episc. & cler. in l. orphanotrophos, & omnia oratoria. Etiam illa quæ aliqui ex deuotione in propriis domibus episcopi auctoritate constituunt, loca religiosa sunt, ut 42. dist. oratorium.

**RELIGIOSVS** locus est, in quo mortuus sepultus est, vel etiam caput eius, ut ff. de Rel. & sumpt. funer. per totum. unde mortuo illato in prædium, ipsum religiosum efficitur. C. quæ res pignor. oblig. post. l. 3.

**RELINQUERE** verbum, proprie est in vltima voluntate. ff. de Tab. exhib. l. 1. & C. de sacrosanct. eccles. l. 1. & l. iubemus. §. fin in vlt. gloss. Item adde de hoc verbo relinquo Bart. in l. illa institutio. ff. de her. inst.

**RELIQVARI** apud Iuricons. dicitur, qui res alienum integrum non soluit: unde reliquatores vestigalium, qui reliqua publico debent. Alc. lib. 4. de Verb. signif.

**RELIQVVM** seu residuum aliquando totum admittit, ut l. 2. C. de hered. instit. Aliquando nihil addit, si nil reperjatur. ff. de Her. inst. l. item quod Sabinus. §. sed si. item adde quid veniat reliquorum appellatione. Bart. in l. Offidius. ff. de Leg. 3.

**REMISSIO**, est causæ commissæ ad competentem facta missio. Item quandoque significat idem quod indulgentia secundum Spec. & sic sumitur in titul. de pœnit. & rem.

**RENUNCIARE**, est remittere vel negare, unde dicitur, [Liberum est unicuique iuri suo renunciare,] id est, remittere ius suum, & negare eo se velle vti.

**RENUNCIATIO** proprie est rei vel iuris spontanea refutatio, & potest fieri per illum, ad quem pertinet illud, cui renunciatur, aliàs generaliter renunciatio potest fieri per quemlibet de re sua vel iure proprio, ut C. de pact. l. si quis in conscribendo.

**RHEVVS**, flumen est per Bononiam seu Alemaniam currens. ff. de Fuis. l. Lucius. & Inst. de Rer. diuis. §. flumina. in gl.

**REPEDARE**, pro reuerti. l. si quis ex greg. C. de Cohorta. lib. 12.

**REPETERE** proprie est restituendum petere. Aliquando tamen idem significat quod iterare,

vt in l. reperi. de Quæst. quandoque significat recordari. leg. quidam, de Iure codici.

**REPETITA** die promittere, est cum id agitur vt promissio retrorsum trahatur, & prius facta intelligatur, quod vulgo dicunt ex nunc, prout ex nunc, & è contrario.

**REPETUNDARVM**, vel de repetundis, accusatur quis vel damnatur, qui in administratione magistratus pecunias accepit vnde accipere non debuit. Neque habet alios casus quam genituum & ablatiuum numeri pluralis. Sallustius in Catilina substantiuum subintellectum expressit, dicens: [Catilina pecuniarum repetundarum reus.] Titulus est in lib. Digestorum 48 ad legem Iuliam repetundarum, de qua Martianus his verbis scribit: [Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu potestatiue curatione legationeue acceperit] Nebr.

**REPETUNDARVM**, vide supra in ver. [Lex Iulia repetundarum.]

**REPIGNORARE**, est luere pignus. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.

**REPLICATIO** secundum Spec. cod. tit. de except. §. multum. est exceptionis factæ exclusio, & sic est quædam exceptio competens actori contra exceptionem rei: & istam semper opponit actor. & contra replicationem actoris datur duplicatio reo: & iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio: & sic in infinitum extendere licet. Instit. eod. tit. in princ. de replicatio. vide Ioann. And. per modum summæ, in cap. à nobis. de excep.

**REPLUMBARI** dicitur argen-

tum, quoniam elaborati argenti partes non possunt consolidari, nisi interueniente plumbis: nam quemadmodum supra diximus, ferruminationem fieri per eandem materiam, ita nunc dicitur plumbationem fieri per aliam materiam, hoc est per plumbum, Seneca in 4 naturalium quæstionum: [Argentum, inquit, replumbatur, signorum argumenta soluantur.] Vlpian. de Auro & Argento leg. l. cum aurum. [An replumbari debeant, cum sic appenduntur.] Replumbari igitur, est plumbum auferre. Ant. Nebr.

**REPLUMBARE** significat plumbum eximere. leg. cum aurum. §. vnde, de Aur. & Arg. leg.

**REPRÆSALIA**, est potestas pignorandi contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro iniuriis & damnis. De his repræsalis dicitur de Iniur. & dam. da. c. & si pignorationes. lib. 6.

**REPRÆSENTARE** pecuniam, est illam statim & in præsens numerare. l. cum. 2. §. eam. de Transa.

**REPROMISSIO**, est promissionis iam factæ confirmatio, vide supra promissio.

**REPROMITTIT** qui nuda stipulatione se obligat. Alciat. in l. satisfactionis de Verb. sig.

**REPUDIARE**, est spernere, respuere, vel dedignari.

**REPUDIUM**, est renunciatio ab vxore missa marito, vel e contra: quia mittens conditioni alterius petit renunciari. Item dici potest repudium quod sub testimonio trium testium vel à præsentemmittitur. Etiam repudium est resistentium discordantia. Inde dicitur libellus repudij, scriptura, in qua alter alterius conditioni renunciat: in libello autem repudij scribebantur hæc verba, felli

scilicet, [res tuas tibi habeto, vel res tuas tibi agito,] nec tamen potest mulier mittere repudium, nisi causa approbata, vt si forte maritus propter naturalem imbecillitatem minime coire possit, in libello discutiendorum sponsalium hæc verba erant in vsu, [conditione tua non vtar.] ff. de diuort. & repud. l. 2. Quæ autem sit differentia inter dinortium & repudium, not. ff. eodem tit. in rubr.

**REPUDIATIO** secundum Plac. est compensatio, vt leg. 1. ff. de solut. vel secundum Azon. reputatio, id est restauratio: vel secundum Accurs. est computatio.

**RES** est verbum generale, vt ff. si cert. pet. l. 1.

**RES** communes naturali iure dicuntur, quarum vsus omnibus animalibus est communis, vt aer, aqua profluens, & mare, & eius litora, secundum Azonem, & Instit. de rer. diuis. §. flumina autem, & ff. de acquiren. rer. dom. leg. 1.

**RES** emphyteutica est res emphyteuticæ conditioni subiecta, scilicet illa, quam ecclesia vel aliquis dominus dominio & proprietate retenta concessit emphyteutæ quantû ad solam possessionem, vnde si hic emphyteuta rem illam in aliam personam transponere vult, non potest tradere eam, id est, dominium transferre, eo quod ipse nec habet, nec habuit illud, & ideo alteri dare non potest, quia nemo in alium plus iuris transferre potest, quam ipse habet, vt in regula nemo plus. de Reg. iur. lib. 6.

**RES** integra, dicitur in contractu venditionis, quando res non est in toto, vel in parte tradita, & pretium in toto vel in parte non

solutum, licet contractus sit factus: aliter etiam dicitur res integra respectu iudicij, quando lis nondum super tali re accepta est, videlicet ante litem contestatam, vt in c. ex insinuatione de proc.

**RES** iudicata secundum Azon. de Re iud. dicitur sententia, quæ finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit, vt ff. co. tit. l. 1. vel est quod condemnatione vel absolutione contingit. Et addunt quidam, si nullo iuris remedio sententia possit retractari, aut lapsis decem diebus possit reformari. Sed hoc non placet Azoni. Item res iudicata, est à iudice eius, quod in iudicio deductum est, ratione per eum adiudicatio, vt d. l. 1. cum ibi not. Nam ibi notatur quod res iudicata non est sententia, sed id, quod est decisum pronuntiatione iudicis. Sententia verò est dispositio vel pronuntiatione iudicis legaliter declarata, licet ibi gloss. videatur hoc ignorasse. Ex quo sequitur, quod interlocutoria non potest appellari res iudicata, quia non capit finem controuersiarum, licet quandoque & interlocutoria causa diffiniatur. Nec sententiæ arbitrorum dicuntur res iudicatæ, quia non imponunt finem. Nam per solutionem pænæ potest resiliari.

**RES** publicæ dicuntur, quæ sunt omnium populorum, & hominum tantum, vt sunt flumina & portus, & quæ sunt dedicata vsibus populi, vt forum, stadium.

**RES** religiosæ, sepulchra sunt, in quibus homines sepeliuntur, vt Instit. de rerum diuis. §. religiosum.

**RES** sacræ dicuntur, quæ ritè Deo per pontifices consecratæ sunt, vt ædes sacræ, & alia dona pia, quæ

quæ ad diuina myſteria conſeruanda dedicata ſunt, vt cruceſ, & thuribala, quæ etiam alienari prohibentur, excepta cauſa redemptionis captiuorum. Inſtit. de Rerum diuiſ. §. ſacræ reſ, & in gloſſ.

**RES ſanctæ** dicuntur quæ ab omni læſione munitæ ſunt, vt muri, & portæ ciuitatis, quæ ideo ſanctæ dicuntur, quia pœna ſanguinis conſtituta eſt contra eos ſeu aduerſus eos, qui aliquid in hiſ delinquant violando vel aliud committendo, vel tales reſ tranſcendendo ſcalis admotis, vel etiam aliquid in eorum læſionem auferendo, vel qualibet alia ratione occupando, vt Inſtitut. de Rer. diuiſ. §. ſanctæ. Nam ciues Romanos aliò quàm per portas egredi non decet. cùm iſtud hoſtile & abominandum eſt: nam Remus frater Romuli occiſus traditur ob id, quòd murum tranſcendere voluit. Vnde Lu- canus:

*Fraterno primi madaerunt ſan-  
guine muri.*

**RES ſoli**, eſt reſ immobilis, vt Inſt. Vi bon. rapt. §. 1. verſic. quod non ſolum.

**RESARCIRE**, eſt reſtaurare: vnde dicitur, compelli debes mihi damnum reſarcire, i. reſtituere.

**RESCRIPTVM** ſecundùm Goffr. eſt mandatum principis, quod ad inſtantiam alicuius vel aliquorum, ſiue proprio motu, vel ex relationibus abſentium, vel ex ſuggeſtionibus præſentium, vel ad alicuius conſultationem facit, vel cùm alicui vel aliquib<sup>9</sup>, corpori, collegio, vniuerſitati, vel ciuitati aliquid mandatur vel indulgetur: tunc enim ius faciunt nō

generale, ſed ſpeciale, in negotiis inter perſonas, in quibus & inter quas promulgata ſunt, vt Cod. de Leg. & conſt. l. 2. Et nota quòd reſcriptum capitur tripliciter. Primò generaliter: & ſic qualibet ſcriptura continens aliquam diſpoſitionem ſuperioris, dicitur reſcriptum: & ſic idem eſt quod ſcriptum: & ſecundùm hoc ſi Papa reſpondeat etiam de iure, dicitur reſcriptum. Secundò minus generaliter, vt concernit tit. de Reſcript. & ſic eſt ſcriptum ſuper negotio vel negotiis particularibus alicuius vel aliquorū, ſiue ſingulorum, ſiue vniuerſitatis, ſiue motu proprio, ſiue ad inſtantiam, ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita, à ſuperiore emanans, ſiue aliquid iuris tribuat, ſiue tribuat ſolum exercitium iuris alicui competentis: & ita comprehendit reſcriptum ad lites, de quo de reſcript. in clem. 1. & 2. Fit autem ſuper litteris plerumq; ſimilibus, & dicitur reſcriptum ad beneficia, de quo eod. tit. c. ſuper litteris. & comprehendit etiã annotationem & pragmaticam ſanctionem. Tertio capitur ſpecialiter & ſtrictè pro ſcriptura continente diſpoſitionem, per quam datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, niſi vt coram illo iudice ius tibi competens conſequaris: & hoc dicitur reſcriptum ad lites, quod datur alicui ad confirmationem ſui iuris, de quo in cap. ſuper litteris. eod. tit. & ſic eſt ſpecies diſtincta à priuilegio (quod concedit alicuius ius particulare contra ius commune) & à reſcripto ad beneficia, quod magis proprie comparatur à priuilegio.

**RESIDERE** in eccleſia ſecundùm Goffred. eſt in eccleſia deſeruire bene



beneficio, & ecclesie curam habere. cap. conquerente. de Cler. non resid. parum enim est residere, nisi residens curam habeat ecclesie, in qua beneficium habet vel personarum, ut in c. quia nonnulli. de Cleric. non resid. Debet autem residere per seipsum, non per vicarium. cap. quia nonnulli. praallegat nisi in casibus, ut cum ex indulgentia speciali competit alicui non residere, vel cum consuetudo excusat non residentem, vel cum ecclesia dependet ex prabenda, vel cum persona sine culpa sua incidit in debilitatem, deformitatem, vel morbum, ut per se deseruire non possit, vel cum necessaria profectio imminet, vel etiam voluntaria, utilis tamen & honesta, ut studiorum vel peregrinationis causa, cum licentia tamen Prælati, vel consensu Capituli: ut not. Goffr. in summ de Offic. vicar. §. nunc videndum. Sunt ergo clerici non residentes, qui in ecclesiis, in quibus intitulati sunt, non faciunt residentiam: & si personaliter resident, non tamen deseruiunt beneficio, nec ecclesie curam habent.

**RESIPISCERE**, est ex temporario furore in pristinum sensum redire. Livijs lib. 14. [Si quis resipiscat, & antiquam sanitatem recipiat] De vulgari & pupillar. l. ex facto. [Desinere, inquit, valere testamentum cum resipuisset.] Anton. Nebr.

**RESPONSA** prudentum, sunt quæ Iuriconsulti respondere dicuntur consulentibus. §. constar. & cap. responsa. distinct. 2. vnde etiam responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis, qui institutiones iuris civilis edide-

runt, quibus dissidentium lites & contentiones sopirentur secundum Isidorum, libro 6. etymolog. cap. 14.

**RESTITVERE**, est retro statuere, h. e. rem in eum statum reducere in quem fuisset, si nihil, aduersus quod facienda esset restitutio, euenisset. l. 2. §. restituas. ne quid in loco public. & leg. restituere. de Verbor. significat. Propriè tamen restituere dicimus, quod accepimus, secundum Alciat. in d. l. restituere.

**RESTITVERE** in integrum. Require supra de It

**RESTITVTIO**, hoc verbum plenam habet significationem. l. cum Prætor. & l. plus. de Verb. signific. vbi Alciat.

**RESTITVTIO** in integrum. Require supra. In integrum restitutio: & datur tam ecclesie quàm minoribus ratione ætatis, quare est prioris status vel iuris reintegratio, quia succurritur per restitutionis auxilium minoribus vigin. tiquinque annis, & etiam ecclesiis quæ minorum iure censentur: semper enim Ecclesia debet iure minoris illasa seruari, ut in capitulo 1. eodem tit. & restituitur minor vel ecclesia, siue lædatur, siue decipiatur ipse minor, siue tutor siue procurator eius, vel si prælatus, syndicus, & economus ecclesie decipiatur: nam delictum, personæ non debet in detrimentum ecclesie redundare, in regula delictum. de Reg. iur. lib. 6. & si restitutio fit in iure minoris, differt ab ea restitutione, quæ fit in iure maioris: quia prima datur officio iudicis deficiente actione, secunda verò habet actionem suo iure, scilicet vtilem officio iudicis accedente, ut in cap. cum vendicat. de in integ. restitu. in gl.

in gloss. verbi restitimus. Etiam restitutio quandoque peritur, vbi nulla possessio potest esse, vt cum petitur restitutio consanguinei, vt cap. cum venissent, eod. tit. in gloss. in cap. in litteris. de restit. spol.

**RETIARIUS** potest dici ille, qui iacet rete ad pisces capiendos, vt patet in l. si iactum. ff. de Action. empt. Sic etiam retiarius dictus est alter ex gladiatoribus qui fugientem vel fugam simulantem sequeretur, vt rete immitteret, quod genus pugnae primo à Pitaco Mityleneo, vno ex septem sapientibus, institutum est, de quo Valerius Maximus in primo, & Festus, [Retiario [in]quiens] pugnanti aduersus Mirmillonem canetur, Non te peto, piscem peto, quid me fugis, Galle? Interpretatio tamen illa est melior, vt à rate ratiarium deducamus, quem admodum à navi nauicarius formatur lege 1. ff. Quod cuiusque vniuersi. nomi. piscatores enim communiter ratem habent: quod etiam innuit Scruo. in leg. periculi pretium. Dig. de Naut. foro.

**REVERENTIA**, est honor qui exhibetur cum pauore. cap. 2. de officio delega. libro 6. per Archid. in cap. decet. de immunit. eccles. & est exhibenda patri & patrono tam viuo, quam mortuo. l. apud Celsum §. aduersus. ff. de Doli exceptio.

**REVOcare domum**, est allegare & dicere se non posse compelli eo loco quo conuenitur ad litem suscipiendam, sed remitti ad locum in quo domicilium habet. Inde dicitur, legatos qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipsis inuitis, sed habere ius reuocandi domum. De hoc vide cap.

finale de foro compet.

**REUS**, est qui defendit & propulsat actionem vel accusationem: non à reatu dignus, sed à re, quæ ab eo petitur præstanda, vel super qua ipse impetitur, quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur quandiu in iudicio pro re aliqua petitur, vt cap. forus, de Verborum significatione ad finem 15. quæstione 3. capite vlt. 3. quæstione 11. capitulo non est. Etiam quandoque reus à reatu dicitur ille, videlicet, qui conuincitur criminofus. capite 1. de Re iudic. libro 6. vel sic, Reus est ille qui necessariò se debet defendere. capit. dilecti filij. de exceptione, & sic dicitur à re, quam ipse defendit. capit. forus. præalleg.

**REUS** agitur vel fit, quicumque accusatur, lege vltima, Cod. de fide instrum. Reus autem peragi dicitur, cum condemnatur. l. 2. ff. de adult.

**REUS** credendi, est idem qui creditor.

**REUS** debendi appellatur ipse debitor.

**REUS** promittendi dicitur ille à quo quis stipulatur: & dicitur à re vel firmitate, quia firmiter & omnino verum est eum obligatum: nam reus significat firmitatem, vt dicit Virg. Vox reus de Azon. C. de duobus reis stipulan. in sum.

**REUS** stipulandi dicitur ille, qui stipulatur, gloss. Instit. de duobus reis.

**REUS** satisfidandi apud Vlpianum est, qui fideiussore dato obligatus est. Reus verò satis accipiendi, creditor qui ob eius creditum fideiussores à debitore accipit. l. qui hominem §. Quidam de solutionibus.

**R**EX vel Imperator potest quilibet dici in domo sua, vt in cap. duo sunt. Ioan. Andr. in capitu. venerabilis.

**R**HEDA, vehiculi genus est. Quintilianus lib. 1. vocabulum Gallicum esse putat, plurima, inquit, Gallicè valuerunt, vt rheda, petoritum; quorum altero Cicero, altero Horatius vtitur. Tabolenus lib. 19. tit. Locati & conducti. l. cum in plures. Pro sola, inquit, rheda portorium daturus fuerit. N.

### De R ante I.

**R**I G O R iuris quandoque ponitur pro solennitate & ordine iuris communis, habito respectu ad rescriptam Papæ. c. super literis de rescript. Secundo ponitur pro austeritate contraria dispositioni, alias dispensationi & misericordie, & ad aliorum terrorem inducta. Tertio pro stricto ordine iuris communis, & sic sumitur in c. si clericus de foro competen. & not. gl. in c. vt constitueretur. 50. distinct.

**R**I P A, proprie est fluminis, sicuti litas maris. §. 1. Inst. de Re. diui. Ripa autem ita rectè diffinitur, id quod flumen continet, naturalem figurem cursus sui tenens, l. 1. de flumi.

**R**I P A R E N S E S in l. contra. C. de re mil. intelliguntur milites, qui in imperij limitibus excubabant aduersus Barbaros, puta in ripis Danubij ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas.

**R**I S C Y S in mundo muliebri ponitur ab Vlp. in l. 25. §. 4. ff. de Aur. arg. l. Pollux *πίονος* inter arculas memorat. Vnde suspicor eam significari capsulam in qua lincola munda mulieres reponunt, quibus lotam corporis partem ab-

Voc. Iur.

stergunt. Riscus enim cum lauatione coniungitur.

**R**I V A L E S, dicuntur qui eundem riuum communem habent. Gellius lib. 13. Negotium quoque alicuius quod ei fortè de aquæductu cum riuilibus est. Pom. lib. 43. titulo de Aqua quoti. l. hoc iure. Dum notandum, inquit, domino, aut aquarium riuilibus deterius faciat. Per translationem etiam & riuales dicuntur, qui communem habent amicam Iuu. [ Non vnus tibi riuialis ditabitur hæres. ] Anton Nebriss.

**R**I V A L E S sunt qui per eundem riuum aquam deducunt. l. 1. §. si inter riuales. ff. de Aqua quot. & æstiuæ & can. horrendus. 23. quæ. 5 vbi not. quod etiam riuales dicuntur illi, qui exquisita libidine cum eadem muliere consuetudinem habent.

**R**I X A ex litibus & contentione nascitur. l. seruus. ff. de Act. & oblig. & est inter duos. l. prætor ait cuius §. 1. ff. Vi bonor. rap. & leg. si non conuictij. C. de iniur.

### De R ante O.

**R**O B U R, est debita proportio omnium suorum membrorum, secundum Ægid. de regimine prin. c. 13. & habetur Instit. de donat. §. perficiuntur. & de transact. capite 1.

**R**H O D O S, insula est in qua antiquitus vsus mercatorum fuit. & inde dicuntur leges Rhodiæ, vt not. ff. ad l. Rhod de iact.

**R**H O D I V S est genus piscis, cuius sanguis valet ad tingendum vestes, vt in C. de Vesti. olob. & de au. lib. 11.

**R**O G A T I O, rogationis, pro eo quod est lex, propterea sic appellata, quod

quod cum promulgatur, populus rogatur, vel ite, & iubeat eam legem sanciri. Festus. Rogatio, inquit, est cum post populus consultitur de vno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertinet, & de vna pluribusve rebus, de quibus omnibus sancitur. Nam quod in omnes homines resque populus sciuit, lex appellatur. Anton. Nebris.

**ROGO** capitur quandoque pro præcipio. *l. i. q. 3. rogo*, quamuis qui exhortatur mandatoris opera non fungatur. *ff. de his qui no infam. l. ob hæc verba.*

**ROGARE** interdum est interrogare. *l. 3. de Adopt.*

**ROGVS**, vide 23. conuenior super ver. busto. vbi gl. quod bustum dicitur, cum res est exusta, rogus cum comburitur, pira est congeries lignorum ad comburendum. vide ibi Archi.

**ROMA** est communis patria. *l. Roma. ff. ad municipia. & in c. exposuit. de dila. secundum Inn. & c. vlt. de fo. competen. vbi dicitur Roma mater & magistra omnium ecclesiarum. c. basilicas. de conse. dict. 1. Et quod dicitur, ibi Papa, ibi Roma. secundum Inn. in c. ego enim. de Iureiur. dicit Lud. de Roma, pro hoc non esse in mundo aliquem text. licet multi multos allegent. Et de præminentis Papæ, vide per Bal. in l. rescripta. C. de preci. Imp. off.*

**ROMA** in iure interdum accipitur pro Constantinopoli, vt in *l. i. §. Romam. C. de vet. iur. enu.*

**ROSTRVM** dicitur, forus causarum vbi causæ tenentur, vel tractantur.

### De Rante V.

**RUBRICA**, genus est terræ rubræ quæ ad picturam solet accommo-

dari, habetque accentum in penultima. Horat. sermonum lib. 2.

——— *Prælia rubrica picta,  
Aut Carbone.* Persius.  
*Non secus ac si oculo rubricam  
dirigat vno.*

Quæ verò in iure civili & pontificio dicuntur rubricæ, tituli sive indices rubri, vel ex rubro, possunt rectius appellari. Ant. Neb.

**RUBRIBA**, est qua legum tituli & capita notantur, à terra rubi coloris, & minio proxima, quæ aliquando generalior est nigro. Inlt. de iustitia & iure. in gl. rubrica.

**RUDER**, eris, siue rudus, eris, est purgamentum domus, siue putei, siue cuiuscunque rei, quæ à sordibus purgari debeat. Colum. in hortor.

*Rudere tum pingui solido vel  
stercore aselli.*

Sueton. in Vespasiano, ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit. Vlp. tit. de dam. inf. l. prætor ait. Neque dominus velit rudera egerere, & in eo tit. sæpe.

**RUDERA** sunt ea, quæ eiciuntur domibus discussis, vel à domo munda cum scopis, vel fragmenta lapidum, vel demolimenta cementorum, vel folia, fauilla, pulueres.

**RYMOR**, secundum Specu. de notorio crimine, est particularis assertio vel insinuatio ex sola suspitione & incerto auctore proueniens. cap. super eo. de eo qui cog. consang. vxor. suæ. & hic minus probat quàm fama, quia fama est communis assertio, remor verò cum pauci aliquid, non

- tamen publicè, dicunt, & ideo non probat, sed solam suspicionem & præsumptionem inducit.
- RVPRTVM**, intelligitur quod quoquo modo corruptum est. Vnde non solum facta sed etiam vita, scissa, collisa, effusa, & quouis modo perempta aut deteriora facta, hoc verbo continentur. §. Capit. Instit. de lege Aquilia
- RVSTICA** prædia, require suprâ, prædia Rustica.
- RVSTICANI** sunt iidem quod rustici. C. de Rust. lib. II. Et rusticitas sæpe in iure nostro sumitur pro simplicitate & imperitia, vt l. 2. ff. Si quis in ius voca, non ierit
- RVSTICI** qui dicantur, docet pulcherrime Bart. in l. conficiantur. de Iur. codi.
- RVSVS**, id est, iterum vel quotiescunque, & significat prout significatum proprium vel aliud medium significare declarat, v.g. testator reliquit alicui decem: & si perdidit, rursus ei reliquit, dicit text. quod non ampliùs quàm semel postquam perdidit, est iuuandus. Et sic dictio rursus, aliquando verificatur in vna vice. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. Ratio: quia nisi sic significaret, hæres grauaretur sæpius nouam quantitatem præstare, quod non est verisimile testatorem voluisse, &c.
- RVRA** cæsa, sunt quæ cæduntur vel aruuntur. ff. de Actio. emp. lege fundi. §. si ruta.
- re liceat, vt ait Vlp. in l. cap. 25. ff. de Adulter. Valerius Probus inter notas refert.
- SACCARIVS** auctore Budæo, dicitur qui sacco gestandis victitat.
- SACCARIVS**, dicitur baiulus qui saccos defert transfertque merces, aut aliquid aliud à loco in locum. Et saccaria negotiatio est dicta, quæ circa saccos versatur. Apuleius r. de asino, [Operculas quas adhuc vegetus saccariam faciens merebam.] Vlpianus in quadam lege, [Si quid, ait, ex sacco saccarij excidisset. Et est saccus idem ferè atque ex eadem materia, qua sagum fagi.]
- SACCVLARTI** dicuntur, qui veticas artes exercentes, ex sacculo partem subducunt vel distrahunt, vt ff. de extraor. cri. l. saccularij.
- SACRA** quæ sint, Require suprâ, res sacræ.
- SACRA** annotatio, dicitur rescriptum quod Imperator proprio mentis motu alicui indulget, constituens secundum preces illius aliquid fieri vel non fieri, Vide suprâ rescriptum.
- SACRA** scriptura, continet solum libros veteris & noui Testamenti, & non alios, & ratio redditur in c. quis nesciat. II. distinct.
- SACER** locus, dicitur qui ritè per Pontifices consecratus est, l. in tantum. & l. sacra loca ff. de Rerum diui. & Instit. eodem titulo §. sacræ. & differt locus sacer à sancto, vt colligitur in glossa, lege secunda interdista. ff. de Interdictis
- SACRVM** oraculum dicitur rescriptum Imperatoris, quod orando quis impetrauit, vel est idem quod rescriptum, vt suprâ, de littera R. in verbo. Rescriptum,

## De S ante A.

**S. F. S.** Sine fraude sua, vt in leg. Iul. de Adult. Retinere adulterum horas viginti, sine fraude sua iu-

**SACERDOS**, hoc nomine intelliguntur quandoque inferiores, & nomine clericorum superiores, & componitur ex dictionibus Græca, *δωρ*, id est, datio, & Latina *facere*, ut 21. distinctione clericos. §. sacerdos, sicut enim Rex à regendo, sic sacerdos à sacrificando dictus est. Et sacerdotes gentilium dicebantur flamines, quasi filamines, à filo quod gerebant in capite in signum sacerdotij, & aliqui fuerunt protoflamines, ut in cap. pleros præleg.

**SACERDOTES** in diuinis eloquiis aliquando dij, aliquando angelii vocantur, & pro regibus sunt honorandi, non iudicandi, dicente Constantino Imperatore, dignum non est ut nos iudicemus deos 11. q. 1. sacerdotibus. Etiam sumitur sacerdos quandoque in malo. C. de Male. & mathe. 1. nullus aruspex. vbi ponitur pro incantator.

**SACRAMENTVM**, est sacræ rei signum. Et qualiter differant sacramentum, signum, sacrificium, & mysterium, probatur 1. q. 1. multi. de consecrat. dist. 2. can. sacrificium. & c. signum.

**SACRAMENTA** ecclesiæ sunt septem, duo voluntaria & quinque necessaria, not. gloss. in c. veniens. de transact.

**SACRARIUM**, est locus in quo sacra reponuntur. I. sacra loca. §. 1. ff. de Res. diuis. dic quod est illa pars quæ est prope altare, in qua sunt clerici ad celebrandum, propter sacramenta quæ ibi conficiuntur, & quia in altari maiori (cùm soleat esse sacrarium) includuntur reliquæ de conse. eccl. vel alta. per totum. Doct. in c. 1. in gl. 2. de vit & honest. cle.

**SACRIFICIUM** dicitur quasi sacrum sanctum, quia prece my-

stica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis, 1. quæ 1. c. multi.

**SACRILEGIUM** de iure ciuili, est cùm sacrum de sacro tollitur, l. 4. ff. ad l. Iul. pecu. & l. aut facta. §. locus. ff. de Pœn. & Cod. de crimi. sacrileg. per totum. De iure canonico quid sit, vide c. si quis contumax. §. sacrilegium. iuncto e. sequen. 17. qu. 4. vide, Albe. in suo dictionario, in dictione, [sacrilegium,] & supra in ver. [crimen sacrilegij.]

**SACRILEGIUM** dicitur quasi sacrum lædens, vel factum legens, id est, furans, de quo 17. q. 4. per totum. & maximè in c. quisquis. ad ff. Et est crimen mixtum, ut supra dictum est de crimine. vide bonam glo. in c. sunt qui opet. 17. quæ. 4. vbi dantur descriptiones sacrilegij, & pœna committentis ipsam, & melius in c. sacrilegium. ead. q. in gloss. 1.

**SACCVS** sacci, & [sacculus sacculi] pro nummorum loculis accipiuntur plerunquæ. Plinius libro 2. [Aurum & æs & argentum liquatur in sacculis.] Martian.

*Excussi loculosque & sacculum.*

Vlpian. lib. 48. in tit. de fureis. l. vulgaris. [Si quis, inquit, qui viginti nummorum saccum deposuisset, alium saccum in quo scit triginta nummos esse acceperit.] Et paulò post: [Si quis, ait, surripuerit furto duos sacculos, vnum decem, alterum viginti nummorum.] Idem in titulo de statuliberis. lege statuliberos. [Decem, inquit, iussus erat dare, viginti dedit, siue numerauit, siue sacculis dedit.]

**SACCVLARIVS** dicitur, qui saccis, id est, loculis quibusdam

præstigias quasdam exercet, ut aliud fiat, aliud videatur fieri. Vlp. in titulo de extraordinariis criminibus, l. sacularij [Sacularij, inquit, qui veritas in sacculis artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt.] Idem in titulo de effractorib<sup>9</sup> & expilatoribus. l. 1. sacculorū profure qui in sacculū res furto ablatas iniicit, accipere videtur. [Simili, inquit, modo sacularij & directorij erunt puniendi.]

SACRVM, vt Macrobius libr. Saturnalium 1. auctoritate Trebatij, definit, [est omne illud quod deoram habetur,] idque probat multis Virgilij carminibus. Iustinianus lib. 2. Institutionum. [Sacra, inquit, res sunt, quæ ritè per Pōtifices Deo dedicatæ sunt.] Martianus quoque lib. 1. Digestorum, titul. de Rerum diuisione. l. in tantum. [Sacra, inquit, res sunt hæ, quæ publicè consecrata sunt, non priuatim.]

SAGARIVS, est venditor sagorum, de quo Iuuen dixit:

*An saga vendenti nubat capone relicto.*

Est autem sagum textum ex lana caprina, aut hirca, ex ouibus, idem ferè quod saccus. Vnde sagarius, a, um, ad saga pertinens. Vlpian. libr. 4. tit. de tributoria actio. l. procuratoris. [Duas, inquit, negotiationes, puta sagariam & linteariam.]

SAGMEN, inis, herba notissima est, non tamen sub hoc nomine, sed sub alio quo appellatur gramen, siue verbenæ, Græcè *ἀγρόνη*: quæ verò Hispanè dicitur vulgò verbenæ, ea Latine est verbenæ perica, & Græcè *πικνηλον*. Liuius 1. ab vrbe condita. [Sagmina, inquit, te rex posco: rex aut, puram

tollito: fecialis ex arce graminis herbam puram attulit.] & sequitur: [Verbenæ caput pilosque tangens.] Idem quoque scribit Plinius libro 22. [Non aliunde, inquit, sagmina in remediis publicis fuere, & in sacratis legationib<sup>9</sup>, quàm verbenæ, certè vtroq; nomine idem significatur,] hoc est gramen ex arce cum sua terra reuulsum. Marcial. libro 1. Digest. de rerum diuis. l. sanctam est. [Sunt, inquit, sagmina quædam herba, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret: sicut legati Græcorum ferunt ea quæ vocantur, cerycia, id est, caducea.]

SAGMINA sunt quædam herba, quas legati populi Romani portabant inter locutores pacis, quia nemo illas herbas portantes lædebat, sicut legati Græcorum solebant ea quæ vocantur cerycia ferre. ff. de Rer. diuis. l. sanctum.

SAGVM, militare ac bellicum gestamentum fuisse constat: est alioqui sagum genus stragula vestis, haud dissimile cilicio: in qua significatione frequenter videntur Tranq. Plin. & D. Hieron. Vlpianus verò noster enumerat sagum inter vestimenta familiaria l. vestis. de Aur. & arg. leg. A sago sagarius derivatur, vnde sagaria negotiatio. in l. cum duobus. pro socio.

SALARIVM, est vestigal domiciliorum, dictum quasi solarium à nomine solum, eo quod redditur & impenditur pro solo nomine pensionis. Aliàs ponitur pro premio vel pro mercede laboris, & pro remuneratione, vt salarium aduocatorum. l. salarium. ff. Mandat. quandoq; pro solatio l. iubemus per hæc. Cod. de erog. mibi. uno, aliquando pro expen-

sis, l. si cum dotem. ff. Sol mat ali-  
quando pro honore ex parte  
eius cui debetur. l. si remuneran-  
di. ff. Mandat.

**SALGAMA**, inquit Merula, appel-  
lantur quæcunque conditanea  
ad victum nostrum ex sale in va-  
sis adieruantur. Columella li. 13.  
de Re rustic. [ Locum & vasa  
idonea salgamis præparavi iu-  
bent. ] Idem in horto.

*Tempore non alio vili quoque sal-  
gama merce.*

Condiebantur autem ex sale,  
præter oleas, asparagi, cappares,  
& tristes in horta, serulæque minae-  
ces. in libro 12 Codicis, titu-  
lus est de salgamo hospitibus non  
præstando. l. vnic. [ Ne quis,  
inquit, comitum vel tribunorum  
salgami nomine culcitram, li-  
gnum, oleum, à suis extorqueat  
hospitibus. ] Accursius à sale &  
gamos compositum esse dicit,  
quod culcitram interpretatur,  
quoniam, ut ait, propter nuptias  
culcitra fit. Pulchra expositio,  
atque tali digna interprete, qui  
putet culcitram ob eam tantum  
causam paratam, & qui nulla  
cogente necessitate compositio-  
nem ex Latino & Græco faciat.  
Est igitur sensus legis, quod cum  
parochi soliti sint præstare hos-  
pitiibus salgama, appellatione  
salgami non debent ab illis exi-  
gi culcitra, ligna, oleum. Atqui  
ligna & sal solita esse præberi te-  
statur Horatius 1. Sermonum,  
cum dicit :

*Et parochi qui præbent ligna  
salæmq.*

Sed à sale appellatum esse salga-  
mum non est dubium. Sed appel-  
latione salgami siue salis quid  
intelligi debeat, Imperator ex-

pressit. Ant. Nebrissenf.

**SALGAMVM** secundum Hug. est  
idem quod culcitra, dicitur à  
saluo vel salica, & γαμος nuptia,  
vel γαμος mulier, quia maxime  
propter talia fiunt culcitra, sc.  
maxime propter mulieres, ut in  
rub. C. eod. tit. lib. 6.

**SALGAMI** appellatione secundum  
Alcia. venit oleum, butyrum &  
eiusmodi esculenta ad condien-  
dum, & alia ad quotidianos vius  
necessaria, cuiusmodi sunt ligna.

**SALICTVM**, locus est vbi salices  
confixæ sunt, pro eo quod esse  
debut, salicetum, ea forma qua  
à quercu fit quercetum, à lauro  
lauretum. Aliquando etiam pro  
ipsis salicibus accipitur. Vergil.  
in Bucolic.

*Hyblais apibus florem depasta sa-  
licti.*

Et in secundum Georgicor. Iuri-  
sconsultus, arborum partem casta-  
rum. l. vitem [ Arborum, inquit,  
appellatione vitem contineri  
plerique existimauerunt, hedera  
quoque, arundines & salictum. ]  
Pro loco vero salictum, Colum-  
mel' a libro 1. [ In prata & arua  
salictaque & arundinera. ] Vlp.  
de fund. instr. l. quaesitum [ Arun-  
dineta, inquit, & salicta, ante-  
quam casta sint. ] Nebr.

**SALIENS**, tis, dicitur fistula pars  
illa vnde aqua salit, quæ Græcè  
appellatur κορυός, Vitruuius lib. 8.  
[ Athenis, inquit, vsque ad por-  
tum pyreum ducti sunt salientes,  
è quibus bibit nemo. ] Frontinus  
de aqueductibus, [ Binos, inquit,  
salientes diuersarum aquarum acce-  
pere. ] Vlp. lib. 19 Dige. le. lines.  
[ Labra, inquit, salientes, fistula  
queque salicibus iunguntur. ] N.

**SALIENNES**, auctore Budzo, ca-  
pita sunt fistularum, atque etiam



ipsa tubulorum fistularumque scaturigines.

**SALIGNEVS**, a, um, quod est ex materia salicis arboris notæ. Cato de re rust. [Si lapis non erit, perticis saligneis.] Ouid 8. Meta.

*- Lecto non indignanda saligno.*

Vlp. Arborum furtim cæsarum. l. vitei. [Sed & si quis saligneas virgas instituendi salici causa delixerit.] Neb.

**SALINARIA** dicuntur ea. quæ dantur pro sale. Etiam dicuntur portoria. Require supra, Portorium.

**SALINAE**, locus ubi fit sal. l. i. quod cuiusque vniuersi nomi.

**SALTUARIVS**, inquit Valla, est custos saltus Saltus verò dicitur ubi pascuntur armenta, feræque versantur. Iuriseonf. tamen de Legatis tertio, l. cum quæreretur, pro agri custode accepit. [Neque topiarum, inquit, ornandi, saltuarium autem tuendi fundi magis, quam colendi causa paratum videri.] Item de fun. instr. l. instrumenta. [Si etiam viridaria, inquit, sint. topiarum], si fundus saltus pastionesque habeat, greges pecorum, pastores, saltuarium. N.

**SALTUS**, tns, tui, est densitas altorum arborum, & dicitur nemus raras habens arbores, ubi feræ, canes, & venatores saliant. Vnde,

*Est nemus saltus, salientis dicitur actus.*

Et dicitur à salio, is, eo quòd exiliat in altum, & in sublime confurgat, secundum Isid. lib. 14. Etymol. c. 6. & inde venit fundus saltuensis. B. de fundo pa. & saltuensis. li. 11. Etiam dicuntur talia loca viuaria & foresta, vt in Clem. ne in

agro. de statu monacho. Et est duplex saltus, sc. hibernus, & æstiuus

**SALTUARIVS**, vide in verbo, Topiarium

**SALTUENSES** dicuntur conductores pratorum, coloni verò prædiorum. l. 3. C. qui mili. non possunt. & l. 3. § saltus. ff. de acquirentia poss. & l. creditor ff. de Actio emp.

**SALVBRIS** dicitur quasi salutis verber, secundum gl. in Cle. dudum de sepul.

**SALVIANVM** interdictum, require supra in ver. [Interdictum Saluianum.]

**SALVO** est dictio modificatiua & reseruatua præcedentium. gloss. singu. in leg. item Labeo. ff. fami. herciscun.

**SALVSTIANI** horri fuerunt Romæ, quorum Plin. lib. 7. meminit, [In conditorio, inquit, Salustianorum hortorum adseruabant.] Africa. de l. i. l. idem Iulianus. [si Salustianos, inquit, hortos, qui sunt Augusti.] Ant. Neb.

**SAMARITANVS** & Sarracenus differunt, vnde Sarraceni secundum Goff. dicuntur illi, qui nec vetus nec nouum recipiant Testamentum, qui non ab Agar, ancilla Abrahamæ, de qua fuit eorum origo, vocari voluerunt Agareni, sed potius à Sara vxore eius libera se Sarracenos vocant. Tamen sunt quidam inter Sarracenos Samaritani, vocati à Samaria ciuitate, qui receperunt quinque libros Moysi, sed prophetas respuerunt, quia illos respuerunt, ideo dicitur, quod coniunguntur Iudæi Samaritanis.

**SANCTAE** res. Require supra, [Res sanctæ.]

**SANCTVM** dicitur quod defensum & munitum est ab iniuria hominum, vt ff. de rer. diuis. leg. sanctum. Vnde Iustinianus dicta

est vir sanctus, i. firmus, & virtutibus munitus. Martianus autem, vnus ex auctoribus legum, ait, quod sancti dicuntur à sanguine, quasi immolando se ad effusionem sanguinis Deo. Aliàs à sanguinibus sanctus dicitur, quod nomen herbas significat, quas solebant portare legati populi Romani, ne quis eos violaret. ff. de Rer. diui l. sanctum, sic sancta dicuntur quæ neque sacra neque profana sunt, sic leges dicuntur sanctæ.

**SANCTIO** dicitur propriè illa constitutio vel lex contra quam si factum fuerit, pœna irrogatur & imponitur vt no. 3. dist. in sum. & capitur quandoque latè, vt in proœ. clem. Io. And. in ver. sanctio.

**SANCTIO** quandoque dicitur quælibet Imperialis constitutio, vel institutio, quandoque dicitur totius iuris collectio. Et sumitur etiam strictè pro constitut. pœnali, vt not. 3. dist. in summa.

**SANCTIO** Imperatoris, est cui pœna sanguinis additur.

**SANCTIO** pragmatica. Require supra P.

**SAPA** quod Græcè tum hepsema, tum Syreum dicitur, est cum mustum ad tertiam partem decoquitur. Pri. lib. 14. [Syreum, quod alij hepsema, nostri sapatam appellant.] Idem lib. 23. [Vino cognata res sapa est musto decocto, donec tertia pars supersit.] Marcell. [Sapa, inquit, quod nunc mellaetium dicimus mustum, ad mediam partem decoctum est. Vlp. de fun. instr. l. quæsitum. [Vas, inquit, æneum in quo sapa decoqueretur & defrutum fieret, & ea quæ ad bibendum lauandumque familiam parantur, instrumenti esse.] Sapa, inquit Accurs. quiddam quod fit ad porandum, dicta,

quali parum saporis habens. Neb. **SAPA** mustum dicitur vsque ad tertiam partem, vel (vt quidam volunt) vsque ad dimidiam decoctum. l. quæsitum est. §. cellarium. ff. de fun. instr. [Vas inquit, æneum, in quo sapa coqueretur.]

**SAPIENTIA** est de diuinis, sed scientia de mundanis.

**SARCINATOR**, vel sartor, est ille qui nouit artem faciendi & suendi vestimenta & dicitur à sarcio. Et differunt sarcinator & fullo, vt no. Inst. mandati. in fine in gl.

**SARCINATOTES**, & Sarcinatrices, dicuntur, auctore Nonio, qui pannos, siue ex pannis vestes consuunt. Plautus in Aulul. [Petunt fullones, sarcinatores petunt.] Lucilius: Sarcinatore esse summum, suere centonè optimè. Vlp. lib. 48. ff. tit. de furtis l. itaque fullo. [Itaque vel sarcinator qui polienda vel faciendâ vestimenta accipit.] In alia quoque. [Et ancillarum, inquit, maximè si qua sarcinatrix erit.]

**SARCOPHAGVS**, lapis est qui peculiariter hoc habet, vt carnem ex cadaueribus exeat, dictus à *sarx*, quod est caro, & *phagè* comedo. Plin. lib. 36. [Sarcophagus lapis est, qui fissili vena scinditur, corpora defunctorum condita in eo absumentur.] Celsus lib. 4. [Lapis qui carnem exedit, quem sarcophagon Græci vocant.] Vnde & pro sepulchro quod ex eo lapide fieri consuevit, plerunque ponitur, sed & pro sepulchro ex alia quavis materia. Iuuenalis.

*Sarcophago contentus erit.*

Modestinus de alimentis & cibaribus legatis l. liberti §. fi. [Ad sarcophagum, inquit, meum, memoriam

fiam meam quotannis celebrēt.]  
 Marcel tit. de religiosis l. funeris.  
 [Si qua, inquit, vestiaria sunt, vel  
 sarcophagi.] Neb.

SARCOPHAGVS, est locus vel tur-  
 ba in quo sepelitur defunctus, &  
 dicitur à σαρξ, quod est caro, &  
 φάειν Græcè, id est, comedere  
 Latine, quia ibi caro hominis co-  
 meditur à vermibus.

SARCVLVS, li, vel sarculum, li, in-  
 strumentum est quo sata sarcun-  
 tur, id est, herbis internascentibus  
 purgantur. Iuuenalis:

*Ne marra ac sarcula desinit.*

Aliquando simpliciter pro in-  
 strumento fessorio accipitur, vt  
 apud Horat. in 1. Carminum.

*Gaudentem patrios findere sarcu-  
 lo agros.*

Vlp. de fundo instr. l. instru-  
 menta. [Ligones, inquit, sarculi,  
 falces putatoriarum, bidentes.] Ac-  
 curf. multipliciter exponit.

SARCVLVS est instrumentum cum  
 quo ramus abscinditur, vel ali-  
 quid aliud & cardones & herbæ  
 inuiles exciduntur & euellun-  
 tur, quæ nascuntur inter bonas.  
 Esa c. 7. [Omnes montes in sarculo  
 sarcientur.] & 1 Reg. 13. in fin.  
 secundum Io. Andr. in proæ. cle.  
 in vers. sarculum.

SARDONYX, ychis, lapillus est, vnus  
 ex iis qui in pretio habentur, re-  
 ferens colorem Sardij & Ony-  
 chis, ex quibus videtur composi-  
 tum esse nomen. Onyx autem la-  
 pis est, quem vulgus cornœlam  
 appellat. De Sardonyche Pli. lib.  
 37. multa scribit. Vlp. l. 47. ff. tit.  
 de bonis damn. l. si diuus. [Si dā-  
 natus, inquit, in digito habuerit  
 aut sardonycha, aut aliam gem-  
 mam magni pretij.] Nebriss.

SARMATAE, sine Sauomatae, nam  
 vtroque modo appellantur, po-  
 puli sunt Septentrionales, alteri  
 in Asia, alteri in Europa. nam du-  
 plex est Sarmatia. Lucan in 3.

*Et iuncto Sarmata velox  
 Pannonio.*

Et ibidem.

*Affinis Sarmata Moscho.*

De auro & arg. leg. l. argumenta.

[Sunt, inquit, nationes quædam  
 quæ pellibus vtuntur, veluti Sar-  
 matarum.] Neb.

SARTATECTA dicuntur ædificia,  
 quæ reparatione indigent.

SARTATECTA dicuntur opera pu-  
 blica quæ locantur vt integra  
 præsententur, vide Bud. in l. hæte-  
 nus. ff. de Vfus. in an. ad Pandectas.

Satius pro eligibilius atque me-  
 lius, aduerbium est comparandi  
 ab eo quod est satis. Iuuen.

*Hoc satius quàm si dicas sub in-  
 dice vidi,*

*Quod non vidisti.*

Vlp. de fideicom. libertate. l. si  
 debitor. [Satius est eum qui ag-  
 nouit legatum onerari.] Neb.

SATIS accipere correlatiuum habet  
 satisfacere, vnde satis acceptio di-  
 citur stipulatio, quæ ita obligat  
 promittentem, vt expromissores  
 quoque ab eo accipiantur, id est,  
 qui idem promittant l. 5. de Ver.  
 oblig.

SATISDARE, est securitatem per fi-  
 deiussores dare. ff. qui satisfac.  
 cogant l. 1. Vel secundum Azon.  
 est alicuius implere voluntatem.

SATISDATIO est cautio fide-  
 iussoria, vel etiam iuratoria, si  
 fideiussorem quis dare non pos-

fit require supra Cautio.

**SATISFACERE** quid sit, patet in l. 1. præall. & ff. de Pig. act. l. si rem alienam. §. omnis & satisfactum intelligitur qualitercunq; satisfiat. ff. Quib. mod. pig. vel hypot. sol. Item liberatur, in princ. & ff. de Pign. l. si rem præal. §. satisfactum.

**SATRIVM**, vrbs fuit antiquissima Italiae, de qua Papius lib. 28. [Satrici matris matruæ de cælo tactam ædem] Florus de bello Latino, [Satricum atque Corniculum quis credat? tunc provinciae fuerunt.] Scævola tit. de legatis 3. l. patronus §. libertis. [Fundum, inquit, Satricanum in religione Niphara.] Neb.

**SATYRA**, require supra in verbo lex Satyra.

### De Scæna G.

**SCÆNA**, vt inquit Seruius, in illud Virg. 1. Æneid.

*-tum syluis scæna coruscis*

*Desuper.*

potest inumbratio interpretari: apud antiquos enim theatralis scæna parietem non habebat, sed de frondibus arborum umbracula quærebat, postea tabulata cæperunt componere in modum parietis. Vlp. de iis qui not. infam. l. quod prætor. [Qui in scænam, inquit, prodierit, infamis est.] Et subdit: [Scæna autem est, vt Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco vbi quis consistat moueatur, spectaculum sui præbiturus.] Inde ludi scænici dicti, qui in scæna representabantur. Sed definitio Labeonis de scæna versatili intelligenda est, de qua Virg. in 3. Georg.

*Vel scæna ut versis discedat frontibus.*

De scæna versatili Plinius & Valerius. Inde dicti Indi scænici qui in scæna representantur, quorum fit mentio à Iurisconsultis frequenter.

**SCÆVA** dicitur, qui manu sinistra perinde ac dextra utitur: nam *σκαιός* Græcè, sinister interpretatur. hinc Romanorum cognomina. Hinc Scæva miles ille Cæsarianus, qui bello civili fortiter dimicans, pro munitione cæsus est, & Scævolarum nobilissima familia. Vlp. de Ædi edict. l. qui clauum. [Scævam, inquit, non esse morbosum.]

**SCANDVLARIVS**, est faber lignarius qui scandulas facit. Sunt autem scandulæ ex ligno assulatum defecto: Pli. lib. 16. [Scandulæ è robore aprissimæ.] Vtriuus libro 2. [Scandulis robustis astramentis] Vegetius lib. 2. de re militari: [Tempore hyemis de regulis vel scandulis porticus tegitur.] Inde scandulare, quod scandulis constat. Apuleius 3. Metam. [Iam vecors animi tectum scandulare conscendit.] Scandulariorum meminit Iurisconsultus de iure immuni. l. quibusdam.

**SCAPHA**, nauigij genus est minusculum, veluti monoxylon, hoc est ex vno solidoque ligno excavatum, ad quod alludit Virg. in 1. Georg. cum dixit,

*Cavat arbore limbes.*

Et est ferè quæ deputata est maioris navis ministerio, & quæ pro tempore tunc ex naui deducitur, nunc in nauem subducitur. Dicta est autem scapha à *σκαφω*, quod est cauo siue fodio. Labeo tit. de fundo instruet. l. si nauem. Scapha, inquit, nauis, non est instrumentum nauis. Neb.

**SCAPHIVM**, vas est in quod ventris fordes excipiuntur. Martialis,

- qui Mentora frangis

In scaphium mœcha Sardina-  
pale tua. Iuuenalis.

Et ride scaphium positus cum su-  
mitur armis.

Vlp in tit. de Auro & arg. leg. l.  
Q Mutius. [Argento autem lega-  
to non puto ventris causa habita  
scaphia contineri, quia argenti  
numero non habentur.] Accur-  
sius scaphium genus cinguli esse  
dicit, & ventris causa exponit,  
quia corrigia est pro ventre su-  
stentando, quasi non ex auro  
et am scaphæ fieri consuerint,  
dicente Martiale:

Ventris onus misero, nec te pudet,  
excipis auro. Nebriss.

SCAPHA est parua nauis. l. scapham.  
ff. de Euiet.

SCAPHINA genus est cinguli. l.  
Quintus § fin. ff. de Aur. & arg.  
legat. Imò verò illic legitur sca-  
phia numero plurali, à singulari  
scaphium, quod significat vas  
mulierum ad alui excrementa  
fufcipiendum.

SCAPVLA & cuculla vestes sunt  
monachales. in Auth. de nupt. §.  
fancimus.

SCENA secundum veram significa-  
tionem est obumbratio vel vela-  
tio in teatro vel alio loco, in  
quo histriones, mimi, vel iocula-  
tores siue comædi ludos suos  
exercēt, & sic videtur accipi C. de  
spectac. scen. & lenoc. lib. 11. Idē  
verbum habes. ff. de his, qui not.  
infam. l. 2 § ait prætor. & 23. diff.  
maritum. & ibi exponit Archid.

SCENICAE mulieres, i. prostibula-  
riæ vel meretrices. Et dicuntur  
scenicæ mulieres. quæ in scena, id  
est, loco turpi, vt prostibulo stāt:  
à scena, id est, theatri in umbra-

tionem vel spectaculo circi, vbi  
consueverunt tales prostare. ff.  
de ii. qui not. infam. l. 2.

SCAVAE dicuntur, qui promotio-  
rem & expeditiorem habent si-  
nistram manum quam dextram. l.  
qui elauum. §. item sciendam. de  
Edil. edict.

SCHEDIA Græcè, Latine dicitur  
ratis, de qua dictione dictum est  
superius loco suo.

SCHEMA, id est, ordo iudiciorum in  
Auth. de iud. in princ. vel sche-  
ma, id est, sententia, eod. tit. §. 1.  
aliquando schema, id est, eremo-  
dium. not. in Auth. qua in pro-  
uincia. C. vbi de crim. agi oportet.  
Aliquando accipitur pro ti-  
tulo pro soluto, in Auth. de eccl.  
rerum alien. § pen.

SCHISMA, secundum Goffr. est illi-  
cita dissensio, diuisio vel disces-  
sio eorum, inter quos vnitas esse  
deberet. Vel sic, [Est illicitus ab  
vnitate ecclesia, vel ab vniuersi-  
tate discessus.] Et dicitur à scis-  
sura: quia per schisma fit ab vni-  
tate scissura. 24. q. 1. schisma. &  
differt ab hæresi, quia hæresis in  
princip. sui habet peruersum do-  
gma, sed schisma in fine fingit  
aliquam hæresim, vt rectè ab ec-  
clesia videatur recessisse vt dicit  
Hieronym 24. q. 3. hæresis. Et sic  
schisma & hæresis differunt, sicut  
genus & species, quia omnis hæ-  
reticus est schismaticus, sed non  
è conuerso, nisi durauerit.

SCHOLA dicitur societas schola-  
rium, vel locus in quo discunt  
aliquid, vt scholares, vt sciunt  
scientiam & prudentiam, alij mi-  
litiam, vt tyrones, vt C. de priuil.  
schola. l. 2. lib. 12. ἄλλο Græcè,  
est vacatio Latine.

SCHOLARIS, est persona vacans  
ab humanis negotiis, scholasti-  
cis dedita disciplinis. Et dicitur

ἀσχολῆ Græcè id est, vacatio Latine, & ἀρετῆ virtus, quali virtutibus vacans.

**SCHOLARES** etiam appellantur militares in sacro palatio Imperatoris, & in hoc sensu accipiuntur scholares in tit. de priuileg. scho. lib. 12. C. nam & schola militum dicitur auctore Vegetio.

**SCIENTIA** triplex est, eminens, mediocris & sufficiens. Eminens dicitur illa, per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & definire in promptu sine reuolutione librorum. Mediocris verò, per quam quæstiones difficiles decidunt cum reuolutione librorum. Sufficiens autem est legitima requisita secundum qualitatem officij seu beneficij, secundum Innoc. & Abb. in c. cum in cunctis, num. 4. de elect.

**SCIENTIÆ** triuiales dicuntur, quibus maximè vtuntur ciuitates, vt grammatica, rhetorica dialectica, physica, seu medicinales. Inst. de excus. tut. §. item Romæ in gl.

**SCIENTIÆ** quadriuales sunt, vt Musica, Astronomia, Geometria, &c. Inst. vt supra.

**SCISCERE**, idem est quod statuere, seu decernere, propriè autem plebs sciscere dicebatur, populus verò iubere. Hinc plebs scita, id est, plebis decreta.

**SCISSARIJ**, truncarij, & oratorij, idem sunt.

**SCITA** sunt, ea quæ plebs tantum constituit, & vocantur scita, eò quod plebs ea sciscit & sciscitatur seu rogat vt fiant, secundum Isid. lib. 6.

**SCOPARIJ** serui, qui domum scopis verrunt ac purgant. l. instrumenta. de fund. instr.

**SCORTVM**, est meretrix à viris plurimum attestata, & cuius nimio coitu genitalia ad corij duritiem

obcalluerunt indurueruntque; Vestus Pomp. [Scorta, inquit, meretrices, quia vt pellicula subiguntur: omnia namque ex pellibus facta, scortea appellantur.] Iulianus lib. 41. Dig. tit. pro emptore. l. si quis scorto, inquit, daturò pecuniam seruis emeret.] Neb.

**SCRIBÆ** censuales sunt, qui scribunt censum. C. de Tab. in rubr. lib. 12.

**SCRIBÆ** logographi secundum Accurs. dicuntur qui publicis rationibus scribendis deputati sunt: nam λόγος Græcè rationes publicas dicimus Latine, & γραφή scriptura. Hi etiam numerarij appellantur, vt C. de Suscept. præpos. & arca. l. duos. lib. 10.

**SCRIBÆ** tabularij secundum quosdam olim creabantur ad tempus triennij ad scribendum publica rationia prouinciarum seu ciuitatum, secundum Accurs. C. eod. tit. in rub. lib. 10. Et propriè sunt illi, qui scribunt nominatos ad munera & honores, & tributa soluta, & dicuntur tabularij, quia publicis instrumentis præsent in singulis ciuitatibus, & hi appellantur librarij, vt ff. de regulis iuris. l. si librarius, & tabelliones, vt in auth. de tabellion. collat. 2. & sic potest accipi C. de Bon. lib. 1. si quis. §. primo. licet & aliter ibi exponatur. Aliàs scribæ dicuntur, qui circa principes vel alios magnos iudices sunt deputati pro actis & gestis conficiendis. Hi quoque vocantur scriptores, notarij, libellenses, pragmaticales, epistolares, exquæstores, vt C. de Appell. l. præcipimus, & l. in offerendis.

**SCRINIARIJ**, & seriniorum memoriales idem sunt, & magistri seriniorum etiam seriniarij appellantur tabelliones, vt in c. ad audien

dientiam, de præscription. in gl.

**SCRYPVLVS**, siue scrupulum lapillus est in forma diminutionis à scrupo, quod est lapis asper. Aliquando tamen accipitur pro 24. parte vnciæ, à Græcis id pondus gramma dicitur. Priscian. de ponderibus, Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo Gramma vocant, Scrupulum nostri dixere priores. Iustinian. lib. 11. C. tit. de metallariis. l. 1. Octonos, inquit, scrupulos in baluca, hoc est, tertiam vnciæ partem: quoniam, vt diximus, vncia quatuor & viginti scrupulos continet. Nebr.

**SCRYPVLOSVS**, a, um, accipitur pro scrupulis, hoc est, asperis lapillis plenus. Vnde res difficiles scrupulosæ dicuntur, & scrupulositas, illa difficultas atque examinis scrupulosa subtilitas. Vlpian. lib. 23. tit. de iniusto testamento. l. posthumus. Licet iuris scrupulositate nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur. Nebr.

**SCRYPVLOSITAS**, id est, nimia subtilitas. l. posthumus. in princ. ff. de iniusto testam. Aliquando, id est, damnus, not. in gloss. §. quia verò Leonis. in auth. de non alien. & in l. fin. C. de Necess. ser. hzred. inst.

**SCRYPVLVS** est 24. pars vnciæ: tres scrupuli faciunt drachmam, octo drachmæ faciunt vnciam. l. 1. C. de metall. & metall. lib. 11. & vide ibi Bart.

**SCRYPVLVS** etiam quandoque accipitur pro sollicitudine & dubitatione. l. 3. C. de Interd. matrim. ducta metaphoricè significatione à scrupulis, id est, minutis lapillis, qui insipientes in salceos pedes magna cum molesta premere solent.

## De S ante E.

**SEBASTANI**, siue Sebastiani populi sunt vrbis incolæ, quo nomine duas vrbes legimus, alteram Cappadociæ, & alteram Samariæ in Palæstina Iudæa, quæ in honorem Augusti Cæsaris, qui Græcè Σεβαστος, Sebasta est cognominata. De vtra tamen illarum in tit. de ann. leg. l. liberto. §. Lucius. Iuriscons. intellexerit, non liquet, neque multum refert, cum dicit patriæ suæ ciuitatæ Sebastianorum.

**SECESSVS**, locus à turba & tumultu separatus l. si cum dies. de recept. arbit.

**SECRETARIVM** in l. 2. C. de prox. fac. scrib. pro aula, in quam iudices conueniunt ad ius reddendum.

**SECVDVM** præpositio, multas habet significationes, inter quas & illam, quod aliquando accipitur pro eo, quod est pro. Gellius. [Sin verò secundum re iudicatum erit.] id est, pro te, id est (vt vulgò loquuntur) in fauorem tuum. Idem lib. 13. [illi, vnde petitur, crederet, & secundum eum iudicaretur.] Aliquando ponitur pro [iuxta.] Lucan. in 8.

*Secundum Æmarbiam lis tanta datur.*

& Vir. 3. Georg.

- Et plena secundum

*Flumina.*

Vlp tit. de præscript. verb. l. duo. [Duo, inquit, secundum Tiberiam cum ambularent.] Papinian. lib. 43. Dig. tit. de via publica. l. ædiles, [Bas, inquit, quæ secundum ciuitatem sunt vias.] Ant. Nebr.

**SECVDAB** nuptiæ, dicuntur, cum aliquis cum aliqua secundo nubit: & sane

- & sunt omnes impia, quæ sequuntur primas nuptias, siue sint tertia, siue quarta, & sic de aliis de hoc C. de secundis nupt. in rubr.
- SECUNDICARIUS** olim dicebatur, qui secundum locum obtinens, scriptus erat secundo loco in matricula notariorum, vt C. de primice, & secunde l. 1 & 2. lib. 12.
- SECUNDVS** hæres, appellatur hæres substitutus. l. precibus. C. de impub & aliis subtit.
- SECURVS** dicitur, qui sine vlla cura est, quem alioqui Iurisconsulti vocare solent sapinum, id est, sordidum & desidem. l. plurimum. de iur & iac. ign. Securam etiam dicimus, cui vel pignore vel fideiussione cautam est. l. habere. §. cautum. vbi Alciat. de Verb. sign.
- SED**, quandoque capitur aduersatiuè, & aduersatur in iure. Quandoque autem adiuncta copula aduersatur etiam in facto. ff. de pet. hæred. l. sed & si. in prin. cum gl. impropiatur tamen, vt in l. 2. in fin ff. si quis caut. vbi quando cum copula ponitur, vt dicendo, sed & si. & aduersatur ad factum, non ad ius, imo significat identitatem iuris, & sumitur illud significatum ex copula, quæ copulat nomina, & non factum sequens cum præcedenti, quia non potest, cum sit factum diuersum: copulat ergo quoad ius. Quando autem sine copula ponitur cum conditione si vel sine ea, tunc simpliciter significat aduersatiuè quoad factum, & quoad ius, vt in l. sed & si. præ alleg similiter in l. 2. in gl. super verbo fortius. ff. Ne quis eum qui in ius voc. vi exeme. Significat ergo dictio [sed] aduersatiuè simpliciter vel tantum ad factum suum vel aliud declarat, vel concludit.
- SEDITIONO** dicitur quasi seorsum itio, quia in diuersum vadunt, aliof-
- que trahunt: vel à sedo, sedas, per contrarium, vt dicit gl. in rubr. C. de seditionis. Et dicitur seditio, quietis publicæ turbatio C. eod. tit. l. 1. & 2. de hoc not. 46. dist. seditionarios. & ibi per Archid. & Io. And. de immun. eccl. c. decet. l. b. 6. Et tales concitantes seditionem, puniuntur pœna capitalis, vt not. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug.
- SECVLARIVM** pro lætica sine tella videtur accipere Iuriscons. in tit. de supellest. legat. l. instrumenti. cum dicit, Rheda & secularis: nam sellam à sede dici, d. mœta in l. omnes grammatici testantur: sellam autem accipi manifestum est: legè de vtroque Nebr.
- SECVLARIVM**, quæ vox habetur in l. 3. de supellestili legata. quidam interpretatur sellam seu læticam.
- SELENIS** nomen est duarum ciuitatum. altera namque est Cilicia, de qua Lucan. lib. 8.
- Quo portu mittitque rates recipitque Selenis.*
- Altera Sicilia, de qua Virg. 3. Geo.
- Palmosa Selenis.*
- de hac Iuri/cons. in tit. de censib. [in Sicilia, inquit, Selenis & Traianopolis.] Nebr.
- SELLA** pro lætica siue pro parte læticæ, in qua sedet qui lætica vehitur: nam Iuuenal. de eadem re sellam & læticam dixit:
- Centum, inquit, quadrantes lætica perit.*
- & paulo post:
- Ostendens vacuum, & nudam pro coniuge sellam.*
- Paulus de Seru. iust. ic. præ d. l. qui sella, vtrumque coniunxit. [Qui sella]



fella, inquit, aut lectio vehitur, ire, non agere dicitur. ] quod quam inepte ab Accursi. exponatur, in verb[is] lectica diximus. ] Nebr.

SELLA idem quod fedes. Paul. in l. qui sella de seru. rust. præd accepisse videtur pro sede, in qua sedet qui vehitur lectica.

SEMIS, istis, pro solidi, hoc est, assis dimidio: ut si quis ex semisse institutus sit hæres, intelligendum est dimidium hæreditatis illi debere cedere. Labæo tit. de vulgari substitutione. l. si pater. Ut vnus, inquit, semis apud te maneat, & ibidem, l. si per bonorum possessionem semis ei sit ablatas.

SEMISSSES vsuræ quæ dicantur, & quæ trientariæ, primus omnium ostendit Hermolaus Barbarus, vir omnium, meo iudicio, nostri sæculi eruditissimus: is enim in secunda editione castigationum Plinianarum lib. 14. in illud, [vsura multiplicata semissibus: ] ex auctoritate Columellæ, atque ipsa ratione & æquitate, quæ omni auctoritate præstantior est, manifestè demonstrat, vsuras semisses eas esse, quæ ex centenariis nummis redduntur quotannis, habita ratione non centum, sed ad duodecim uncias quæ assem constituunt. Trientarias verò vsuras quæ ex centenariis reddunt quaternos nummos, quadrantarias quæ ternos. De semissibus vsuris dixit Plinius, [vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilibus ac modica est. ] Quod si ex centum quotannis quinquaginta redderentur, esset profecto inciuilibus & iniqua, tanto mitiores, quæ trientes & quadrantarias appellantur. De trientaria vsura Capitolinus in Alexandro scripsit, exercuisse illum trientarium fœnus, ut æquissimum & leuissimum ad vsuram rei-

publicæ, de hac quoque scribit Paul. in tit. ad leg. Falcidiam. l. si hæres. [ Si reipublicæ, inquit, in singulos annos legatum sit, cum de lege Falcidia queratur. Marcellus putat tantum videri legatum, quantum sufficiat forti ad vsuras trientes eius summæ, quæ legata est, colligendas. ] Est sensus legis, si reipubl. legati essent in annos singulos quater mille nummi, & centum milibus nummorum, quibus æstimatur hæreditas, quaterni milleni colligerentur quotannis vsuræ trientis nomine. Quod si ( ut isti legum interpretes putant ) vsura triens esset non quatuor ex centum, sed triginta tria, sequeretur hoc incommodum, quod si hæreditas centum milium nummorum foret, & ex ea in annos singulos vigintiquinque legarentur, quis tam stupidus, tamque nullo sensu talem hæreditatem adire vellet, quæ quarto demum anno absumeretur, & obligatio nihilominus legati tota maneat. Hoc legum interpretes non considerantes omnia miscent atque perturbant, neque tamen enarrant, aut aliquid certi enunciant Accursius in primis, qui exemplo quod ponit exponendo legem, omnino fatetur se ignorare quid sit vsura triens. Sic etiam intelligendum est, quod Scæuola lib. 22. Dig. tit. de vsuris. l. qui semisses scribit: [ Qui semisses, inquit, vsuras promisit per singulos annos, & minores præstitit, hæres creditoris semisses petit. ] &c. Sed ut liquidò ante oculos ponamus, quid per vsuras semisses intelligendum sit, licuit ad verbum transferre quod scribit Columella, lib. 4. de Re rustica. [ Visitor, inquit, licet sit emptus sex, vel

potius,

potius octo milibus sestertis tum ipsum solam octo iugerum totidem milibus numorum partum, vineasque cum sua dote, id est, cum pedamentis & viminibus binis milibus in singula iugera positas duco. Fit tum in diem consummatum pretium sestertiorum vigintinovem milium. Huc accedunt semisses vsurarum sestertia tria milia & quadringenti octoginta nummi biennij temporis, quo velut infantia vinearum cessat à fructu, sit in assem summa fortis & vsurarum triginta duorum milium quadringenorum octoginta nummum. Quod quasi nomen si vt fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis fecerit, eius summa vt in perpetuum prædictam vsuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sestertios nummos] ex his Columellæ verbis eidentissime colligitur ex vsuris semissibus non quinquagenos de centenariis, sed senos duntaxat in annum redire creditoribus, sicuti quaternos ex trientibus, & ternos ex quadrantibus. An. Nebr.

**SEMESTRE**, est tempus sex mensium, & duo semestria faciunt annum. vide Instit. de excu. tuto §. item diuus. in gl.

**SEMINARIUM**, locus est subactus, quo semina, id est, sarculi vel vitium vel aliarum arborum panguntur, vt cum ad certam quantitatem exercuerint, vt vinerum, pomarium, arbutumve transplantentur.

**SEMIS** colligitur ex sex vnciis, & est dimidia pars assis & dicitur quasi semias C. de metat. l. hac l. lib. 12.

**SEMINECIS**, id est, semimortui, vt in l. qui indignum. C. de test. vbi

dicitur, [Non sunt necessaria obseruari monumenta verborum, quæ seminecis & balbutientis lingua profundit.]

**SEMITA**, id est, via. l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil. c. ad audienciam. de homicid.

**SEMPER**, id est, omni tempore & omni casu. l. semper. ff. de iur. iur. & not. l. i. ff. solut. matr. & denotat continuationem, vt Inst. in præm. ibi, semper Augustus. & l. 2. in fin. C. de Episc. & Cler. aliquando hæc dictio semper subditur à iure. l. iuris gentium in princ. ff. de pact. Aliquando semper fieri dicitur, quod fit horu debitis & ordinatis, & ita exponitur in c. si laicus. 31. dist. Aliquando semper, id est, in perpetuum l. fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. Aliquando semper id est, sine temporis præfinitione, §. appellatur. Inst. de except. & l. in cognitione. ff. ad Syllan. Aliquando denotat animi motum. Iuuenalis:

*Semper ego auditor tantum?*

Et de sua expositione vide Spec. in tit. de restit. in integ. §. 4. circa medium, & per Bart. & alios Doctores in d. l. i. Dig. solut. matr.

**SENATORES**, dicuntur magistratus populi, quasi seniores: nam secundum Azo. leges prius fiebant à populo eiusque interuentu: sed quia aucto populo cepit difficile conuenire in legibus condendis, ideo elegit populus centum senatores, vt C. de petit. hære. l. vi. vt ipsi vice populi consulerentur, & quicquid statuerent lex esset. Senatores autem sunt, qui à patritiis & consulibus vsque ad viros illustres descenderunt, & hi solebant dicere sententiam in sena

senatu, quare etiam consulem Romanum vocamus senatorium magistratum, vt ff. de Sena. l. vlt. & Inst. de iure nat. ge. & cini. §. Jex est. Senatores etiam dici debent Senatorum filij & nepotes ex filiis nati, non autem nati ex filiabus, vt leg. liberos. ff. de nato.

**SENATVS** est cœtus ille honestissimus senatorum, qui centum erant numero, vt dicit Azo. ff. de Legi. & senatuscons. & parificatur senatus principi, vt puta cùm habeantur vice populi, & ante Imperatorem per populum, & post Imperatorem per principem constitutus fuit senatus, vt ff. de orig. iur. l. 3.

**SENATVSCONSULTVM**, est quod tantummodo Senatores habito consilio populi consulendo decreuerunt, secundam Isidorum, lib. 5. Et nota quod multiplex est senatusconsultum, vt infra patet.

**SENATVSCONSULTVM** Apronianum, aliàs Sempronianum, omnibus ciuitatibus fideicommissariam hereditatem iubet restitui, & in eam & ad eam omnes actiones transferri.

**SENATVSCONSULTVM** artificianum, aliàs artificulianum, est, quo cauetur, vt præsides prouinciarum cognoscant in prouinciis de libertate, licet hæres non sit illius prouinciæ.

**SENATVSCONSULTVM** Claudianum statuerat, quod mulier libera seruili amore capta si ei denunciata esset à domino, ne commiseretur seruo suo, & iudex super ea causa admonuisset, nec ipsa acquiesceret, substantiam suam & libertatem amittebat, & fiebat serua vel ancilla domini denunciantis, quod, quia visum

Voc. Iur.

est miserabile & indignum, sublatum est.

**SENATVSCONSULTVM** Limasianum dicitur, quo cautum est, si abest illi iusta causa qui libertatem debet, & hoc pronunciauerunt, sic quod per idem liberris ei competat, ac si ab ipso directè data esset.

**SENATVSCONSULTVM** Domitiani temporibus factum est, quo cautum est, qui per collusionem ingenuus iudicatus esset, cùm esset re vera seruus, fieret seruus eius qui collusionem detexisset.

**SENATVSCONSULTVM** Fauianum in desuetudinem abiit, introducens adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipationes.

**SENATVSCONSULTVM** Iulianum dicitur, quo directam sibi serui accipiunt libertatem, cùm illi à quibus libertates erant relictæ, à prætore vocati nolunt adesse.

**SENATVSCONSULTVM** Iuncianum aliàs Vincianum, post pronuntiationem ad libertatem producit proprium hæredis seruum, siue dominus iusta causa absit, vel latitet, siue non vult manumittere.

**SENATVSCONSULTVM** Largianum meritò est abrogatum latinam inducens libertatem: quia quis morte sua eripiebatur extra libertatem.

**SENATVSCONSULTVM** Libonianum coërcet, qui ob instruendam actionem vel testimonium dicendum pecuniam acceperit pactusve fuerit. Item qui perfecto instrumento, legatum sibi adscribit. Item qui heredem in exhæredationem, aut in alicuius condemnationem legatum adscribit.

**SENATVSCONSULTVM** Macedonianum habet locum quando aliquis

I. filio

filiosam, in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc senatusconsultum prohibuit mutuum pecuniam dari filiis familias, ne onere debitorum prægrauati esset occasio machinandi mortem patri. Si autem contra senatusconsultum istud quis filios familias nummos tradiderit, traditos amittat, nisi ipse filios familias habeat castrense peculium vel quasi castrense: eo enim utitur ut pater familias. Est autem dictum Macedonianum secundum Azonem, Cod. eod. tit. à Macedone pessimo fœneratore qui tradendo pecuniam, etsi non expresse, tamen tacite & velatis verbis suadebat de occisione patris. Et not. quod Macedoniano renunciari non potest, unde post sententiam datur exceptio ex eod. ff. ad Maced. l. i. & ratio est, quia est inductum in fauorem filiorum familias, & in odium creditorum. ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem Hęc Gof. de Nuncia. §. renunciatur.

**SENATVSCONSULTVM** Numianum censuit, non licere libertinis statum suum priuatis pactis immutare, pœna contra collusorem statuta, & iure patronatus in dectorem collusionis translato.

**SENATVSCONSULTVM** Orficianum ad successionem matris intestatæ filias vel filios legitimos siue vulgo quæritos vocat, nisi mater sit illustris, cuius filium nominare spurium satis est acerbum.

**SENATVSCONSULTVM** Pegasianum statuit, ut quando scriptus hæres rogatus est totam hereditatem vel plusquam dodrantem restituere alicui, liceat scripto hæredi totius hereditatis quartam partem retinere, quo casu o-

nera hæreditaria sustineat inter se & illum, cui hæreditas restituitur, inter quem & ipsum cui hereditatem restituit, stipulationes solebant iaterponi, ut communicebant pro rata parte lucrum & damnum.

**SENATVSCONSULTVM** Pisonianum vult, ut si pœna obnoxius siue seruus venisset, quando animaduersum sit in eum, pretium venditor præstet emptori.

**SENATVSCONSULTVM** Plurianum de liberis agnoscendis loquitur, qui post diuortium eduntur: per hoc permittitur mulieri, si patet se prægnantem, denunciare marito suo intra 25. vel 30. dies post diuortium, ita quod nisi maritus custodes miserit, aut contrarium nunciauerit ex se eam non esse prægnantem, cogatur partum agnoscere tanquam suum. Si vero ipsa oppressa fuerit, nullum huic partui generat præiudicium.

**SENATVSCONSULTVM** Sillianum & Claudianum, punit seruos capite, qui dominis suis cum vocarentur omnimodam opem vel auxilium (in quantum potuerint) non tulerunt vel impenderunt, cum ipsi hoc viderent & audirent. Et ponit edictum in quo prohibetur testamenta aperiri, recitari, vel describi, vel hereditates adiri, sub e rta pœna ante quætionem adhibitam de morte defuncti, & contra facientibus pœnam imponit: ut lege si quis in graui. §. quod autem ff. eod.

**SENATVSCONSULTVM** Tertilianum, quo cauetur matri non auiæ de ab intesta. successione deferenda, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, si libertina quatuor, filio succedat defuncto non existentibus legitimis libe

liberis vel emancipatis, nec à patre, nec à matre defunctis, sed nouo iure. & si solum vnum peperisset, siue sit ingenua, siue libertina, idem ius versatur. Vel Senatusconsultum Tertullianum dicitur, cum matres vocantur ad hæreditates filiorum, vt Institut. de senatusconf. Tertull. per tot. & not. in l. i. ff. eod. tit.

**SENATVS CONSVLTVM** Traianum, alias Caruiantum, statuit si inter plures hæredes infans sit qui dari non possit, & ipsi rogentur seruum manumittere, non id eo libertas intercidat. quia dari non potest infans, nec seruum potest vendere, sed æstimatis partibus seruum manumittat salua portione infantis.

**SENATVS CONSVLTVM** Trebellianum à nouo iure incrementum & formam hanc accepit, vt excluso senatusconsulto Pegasiano, liceat hæreditatem restituenti, quartam partem retinere inter ipsum & fideicommissarium pro rata portione diuisis actionibus contra communem stipulationem: & si totam hæreditatem volens restituerit, ad eum & in eum omnes transfert stipulationes.

**SENATVS CONSVLTVM** Turpilianum, quo statuitur, ne quis publici iudicij crimen intentans, ab accusatione publici criminis causa ordinata, id est, post inscriptionem & fideiussionem datam, restitatur, abolitione non impetrata.

**SENATVS CONSVLTVM** Velleianum inductum est in fauorem mulierum, scilicet illarum quæ leuitate sua & sexus fragilitate se & sua obligant pro aliis fideiubendo: vel obligationem in se recipiendo. Per hoc senatus

consultum eis subuenitur, & conceditur vt & ipse indemnes seruentur: & si conueniantur pro tali obligatione, possunt opponere exceptionem senatusconsulti Velleiani. Cessat autem hoc senatusconsultum, cum mulier renunciauit Velleiano, & omni auxilio. ff. ad Velleia. l. vitima. Et dictum est à Velleio consule qui fuit auctor illius statuti. Et nota quod mulier potest renunciare Velleiano absque alia certioratione, vt not. in l. iuris ignorantiam. Codice qui admit. ad bonorum possessionem. & Baldus ibi distinguit tria membra, aut mulieris intercessio, vel fideiussio, est secundum leges, aut præter leges, aut contra. Primo casu non est quærenda certificatio, cum non sit opus renunciatione ex quo lege permittente fideiussit. Et sunt quinque casus. Primus, si intercedendo aliquam pecuniam recipit, & sic se obligat lege aliquando in principio, Digest. ad Velleianum. Secundus, si secundo intercessit, lege si mulier perfectæ ætatis. Cod. eodem titulo. Tertius, si pro dote fideiubeat. l. finali eod. tit. Quartus, si pro libertate alicuius & in causa pia. Quintus, si apud minorem intercedat. ff. de minoribus. leg. si apud secundo casu aut certificata aut non. Si primum, valet renunciatio, seruata solennitate, videlicet, cum instrumento publico, & testium subscriptione. Si secundum, non valet. Fallit tamen in duobus casibus. Primo, quando fit renunciatio in iudicio valet colore & fauore iudicij. Secundo, si interuenit iuramentum valet secundum Bar. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. & secundum Baldum in Auth. sacramenta

puberum. Cod. si aduersus vedit. Tertio casu contingit contra legem fideiubere duobus modis. Primo pro marito non in sui utilitatem, sed mariti. Secundo omiſſa ſolennitate instrumenti & testium. Hæc addit Bald. super additionibus Io. And. in spec. tit. de dispu. & alleg.

**SENATVSCONSULTVM** Vincianum: vide supra, in versic. Senatusconsultum Iuncinianum.

**SENATVSCONSULTVM** Volufianum statuit, quod qui improbe in litem coeant, vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redditum siue relatum sit, inter eos communicetur, lege Iulia de vi priuata tenentur.

**SENEX** multipliciter dicitur. not. ff. de Adopt. l. si pater. §. 2. de resti. l. inuiti. & vide Cod. de his qui non imple stipen. l. 2. Aliquando dicitur senex maior 70. annis C. Qui æta. l. vnica Itē adde quis dicatur senex, per Felin. in c. quoniam. in princ. versic. ad tertiam. vt lit. non contest.

**SENES** & valedudinarij qui dicantur, vide Pandor. in cap. quoniam frequenter. in 8. colla. versic. tertio principaliter quarto. & vers. seq. vt lit. non contest.

**SENIVM** est quadruplex, scilicet nature, gratiæ, culpæ, & æternæ gloriæ, vide Alb. in suo dictio. in versic. senium.

**SENSVS** sapientis non arbitratur contra iura. vnde quando alter contrahentium paciscitur aliquid facere ad sensum sapientis, alter contrahentium tenetur ea facere, quæ iure fieri debent super illo contractu, quia sapiens arbitrari contra iura non potest, aliàs sapiens non esset.

**SENTENTIA** secundum Azo. in sum. Cod. Quo. & qua. iud. sent.

profer. debet. quandoque potest dici cuiuscunque orationis significatio. Quandoque ponitur pro opinione magistrorum. Quandoque dicitur quicquid alicui de re aliqua placet. Quandoque est de portatio. Quandoque excommunicatio, vel interdictum, sed improprie, quia excommunicatio vel interdictum potius punit quam finem causæ imponat. Ideo potius potest dici pena quam sententia vel diffinitio. Quandoque sententia dicitur, quodcunque iudicantis præceptum, non nature, non iuri, non bonis moribus contrarium. Et secundum hanc significationem distinguitur, quia sententiarum alia est diffinitiva, alia interlocutoria, alia conuentionalis, alia que dicitur præceptum, alia multa, alia dispensationis. Et potest sic describi sententia diffinitiva, & diffinitio iudicialis controuersie finem imponens. ff. de Re iudic. lege I. Et addunt quidam ad diffinitionem, indubitata, & quo nullo remedio retractari possit: per legem elegæter. §. si post rem iudicatam. ff. de Con. iud. Velf. describitur sententia diffinitiva [Est diffinitio iudicialis, controuersie finem imponens, ex pronuntiatione iudicis damnationem vel absolutionem continens.] Et hæc principalem diffinitiuam questionem, vt quando auditis vtriusque partis allegationibus causa terminatur, & hinc principali negotio imponitur, quam semel laram iudex renouare non potest, & iudex esse definit, quia officio suo functus est, licet retineat iurisdictionem ad exequendum, de offic. dele. c. in litteris. & cap. quærenti Sed ea corrigere possit si dicat absolute pro

pro condemno, vide Goffredum in Samma, de Sentent. & Re iudic.

SENTENTIA INTERLOCUTORIA, est sententia semiplena, quæ profertur inter principium & finem causæ, non super principali, sed super emergentibus, & incidentibus quæstionibus; puta super libello offerendo vel concipiendo, vel danda dilatione aut deneganda, & similibus, principali causa durante, unde quando iudex non residens pro tribunali interloquendo inter partes sine solennitate scripturæ aliquid pronunciat de plano, & super aliquo incidenti vel emergenti extra primum intentum principale, hanc reuocare potest iudex, siue sit ordinarius, siue delegatus, siue arbiter: debet tamen cum causæ cognitione ferri, & iudice concedente non procedente. 3. quæstione 3. Co. de Induciis. §. Spatium. secundum Goff. & sententiam interlocutoriam fert iudex contra reum contumacem, quando citato reo & non veniente, pronunciat actorem fore mittendum pro mensura debiti declarati vel rei petiti. De emergenti quæstione, ut quando est quæstio inter partes vel aduocatos, utrum aliquis sit recipiendus in testimonium, &c. ut supra. Et illa sententia transit in rem iudicam quo ad duo, scilicet ut remedium appellationis attentari non possit, & ut excipiat ex ea. c. cum dilectus. de Elect. in fin. non autem ut ex ea agatur actio in factum, sicut ex definitiua. A qualibet enim tali potest appellari secundum canones, non autem secundum leges. generaliter fallit in casibus, leg. 2. Cod. ut lit. penden. vel dicitur, Si in-

terlocutoria sit talis quæ absorbeat totam ius alicuius, & instar habeat definitiua, ita ut post interlocutoriam non sit opus ad appellandum à definitiua, si ab ea appellatur, secus si post interlocutoriam saluum sit beneficium appellationis à definitiua. Goffr. tenet primum in sum. cod. titu. de Sent. & re iud. Item interlocutoria secundum eundem [ est declaratio iudicialis super aliquo articulo summarie ius tribuens inter partes. ] Et finaliter omne verbum à iudice in iudicio prolatum, iudicialiter faciens ad causam, est sententia interlocutoria, ut in Auth. de litig. §. omne: collat. 6. & c. Et notandum, quod aliud est sententia, & aliud est statutum. Nam statutum fertur pro futuris delictis, dicendo: Statuimus ut nullus hoc faciat, & faciens sit excommunicatus ipso facto, ut not. in c. fin. de constit. libro 6. Sententia verò prolata sic, [ Excommunico te si furtum feceris, ] prohibetur furtum, quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem. de hoc gloss. opti. de sentent. excom. c. Romana. lib. 6. & c. à nobis. de sen. exc. Item differt sententia à canone in hoc, quia canon archiepiscopi in prouinciali Concilio ligat subditos totius prouinciæ, 28. distinctione, capit. vltimo. Sententia autem archiepiscopi dicendo, [ Quicumque furtum fecerit, sit excommunicatus, ] non comprehendit subditos totius prouinciæ, sed solius diocesis suæ, ut est gl. in c. Romana. præal. Item sententia excommunicationis siue iusta sit, siue iniusta, tenet. ff. q. 3. c. 1. nisi in duobus casibus, scilicet post appellationem legitimi-

nam, & intolerabilem errorem in forma. c. per tuas. de Sent. excom. solet & c. venerabilis. eod. tit. lib. 6. Et quomodo sententia tribus modis dicitur iniusta, scilicet ex causa, ex animo, & ordine, est gloss 3. in c. sacro. de sent. exc. & illud iterum verum est in sententia excommunicationis, in qua est speciale quoddam teneat non seruato iuris ordine, alias autem sententia lata iuris ordine non seruato, non tenet. Cod. de Sent. & interlo. om. iud. l. prelacam. Item de diffinitiuâ & interlocutoria est gl. in clemen. vnica, super verbo diffinitiuâ de sequestr. possess. & fructuum. Et not quod sententia lata super verbo possessorio dicitur diffinitiuâ, secundum gloss. in c. si. de iudi. & intelligitur quando causa possessionis est deducta principaliter in iudicium, vel habet annexum petitorium: secus si per accidens veniret in iudicium. Etiam diffinitiuâ pro: imponit finem causæ, nunquam datur super possessione, nisi sit proprietas annexa, ut ibi not.

**SENTENTIA** conventionalis, est amicabile compositio, ut quando iudex conuenit aliquem & commonet eum ne faciat contra conuentionem. Alias sententias, scilicet [ preceptum, multam, dispensationem, ] require in locis iuis.

**SAPERE** nota regulam in contrarium, ut in §. in fraudem. Institut. Quibus ex cau. manum non licet.

**SAPEREVS**, id est, aliquando, regulariter tamen contrarium significat, & verificatur in duabus vel tribus vicibus. Item facit contrarios casus speciales. 1. si in diem. §. seruo. ff. de cond. & demonstr. secundum Dynum.

**SEPTA**, oppidum est Aphricæ Martitiana, ex aduerso Mellaria positum, quæ nunc Tarifa, illud Cepta vulgò dicitur. In Codice tit. de Officio præfe. prætor. Aphricæ. l. in nomine Domini. [Lubemus inquit, in traiectu qui est circa Hispaniâ, qui Septa dicitur.] Nebr.

**SEPTA** sunt clausura. & dicitur septio, ut est gloss. in Clementina in agro. de statu mona. **SEPTVM**, quod est à sepiendo dictum, complura significat: nam septa dicuntur quæ sunt munera siue lapidibus siue fornacis parietibus, hoc est terra pauca, siue ex lignis, siue etiam ex veprib. & spinis. Hinc diæa Romæ septa in campo Martio. Hinc septa à la. ris consulto appellantur, quæ sunt opposita ad fossas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Vlp. lib. 40 Dig. tit. de iuis. leg. 1. [Septa sunt, inquit, quæ ad incile opponuntur aquæ derivandæ compellendæ ex flumine causa, siue lignea siue lapidea sint.] Nebr.

**SEPTVMX** septem habet vncias. Requiritur supra, As.

**SEPVLCVRVM**, est locus, in quo mortuus continetur vel sepultus est. Sed monumentum dicitur idem locus sine corpore. Requiritur supra, M.

**SEPVLTURA** secundum Goffr. quandoque dicitur officium quod impenditur sepeliendis. Quandoque ipsa terra ad usum sepulturæ deputata. Quandoque tumba marmorea, vel lapidea, vel locus concauus in ecclesiastico cimiterio factus, in quo corpus Catholici quiescit. Item sepultura [ est ius funerandi in ecclesiæ cimiterio. ] Est autem ius funerandi, potestas sepeliendi in cimiterio proueniens Ecclesiis ex concessione Pontificis.

*Sententia  
debet esse  
formis h  
ullo, secun  
duq. hact. in  
l. v. p. d. i. i. i.  
ni h. i. d. i. u. s.  
do.*



**SEQUELA** dicitur omne, quod naturaliter sequitur ad aliud: vt iumentum, equam: vitulus, vaccam.

**SEQUESTER**, est is apud quem res litigiosa deponitur à pluribus & sequestratur, vt ei qui in causa vicerit reddatur: dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur res, de ver sig. l. sequester. vide extra, de Iudic. c. examinata. Est enim secundum Goff. depositarius rei in iudicium deductæ, vt ff. Depositi. l. propriè.

**SEQUESTRUM**, est illud scriptum, quod de sequestratione conficitur: & si sit ex causa voluntaria transfert possessionem in sequestram: secus si ex causa necessaria. l. Interesse puto. ff. de Acq. poss. & not. in c. examinata. de Iudic. in gl. & in gl. Clem. vnic. de sequestra poss.

**SEQUESTRATIO** est rei, de qua agitur vel controuersia est, separatio vel dispositio, vel possessionis interdicio. Interim enim quod res apud sequestrum est, nec actor nec reus possidet, vt ff. de statu ho. l. libertus. Non potest autem illa depositio, quæ sequestratio dicitur, fieri, nisi à pluribus, quãuis aliàs & vnus & plures deponere possint, vt l. licet. ff. depo. Nam plures rem litigiosam deponunt, quando de voluntate partium fit. Eriam vnus deponere potest de mandato iudicis, vt in gl. c. examinata. de iud. & ibi per doct. Et not. quod secundum Goff. sequestratio fit aliquando causa omittendæ possessionis, & tunc neuter litigantium possidet, sed sequester. Aliquando causa custodiæ, & tunc possessio remanet penes possidentem. Et generaliter prohibita est sequestratio. C. de prohib. sequestra. lege vnica. Per-

missa verò casualiter. Primò voluntate partium, vt lite finita res victori detur. Secundò ex necessitate, ne persona suspecta cum re mobili auferat. Tertio, ne persona suspecta citra rem immobilem fructus depopuletur vel dissipet. Quarto, propter contumaciam non cauentis in collatione bonorum faciendâ. Quintò, si seruus de possessione seruitutis proclamât in libertatem. Sextò, cum appellatur ab executore. Septimò, cum timeatur de fauitia viri, nec potest sufficienter vxori caueri, sequestratur vxor. Octauò, ne perdatur vendendi commoditas. Nondò, cum aliquis de comitibus prædis furtum patitur, nam res sequestratur vsque ad tempus successoris prædis. Meribò enim sequestratio fieri non debet, nisi tunc demum cum timeatur ne possessor vel appellans fructus depopuletur, secundum Goffr. in summ. Alios casus vide in clem. vnica. eod. tit. & leg. i. ff. de col. bo & secundum Archid. in c. quia res. ii. q. i. vbi latè de hac materia & per Ioann. Mona. & Ioann. Andr. in regula locupletari. de reg. iur. libro 6. vide etiam gl. fin. in cap. dilectus. de sequestra. pol. cum ibi not.

**SEQUIORIS** vitæ eum vocat Vlp. in leg. cum ij de trans. qui sibi ex se alimenta suppeditare nequeat, sed de alienis laboribus pendeat.

**SERIA**, vas est fictile vino aliisque rebus adseruandis aptum. Persius

*O si sub rastris crepet argenti mihi seriatextro*

*Hercule,*

Inde per diminutionem idem actor deduxit seriolam: Vlpianus

in tit. de Verb. significat. l. vinaria [dolia, inquit, & serias tandiu in ea causa esse, quandiu vinum continerent.

**SERIAS**, vasa sunt fistilia oblonga de quibus Livius in 4. secundi belli Punici, sic inquit, [Et in vico histrico fontem sub terra tanta viaquam duxisse, vt serias doliaque, quæ in eo loco erant prouoluta, velut impetus torrentis tulerit.] & de his intellexit Vlp. in l. vinaria vasa. ff. de Verb. sig. licet alij aliter. & in l. sed & si quid. §. proprietatis. vide ibi gl. ff. de vtufruct.

**SERICOBLEATAE**, dicuntur vestimenta quæ inferuntur & texuntur serico, vt l. locas. Cod. de Murile. lib. II. secundum Accurs. Legendum **SERICOBLEATAE** dupliciter, vt ibi attestatur Alciat. Nam blatta dicitur purpura: vnde Sericoblatae, vestes purpureæ serico intextæ.

**SERICVM**, quemadmodum diximus in verbo bombycinus, lanæ genus est, quod apud Seras Indos ex arboribus depeçitur, non illud quod vulgò creditur. Horat. in Epodo:

*Inter sericos iacere puluillos amant.*

Vlp. tit. de Aur. & arg. leg. l. vestis. [Vestimentorum, inquit, sunt omnia lanæ, lineæ, vel serica, vel bombycina.] Neb.

**SERVIANA** & quasi ceruiana actio. Require supra, Actio.

**SERVITVS**, est constitutio iuris gentium, qua quis contra ius naturale alieno subicitur dominio. Et quando seruitus inducta sit, vide gloss. super verbo seruus, de Iudæ & Sarra. cap. ita quorundam, optimam gl. super ver. seruitutes, dist. I. ius gentium. Sunt autem duplices seruitutes scilicet, prædiales, & personales.

**SERVITVS prædialis**, est quædam constitutio qua prædium prædio subiungatur, & seruitutes prædiales lex reales appellat, quæ sequuntur prædia, & earum constitutio eatenus tenet, quatenus expedit prædiis, id est, ad fructus eorum percipiendos.

**SERVITVTVM** autem prædialium alia sunt vrbana; & alia rustica, sed has quidem seruitutes lex dicit esse iura communia, quæ libertatis sunt, vnde not. secundum Azon. In sum. Cod. de ser. & Aquædu. quod hoc verbum, ius, in eadem lege & in eadem voce supponit pro seruitute. Dicitio enim semel posita, duas quandoque importat significationes, scilicet, propriam & impropiam, vel vtramque. Proprie autem secundum diuersa dicuntur seruitutes. Nam si non possem ex arboribus meis exire in agros meos vel peruenire ad viam publicam nisi per agrostuos, vel hortos, & emam à te licentiam eundi, hæc licentia dicitur seruitutis itineris, quia prædium tuum in hoc mihi seruit. Et harum seruitutum quædam habent causam continuam, quædam quasi continuam, & quædam discontinuam, secundum gloss. in l. seruitutes magna. in prin. in gl. magna. ff. de seruit. tit. gen. Et quæ seruitus dicatur habere causam continuam, & quæ discontinuam, declarat Bart. in l. 2. C. de serui. & aqua.

**SERVITVTES rusticæ** sunt quæ prædiis rusticis debentur, velut iter, ætus, via, aquæductus, aquæ haustus, pecoris appulsus ad aquam, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, quæ tria vltima possunt dici nominatæ seruitutes rusticæ, sed superiora propriis nominibus carent,

*de Serui  
titulis, vt  
in multis  
seruitutibus  
mensuræ  
non dicitur  
na. in. Prædialia  
per totum tractatum  
de Seruitutibus.*

rent, quæ omnia require locis suis. Nam iter est ius, quod ex æde mea per agros tuos possum in vias publicas exire vel intrare: sed aquæ haustus est, ut aquam haurire possim de puteo tuo.

**S E R V I T U T E S** urbanæ sunt quæ prædiis urbanis debentur, scilicet intuitu alicuius ædificij: nam ædificijs inhaerent, velut altius tollendi, aut non tollendi, ne officiat luminibus vel prospectui domus vicini. Item stillicidium auertendi vel non auertendi in tectum vel in aream vicini, ut stillicidium tecti mei cadat in aream vel fundum eius. Item ut liceat immittere vel proicere tignum in parietem vicini. Et not. quod an seruitus sit urbana vel rustica, colligitur ex qualitate prædij, cui debetur ipsa seruitus: quod patet. Nam talis est seruitus quale est prædium cui debet. Hinc est, quod licet via sit seruitus rustica, tamen si seruiat domui, quæ est urbanum prædium, leg. urbana prædia de Verb. signific. censetur seruitus urbana, inspecto fundo cui debetur. gloss. 1. in gl. fin. de serui. urb. præd.

**S E R V V S** est, qui de iure gentium vel seruii dominio alieno subiicitur. in hac parte & ius gentium & ius civile detraxerunt iuri naturali. Et dicuntur serui, non à seruiendo, sed à seruando. Imperator enim vel princeps captos ab hostibus qui serui sunt capiendum, vendere iubet, & per hoc seruare & non occidere: hostibus enim captis, & sic in seruitutem reductis, hoc seruandum est, quod utile & benignum visum est, scilicet, eos omnes seruari & non occidi: hoc enim benignitatis est, sed occidi, crudelitatis. Ideo

etiam dicta sunt mancipia, quia ab hostibus manu capiuntur, ut Instit. de iur. persona. & ff. de Stat. hom. l. libertus. Sunt etiam serui vernæ, qui sunt ex ancillis manentibus in domo nati. leg. Titie textores. ff. de Lega. 1.

**S E R V I** stricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiam seruientes pro pecuniis & mercede, dicuntur serui, à seruiendo. Pen. in Rub. de Iudæis.

**S E R V I** arcarij. Require supra Arcarij.

**S E R V I** adscriptitij, vide Adscriptitius.

**S E R V I** atriarj, vel atrienses, sunt illi qui atrij custodiam faciunt.

**S E R V V S** corruptus, dicitur seruus qui per alicuius inductionem factus est de bono malus, vel de malo deterior, scilicet, in anima & corpore.

**S E R V I** corrupti actio. Require supra Actio.

**S E R V I** cubicularij dicuntur, qui lectum & cubiculum domini sui procurant, qui vulgò camerarij vocantur à camera.

**S E R V I** dedititij dicuntur, qui in morte liberi, & in vita sua serui sunt, quorum libertas sublata est, ut Institur. de libert. §. libertinorum.

**S E R V I** Latini sunt, qui à dominis erant manumissi, ut in vita essent liberi, & in morte serui, & eorum bona tanquam seruorum ad dominos deuoluebantur; ut in §. præal. Instit. de Liber.

**S E R V V S** librarius, à libra dictus est, qui scilicet ponderibus præest & libræ, nummorum & permutatorum custodiam habet domini sui.

**S E R V I** insulari, aliàs insularij, sunt qui retinentur in insula, id

- est in domo, nec mittuntur in agros, nec in villam. Domus autem insula dicitur eo, quod insunt ei habitatores: licet insula quandoque dicatur in salo, i. maris sita.
- SERVVS** mediastinus vel medianus, est qui medium gerit actum, scilicet qui nec est ordinarius nec vicarius, sed melius inter hos & illos connumerandus.
- SERVVS** ordinarius dicitur qui aliis seruis est præpositus, scilicet qui habet alios seruos sub se quibus præest, & præcipit eis quod vult.
- SERVVS** vicarius est, qui seruo ordinario subministrat.
- SERVVS** ordinarius, vide originarius.
- SERVVS** publicus dicitur tabellio, non quia seruus, sed quia publicum exercet officium. ff. de Adop. l. non aliter.
- SERVI** vernæ. V in ver. Verna.
- SERVI** victores sunt, quos quis habet victus præparandi causa.
- SERVI** villici sunt, qui ad villam mittuntur.
- SESCVN CIA**, est vncia cum dimidia. Plin. in calce lib. 36. [Fastigium, inquit, seruari in pedes denos fescunciamque.] Inde fescunciale quod fescunciam continet. Plin. lib. 23 [Crassitudine, inquit, fescuncial i.] Vlp. in tit. de legatis præstandis. l. filium. [Ut patris inquit, dimidiæ quartam, id est, totius assis fescunciam retineat:] quarta namque pars tres vncias continet, igitur dimidium quartæ fescuncia est, id est, vncia & semis. Neb.
- SESCVN X** constat ex vncia & dimidia, & est octava pars assis, & debet eius littera tertia scribi s, & non x, vt Instit. de hæred. Inst. §. hæreditas. secundum Accurs.
- SESTERTIVS** nummus duos asses cum semisse valebat: vnde dicitur sestertius, quasi semisse dempto de tribus. Assis autem non semper in eodem valore permittit: nam as Servio Tullo Rege Romanorum pondere duodecim vnciarum percussus est, primum sub nota pecudis, quod vnus as pecude permurabatur, vnde pecunia dicta. Postea vero primo bello Punico sextentario pondere percussus est as: deinde secundo bello Punico vnciales asses facti, atque deinceps paulatim principes Imperatorique assisum pondus valoremque imminuere, in tantum vt Saluatoris nostri ætate asses vix semunciales essent. Vnde Mathæi cap. 10. [Nonne, inquit, duo passeres assis vaneunt] quod & Marcus alius verbis idem significantibus dicit, Nonne quinque passeres vneunt dupondio? quod videlicet [dupondius] duos valebat asses. Si igitur de sestertij valore quispiam quæreret, non possemus simpliciter respondere, cum assis valor variis temporibus sit variatus: semper tamen valuit duos asses cum semisse: Accursius in C. Iustiniani, tit. de donationibus, l. verba superflua, ingenue fateor se nescire quid sit sestertium. N.
- SE V**, dicitio est disiunctiva. Cod. de Sacrosanctis eccle. lege generali. & aliquando ampliatur. ff. de auro & argento legato. l. si quis ita & secundum Bartol. in d. l. generali. & not. 63. distinct. ego Lud. & 75. distinct. cap. ult. in fine. & per Archid. de foro compe. in cap. 1. lib. 6.
- SEVERITAS** dicitur rigor & integritas iustitiæ. Archid. in cap. vt officium. §. verum. in verbo [seueritas.] de Hæredit. in 6. vel dic quod seueritas est per quam

in iudicialis sententia vel vindicta districtè exercentur, vel est virtus debito supplicio coercens, iniuriam, secundum Alb. in suo diction. in ver. Seueritas.

**S**EXTANS, est sexta pars assis, ex duabus vnciis constans.

**S**EXTARIVS, vide Modius.

### De S ante I.

**S**I, de proprio significato importat conditionem, non tamè semper significat. Vnde quandoque facit dispositionem conditionalem. Quandoque executionem tantum. Quandoque significat causam incertam. Quandoque certam. Quandoque euentum incertum non conditionalem, quia non suspendentem. Quandoque accelerationem, & quandoque nihil significat. Exemplum primi ibi, [promitto vel lego, si naus ex Asia venerit:] vt in l. itaque. ff. si cert pet. Secundum ibi; iudex dicit, [do tutore si satisfecerit.] quia sensus est, quòd purè datur & immediatè fit tutor, sed administrare non debet, nisi prius satisfecerit, vt l. muto. §. hanc autem. ff. de tutel. vbi dicitur, hanc autem adiectionem, quam præfides provinciarum faciunt, & Tutore si satisfecerit conditionem non facere: ratio est volùtas proferentis. Nam tutor à iudice non potest dari sub conditione. cap. actus legitimi. de regulis iuris. li. 6. Etiam quia inuitus datur tutor: ergo non stabit in voluntate sua per conditionem. Nec iudices in decernendo solent facere iudicia sua conditionalia Exemplum tertij, [Lego Titio, si negotia mea gesserit.] Et est aliud exprimere causam per [quia,] & aliud per [si:] nam per [quia]

exprimendo, falsa causa non vitiat: sed per si, vitiat. l. Demonstratio. ff. de condit. & demonstr. nisi aliud apparet ex voluntate disponentis. Etiam quandoque si capitur pro quia, vt ibi, [Si Deus est,] quia hic subiecta materia, & fides Catholica habet, quòd Deus creator est omnium certitudinaliter. Quarti, quando ille euentus est de præsentì vel de præterito. Vt ibi, [promitto vel lego si rex est Parisiis vel fuit tali die,] Vbi euentus est disponentib<sup>9</sup>, vel disponenti incertus non tamen conditionalis, quia non suspendit. Nam actus purus statim valet, vel non valet. §. fin. Inst. de Verb. oblig. & hic accelerationem significat. Etiam quandoque nihil significat. Vt ibi, [promitto si talis morietur.] Argum. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de Nouat. & delegat. quia non potest significare conditionem, quæ est de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia subiecta non patitur. Dicit tamen Bartolus, quòd in vltimis voluntatibus operatur conditionem, dicendo [lego, si hæres morietur,] vel [si Sempronius morietur,] non ex eo quòd mors fit incerta, sed quia incertum an legatarius morietur antequam hæres vel Sempronius. allegat. lege, quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditionib. & demonstration. vbi dicitur, quòd legatum tale, [si mater tua morietur,] est conditionale. Petrus dicit contra quòd est purum. Et sic in textu allegato debet sumi pro [cum,] quòd significat principaliter tempus, & per consequens conditionem. Item nihil significat, vt ibi, promitto si volueris, [lego

[Ilego si hæres voluerit.] Ilego sub hac. ff. de Act. & oblig. quia actus in voluntate obligandi est. & sic nulla est dispositio: vel restrictio fit, nisi disponens videatur decidere. l. si ita expressum. ff. de Con. & demon. Finaliter autem semper ad mentem disponentis recurrendum est, quia sæpè contingit, quòd vna dictio vel oratio per vnum capitur in vno significato, & per alium in alio. Sunt ergo circumstantiæ attendendæ, per quas mens proferentis declaratur.

**SI** non valet hoc iure, valeat illo: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &c. Hæc clausulæ significant, si non potest valere ex defectu solennitatis, vt testamentum, scilicet quòd non sunt septem testes, vel non sigillauerunt eodem contextu, valeat iure codicillorum, si sint quinque testes, quia disponens hoc voluit, & lex admittit. Significat ergo dictio si, apposita his verbis vel aliis, quòd voluntas disponentis declarata ex verborum significato, vel alio quouis modo dicat.

**SI** c, qualiter intelligatur, vide extrà, de Priuil. c. ex ore: de Confir. vti. c. examinata. & de Ver. sig. ca. abbate. cum simil.

**SICA**, est ferrum, siue cultellus breuis, in vtraque parte sciadens & acutus, quòd maximè vtuntur qui apud Italos latrocinia exercent. sed eius interpretatio est larga, vt contineat telum, lapidem, lignum, & quodlibet ferrum, vt Inst. de pub. iud. §. item lex. & §. ficarij.

**SYCOMORVS**, ficus est Ægypti peculiaris: Latine interpretatur ficus fatua: habet enim ficos nostris non absmiles, insulas ta-

men. Eius arboris meminit Iurifconf. tit. de Extraor. crim. l. secularij. [Si quis, inquit, arborem sycomorum exciderit: nam & hæres vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quòd hæc arbores colligant aggeres Niloticos.] Neb.

**SICARIJ** dicuntur homicidæ & interfectores, dicti à sica, id est, ferro vel cultro. Inst. de pu. iud. §. ficarij. etiam dici possunt ficarij, qui alicuius vitæ armis insidiantur. de pœn. dist. i. is, 'qui cum telo. de homicid. c. sicut, dignum, in gloss.

**SIGILLVM** est parua statua, quoniam signum pro statua plerumque accipitur. Ouidius in i. de arte,

*Siue eris ornatus, non vt fuit ante sigillis.*

Aphricanus de leg. i. leg. cætera. Vel singula sigilla adæquata legari posse. Item Vlp. titu. de fun. instr. l. quæstum [Sigilla, inquit, & statuæ affixæ non continentur.] Accurs. annulos nescio quos ferreos interpretatur. Neb.

**SIGILLATIM**, id est, singulariter: ita exponit Hostiens. in c. venerabilis. de Testi. & Archi. in cap. præsentium. §. testes. eod. tit. li. 6. & habetur de hac dictione in leg. sed & si per prætorem. §. fin. ff. ex quib. cau. maio. & in l. cum quidam. C. de Ver. sig.

**SIGILLVM**, præter vulgatam significationem, interdum significat paruum statuam. l. quæstum. §. Papinian. de fun. instr.

**SIGNVM** quid sit, & quomodo signum differat à sacrificio, de Consec. distin. 2. sacrificium, &c. signum. & quomodo multiplex est signum, vide extrà, de cõsuet.

e. 2. in gl. frequentius autē accipitur pro sigill. l. 3. de tab. exhib.

**SIGNARE**, est aliquam formam vel signum alicui imprimere, vel notam imponere: unde testamentum signare, id est, notare, debet quis, ut notum sit illud quod in testamento scriptum est. Isid. lib. 5. Etym. sed subsignare est subscribere, ut si testes vocati & rogati à testatore subscribant.

**SIGNATAS** tabulas (inquit Vl. in l. ad testium. de testam.) accipi oportet, & si linteo quo tabulæ inuolutæ sunt, signa impressa fuerint.

**SIGNATOR** aurum vel argentum quod dicatur, docuit Iurisc. clarissimè in l. Quintus. de Aur. & argen. leg.

**SIGNATOR**, ut auctor est Pedianus, erat qui testamento aut aliis instrumentis aut contractibus nomen suum subscribebat. Sallustius in Catilina: [Ex illis testes signatorèsq; falsos commodare.] Iuue.

*Signator falsò qui se lautum atque beatum.*

Vlp. tit. quemad. testam. aper. l. cum ab initio. [Cogat, inquit, signatores conuenire, & signa sua recognoscere.] Nebr.

**SIGNATORIVS** annulus est, qui characterem, id est, sculpturam habet, quo utimur ad imprimendum signa.

**SIGNIFICATIO** secundum Azon. de Verb. sign. propriè est demonstratio facta, proprio nomine rei, de qua quæritur, attributo, sed largè ponitur, si proprium nomen non interueniat: si tamen res per aliud verbum, quod aliquo modo accedere possit ad rei mentionem, notificetur.

**SIGNINVS**, a, um, à Signia vrbe Campaniæ. Unde pira Signinæ Iuuenali. & vina Signina Martiæli, & structura siue opus Signinum, quod ut scribit Plin. lib. 55. conficitur fractis testis contusis calce addita. Columella l. r. [velut Signinum opus pilis condensatur.] operis quoque Signini intrita quomodo fiat. Vitruuius l. 8. exponit. Vlp. in tit. de riuis. l. r. §. Sed si. [si quis, inquit, terrenum Signinum facere velit.] ubi pro Signino signatum mendosè legitur in codicib. antiquiorib. Qui verò non intelligebant, quid signum aut signatum esset: in cilliceum commutarunt. In archetypis autem Pandectis Florentinorum Signinum habetur. Nebr.

**SILENTIARIJ**, sunt iidè quod consiliarij vel secretarij principis, qui silere debent, & occultare principis cõsilia, ut ff. de Mino. l. verù. & gl. 3. l. illud. C. de Colla.

**SILIGINARIVS**, est custos filiginis, id est, horrei in quo filigo adseruatur. Est autem filigo frumentum quoddam genus candidissimum, quando filigo pro farina purgatissima, atque ipsis tritici deliciis accipitur. Plin. l. 18. [Siliginem dixerim propriè tritici delicias.] Celsus libr. 2. [Ex tritico, inquit, firmissima filigo.] Vlp. in tit. de furtis. l. si quis vxori. §. apud La-beonem. [si siliginario, inquit, quis dixerit, ut qui nomine eius filiginem petiisset.] Item Iulian. tit. de negot. gest. l. ex facto. Nebr.

**SILIGINARIVS**, custos filiginis, l. si quis vxori. de furt.

**SILIQVA** secundum Isid. est 24. pars solidi, alij dicunt octaua, alij quarta pars vnciæ, super quo vide l. libertos. §. filium. ff. de Annis leg. & in Authen. sed hodie. C. de Episc. & Cler. & in Auth. de sancte

episc

episc. §. sportularum. Aliquando est cortex seu pellis fabæ & ciceris. l. frugem. §. fin. ff. de Verb. sign. & ibidem gloss.

**SYLVA** cædua est, quæ ad hoc, vt cædatur, deputata est, & dicitur apta cædi, quia facilo succrescit.

**SYLVA** palaris, ex qua pali & pedamenta sumuntur.

**SYLVA** pascua dicitur, quæ pascuis pecudum est assignata.

**SIMILE** dici non potest, vbi dissimilitudo subest. 28. q. 1. sicut enim. & l. 3. ff. de iniu. rup. & irrit. testament. & qualiter interpretatur hoc verbum simile, vide c. olim. de Verb. sign.

**SIMILITUDO** est rerum differentium comparatio secundum Boë. & quæ similitudo ad speciem vel genus referatur, est gl. not. in ver. curam animarum. in c. non potest de præbend. lib. 6.

**SIMONIA** secundum Goffr. est studiosa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum quod spirituale censetur, ius enim percipiendi prouestas præbendales, sc. ratione præbendæ vel prælaturæ, spirituale non est, sed annexum spirituali, sc. canonice, propter res temporales, quæ ex illo iure proueniunt, vt sc. fructus. l. q. 3. si quis obiecerit sic & ius patronatus dicitur annexum spirituali propter quandam confederationem, quia cadit in laicum. à quo possidetur vt c. eod. tit. Et dicitur à Simone mago, qui fuit primus auctor huius sceleris in nouo testamento. Ipse enim voluit emere gratiam Spiritus S. à beato Petro: sic Giezi in veteri testamento voluit gratiam sanitatis Naaman Syro vendere, vt 4. Reg. 5. Vnde simoniacus dicitur propriè emptor spiritualium,

Giezticus venditor eorundem, l. q. 1. qui studet. Et est simonia peccatum enorme, respectu eius qui per simoniam beneficium acquisiuit, qui potestatem agere non potest beneficio retento: dicitur enorme, id est, indispensable, quia dispensari non potest cum simoniaco, nisi in beneficio resignato, sicut in simoniaco in ordine contingit, vt 13. distinct. nerui. Et simoniacus etiã occultus in ordine suscepto, qui vitiosum habet characterem, vt l. q. 1. quibusdam. suspensus est quo ad se & quo ad alios. l. q. 1. Reperitur etiam simonia sola intentione absque pacto vel facto committi, vt in c. qui studet. præalleg.

**SIMPLEX** præceptum est, cum præter litem contest. iudex confessione partium accedente, aliquid præcipit: verbi gratia, si quis à reo in iudicio absque libello cum instrumeto debiti petat decem, & confiteatur de plano, tunc iudex sine alia causa cognitione vel commissione sibi præcipiat, vt certo termino soluat, & hoc dicitur præceptum, & non sententia, quia sententia non dicitur, nisi quando ordo iudiciarius est seruatus.

**SIMPLICITER**, quid hoc verbum importet, not per Innoc. & Host. in c. olim. de accus. & in Spec. de inquisit. §. 3. vers. sed quid ergo. Item de hac dictione vide per Bartol. Ioannem de Imola, Alexandr. & Francisc. de Aret. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de Verbor. obligat.

**SINE**, hæc dicitio tria importat. Est enim priuatiua, negatiua, & exclusiua particula not ff. de pig. action. l. 1. §. præter. Item importat argumentum à contrario sensu,



sensu, extra, de iis, quæ fiunt à prælar. sine consensu capituli. cum apostolica. §. fin. Aliquando includit, §. distinct. ad eius. & de Temp. ord. c. nec episcopi. & ibi in gloss. Aliquando ponitur pro non ff. Mand. l. si mandauero. §. fugitiuus. Aliquando pro contra. ff. de Acquiren. possess. l. si ex stipulatione: & plene de hac dictione vide per Alberic. de Rosa. in Authent. quod ius. C. de Procurat. & Bar in l. si eum. §. qui iniuriarum ff. Si quis cautio.

SINGVLARÆ sæpe ponitur pro plurali l. in vsu. de Ver. sig.

SYNTHESIS inter alias significaciones designat etiam genus quoddam vestis duplicis, quæ sit alio nomine Abolla Martialis.

*Synthesibus diu gaudet eques dominusque senatus.* Idem alibi *Sic micat innumeris arcula synthesibus.*

Sezuola tit. de auro & arg. l. Titio. [Ex synthesi, inquit, tunicas duas & palliola.] Nebr.

SIPHONES, vt scribit Alc. in l. ferri. de Verb. sign. erant instrumenta, quibus olim fabri utebantur ad extinguenda incendia siphonum meminit Vlpianus in l. quæ situm. de fund. instr. tamen in vulgatis codicibus scopæ, non siphones, impressum sit.

SIVIS, generis tantum est masculini, quia fœmininum propriam habet terminationem & ea est si qua Iurise. tamen de Verb. signif. l. verbum si quis. [Si quis, inquit, tam masculos quàm fœminas complectitur.] Ant. Nebr.

SITIO, sistis, verbum est aliquando absolutum, pro eo quod est sitio, apud Virg. l. Georg.

*Sistunt amnes terraque dehiscunt.*

Aliquando actiuum, significatque statuo, statuis. Idem 4. Æncid.

*Et sistore flumina vidi.*

& illud ex Euan. [vt sisterent eum Domino.] in hac significacione accipitur apud Iurise. iudicio sisti & iudicatum solui sisti pro statu & representari ponitur. Nebr.

SISTERE dicitur in iudicio, quæ præstat eius, de quo agitur, præsentiam. l. item apud Labconem. de Verb. signif. vide supra in verbo [iudicio sisti cautio.]

SITOCOMIA, i fames, vel gutta C. vt nemi lic. in spec. in gl. rub. vel dic, sitocomia frumentaria dicitur: vnde sitocoma præfectus frumentaria. Nam *σῖτος* frumentum & *κομω*, curo dicitur, vt habetur in l. fin. ff. de administr. rer. ad ci. pertinent. vbi corruptè legitur sitonias, pro sitocomias.

SITONAE latinè frumentatores dicuntur, quo nomine appellabantur magistratus quidem, qui frumentum & annonam curabant, vnde sitonia tale eorum munus.

SITOSTATIVS erat, qui vendendo frumento præerat, secundum Alc. in l. in æstimatione. C. de frumen. Alex. lege tamen Zygotastij.

SITVLA, vrna est aquæ ex puteo hauriendæ accommodata. Plautus in Amphitryone:

*Si situlam iam cepero, illi puteo animam omnem traxero.*

Hieron quoque Esaiæ 40 [Ecce gentes quasi stilla situlæ reputatæ sunt.] in tit. locati. in leg. quæ fundum. [Rora quoque per quam aqua traheretur nihilominus ædificij est quàm situla.] Nebr.

**SIRVS**, us, pro squallore siue incultura cuiusque rei, dictus à deserendo, quia ea quæ deseruntur ex negligentia, redduntur inculta. Virg. 1. Georg.

*Et segnem patiēre situ durescere campum.* Idem in 6 Æncid.

*Per loca senta situ.*

quod Seruius pro lanugine & squallore exponit, quæ fit in locis sole carentibus. Vlp. libro 37. Dig. de bonorum possess. secundum Tab. l. 1. [Vetustate, inquit, vel situ putrefactum.] Neb.

**SIVA** euenit, siue non euenit, hæc orationes de se sunt contrariorum casuum, & tamen coniunctæ significant puritatem, sc. quod actus, qui deponitur his verbis, sit purus: & sumitur significatum ex hoc quod certum est, alterum casuum euenturum, & sic dispositio redditur pura. facit l. necessario. §. quod si pendente. de Peric. & commod. rei vend. vbi habetur, quod venditio facta hoc modo, siue nauis ex Asia venerit. siue nō, est pura, vt l. si pupillus §. qui sub conditione. ff. de Nouat. vbi habetur, quod qui stipulatur sub conditione omnino extitura, purè stipulatur. vt l. itaque. ff. Si cert. petat. vbi conditio dicitur, cum in incertum confertur. Et sic patet quod hæc conditio non reddit actum conditionalem de per se, sed hæc oratio applicata dispositioni vltimæ voluntatis, eam reddit conditionalem, vt l. huiusmodi. ff. quando dies. leg. ce vbi dicitur quod legatum hoc modo factum, siue illud factum fuerit, siue non, est conditionale, & intellige, siue non fuerit infra certum diem, ne infinitum expectetur. Et

licet certum sit alterum casuum euenturum, tamen incertum est, an viuente legatario vel non, & sic incertitudo facit conditionem in vltimis voluntatibus, facit l. 1. ff. de Cond. & demonstr. Secus in contractu qui pure transmittitur siue factum existat siue non, ergo contractus factus cum ille morietur, non est conditionalis, sed in diem. l. nam si moriar. de cond. indeb. Et sumitur in his significatum ex communi modo intelligendi, nisi aliud certe apparet ex voluntate testatoris vel contrahentium. Ant. Nebr.

**SMYRNA** à Græcis appellatur, quam nos [myrrhâ odoratam] dicimus. Lucret. li. 2. [Et contemptus odor Smyrnæ mellis que sapor] apud Galen. quoque interpretes semper smyrnæ verbum Græcum pro myrrha reliquit. Apud Martianum tit. de publica. l. interdum. finem pro smyrna mēdosē legitur. Nebr.

### De S ante O.

**SOBRINI** & sobrinæ dicuntur, qui vel quæ ex patruelibus, fratribus vel sororibus, consobrinis vel amicis progeniti vel progenitæ sunt.

**SOBRINVS** propior, & sobrina propior sunt patris magni vel amari magnæ, auunculi magni vel materteræ magnæ filij, filizve.

**SOCER**, est pater mariti. leg. sicut matrem. ff. de Re iud. etiam est pater vxoris. vt ead. l.

**SOCRVS** est mater mariti vel vxoris. Adde quod soceri appellatione continetur etiam auus mariti vel vxoris, & appellatione socris, auia soceri. de Verb. sig.

**SOCER** magnus, & socrus magna appellantur auus & auia mariti.

riti vel vxoris. l. uon facile. ff. de gradibus.

**SOCIETAS** est duorum pluriumve conuentio honeste contracta ad vberiore[m] qualitate[m] & commodiore[m] vsu[m], require supra actio pro locio.

**SODALES** dicuntur, qui sunt conuuior[um] participes: fuit & Romæ collegium sodalium, de quo Cicero in Carone maiore: [Primum, inquit, semper habuit sodales: sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè] huiusmodi autem sodalitates à Græcis *συντροφία* dicuntur, de quibus Aristoteles in politicis. Erantque plerunque inhonestæ. Gellius lib. 19. Adolescentem, inquit, Taurus à sodalibus conuictuque hominum scenicarum abducere volens. Caius lib. 48 Di de collegiis illicitis. l. fin. Sodales, inquit, sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam & Græci *συντροφία* vocant, & hæc videtur ex Solonis lege translata esse, nam illicita est eadem.

**SODALES**, qui sunt eiusdem collegij. l. vii. de colleg. illiciti.

**SOLARIUM** vectigal, quod reipub. soluitur ob publici soli occupationem. leg. 2. ff. ne quid in loco publico.

**SOLATIUM**, idem quod stipendium, secundum Alciat. in leg. inter donum. de verb. sign.

**SOLENNITAS** sumitur pro actu reali, vt solennitas stipulationis dum quis fideiubendo se obligat interrogatione præcedente, & responsione sequente Instit. de fideius. §. fin. Et hoc est notandum pro intellectu huius, si scriptum reperiretur aliquem fideiussisse, quia sub hoc verbo significatur

solennitas stipulationis, nisi fieret in patria tali in qua efficax est simplex promissio. Similiter in authentico instrumento si reperitur ibi scriptum aliquem promississe, sub hoc verbo includitur solennitas stipulationis. l. 1. C. de vsur. & §. si ita scriptum. Instit. de inuti. stipul. Et sumitur significatum ex solennitate instrumenti, quod significat ibi contentum solenniter factum etiam ex parte notariatus, quia notarij non redigunt instrumenta in scriptis publicis, nisi de actibus coram eis solenniter celebratis. Alias promissio non facit de se solennitatem stipulationis, secus de fideiussione, dum saltem apparet, in quantum pro quo, & penes quem, alias etiam nulla esset fideiussio. l. cum de indebito. ff. de prob. §. si iuncta l. 1. de fideius. & sic de aliis in quibus includitur solennitas vel non.

**SOLERTIA**, id est, cautela. de Iure patro. c. vnic. lib. 6. per Archi. vel ingenij scientia vel astutia. no. in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & in l. 1. C. si maior fact.

**SOLET**, quid importet, vide Bart. in l. 1. C. quomodo & quando iu.

**SOLLICITVS** dicitur inquietus, quasi solers & citus, secundum Iliid in tit. de Sollicitudine

**SOLIDVS**, a, um, dicitur quod integrum est, neq; habet inane quicquam, aut parte aliqua fraudatum non est. Horatius 1 Carmi.

*Aut partem solido demere de die.*

Vlpianus de fideicommiss. lib. ff. l. ergo §. illi de solido, inquit. sic accipere debemus de sorte & de vsuris. N. br.

**SOLIDVM**, i firmum. Et componitur cum in, vt in solidum, i. quilibet eorum per se solum: vnde locum habet in promissionibus stipulatione vallatis, quæ stipulatio concipitur per verba futura, & inserit in solidum se daturos vel seruatu-  
 SOLIDVS, idem est quod aureus, & 72. solidi faciunt libram auri. In-  
 fit. de pœna teme. lit. §. fin. ff. de in ius voc. l. libertus. Item solidus & aureus qualiter accipiuntur in iure, & quot solidi faciant libram. Panorm. in c. conquerente. de offic. ordin. vbi Felin.

**SOLTVM** Latini, Græci thronum vocant: & est locus in quo Reges sedent: c. quorundam. & ibi Archi, de elect. in 6.

**SOLVENDO** esse, est habere vnde soluat, vel soluere possit in solidum per se, vel per alium. ff. de Ver. sig. l. soluendo, & sic dicitur quis esse soluendo. Econtra non soluendo dicitur ille, qui soluere non potest.

**SOLVM**, idem est quod terra, vnde,

*Sit tibi terra solum, quo possunt vincere solum.*

Vbi primus est substantiuum neutri generis, secundum adiectiuum masculini generis, vnde dicitur,

*Quicquid plantatur, seritur, vel edificatur.*

*Omne solo cedit, radices si tamen egit.*

Inst. de Rer. diui. cum in suo.

**SOLVS** est cui nullus est contrarius. dist. 8. si solus.

**SOLVTA** oratio dicitur quæ neque coniunctam neque disiunctam

connexa est, vt cum dicitur in instrumentis, vendidit, dedit, tradidit, & alia id genus. leg. sæpe. de Verb. sign.

**SOLVTIO** secundum Goffr. est rei quæ debetur redditio. Instit. Qui. mo. tol. oblig. in prin. vel largè est ab obligatione liberatio. Et alia est naturalis siue vera, quæ fit per redditionem eius quod debetur, alia civilis siue imaginaria, & fit multipliciter per nouationem, delegationem, acceptilationem, vel compensationem, de quibus in locis suis.

**SOLVTVM** matrimonium dicitur siue morte siue diuortio. leg. cum querebatur. ff. de Ver. sign. & l. si quis. ff. solu. matr.

**SOLVTVS** dicitur cui libera facultas recedendi est. l. qui neque de Ver. sign.

**SONTICVS** morbus est ille qui perpetuò nocet, nisi sit curatus. vide supra Morbus.

**SORDES** apud Iuriconsult significat auaritiam.

**SORS** est ars diuinandi. Diuinationem autem proprie in malo sumitur. Item etiam fors idem est quod fortilegium, vt extra, de sorti. Item fors est portio hæreditatis, eo quod per sortes solent diuidi hæreditatum portiones. de præben. cum secundum Apostol. 21. distin. clerics. Sumitur etiam pro fortuna vel euentu. 26. q. 2. fors. Item pro capitali capitur, vt de vsur. c. 1. & 2. de hoc vide gl. in præ in Cle. in verb. fortis.

**SORTILEGIVM**, est quando aliquid per creaturam diuinatur. Et species diuinationis numerantur 26. quæ iis c. igitur. & eadem cau. q. 5. episc. & c. nec mirum.

**SORTILEGI** vel sortilegiste sunt diuinatores, vel isti qui sub nomine siue religionis per qualdam

dam, quas sanctorum, vel Apostolorum vocant sortes vel diuinationes, sententiam vel scientiam profitentur, siue diuinatione, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. vt 26. q. 1. c. 1.

**SOTVLARES** dicuntur, quasi subalternaria, à sub & talo. Et aliàs subboti, genus calciamenti: vt in c. ne in agro. de statu mo.

### De S ante P.

**SPADO** quis sit, vide ff. de Excusa. tuto l. spadonem & Instit. de adoptio. §. illud. & vide supra in verbo, castratus.

**SPECIES** significat terminum significarium plurium differentium numero, vt homo: ille terminus significat omnes homines inter se differentes numero: qui terminus homo significatur per hoc nomen species, provt est vnum de quinque prædicabilibus. Sed secundum legitas sumitur species quandoque pro indiuiduo: vt Scius, Stichus, fundus Cornelianus.

**SPECIES** apud veteres Iurisconsultos frequenter accipitur pro eo quod recentiores dicunt casum, aliquando tamen significat id quod fit ex aliqua materia, vt in §. cum ex aliena. Instit. de rer diuis. quandoque ponitur pro parte. §. nunc autem. Inst. de iure nat. & l. 2. de liber. agnosc.

**SPECTALE** delictum quod, vide in Verb. delictum.

**SPECIOSAS** personas, accipere debemus clarissimas personas vtriusque sexus: item eas quæ ornamentis senatoriis vtuntur. l. speciosas de Verb. signific.

**SPECTABILES** qui, require supra in ver. magistratus, & est optima gl. in Auth. vt ab illustri,

**SPECTACVLA** sunt quæ sunt in loco, vbi Iudebant tragædi & comædi, vt dicunt Græci, & habetur in Auth. de consulibus. & spectaculum prohibitum est provt importat effusionem sanguinis. C. de gladi. l. vnic. lib. 1. f. & leg. legatum, ff. de vsu & vsufr. sed ludi permittebantur ad læificationem populi, vt comædiæ & similia, l. 2. & 3. C. de spect. li. 6.

**SPECVLARIA**, quorum fit mentio in l. quæsitum. §. itaque. de fun. instru. conficiebantur ex speculari lapide in tenuissimas cruftas secto, & pellucido, vt tradit Alciatus in l. malum. de Verb. sign.

**SPECVLARII** inter artifices nominantur, l. 1. C. de excu. artific. lib. 10.

**SPECVLATORES** propriè dicuntur præsides prouinciarum, l. 1. de priui. art. & l. ordinariorum. C. de cohort. lib. 12. & eorum auctoritas est magna, Panor. in c. suspensionis. de Officio deleg.

**SPECVLVM**, quasi exemplum est. c. eniuero. 19. dist. vnde ecclesia Romana est speculum aliarum, vs d. c. eniuero. & est triplex speculum, secundum Archi. in §. ecce. 36. distinctio.

**SPECVS**, est altus locus supra terram, per quem ducitur aqua. ff. de Riuis. l. 1. §. specus. Item imponitur pro fossa qua colligitur aqua, & est ampla & rotunda. ff. de aqua plu. arcen. l. supra iter. vbi gloss. ponit differentiam inter specus, & cuniculum. vide supra in littera C.

**SPERANT**, id est, putant. Instit. qui, ex cau. manumit. non licet. §. in fraudem. versic. saepe.

**SPHAERISTERIVM**, locus est vbi pila luditur, nam sphaera pila interpretatur, & sphaeristes qui pila ludit. Sueton. in Ve-

spasiano. [Fauces, inquit, cæteraque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret.]

Plin. in epist. [Apodyterio superpositum est sphæristerium.] Lampridius in Seuero scribit eum dedisse operam sphæristerio. Vlpianus li. 17. in tit. mandati, l. si quis mihi: [Hypocausta, sphæristerio, & quædam ipsius valetudini apta sua impensa faceret.] Accurs. velut ostio quodam percussus diuinat sphæristerion esse locum amœnum herbis. Ant. Nebr.

**SPHÆRISTERIUM**, de quo in lege si quis mihi ff. mand. locum fuisse in balneis Bud. putauit. Lamprid. in Alex. accepisse videtur pro loco ad ludum pilæ accommodato.

**SPICA** nardi, quæ spica quoque cilissa vocatur, Græcè dicitur stachys nardi, de qua inter cætera Iuriconsultus meminit in titulo de Publicanis. lege interdum. [Nardi stachys, inquit, id est, spica nardi.] Nebriss.

**SPICVLATORIS** pro apparitoribus. l. diuus. ff. de Bon. dam. Legendum ibi speculatores, & sunt carnifices. Firm. lib. 2. c. 26.

**SPOLIATIO**, est à possessione rei immobilis violenta & iniuriosa deiectio, vel rei immobilis ablatio. dicitur violenta, quia si quis sponte possessionem suam renunciauerit vel abiurauerit, locum non habebit spoliatio, & per consequens nec restitutio: nam restitutio spoliatorum est ablatorum in iudicio redintegratio. Et quia credendum est canones loqui sano intellectu, spoliatus intelligitur in casu quo criminaliter accusatur, qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affisimat, quia nec nudi contende-

re, nec inermes inimicis nos opponere debemus. Habet enim spoliatus priuilegium vt nō possit ex vi iam pudatus: vt est text. in capitulo frequens. de Restit. spol. lib. 6. Vnde,

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Vide Goffre. in Sum. de restitut. spol. vbi prædictam definitionem spoliationis subtiliter declarat.

**SPONSVS & sponsa** sunt qui inter se de futuris nuptiis promittunt per verba de futuro, à spondeo sic dicti, id est, promitto, vt l. 3. ff. de Sponsa.

**SPONSA** dicitur etiam quam pater spondet alicui futuram sponsam seu vxorem: vt l. 2. ff. eodem titulo.

**SPONSALIA** sunt futurarum nuptiarum conuentio & repromissio. ff. de Sponsa. leg. 1. & 30. q. 5. nostrates, & ita iste consensus est de futuro matrimonio. Consensus verò nuptiarum est de præfenti matrimonio. Sed dicit Placcen. eundem esse consensum sponsalium & nuptiarum. Sponsalia autem dicta sunt à spondeo. nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores futuras: vt l. 2. ff. eod. tit. & inde sponsi & sponsæ appellatio nata est, & certe stipulatio potest interuenire, sed non necessaria. Et nota quod sponsalia dissolui possunt pluribus modis, secundum Ioan. And. in tractatulo super quarto decretali, & not. super rub. de sponsa.

**SPONSALITIA largitas** dicitur, quod dat sponsus sponsæ, sine animo tamen recompensandi, sed omnino gratis, vel econuerso. Et ista donatio dicitur contractus de iure ciuili, vt in §. ius autem gentium, Insti. de iure na.

gen. & ciui. in gloss. super verbo, pene.

**SPONSIO** appellatur omnis stipulatio promissioque, etiam quæ non fit per sponsi interrogationem. l. sponsio. de Verborum sig. hinc & sponsor dictus, licet glo. in Auth. de fideiuss. eum tantum sponsorem esse crediderit, qui sponte & à nemine rogatus pro alio se obligat.

**SPORTULÆ**, sunt salaria apparitorum, vel secundùm Azon. C. eod. tit. sortè apparitores ista non sibi sed pro fisco recipiebant, & illa reponebantur in sporta vel in aliquo simili vase: vt corbe, in quo consueverunt aliqua portari, & ita sub tuta custodia fisco conseruabantur: & sic continentia ponuntur pro contentis, vt Cod. de Spor. & sump. in rubro & nigro. Appellantur sportulæ & iudicantium mercedes.

**SPURCO**, spurcas, præter eam significationem quam habet in promptu, significat etiam vinum aqua diluere: quoniam, vt ait Festus Pompeius, spurcum vinum dicebatur, quod erat aqua mixtum. Vlpianus ad legem Aquilianam. l. si seruus. [Qui vinum, inquit, spurcauit, vel acerum fecit.] sed & aquæ dicuntur spurcari, cum corrumpuntur aliqua re quæ illas vitiet iniecta. Paulus de extraordinariis criminibus. l. i. [Si aquas, inquit, spurcauerit.] Nebris.

**SPURCA**, est aliquod turpe, per quod aqua turbatur. lege apud Trebatium, ff. de Aqua pluvia arden. l. si seruus seruum. §. inquit, ff. ad legem Aquil. & lege i. §. i. ff. de extraordi. crim.

**SPURCARE** vinum, est aqua infusa vitiare: & ita sumitur in d. l. si seruus, ad Legem Aquil. vt ibi

annotauit Bud. ex Festo.

**SPURIUS** dictus est, qui Græcè dicitur nothus, sic appellatus, vel quasi sine patre, vel ab eo quod est Græcè *σπύργος*, quod significat pudenda, nam sporus est semen. In primo Institutionum lib. in tit. de nuptiis, mendum est manifestum, spadon, pro eo quod esse debuit spora [Solent, inquit, filij spurij appellari à Græca voce spadon,] tu lege *σπύργος*. Nebr.

**SPURIUS**, est filius ex incestuosis nuptiis natus, & dicitur à Græca voce *πατρὶς τῶν σπύργων*, quod est vulgo conceptus, vel sine patre, vt ff. de Sta. ho. l. vulgo concepti. Vel est natus de concubina: vt de Renun. c. nisi cum prudem. personæ verò. in glo. quæ distinguit nothum, spurium, manserem, & naturalem.

**SPURII** qui dicantur, vide Pan. in c. tanta. ver. quinam sunt filij spurij, qui filij sint legi.

### De S ante Q.

**SQUALOR** est infectio propter multitudinem carceratorum. l. si quis. C. de cust. reorum.

### De S ante T.

**STABULARIUS**, is dicitur qui mercede in tabernam meritoriam viatores excipit, qui campones quoque dicitur Apuleius in i. de asino, [Pretio mansionis stabulario persoluto viam capessimus.] Idem in eodem. stabulum pro ipso loco dinerforij, ] Ianitor, inquit, ponè stabuli ostium humi cubitans. ] Vlpian. titu. de iniuriis. [Ad meritoria, inquit, vel stabula non pertinebit.] Vlpianus libro 3. Dige. titu. de iis qui notantur infamia. l. ab his.

tas, [puta, inquit, si caupo fuit vel stabularius.] Nebris.

**STABULA** antiquius pro diuersoribus & tabernis accipiebantur: unde stabularij dicti. Est tamen, quando stabulum positum inueniatur pro septis, quibus iumenta grægæque stabulantur, & ita ferè hodie hæc vox usurpatur, l. eo iure. in quibus cau. pig. vel hypotheca con.

**STABULARII** dicuntur qui aduocatis hospitibus & stabulariis præponuntur, à stabulis sic dicti. Qui verò sic receperunt, hospites: & qui sine equis, vocantur caupones.

**STADIUM**, est octaua pars miliaris Italici, quod (vt historicè refertur) Hercules vno anhelitu currebat, & postea stabat, & est spatium cætum & triginta passuum, secundum Azo. Instit. de Rerum diui. § vniuersitatis. in gloss. ver. stadia.

**STALLVS** in choro, & locus in capitulo censentur de partibus beneficij canonicalis Panormita. in capitulo cum inter. de renuncia.

**STATIM**, vide supra, in ver. facere. Et ibi dictis adde, quod hoc aduerbium statim, aliquando denotat idem quod ipso iure, secundum Ias. in §. rursus. Institut. de Actio.

**STATIO**, omnis, aliquando accipitur pro vigilis, vt apud Ouid. 1. Metamorph.

*Atque omnes in statione manebant.*

Modestinus tit. de re milit. l. desertorem. [Qui stationis, inquit, munus reliquit.] Hinc milites stationarij dicti, qui sunt vigilijs deputati. Vlpianus titulo de officio præfecti vrbi. l. omnia omnino. [Milites, inquit, stationarios habere ad tuendam popularium

quietem.] Aliquando statio accipitur pro porta in quem se recipiunt naues, aut ex tempestate aut negotiandi gratia. Virgilius 3. Æneidos:

*Nunc tantum sinus, & statio  
malesida carinis.*

Idem in 4. Geor.

*Deprensus olim statio tuisissima  
nautis.*

Vlpian. titu. de fluminibus. l. 2. prætor. [Stationem, inquit, dicimus à stando.] is igitur locus demonstratur vbi naues stare possunt. Nebr.

**STATIO** modò significat vigiliam, vt in l. desertorem. de Re milit. hinc stationarij milites: modò sumitur pro omni loco vbi naues stare possunt, l. 2. §. stationem. de flum. & ne quid in flumi. publi.

**STATIONARIJ** dicuntur milites, qui vt alicubi teneant stationem, sunt constituti. Possunt etiam dici librorum venditores, quia stationem faciunt pro libris vendendis. Item dicuntur elemosinarum quæstores. in cap. cum ex eod. de pæni. & remiss.

**STATIVA** dicuntur loca, in quibus aliquis moratur, à stando.

**STATORES** sunt nuncij, vel apparitores magistratum, qui eos in ins vel in carcerem ducunt. l. obferuare ff. de Offic. proconsul. & lega. licet ibi mendose legatur stratores, vt in l. in eadem. ff. ex quibus causis maio.

**STATVA** secundum Papi. est simulachrum, idolum, imago. Est differentia inter statuas & imaginem: quia in statua nihil est quod non designet effigiem hominis, in imagine est pictura sola, & multæ partes quæ nõ designant membra hominis, vt dicitur gloss.



gl. super rub. C. de Statu. & ima. & Azo. in Sum C. eod. tit.

**STATVIMVS** bene significat sententiam diffinitiuam, vt cap. in his. de Verborum significatione, & importat communiter nouum ius, secus decernimus & innouamus, vt in c. decernimus de iudic. & in cap. innouamus de Treu. & pa. Nam decernimus discussionem dubij, innouamus antiqui iuris renouationem, & statuimus noui iuris Promulgationem importat.

**STATVLIBER**, est qui statutam & destinaram in tempus vel in conditionem habet libertatem. l. i. de statulib.

**STATVS** est conditio hominis in qua vt plurimum potest, vt ait Plac.

**STATUTA** libertas, est libertas concessa sub conditione, vt dicendo, lego seruo meo libertatem, si natus ex Asia venerit.

**STATVM**, est ius ab homine positum, vel dispositio ex qua ius producit. nam est idem quod lex municipalis, seu ius civile quod vnaquæque ciuitas sibi constituit. Inst. de Iu. nat. gen. & civil. & significatur ius statuti ex verbis in statuto positis, quæ significant quod sonant, aut strictius, aut extensius, vel aliter prout obscuritas eorum declaratur, seu quouis medio probabili concluditur, de quo latissime Doct. maxime Bart. in leg. omnes populi. de iust. & iure.

**STELLATVRA**, nomen erat militaris annonæ, vt auctor est Bud. in leg. moris ff. de Pen.

**STELLIONATVS** crimen latissime patet, de quo apud Iurisconsultos titulus, est, atque vt semel dicam circa quod genus criminis lex stellionatus versetur. Vlpianus l. 3. ff. de Crim. stel. breui ostendit

diceas, quod vbiunque ex iure nomine caret, illic stellionatum obicimus: dictus est stellionatus à stellione animali venefico, atque hominum generi inuidente, quippe qui cum intelligat exuias multis morbis esse remedio, cum primum illas deponit, illico deuorat. Plinius libro 30. de stellione: [Nullum, inquit, animal fraudulentius inuidere homini tradunt:] Inde stellionum nomen in maledictam translatum à Grecis dicitur Ascalabotes: Aristoteli Colotes, vulgo persuasum esse Tarantulam bestiolam in Apulia notam. Ant. Nebr.

**STELLIO** dicitur qui animo inconstans & varius est verbo vel facto, vel qui rem aliquam obligauit alicui, & deinde impignorat alij, non facta mentione de primo: & generaliter quod in his criminalibus causis dicitur dolus, in ciuilibus dicitur stellionatus. Stellio enim proprie est animal variis maculis plenum & venenatum, simile lacertæ, & est corpore pictum, lucentibus guttis. vide de hec supra, crimen stellionatus.

**STICHVS**, est nomen proprium.

**STIGMA**, est signum vel instrumentum quo brachia fabricensium figurabantur, cui erat impressum nomen Imperatoris, facies verò eorum non figurabantur, vt leg. si quis. Cod. de Pen. secundum Ioan. Andr. in cap. si iudex laicus. de senten. excom. lib. 6. in gl. verbi agnoscitur.

**STYLVS** aliquando ponitur, id est, dispositio. Codice de sacrosanct. eccl. lege 1. Item quomodo differt ab vsu vel consuetudine, vide ff. de leg. l. de quibus. & Ioannes Andreas in not. in cap. fin. de consuetud.

- STIBLICIDIVM** quid sit, vide Inst. de serui. §. item prædiorum.
- STINARIJ** dicuntur amatores, iisdem dicuntur carnearij.
- STIPATVS**, id est, vallatus, fulcitus, secundum Io. Andr. in cle. pastoralis, ver. stipatum. de Re iu.
- STIPENDIVM**, merces militum, à stipe, hoc est pecunia. l. ager. de Verb. sign.
- STIPES**, est persona à qua alij originem ducunt.
- STIPTERIA** Græcè, Latine interpretatur alumen, quo verbo vtitur sæpe Galenus, vel potius Galeni interpres: dictaque est stypteria à *στυπνω*, quod est astringo, quoniam alumen vim habet adstringendi. Ulpianus titulo de rebus eorum quæ sub tutela. leg. sed si. [ Si lapicidinas, inquit, vel quæ alia metalla pupillus habuerit stypteria vel cuiuslibet alterius materia. ] Nebr.
- STIPTERIA**, cuius mentio fit in l. 3. de Reb. eo. qui sub tute. significat alumen, ostendit in Parer. doctissimus Alciat.
- STIPVLA** illecta dicitur culmus cum spica non collectus, sed in merendo derelictus, quem postea rustici, cum superest ocium, colligere solent. l. Sylua. de Verborum signific.
- STIPVLATIO**, est firma verborum conceptio, qua quis aliquid se facturum daturumve promittit alteri super hoc ipsum interroganti, & dicitur à stipite. Constat autem stipulatio ex interrogatione præmissa, & responsione subsequenti, quemadmodum contradictio ex affirmatione & negatione, hoc modo, promittis vel dabis mihi decem? promitto vel dabo tibi. Quandoque dicitur stipulatus ille qui promittit alicui stipulæve passivè. Sicque stipulatio
- est solennis promissio facta inter, rogatione præcedente & responsione sequente.
- STIPVLATIONVM** alia est pura, alia conditionalis, & alia in diem.
- STIPVLATIO** pura est, quæ nec fit sub conditione, nec in diem, sed purè, vt dicendo, dabis hoc? dabo.
- STIPVLATIO** conditionalis debet fieri sub conditione hoc modo, promittis mihi dare centum si navis ex Asia venerit? & respondes, promitto.
- STIPVLATIO** in diem fit hoc modo, dabis mihi decem in kalendis Iulij? & respondes, dabo.
- STIPVLATIO** Aquiliana, est quæ novat omnem contractum, vt si quidquid mihi debes ex quacunque causa idem mihi promittis: si enim ex mutui datione mihi debitor sis, velimque acceptum ferre, id est, per acceptilationem remittere, non poterit res experi nisi per obligationem quæ in rem contrahitur Require supra. Aquiliana actio.
- STIPVLATIO** prætoriana ideo dicitur, quia à mero prætoris officio proficiscitur. Institut. de diu. stip. §. prætoriana. & harum stipulationum prætoriarum videntur esse tres species, scilicet iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales eas dicimus quæ propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat iudicatum solui, & ex operis no. nuncia. Cautionales sunt, quæ instar actionis habent, & vt fit novatio, intercedunt, vt de legato stipulatio, & de tutela, & rata rem haberi, & damni infecti. Communes sunt stipulationes, quæ sunt iudicio sistendi causa. Et omnes stipulationes natura sui sunt cautionales,

les, hoc enim additur in stipulationibus, ut quis cautior sit & securior interposita stipulatione.

**STIPULATOR**, aris, verbum frequens est apud Iurisperitos, significatque promittenti assentire: & fere ad aliquid sunt promitto, & spondeo, ei quod est stipulor: ut si dixerero, promitto tibi centum aureos tu respondebis, stipulor à te centum aureos. Hinc nascitur contractus stipulationum sponsonumque. Seruius Sulpit. in lib. quem scripsit de dotibus, citaturque à Gellio lib. 4. Noctium Atticarum: [Qui uxorem, inquit, ducturus erat ab eo unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, item spondebat ducturum: tum quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui sponderat ducturum, sponsus.] Colum. lib. 11. [Fenoris, inquit, tui Siluine quod stipulanti sponderam tibi] Diciturque est stipulari, ut ait, Varro de lingua Lat. à stipe, hoc est, pecunia, quoniam qui pecuniam obligat, stipulari dicitur, hinc stipulatus, us. Papin. in tit. soluto matr. l. post dotem. [Non erit impediendus pater, quò minus ex stipulatu agat.] Neb.

**STIPULVM** veteres firmum appellabant. forte à stipite descendens secundum Iustin. in §. 1. de Ver. oblig. Inst.

**STIRPES** sunt ferulæ seu virgultæ, quæ de radicibus nascuntur.

**STOLA**, vestis erat ad talos demissa matronarum insigne. Ouid. 2. de Tristibus,

*Quas stola contingit, & stola sumpta decet.*

Vlp. de Auro & arg. leg. l. vestis.

[Muliebria, inquit, sunt, veluti stola, pallia, tunica.] Neb.

**STRAGULA**, species erat antiquitus vestis muliebris. l. vestis. de aur. & arg. leg.

**STRAGVLVS**, a, um, est quod sterni solet aut lecto, aut strato, aut equo, aut iumento, ut melius iaceas siue sedas. Hinc vestis stragula, ephippium stragulum, & stragulum substantiue. Varro de Lingua Latina: [Quidquid lecto sternebat, à sternendo stragulum appellabant.] Apuleius lib. 4. de Asino: [Vestem stragulam subiectam iactare consuevit.] Plin. lib. 7. [Fraxinos & stragula equorum Pelotronium inuenisse ferunt.] Vlp. tit. de Verb. sig. leg. instratum. [Instratum, inquit, omne vestimentum contineri quod iniiciatur, Labeo ait, neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium.] In visu ergo vestem accipiemus non stragulam, stratum, omnem stragulam vestem. Nebriss.

**STRAGVLA** vestis est. l. vestis. §. 1. & fra. ff. de auro & argento lega l. 1. iuncta l. seq. & l. quæ situm §. sed si fundus. ff. de fundo instr.

**STRAMENTA** dicuntur calami frumentacei spicis demissis, dicta à stando, siue à sternendo. Varro 1. de re rustica: [Cum comprehendit, inquit, fascem spicarum defecat, & stramenta stantia in segete relinquit.] & paulò post [Alij stramentum à stando dictum putant, quasi stamen. Alij à statu quod substernatur pecori, Calami igitur qui lecto insternuntur, stramenta appellantur.] Vlpianus lib. 19. tit. de actionibus. Digest. empt. lege fundi. [Fundo, inquit, vendito, vel legato sterquilinum & stramenta emptoris & legatarij sunt.]

**STRAMENTA** dicuntur quicquid solo quiescendi gratia insternitur, veluti stozæ, paleæ, & mattæ, quæ vulgò dicuntur mattaracia, lege quos. §. ultimo, vbi Alciatus de Verborum significatione.

**STRATORES** etiam à sternendo dicuntur, quia custodientes in carcere reos condemnatos puniebant: vel stratores dicuntur esse isti, qui stabulis vel equis stantibus in eis præsent. Et dicuntur à stratorio, id est, stabulo, secundum Accurs. Cod. de strato. libro 12. in rub.

**STRATVM** dicitur generaliter omne genus vestis, vel omne indumentum vt ff. de Verborum significatione, l. stratum, aliàs intratum: sed magis propriè vestes cubiculares dicimus stratum, à sternendo. Etiam via publica strata dicitur.

**STRATVRA**, est locus vilis ad iacendum dispositus, in Auth. de monachis. §. cogitandum.

**STRENA**, est donum factum kalendis Ianuariis. C. de Aduo. diuer. iudi. l. laudabile. & 37. distinct. legant episcopi.

**STREPITVS**, id est, clamor vel tumultus, extra, de electione. c. quorundam. in princ. lib. 6. per Archidia. & dicitur quandoque vocatio. l. 2. Cod. de epif. & cle. & de causis commissis sine strepitu & figura iudicij Clemen. sæpe & ibi plene per Ioan. Andr. de Verbor. sig.

**STREPITVS** iudicialis, extra, de fer. cap. ultimo, & vide Cod. de fals. l. vbi.

**STRICTI** iuris quot modis dicatur, vide Cod. de Iudi. leg. placuit. & per Archidia. de appell. cap. fin. lib 6.

**STROBYLVS**, dicitur tum arbor fe-

rens nuces pineas, tum ipsæ nuce pineæ. Plin. lib. 16. de pini generibus: [Eisdem, inquit, arbores esse per oram Italiae, quas strobylos vocant.] Galenus lib. 2. alimentorum. cap. de pineis nucleis. [Vocant, inquit, ipsos qui nunc Græci, non conos, sed strobylos.

Idem in 7. decameridon: [Quos omnes, inquit, Græci nominant strobylos, antiquitus ab Atticis dicebantur coni.] Vlpian. tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. [De pinu, inquit, integri strobyli.] Idem tit. de Verborum sign. leg. carbonum, superiora verba repetit. Nebr.

**STRUCTILE** opus. Require, Opus structile.

**STVDIVM** (vt dicit Azon.) est vehemens & assidua ad aliquam rem agendam cum summa voluntate occupatio, ex qua voluntate labor in opus defertur, & perit laboris tædium versus in oblectamentum.

**STVDIVM** liberale & latinum olim tantum erat Romæ & Constantinopoli, in aliis autem locis non nisi ex privilegiis, vt Cod. de stu. lib. in rubro & nigro. lib. 11. in princ. Digestorum, §. hæc tertia. hodie Imperio scisso studium in multis locis fit, & maxime Bononiæ, quæ legalis studij obtinet monarchiam.

**STVPRVM**, est illicita virginis defloratio, quamuis in vidua committi dicatur, nisi sit meretrix vel licita concubina secundum leges, ff. de Concubi. l. in concubitu. in fin. Item committitur in pueris. ff. ad leg. Iul. de adult. l. itaprum.

### De Sante V.

**SVARI**. Require supra. Porcarij.

**SVASTO** accipitur in bonam partem vel etiam in malam. ff. de Ser. cor. l. 1. §. persuadere. & C. de Fur. & ser. corrup. l. si quis.

**SVB**, aliquando exponitur, id est, post, de Interd. & releg. l. 1. Aliquando id est coram C. de iureiur. l. generaliter. §. fin. Item sub, qualiter ponatur, not in l. Mathematicos. C. de Episc. audien. & vide ibi gloss.

**SVBARRHATIO** fit per anulum datum sponsæ sine aliis verbis, fit etiam aliis modis, vt not. in c. si quis vxorem 27. q. 2. & in c. si. de despon. impub.

**SVBDIACONI** dicuntur, qui subiacent officiis & præceptis Leuitarum. c. clericos. 21. distin. & eorum officium est calicem & patenam ad altare deferre, & Leuitis tradere cap. perlectis 25. distin. nec debet aliquis ordinari in subdiaconum, nisi promissa castitate, 28. di. §. ecce. & ca. 2. sequen. & tempore Apostolorum Subdiaconatus non erat ordo sacer. cap. nullus. 60. dist. hodie fecus, cap. à multis. extra, de ætat. & qualitat.

**SVBDISVNCTIVA** coniunctio à Grammaticis sic definitur, quæ voce disunctiua vtrumque adesse significat, vel simul vel discretè, vt [ Alexander siue Paris ] ( nam qui prius vocabatur Alexander Primi filius, postea cognominatus est Paris, ) dormit vel disputat, nam potest neutrum facere. Sed de particula subdisiunctiua, quanquam ad grammaticam pertineat differere, copiosissimè disputauit Proculus Iuriconsultus in tit. de Verb. signif. l. hæc verba, & Nebr.

**SVBDISVNCTIVA** est, quæ diuersa diuidit, siue eâ simul esse possint, siue non diuersa autem hic intel-

ligenda sunt, quæ habent medium, veluti cum dicimus: aut sedet, aut ambulat, quorum medium est accumbere siue stare. Idem si inuicem non repugnent, vt cum dicimus, omne animal aut agit, aut patitur: potest enim simul & pati & agere. l. hæc ille aut ille. ff. de Verb. signif. Sed & quoties sensus iniungitur, licet verba disiungantur, subdisiunctiua est, vt [ Alexander siue Paris. ] Bart. in rub. C. de Nauicular. lib. 11. Idemque si aurum vel argentum à te petam, non enim alterum peto, vt alterum excludam, cum vtrumque sim paratus accipere.

**SVBDITVS** propriè dicitur ratione domicilij, gloss. est in Clement. vnica, in verbo subditos, de foro competenti. & vide Panorm. in cap. 3. de Appellatio & in glo. in capitulo nuper. de sent. excommuni. & glossa est in c. statutum. §. cum verò. de rescriptionibus. lib. 6.

**SVBGRVNDÆ**, sunt tegulæ pro-pendentes extra tectum domus ad parietum defensionem, ne imbribus corrumpantur. Varro lib. 3. de re Rust. [ Aues subtus subgrundas, inquit, ab initio vil-latico vsas tecto. ] Vitruuius libro 10. [ Pinna, inquit, ex tabulis & supernè subgrundis proclinatas. ] Tabolæus de Verbor. significatio. l. malum nauis [ Inter proiectum, inquit, & immis-sum hoc interesse Labco ait, quod proiectum esset id quod ita prouheretur, vt nusquam requiesceret, qualia mansiana & subgrundaria essent, ] id est. tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Plinius tamen [ subgrundas ] accipit pro tegulis inferioribus; nam in tectorum

structura duo sunt ordines regularum, alter supernarum, alter infernarum. Scribens namq; 25. de duobus Sedi generibus, hoc est, maiori & minori: dicit minorem appellari hypostegon: & subdit causam cur sic appelletur, quoniam in subgrundis ferè nascitur, hoc est, in tegulis inferioribus, id quod vulgò videmus in testis nasci. Ant. Nebr.

**SVEGRVND A**, est vna pars testis vniuscuiusque domus, quæ incumbit extremis capitibus tignorum testualium, vt ff. de his qui deiec vel effuder. l. si verò. §. prætor ait Et aliàs dicitur subgrauida vel subgrauia.

**SVBHASTARI**, est rem vanalem proponi hasta supposita, quod frequens est circa prædia, quæ nunciantur vel censentur sicut vtcare, & sic per subhastationem plus offerenti debetur.

**SVBHASTATA**, i. præconizata. l. ordo. Cod. de execut. rei iudic. & de subhastatione habetur in auth. hoc ius porrectum Cod. de sacrosanctis eccles. & qualiter fiat, vide Spec. in tit. de empt. & vendit. § 4. vers. hoc quoque. & per Bart. in l. licitatio. ff. de Publ. & in l. si tempora. C. de fide instr. & iur. hast. fisc.

**SVBIECTIVVM** est de natura subiunctiui. Felinus pulchrè in capitulo ad hæc. de Rescriptis, & c. i. post principium, de testib. cog.

**SVBNOCTARE** dicimur cum quasi inventarium conficimus, adscribimusque quot corpora instrumentorum sint, & de qua re. leg. fin. de bon. auct. iud. poss.

**SVBORNATIO**, est informatio facta per aliquem de veritate tacenda, & falsitate dicenda, secundum Gulielm. de Men. Laud. in Glem. testibus, de testib.

**SVBPNCTARE** litteram, est eam damnare punctis suppositis, vt quando littera superflua inferius punctatur, vt habetur supra, in littera C. de Verb. Cancellare.

**SVBROGARE**, est aliquem in locum alterius substituere, vel constituere, vt officiales vel iudices alios subrogant. Et potest scribi r, pro b. cõmutando, vt surrogare.

**SVBSELLIVM**, est sella inferior. Varro de lingua Latina: [A sedendo, inquit, sella & selliquastrum, deinde ab his subsellium vt subsidere quod non planè sapit, sic subsellium dicunt, quod non planè erat sella Iuuenalis:

-- sed cum fregit subsellia versa,

Florentinus de supell. leg. l. suppellectili. [Trapezophora, delphica subsellia] Item de Acquir. rer. dom. l. adeo. Neb.

**SVBSDIARIA** actio. Requirit supra, [Actio subsidiaria.]

**SVBSIGNARE**, est subscribere, vt testes in chirographo solent signare, & quasdam notulas subscribere Et quando subscribens se consentire dicatur, & quando non, est bona gl. in c. si quis presbyterorum, in verb. subscripserit. de Reb. eccles. non alienand.

**SVBSSISTO**, pro eo quod est adhaereo, siue dubito: nam qui incedens subsistit, videtur de aliqua re deliberare quid agat, vt de Æneia Virg. l. Æneid. dixit:

*Substitit hic, arcumque manu  
celerèsq; sagittas.*

*Corripuit.*

Callistratus lib. 50. tit. de iure immun. l. semper. [Subsisti, inquit, potest an prohibendi sint à præside.] Item Vlp. lib. 3. tit. de procup.

procur. l. seruum. [Quantum, inquit, ad filium familias verum est, in seruo verò subsistimus] Hic serie verborum coactus Accurs. non potuit nisi verè interpretari, exponens pro eo quod est dubio. Nebr.

**SVBSTRERE** est dubitare. l. semper. de iure immunit. & l. seruum. de procurat.

**SVBSTANTIA**, est per quam materia in certam speciem deducitur, vt in vasis vel vestibus artificii: in emptionis contractu, pretium: & ita differt à materia, forma, & solennitate. de quibus dictum suo loco. Doctores tamen quandoque hæc nomina indifferenter vsurpant, diffiniuntque substantiam generaliter esse quæ necessario ad rei essentiam requiritur. Nonnunquam etiam substantia significat patrimonium, vt in l. vlt C. de Verb. signif.

**SVBSTANTIVVM** reuertitur ad adiectiuum, vt ratio & vindicta, id est, rationabilis vindicta. ff. de Offic. procur. l. obseruare. §. proficisci. & de Aqua plu. arc. l. i. in princ. Item substantiua duo copulata quandoque resoluuntur in adiectiuum, & alterum ex ipsis duobus substantiuis, vt vis ac potestas, id est, violenta potestas, ff. de tutel. l. i.

**SVBSTITVTIO**, est secunda conditionalis institutio, quia institutio dicitur primus gradus, & substitutio secundus. Et licet substitutiones in infinitum de vno in alium possint procedere, tamen omnis institutio post primam dicitur substitutio, & secundus gradus, sicut secundæ nuptiæ dicuntur omnes, quæ sequuntur primas. Et diuiditur, quia substitutio alia est directa, alia obliqua. Et not. differentiam in-

ter verbum directum, obliquum, & commune. Vnde directum est quod significat, vt ille, cui relinquitur, vel in quem disponitur, sua manu recipiat, vt est verbum institutio, vt patet ff. de Hæred. instit. Itè Illud, hæres esto, vt ibidem. Itè accrescat, similiter verbum capiat, vel accipiat Sed verbum obliquum est, quod significat, vt ille in què disponitur, vel cui relinquitur, de manu alterius accipiat, vt est verbum Restituo. facit l. restituta. ff. ad Trebell. & per tot. tit. Item volo. & quando per fideicommissum pars hæreditatis est restituenda. l. pater filium. §. fin. ff. de Legat. 3. Item verbum Rogo, &c. Sed verbum commune est, quod vtramque significationem habet, siue de manu sua, siue de alterius recipiat, vt est verbum Substituo, sicut in l. Centurio. ff. de Vulg. substit. Habet enim quandoque directam significationem, quandoque obliquam.

**SVBSTITVTIO** directa dicitur, cum nullo mediante quis capit hæreditatem definentis, & directè, efficitur hæres ipsi testatori, qui instituit eum. Instit. de Pupilla. substit. §. quo casu. Et hæc subdividitur: quia alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, siue reciproca, alia compendiosa.

**SVBSTITVTIO** vulgaris dicitur, quia vulgò ei à quolibet fieri potest, dum tamè hic testamentum facere, & ille ex testamento capere possit. Et hæc diuiditur, quia quædam est vulgaris expressa, & quædam tacita. Substitutio vulgaris expressa est, quæ fit verbis negatiuis expressis, hoc modo, Titius hæres esto. & si ipse hæres non sit vel erit, Seius hæres esto,

esto.] id est sit: sic enim instituo mihi Titium heredem, ut si ipse noluerit, vel non potuerit esse heres, sit heres Seius. [Substitutio vulgaris tacita, fit per verba affirmatiua, veluti cum non miles puberem & impuberem heredes instituit, hoc modo, [Sei impubes, & Mzui pubes, heredes estote vel sunt, quos vnanimiter inuicem substituo.] vel sic, & in idem redibit, [puberem Seium & impuberem Mzuium heredes facio, & eos sibi inuicem substituo] ex qua substitutione colligo, quod si vnus non fuit heres, vel si vnus moriatur, alius infolidum fit Et dicitur vulgaris, quia fit à quolibet de vulgo, siue in potestate, siue non. Et dicitur tacita, quia puberem tacite vulgariter impuberi substituit, quæ substitutio magis esset pupillaris, nisi propter adiunctam personam. Sed in milite talis substitutio pupillaris est propter privilegium militis. Quæ substitutio, quantum ad puberem attinet, vulgaris est: quantum ad impuberem, pupillaris, quoniam si pubes hereditatem adeat pro parte sua, non euanescit substitutio prius facta: sed si impubes hereditatem adeat, priusquam expleuerit pubertatem, euanescit, vnde sub expressa pupillari continetur tacita vulgaris. l. nam hoc iure. ff. de vulgari & pupill.

**SUBSTITVTIO** pupillaris est, quæ soli pupillo & impuberi fit Et est etiam duplex, alia expressa, alia tacita. Substitutio pupillaris expressa fit hoc modo, [iste filius meus impubes heres esto, & si heres non erit, aut si heres erit, & intra pupillarem ætatem decesserit, ille heres esto: vel sic, Instituo mihi in heredem T. fi-

lium meum pupillum, & si non erit heres, aut si erit heres, & infra annos pubertatis vel in pupillari ætate decesserit, substituo ei Seium: hæc dicitur expressa substitutio, quia in ea omnia verba exprimuntur, quæ exprimi oportet. Substitutio pupillaris tacita est hæc, [Filius meus impubes heres esto, & si ille non erit, ille heres esto,] vel sic [quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo] Hæc dicitur tacita, quia verba quædam non expressa hic tacite subintelliguntur, quæ exprimuntur in expressa substitutione pupillari. Nam per hoc tacite intelligitur, quod si filius decesserit in pupillari ætate, ille qui erit heres patri, erit heres filio. Et debentur illæ pupillares substitutiones solis pupillis in potestate parentum existentibus, & ab ipsis parentibus fiunt: per quod euidenter patet, quod non à matre, sed à solo patre fiunt, cum mater filios non habeat in potestate. Sed nunquam substitutus ex pupillari expressa repellitur à matre pupilli, & substitutus ex tacita repellitur à matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Item qui est substitutus ex pupillari substitutione, fit heres ipsi pupillo: ille verò qui est substitutus ex vulgari, fit heres ipsius testatoris. Item pupillaris tacita intelligitur esse vulgaris expressa, quia mater substituitur pupillo, & hoc propter privilegium matris. Item eodem modo quando quis pupillo vel alij substituitur propter adiunctam personam.

**SUBSTITVTIO** exemplaris vel exemplaria est, quæ fit à parentibus vtriusque sexus filio furioso vel mente capto. Et dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris



laris substitutionis: quia sicut pater prouidet filio pupillo, qui testari non potest, de hæreditate, ita prouidet filio mente capto vel furioso, & hoc modo, [ T. filium furiosum vel mente captum mihi hæredem instituo, & si decesserit furiosus vel mente captus antequam ad sanam mentem peruenierit, substituo ei talem filium suum vel fratrem, vel aliquem alienum, si deficiat filius, vel frater. ]

**SUBSTITUTIO** breuiloqua siue reciproca est, quæ continet duas vulgares & duas pupillares substitutiones, ut duo impuberes instituti à parente, qui habet eos in potestate, inuicem substituuntur hoc modo, [ S. & T. filios meos impuberes mihi instituo hæredes, & eos inuicem substituo. ] Unde, quia continet expressam pupillarem, si aliquis prædictorum decesserit in impuberi ætate, mater impuberis decedentis omnino repellitur, & succedit substitutus: & hanc substitutionem lex appellat reciprocam: & omnes quatuor expressæ sunt.

**SUBSTITUTIO** compendiosa, est quæ fit sub verborum compendio, quæ verba in pupillari expressa sunt proluxiora: & ex hoc dicitur compendiosa, & debet fieri hoc modo, [ Instituo Titium filium meum mihi in hæredem, & quandoque decesserit sine filiis, substituo ei Seium ] vel sic: [ Iste filius impubes hæres esto, & quocumque tempore decesserit, ille hæres esto. ] quæ substitutio tantum locum habet in milite. De hoc in lege precibus. Codice de Impub. & aliis substit.

**SUBSTITUTIO** obliqua, siue non directa & fideicommissaria, est illa, quæ fit per fideicommissum,

ut hic, Quicumque uestrum sine liberis decesserit, rogo ut eius portio ad superstitem perueniat. & quando quis instituit hæredem, & eius fidei committit ut quam citò possit eius hæreditatem adeat, & eam alteri certæ personæ, cui & quando testator voluerit restituat, videlicet tali die, vel sub tali conditione, si decesserit sine filiis, ut si forte in ea conditione fuerit, quod testator magis diligit eum, ut ex testamento eius directo nihil capere possit: putà quia directè & immediatè capax non est (qualis est spurius,) saltem hoc modo aliquid capiat & consequatur ex hæreditate, vel totam ipsam hæreditatem, ut C. ad Trebell. per totum quasi. & ff. eod. tit. in multis legib. & in c. Raynutius, & c. Raynaldus de testament. Et nota quod in substitutionibus fideicommissariis locum habet quartarum deductio, in directis autem non c. si pater. de Testam. lib. 6. est casus. & ibi vide gloss. De his substitutionibus est gl. in c. Raynutius. præalleg. & Inst. de vulga. & pupill. subst. per totum.

**SUBSTITUTVS** hæres. Require supra substitutus. Et nota quod in omnibus substitutionibus primò præcedere debet institutio, sicut primus gradus, & postea poni debet substitutio, ut secundus: hinc est quod dicitur institutus primus hæres, & substitutus secundus. l. cum proponas. Cod. de Hæred. instit.

**SVCESSTIO** naturalis, est ex parte matris: legitima est ex parte patris, Ita no. gl. sing. in l. i. C. unde vir & vxor.

**SUBSTRERE**, est ædificium à fundamentis deficiens fulcire. hinc substructio dicta parietis futura.

Vitruuius lib. 1. [ Non solum in muro, sed etiam in substructionibus. Columella lib. 1. Pro futura, inquit, & substructione fungetur. Vlp. lib. 43. tit. de riuis. l. 1. Verbo inquit, reficiendi, tegere, substruere, sarcire, continentur ]

**SUCCESSIO** quandoque fit de capite in caput, & quandoque de gradu in gradum, secundum Azon in summa de successio. edict. C. & ff. eod. tit. l. 1.

**SUCCESSIO** de capite in caput, est, cum deficiente primo capite liberorum, oritur secundum caput agnatorum, & isto deficiente succedit tertium caput cognatorum: & cognatis deficientibus succeditur quartò per ordinem, vnde vir & mulier vel vxor, vt Cod. vnde vir & vxor. in Authentic. præterea.

**SUCCESSIO** de gradu in gradum, est quando plures personæ sunt in eodem capite in diuersis gradibus, vna prior, altera posterior: nam propiori repulsa spe vel repudiatione, sequens succedit, vt ff. de Success. edic. l. 1. & C. eod. tit. per Azon. in Sum. Et ad pleniorrem, sc. doctrinam successuum ab intestato, sic est distinguendum. Aut dubitatur qualiter descendentes succedant ascendentibus, aut qualiter ascendentes descendentes, aut qualiter collaterales collateralibus. Primo casu, aut supersunt legitimi & naturales, aut legitimi tantum, aut adoptiui, aut naturales tantum, aut nati ex illicito coitu, vt spurij, &c. Si legitimi & naturales, aut supersunt tantum filij primi gradus, aut vltiores. Primo casu, aut omnes emancipati, aut omnes in potestate sunt, & tunc iure veteri & nouo succedunt æqualiter sublata differentia se-

xus, l. le. 1. 2. ra. Cod. de leg. hære. & Inst. de hæred. quæ ab intesta. defe. §. emancipati. C. de iuris & legi. hæred. leg. vlt. & authen. in successione. ibid. Aut supersunt quidam emancipati, & quidam in potestate: & tunc iure veteri Digestorum vocabantur emancipati de iure prætorio, existentes in potestate: de iure civili, omnes æqualiter, licet diuersis iuribus vocarentur. Cod. de Leg. hære. l. meminimus. ibid. cum igitur prætorum filium emancipatum, &c. Dig. de bo. poss. leg. sed cum patrono §. bonorum. In iure vero authenticorum vocabantur etiam emancipati, cum suis æqualiter, vt in authent. de hæred. ab intestato veni §. reliquum. ib. nullam, &c. Si vero supersunt vltiores, aut erant concepti viuente eo de cuius hæreditate agitur, aut eo mortuo. Si eo viuente, aut nascuntur eo superstitite, per quem coniunguntur, & constat eos excludi, si velit ille adire hæreditatem, quia præcedit eos in gradu. Sed si nolit vel non possit, quia moritur antequam adeat, vocantur vltiores per eum coniundi, & si soli & eodem gradu, vocantur æqualiter, sed cum patris vocantur in stirpes iure veteri & nouo. Idem si nascuntur mortuo patre: quia paria sunt eum non esse mortuum, & repudiare, & eum mori antequam repudiet. Si vero erant concepti mortuo eo, de cuius hæreditate agitur, nec prætorio nec civili iure vocantur, nec excludunt sequentes, vt hæc omnia euidenter probatur C. de suis & legit. hære. l. nepotes. & in authent. in successione ibid. præalle. & Inst. de hæred. quæ ab intesta. defe. §. cum filius, & in authent. de hære. quæ ab iure. §. reliquum præal. & ff.

& ff. de iniust. rup. & irri. testa l. si quis filio: Sane tamen hæc intelligantur esse vera, non a qualitate tituli. Cod. de his qui ante aper. tab. lege vnica, & de caduc. tol. lege vnica, §. in nouissimo. eodem casu, quando ius competeat adult. to filio, vt Cod. ad senatus consul. Orfi. lege vltima, prædicta procedunt si nascuntur eo exillente in potestate per quem coniunguntur. Si vero sit emancipatus, & nepotes reponantur, id est, remaneant in potestate eius de cuius successione tractatur, considerato iure ciuili antiquo, præferuntur nepotes, sed per edictum de coniungendis cum emancipato liberis vocatur simul, & tantum consequitur filius, quantum omnes nepotes ex eo nati, vt apparet ff. de Coniungend cum emanci. l. 1. §. inter ipsum. ff. de contra. tab. l. 1. §. qui habebat. & l. cum emancipatus. §. si pater. Sed iure nouo Authenticorum præferuntur filij, quia priores in gradu, cum sublata sit differentia patriæ potestatis. Et sic est correctus ille titulus de coniun. cum emancip. vt not. eodem titulo, leg. 1. in princip & Cod. de suis & leg. l. fin. & auth. in successione. ibidem. quod intellige vt ibi dicitur: nam titulus ille adhuc hodie manet, secundum Ias de Rauen. scilicet quoad successiones ex testamento. Si autem mortuo ascendente supersunt descendentes legitimi tantum, vt adoptiui, tunc si dantur in adoptionem ascendentibus per lineam masculinam vel femininam, succedunt eis ex testamento, & ab intestato, & exheredati habent querelam. Si dantur extraneis in adoptionem, aut moritur pater adoptiuus testatus aut intestatus. Si testatus, regulariter nihil relin-

Vos. Iur.

quere cogitur Fallit in casu si arrogatus sit impubes, cui cogitur quartam relinquere ex constitutione diui Pij. leg. Papinianus. §. si quis, ff. de inoffic. testament. i. a simpliciter dicit Cy Sed quid si inerat factus pubes, an debeatur sibi quarta, dic vt not. Codice de adop. lege 2. Si autem moritur pater adoptiuus intestatus, aut sine legitimis & naturalibus, & tunc secundum omnes succedunt adoptiui. Aut extantibus legitimis & naturalibus, & tunc, (reprobata quorundam opinione qui dixerunt contrarium) vocatur etiam cum legitimis & naturalibus æqualiter, si tempore mortis reperiantur in potestate. Hæc probantur Codice de suis & leg. l. fin. Tertio casu, quando mortuo ascendente, naturales tantum supersunt, aut extantibus legitimis, aut non extantibus. Primo casu aut decedit pater testatus, aut intestatus. Si decedit testatus, tunc potest eos instituire in vnciâ, vt lege 2. & in authentic. ibi posita. Codice de Natural. lib. Si intestatus, in nihilum succedunt, sed aluntur in authentic. de natural. lib. §. si verò Cod. de natural. lib. authentic. licet. Secundo casu, quando non extantibus legitimis filij naturales supersunt, aut extantibus parentibus, aut non extantibus. Si extant, aut decedit testatus. & tunc potest naturales instituire in solidum, parentibus relinquendo legitimam. Aut intestatus, & non supersit coniux legitima, & tunc succedunt in duas vnciâs, vt in authentic. licet. præalleg. Quarto casu, quando supersunt spurij, aut tractatur de successione lineæ paternæ aut maternæ paternæ spurij ex illicito coitu nati, nulli succedunt, in auth.

N

qui

quib. mo. nat. eff. sui. §. vlt. Sima-  
ternæ, aut tractatur de successione  
matris, aut successione contun-  
ctorum per matrem Si matris, aut  
non est illustris, aut illustris. Si  
primum, videlicet non illustris,  
aut supersunt spurij vulgò quæ-  
siti, aut supersuat spurij incestuo-  
si vel nefarij. Si sunt vulgò quæ-  
siti, succedunt matri indistinctè.  
vt ff. ad Tertullia. l. 1. §. 1. & Inst.  
eo. tit. §. nouissimè. Si sunt suscep-  
ti ex damnato coitu, non succe-  
dunt, vt in Authen. qui. mo. natu-  
ra. eff. sui. §. fin. Si verò mater est  
illustris, tunc aut extantibus in-  
filiis filiis, aut non Et dic, vt C. ad  
Senatufc. Orfic. leg. si qua. Si verò  
de successione coniunctorum per  
matrem, indistinctè succedunt per  
eis succeditur, vt Dig. vnde cog.  
l. si spurij & l. hac parte. Secun-  
do casu principali, scilicet quan-  
do agitur qualiter ascendentes  
succedant, aut superest pater &  
mater, vel mater tantum, aut vter-  
que simul cum fratribus vtriusque  
coniunctis, aut cum coniunctis ex  
altera parte tantum, aut super-  
sunt auus vel auia vnà cum fratri-  
bus. Primo casu iure veteri præ-  
ferebatur pater matri, si filius fuit  
in potestate, quia olim occupabat  
iure peculij, & quia erat agnatus,  
mater verò cognata, vt ff. ad Ter-  
tul. l. vlt. Item hæc erant tunc ve-  
ra in naturali & legitimo patre,  
secus in naturali tantum, quem  
non habet in potestate, & sic non  
habet beneficium manumissorum  
Item secus in legitimo, vt ff.  
ad Tert. l. partem. hodie verò fi-  
lius habet hæredem, & non occu-  
pat iure peculij, vt in authent. de  
iur. quæ ab intest. dese. §. 1. item  
sublata est differentia agnationis  
& cognationis, vt eod. tit. §. nulla.  
& ideo pater & mater pariter vo-

cantur, vt Codice ad Tertullia-  
num, in auth. defuncto. Secundo  
casu habet locum Inst. de ien-  
tus consul. Tercyl §. 1. quia hodie  
simul vocantur in portiones vi-  
riles, vt in auth. de hæred. ven. ab  
intest. §. consequens, & in auth.  
defuncto. præalleg. Tertio casu  
præferuntur pater & mater fra-  
tribus coniunctis ex altera parte  
tantum: vt in authentic. præal-  
leg. defuncto. & c. Quarto casu, est  
opinio inter Bulgarum ex vna  
parte, & Martinum & Ioanem  
ex altera, vt in iam alleg. authen.  
defuncto. Tertio casu principali,  
cum tractatur de successione col-  
lateralium, aut sunt fratres vtrin-  
que coniuncti tantum, & succe-  
dunt: vt ff. de suis & legi. hæred.  
leg. 1. §. vlt. aut supersunt coniu-  
cti ex altera parte tantum, vt vte-  
rini tantum vel consanguinei  
tantum, & tunc aut supersunt ex  
legitimè nati matrimonio, aut  
non Si primum, tunc succedunt:  
vt Codice de legit. hæred. auth.  
post fratres. Si secundò, aut sunt  
coniuncti per patrem tantum, &  
non succedunt: vt in authentic.  
quib. mo. natura. eff. iui. §. filium.  
Si per matrem, succedunt etiam  
spurij vel vulgò quæsi vt ff. vnde  
cogna. l. 2. Aut supersunt vte-  
rini tantum, & consanguinei tan-  
tum, & tunc pariter succedunt in  
bonis à se quæsiis, quia cognatio  
hodie ab agnatione non differt,  
vt in auth. post fratres. præal. Sed  
in bonis quæsiis à patre præfe-  
runtur consanguinei, & in quæsi-  
tis à matre præferuntur vterini,  
vt Cod. de legi. hæred. l. de eman-  
cipatis. Et in hoc non remanet il-  
la lex incorrecta. Aut supersunt  
vtriusque coniuncti cum consan-  
guineis tantum vel vterinis  
tantum & præferuntur in vnde-  
cun

cunque quæsitis, ut in auth. itaque. C. communia, de succel. Nam duplici iure utitur, ut in corpore vnde sumitur. Aut supersunt fratres & filij fratrum, & tunc succedunt, eadem distinctione seruata vtrinque coniunctorum, ut in auth. cessante, C. de leg. hæredi. dic ut ibi, vel supersunt etiã nepotes fratrum vel vteriores: & tunc qui prior est in gradu, potior erit in iure, auth. post fratres, præleg. secundum Dyn. cuius fuit hæc distinctio, paucis per Cynum additis, qui hanc ponit ad litteram C. communia, de succel. in authen. itaque. Et dantur super cap. auctoritate. de concess. præben. lib. 6.

**SYCCINUM**, gemma est ex gummi arboris glesariæ congelata, quem diximus à Græcis appellari electrum. Iuena

*In cuius manibus cœu pinguis succina tritas  
succina tritas  
Cernis ephemeridas. Martia.  
Inclusit tenuem succina gemma feram.*

Plin de succino, de que medicamentis ex eod. multa lib. 37.  
**SVCLA**, machina est tractorij generis, artemoni similis. de fucula meminit Vlp in l. sed addes. §. illud nobis ff. loca. & Cato de re rustica. [in instrumento torcularis tradit esse debere faculas quinque, funes ductatorios quinque, trochleas decem.]

**SVFRAGIVM**, est propriè patrocinium quod præstat aduocatus, aut consilium vel seruitium l. 2. q. 2. quicumque suffragio Quandoque ponitur pro salario quod debetur aduocato, secundum AZO. C. de suffra. Quandoque est consensus in scriptis redactus, scilicet

cum dicitur, ego B. nomino P. prælatum, & sic sumitur de electi. perpetuo. lib. 6. Est etiã auxiliu deprecationis pro animabus factum. De hoc vide gl. in c. cum creatura de celebrat. Missa.

**SVFRAGARI**, id est, auxiliari. Inde dicuntur suffraganei, id est, auxiliarij diœcesanorum episcoporum. de Elect. c. suffraganeis. vbi episcopi diœcesani dicuntur, archiepiscopi metropolitani.

**SVGGILLO**, as, pro eo quod est contundo, is. Vnde suggillata dicuntur membra quæ sunt contusa, vnde liuores saboriuntur. Plin. l. 30. Liuentia, inquit, & suggillata pulmones arietum sanant. Idem lib. 20. Sugillata & alios liuores legat. Sugillatum, ut inquit Festus, dicitur ex Græco, quod ea pars, quæ est sub collo, hypopion ab eis dicitur. Sed aliquando reperitur suggillo pro eo quod est derideo, propterea quod qui ex contusione liuores contraxerunt, derideri solent. Vlp. lib. 47. Dig. tit. de iniuriis. l. item apud Labeonem. Si quis, inquit, non ad suggillationem domini iniuriam seruo fecit. Nebr.

**SVGGILLARE**, id est, diminuere. l. sed & si hac §. prætor. ff. de in ius voc. not. per Arch. in c. fundamenta. de elect. in 6. & l. verbum. C. quibus ex caus. infra irrog. & l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de dol. except.

**SVMMA** secundum Pap. id est, suprema vel prima, quo ad tractatum. s. vel summa, i. breuis, ut Instit. d. actio. §. omnium. in glos.

**SVPHLECTILIS** appellatio, ne, quæ res contineatur, ex titulo qui est libro 32. Digest de supellectili legata, facile possumus intelligere. Quamquam enim suppellex videatur dici de stragula.

gulo tantum, siue Iodice, ab eo quod super lectum imponatur, etiam ad alia domus utensilia eius significatio se extendit, imò & ad alias res quæ sunt aut possunt alicui ornamento esse. Persi.

*Tecum habita, & noris quam sit tibi curia supellex.*

**SUPELLELEX**, est domesticum patris-familiæ instrumentum, in quo continentur menæ, scyphi, trapezophora, subsellia, culcitra, toralia, vasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, vasa ænea vulgaris, id est, non ad certum officium attributa, & cætera instrumenta domus, vt scribit Paulus l. 3. ff. de sup. leg. Dicitur autem supellex, (vt Labeo ait) quia hi, qui in legationem mittebantur, secum supellectiles deportabant, vt in l. Labeo. ff. de sup. leg. Quæ autem comprehendantur sub vocabulo supellectilis determinat Bal. in l. in legatis. C. de leg.

**SUPER**, hæc præpositio de suo significato significat in iure hypothecationem, & per hoc si testator legat annua decem super tali fundo, sensus est quòd ipsum fundum hypothecat pro illo legato, & idem in promissione: nam hypotheca dicitur ab *ὑπο*, id est, sub, & *ἔπι*, positio: quasi suppositio. Item dictio super, quandoque non significat hypothecationem, sed quandoque aliquid impedit: v. g. concedo tibi decem annua super tali re, transiens in te dominium ex hac causa: per translationem dominij impeditur hypotheca, vt in l. pignus. ff. de re iud. Item dictio super, quandoque ponitur pro de, vt in c. super spoliatione. de Ord. cog. c. super litteris. de Rescript.

c. super eod. de elect. Et sic dicit Alexander, Cum superest pro de, &c. Quandoque super, ponitur pro propter: vt not. in dictis iur.

**SUPEREXACTORES** dicuntur, qui ultra quam debetur, nomine tributi exigunt & tales tenentur in duplum, & propter consuetudinem capitaliter puniuntur. l. v. nic. C. de superexact. & debet restitui protinus ei a quo exactum est de que in l. si bene. ff. de Viur. & in l. s. ff. quod metus cau.

**SUPERFICIES**, in ædificiis dicitur domus quæ in alieno solo siue area ædificata est. Itaque fieri potest, vt eiusdem domus duo sint domini. Alter dominus superficies, alter soli. Vnde pulchre Seneca lib. 13. Epistol. translatione sumpta ex modo loquendi Iurisconsultorum: [Philosophia inquit, nihil aliunde petit, totum opus à solo excipit. Mathematica, (vt ita dicam) superficiaria prima, quoniam beneficio ad ulteriora peruenit.] Paulus titulo de Damno infect. l. damni. [Et qui in cõdactio solo, inquit, superficies posuit.] Itæ Iulianus tit. de vocationibus. l. cum qui. [Cum ades, inquit, duabus rebus consistent solo & superficie.] Iulianus quoque de legatis primo, l. si fundum. [Appellatione, inquit, ædificij, aut superficiem significat, aut solum.] Cuius item tit. de superficie, [Superficiarias, inquit, ades appellamus, quæ in conductio solo constructæ sunt.] Dominus verò domus, superficiarius dicitur: vt in tit. de Dam. infect. & sæpe alias. Nebriff.

**SUPERFICIES** dicitur, quicquid supra faciem terræ est: quapropter in prædiis vrbans superficies dicuntur parietes & tectæ: in rusticis, arbores, herba, fructice,

- SUPERFICIES** & emi & locari potest l. prima, §. ff. de Superficie.
- SUPERFICIES**, de superficie, in rem actio. Require supra, de actionibus.
- SUPERFICIARIAE** aedes sunt, quæ in solo conducto vel empto sunt posita, quarum proprietas civili & naturali iure eius est, cuius est solum: vt ff. de Superficie. l. 2 vel aedificia super soli faciem facta, puta quia dominus soli ex locatione concessit super solum suum aedificia fieri.
- SUPERFICIARIUS** appellatur, qui in alieno loco superficiem ita habet vt certam pensionem praestet. l. superficiario, de rei vend.
- SUPERILLUSTRES** sunt Senatores, Consules, Praetores, Dictatores, vt not. in l. 1. ff. de Offic. eius cui man est. iurif.
- SUPERINDICTVM** secundum Pla. est quod propter fertilitatem indicitur, vel necessitatem pub extra ordinem, non per iustria Indictio autem vel indictum quod per iustria indicitur. vt not. Bal in l. si. C. sine cen. vel reli.
- SUPERINDICTVM**, est munus extraordinarium, quod propter necessitatem belli indicitur, vt declarat gl. & Bart. in rubr. C. de Superindicto lib 10.
- SUPERLATIVVS**, aliquando penitur pro positivo Instit. loc. §. vlt. Aliquando resoluitur in positivum. l. cum pater. §. rogo. ff. de Leg 2. & de tut. & curat. dat. ab his. l. diuus & in Authent. de monac. §. si. & not. §. q. 1. licet.
- SUPERSEDERE** dicitur, qui voluntate differt. not. l. fin. C. de posi & l. Lucius. in princip. ad municip.
- SUPINA** ignorantia, pro stulta, hebeti, & crassa. l. nec su-
- pina. de iuris & fact. ignorantia.
- SUPINVM** habet duos casus tantum, accusativum & ablativum: in ablativo significat terminum a quo, vt minor natus, vt in l. 3. §. minorem. ff. de Mino. nam tempus legis computatur tempore natiuitatis, vt a termino a quo: sed in accusativo significat terminum ad quem. Ratio, quia voluntas defuncti, scilicet ei obtemperari, est terminus ad quem. Et nec isto casu nec praecedenti significat conditionem, quia nihil quod suspendi possit subest. Supinum ergo in utroque casu, scilicet accusativo & ablativo sumptum, de se solo non importat conditionem, nisi addatur ei verbum vel participium futuri temporis: vt venturus vel iturus: tunc enim ex adiuncto quod continet euentum, conditionem significabit: sed non ex suo proprio significato, quo tantum significat terminum a quo vel ad quem.
- SUPPLICARI** dicuntur, qui ob aliquod delictum enorme in publicum deuoluuntur aerarium, quæ deuolutio dicitur bonorum publicatio.
- SUPPLICATIO**, est petitio veniae prioris erroris, vel est quadam benignitatis ipsius superioris imploratio. Et ponuntur tres differentiae inter supplicationem & appellationem, vt in glos. in ver. supplicauit. cap. ex litteris. de in integr. restit. Et sumitur supplicatio strictè, pro ea quæ porrigitur aduersus sententiam quæ petitur reuocari, quamuis aliàs capiatur largè pro quâlibet precum porrectione. Et ponit Butrig. quartam differentiam, quia non licet terribè appellare, sed bene licet terribè supplicare. Quam dif-

ferentiam Ioan. Andr. (quem sequitur Bar.) reprobatur, dicens Bar. errasse, quia si intelligitur, quod post duas supplicationes tertia admittitur, tunc est contra casum l. si quis adversus Cod. de preci. Imp. ot. Si secundo intelligitur, quod post duas sententias latus in causa appellationis, liceat postea loco tertiae sententiae facere supplicationem, item falsum est: quia quando non licet tertia vice appellare, nec licebit supplicare. Alia differētia. Licet in appellatione à sententia definitiva (secus tamen in interlocutoria) non sit necesse exprimi causam aliquam, tamen in supplicatione necessario apponitur causa saltem colorata, aliàs superior non debet admittere supplicationem. Item differunt, quia solus princeps superior concedere habet supplicationem, sed appellatio etiam fit ab inferiori.

**SUPRA** id est, præter. ff. loc. l. ex conducto §. sed si labes. Aliquando id est, vtraj, in auth. de nupt. §. illud quoque. Aliquando refertur ad modicum tempus. ff. ex qui. ca. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. Aliquando stat in propria significatione: vt cum dicitur. [porticus mea est supra tuam] ff. ad l. Aquil. l. i. quem admodum. Itē an hæc dictio includat vel excludat, not. per Iac. de Arc. & Bar. ff. de do. præal. l. qui ita.

**SUPREMVVS** est, quem nemo sequitur. l. proximus. ff. de ver. sign. aliquando ad eum qui solus est, refertur in l. in vulgari. ff. de ver. sig. de bon. poss. secundum tabul. l. i. 2. responso.

**SURREPTIVVS** est repentina & festina alicuius falsitatis suggestio. Et dicitur à sub & tepto. De hoc no. in c. super litteris. de rescr.

**SUSPENSVS** dicitur, qui non ex fide administrat: vt Instit. de suspecto. §. suspectus.

**SUSPENSIO**, excommunicatio & exilium differunt, quia potest suspensus sine peccato communicare aliis hominibus, & alij sibi: secus in excom. & exilio: quæ tamē differunt inter se, quia excommunicatus potest manere in ciuitate, licet priuetur hominum communionem. Sed in exilio missus repellitur, tam à ciuitate quam à communione hominum: & suspensus celebrans perpetuo deponi debet. c. vt clericorum. de vita & ho. cleri. & c. clerici & c. clericos. de cle. excom. ministr.

**SUSPENSVM** dicitur id, quod excedit domos, vel ultra eas extenditur. Quod si ceciderit & aliter nocuerit, vel damnum intulerit in via publica eunti, tenebitur dominus domus illius de qua damnum illatum est, vt ff. de ha. qui deiec. vel eff. per totum.

**SVSVS** qui dicitur, cum dicitur quis profequi iniuriam suorum, vide in c. de cætero. de testi. & in l. si femina. C. ad Turp. nam dicitur ille, qui etiam admittitur ad successorem ab intestato, siue iure agnationis, siue cognationis, de quo in l. neganda. Cod. qui act. non pos. canonizata 3. qu. 1. 4. negada. Bal. & mod. dicunt illum esse suum, pro quo potest quis agere sine mandato, vt sunt omnes agnati, cognati, filij, liberi, patroni, &c. contra quos non potest quis compelli testificari in causa criminali, vt not. in c. de cætero. præal. Item aliter capitur cum quis dicitur esse suus, id est, suæ mentis vel apud se, vt in l. Falcinus. §. aded autem latitatio. ff. qui ex cau. in pos. ea. Itē suum est verbū ambiguum. Ideo dicens suum



suam non esse, adire debet, neque sibi commune. ff. de Verb. sig. l. pupillas in fi. & c. & quod commune est, meum dici potest, vt l. serui electio §. adeo. ff. de leg. 1.

Svs hæres, vide in ver. Hæres suos.

### De S ante V.

SYLVA, vide supra, in S, ante I.

SYMBOLVM est quadruplex, quoddam apostolorum, quod secundum quosdam Theologos continet 12 articulos fidei propter 12 apostolos Christi, qui in vna & eadem hora instinctu spiritus S. ipsum composuerunt, vnde dicitur symbolum à *σύν*, quod est simul, & *βόλος*, morsellus, quia quisque apostolorum suum bolum, i. partem apposuit. Secundum alios Theologos verius est quod principales articuli fidei nostræ sunt tantum 7. secundum quod tantum septem sunt dona Spiritus S. quos quilibet Christianus scire tenetur, clerici explicite, laici implicite, vt patet de sum. Tri. cap. firmiter in text. gl. Aliud est symbolum manus, quod canitur in Missa, factum in Synodo Nicæna propter Græcos qui non credebant, quod Spiritus S. procederet ab utroque, sed à patre tantum, de conse. dist. 5 c. 45. & pe. Tertium symbolum est Athanasij, sc. [Quicumque vult saluus esse,] quod canitur in primis. Quartum symbolum est iuris, sc. primus tit. de sum. Tri. & fin. Cath. vt ait Isid. 7. l. Ecy. c. 6. in quo id. quod de fide cath. & sum. Tri. in prædictis symbolis continetur, confirmatur & reperitur.

SYMPHONIACI serui, erant hi quibus antiqui utebantur, vt in classe classicum pugnantibus canerent, vt docuit Alconius referens ce-leuma cani consuetum per sym-

phonicos seruos remigibus, & de his meminit Vlp. in l. sed & si quid. ff. de Vsufr. & Cic. in lib. de diuinatione. [Ab hac (inquit) muliere præfatus Antonij] quidam symphonicos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe vti velle dicebat.

SYNDICVS, est procurator vniuersitatis vel collegij pro certo salario ad iudicia constitutus, s. qui causam vniuersitatis agit vel defendit, & dicitur quasi singulorum causas dicens Est enim [syndicus] Græcè, [defensor] Latine. Nam officium eius est agere vel defendere nomine vniuersitatis causas præfentes vel emergentes, vt ff. Quod quisque iu. in rub. & in gl. l. 1. in c. vnico. eod. tit. & quando dicitur causa vniuersitatis agi per proc. debet exponi, id est, syndicum vel actorem, vt de procu. ca. quia in causis, & de iur. cal. cap. cum causam.

SYNGRAPHA, latine sonat conscriptio, inde dicta quod vtriusque manu scripta, vtrique parti tradi solet.

SYNODVS ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus & inter cæterâ concilia quatuor venerabiles fuerunt Synodi, quæ totam fidem cõplectuntur quasi quatuor Evangelia, & quatuor symbola, & totidem Paradisi flumina. Prima Nicæna. 328. episcoporum, à Constantino Imp. peracta, qua damnata est blasphemia Arianae perfidia de inæqualitate Trinitatis. Nã secundum gl. dicebat patrem maiorem filio, & filium maiorem Spiritu sancto. Secunda 450. patrum, Theodosio seniore Constantinopoli, condemnans Macedonium negantem Spiritum S. esse Deum, & consubstantialē patri sed (secundum gl.) seruum patris

& filij. i. q. eos qui. Tertia Ephes. 100. episcoporum sub Theodosio iuniore, quæ damnauit Nestorium asserentem duas personas in Christo, & B Virginem non Dei, sed hominis tantum genitricem. Et hæc ostendit in duabus naturis vnam Christi personam, & dicitur prima ad differentiam synodi Ephesinæ secundæ, quæ fuit reprobata, distinct. 16. quoniam sanctæ. Quarta Chalcedonensis, quingentorum centum & triginta sacerdotum sub Martino principe, damnans Eutychen Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei & carnis vnam naturam pronuntiantem, sc. diuinam per resurrectionem. dist. 16. c. 6. Dioscorum eius defenctorem quondam Alexandrinum Episcop. & Nestorium Episc. cum reliquis hæreticis. De his est text. ad litteram, dist. 15. c. canones. & §. harum prior. & secundum Greg. in c. seq. & de eisdem Gelasius Papa, in c. seq. de his etiam videt ex. §. suscipimus. in epist. inter claras. Cod. de sum. Trin. & fide Catho.

**SYNTHESIS** Græcè, Latine omnem possessionem importat. I. alumnae § Titio. & ibi gl. ff. de Adimen l. Sed Schola in l. Titia. de aur. & arg. leg. in alium sensum accepisse videtur nempe pro ordine quodam, conformi vestium compositione, quam lingua vernacula Italica libream vocamus, cum tunica, sagum, chlamys, caligæ, eiusdem sunt coloris: & ita interpretatur Alciatus libro 2. Parergon.

### De T ante A.

**TAPALDVM**, est genus vestimenti. Cic. fin. ver. sed & tales.

de vita & honestate clericorum, **TABE**, id est, putredine. C. de custo. reo l. 1.

**TABELLARIVS**, siue tabellio, est publica persona sacramento astricta ciuitati, vt rationes & acta in formam publicam redigat, à principe ad hoc officium deputatus & confirmatus. Vel sic: [Est persona publica habens officium scribendi instrumenta super contractibus vel aliis rebus ad faciendam fidem super eisdem.]

**TABERNA** generaliter dicitur omne ædificium utile ad habitandum. leg. tabernæ. ff. de Verborum significatione non sumpta abusione vocabuli per etymologiam, leg. 2. §. appellata ff. de rebus credi. sicut etiam sumitur in leg. hæres absens. ff. de Iudic. & leg. tabernam. ff. de fundo instruct. Strictè tamen dicitur domus, in qua vinum venditur. l. palam. in princ. ff. de ritu nupt. Aliquando taberna, id est, statio, & tunc improprie leg. 2. Cod. de Episcopis & clericis. Differentia est inter tabernam & cauponam, quia taberna est locus in qua paratum est vinum vendi, licet non vendatur, caupona vero vbi venditur.

**TABERNACVLVM** dicitur à taberna. leg. tabernæ. ff. de Verborum sign. iuncta leg. inde not. in leg. palam. ff. de ritu nupt. aliquando est domus Deo dicata. cap. 1. & ibi Archid. extrâ, de sentent. & re iudicata. Aliquando dicitur habitaculum militare. no. per eundem Archidiaconum in can. ad hoc 16. quæst. 1.

**TABERNARIVS** dicitur qui tabernam exercet vinum vendens, qui & tabernæ institor dicitur. ff. de Exercitoria actione. l. 1.

**TACITVM** proprie & verè dicitur

citur quod nullatenus est expressum, & hoc in iure nihil significat, eo quod non est significatum eius nec apparet. Dicitur autem in iure expressum quod non aliter quam verbis expressum est: nam inter modos significandi verbi obtinet principatum, ideo verbis expressum dicitur verè expressum. Et quod dico verbis, idem dico scriptis, quia illa continent verba. Aliter autem expressum quam verbis, dicitur tacitum ad differentiam expressis expressis.

Et hoc est **TACITVM** iuris, quod non est expressum verbis: verbi gratia, mutuavi dolium vini, non exprimitur quod reddatur vinum eiusdem bonitatis, hoc tamen tacite intelligitur. l. cum quid. ff. si cer. per. & sumitur ratio ex natura mutui, quæ est quod res reddatur quæ eadem in valore cum mutuata esse censetur, hoc est, si est eiusdem naturæ & bonitatis, hoc tacitum intellectum idem significat & operatur: ac si esset verbis expressum. l. cum quid. præall.

**TACITVRNITAS**, est quandoque habenda pro confessione. Etiam quandoque tacitum habetur pro expresso. ff. si cer. per. l. cum quid. & cap. gratum, de offic. delegat.

**TACITVRNITAS** non respondentis habetur pro confessione. l. de ztate. §. qui tacuit. & §. nihil. ff. de interr. act. & gl. & Panor. in cap. quoniam de probat.

**TABULÆ** testamenti inde vocatæ sunt quia ante chartarum usum in tabulis tam testamenta quam epistolæ scribebantur, quarum portitores tabularij vocabantur, secundum Isidorum libro 5. Et tabulæ testamenti propriè sunt testamentum editum in scriptis signatum & perfectum. Sed abu-

siuè etiam illa testamenta tabulis appellamus quæ falsa sunt & illicita, secundum Azon. in sum. C. de tab. exhi.

**TABVLAS** testamenti hodie intelligimus omnem materiæ figuram, in qua testamentum scriptum fuerit, siue sit charta, siue membrana, siue corium alicuius animalis, siue lignum, siue quæcunque alia materia. leg. 1. de Bono, poss. secun. tab.

**TABVLARIJ** etiam secundum Accursium sunt, qui faciendis publicis instrumentis publicè præfunt in singulis ciuitatibus. Requiritur supra, scribæ. & C. de tabul. lib. 10.

**TACERE**, hoc verbum de se nec significat consensum, nec dissentium, sed tenet medium. Vnde nota, est dare consensum, dissentium, & medium, quod non est consensus, nec dissentium, vel aliter. Nam habemus velle & nolle, & medium quod est non velle nec nolle: nam velle est consentire, nolle est dissentire, siue resistere per motum animi: vnde in vtriusque, scilicet velle & nolle, est motus animi ad hoc quod vult vel non vult, id est, resistit. Sed non velle siue non nolle, est cum nullus est motus animi ad vnum vel ad aliud pro vel contra, facit l. 1. in §. scientiam. ff. de tribu. act. vbi dicit Vlpian. Scientiam hic eam accipimus, quæ habet & voluntatem, sed (vt ego puto) non voluntatem, sed patientiam. Non enim velle debet dominus, sed non nolle. Si igitur scierit & non protestatur, id est, non contradicit, tenetur tributoria actione: si verò dissentit, non tenetur illa actione: tenetur autem si consentit, aut si non consentit, si tamen non discessit, vt

ibi dicitur. Sequitur ergo quod tacere de se nec consensum, nec dissentium significat. Quandoque autem sic, quando aliunde sumptio quouis probabili medio concluditur tacentem consentire vel dissentire, de quo latissime tractat Dyn. in reg. qui tacet. & seq. de reg. iur. lib. 6. & nouissime Iason in l. quæ dotis. post Bart. sol. matrim.

**TACENS** verum, ita incurrit crimen falsi, sicut si falsum diceret. l. 1. de cri. falsi. in l. qui testam. ff. de falsis.

**TACITE** intellectum diuersimode capitur in iure, scilicet per modum dispositionis, conditionis vel aliter, prout ex diuersificatione significati, vel clausula concluditur, verbi gratia, in contractu societatis facta conuentione quod vnus sociorum habeat duas partes lucri, intelligitur etiam tacite quod habet duas partes damni. Et hoc tacite intellectum capitur per modum dispositionis seu conuentionis, vt in §. illud Inst. de socie. Et sumitur significatum ex æquali mente paciscentium in tacito expresso. Item ibi, concedendo aquæ haustum intelligitur concedi iter ad illum. Et hoc tacite intellectum sumitur etiam per modum dispositionis, sed non principaliter, sed accessorie, seu consecutiuè, vt in leg. 3. ff. de ser. rust. præd. Ratio, quia in itinere nulla est utilitas, nisi in quantum deseruit ad aquæ haustum. Item ibi, promitto partum filiarum, vel fructum fundi, intelligitur si nascantur. l. interdum ff. de Verb. oblig. quia nisi nascantur, nihil est in legato vel conuentione, sic utilitas esse non potest. Item ibi, debitum sub conditione acceptum sim-

pliciter intelligitur tacite, si conditio debiti extiterit quoad effectum acceptilationis, non quoad dispositionem: vt l. si sub conditione. ff. de acceptil. Item ibi, promitto tibi 10. intelligitur si petieris, non per modum conditionis, sed per modum admonitionis & interpellationis, vt ante non sim in mora, postea sic. l. si cum petieris. ff. de Verb. oblig. iuncta l. mora. ff. de v. iuris. Ratio, quia debitor non est in mora retinendo debitum volente creditore, sed eo invito quando fit interpellatio. Item & ibi, patronus operas stipulatur à liberto simpliciter, intelligitur cum fuerint indictæ: quæ adiectio requiritur in operis, sicut in alia stipulatione intelligitur cum petieris, & est ratio, quia patronus stipulatur operas ad utilitatem suam.

**TACITE** inesse multipliciter contingit verbi gratia: conuenticio cum depositario propter amissionem rei depositæ, se agam contra ipsum. In ista conuentione tacite inest vel continetur remissio, quia si per dolum perdidit, agere non possum depositi. Sed pone, facio conuentionem quod non agam de dolo, dicit text., quod non valet conuenticio. Et sic valet tacita remissio, & expressa non, leg. si vnus §. illud ff. de Pactis. Et sic expressio eorum quæ tacite insunt, nihil ibi operamur. Ratio, quia expressum aliter significat, quia in primo casu significatur remissio doli non simpliciter, sed prout continetur in obligatione siue actione depositi. Ideo pro dolo non potest agi actione depositi, sed alia actione, scilicet, rei vindicatione, quia dolo desit possidere vel actione de dolo. Sed in secundo casu  
doli

dolus simpliciter remittitur : & sic si conuentio teneret, non posset pro dolo agi aliqua actione, & sic remaneret impunitus, & ideo non tenet conuentio, quia daretur occasio delinquendi, vt l. conuenire. ff. de pact. dol. Item ibi, Concedo rem precario simpliciter, tacite intelligitur quod durat, donec voluero siue reuocauero. l. 1. ff. de precario. Etiam morte mea non finitur, l. quarta. ff. locati. quia in precario simpliciter concessio intelligitur voluntas, scilicet quod per voluntatem contrariam siue reuocationem non perseueret, & quod perseueret, donec reuocetur : sed morte non reuocatur, igitur perseuerat. Sed quando conceditur quandiu concedens voluerit, tunc significat quod durat, quandiu voluntas adest. Sed morte quis desinit velle, ideo tunc finitur precarium. Item ibi, iudex condemnat quem pœna capitis, siue deportationis, ad quam tacite sequitur pœna ademptionis bonorum. Pone, condemnatus appellat, pendente appellatione moritur, ipsa pœna principalis tollitur, & etiam accessoria, scilicet, ademptionis bonorum. Tunc morte illius pœna principalis, scilicet deportationis, tollitur, etiam accessoria, scilicet ademptio bonorum, vt in lege 3. Codic. si pend. appell. mors interuen. Ratio, quia tacitum intelligitur accessorie, & consecutiuè, modò sublato principali expresso, aufertur & accessorium. Sed dum duo exprimuntur, quæ ambo principalia sunt, ad sublationem vnius non aufertur aliud, sicut dum pœna imponitur in duobus factis, vtrumque est æquè principale. Alij

dicunt, quod etiam in isto casu pœna ademptionis tollatur, quia expressio ( vt dicis ) non fit nisi ad maiorem declarationem. Etiam pœnæ in dubio sunt molliendæ, de pœnitent. distinctione 1. §. pœnæ. licet fortè secus in vsuris. Est tamen in arbitrio iudicis, cuius mens attendi debet, quia secundum eius mentem vel arbitrium, morte finitur vel non. Item ibi, lego alicui simpliciter, intelligitur præsentis die, & sic exprimo in præsentis die, tunc significat quod verba sonant, scilicet, quod præsens dies isti legato apponitur : & hæc expressio, si illud non esset, nihil operaretur aliud quàm tacitum, nec aliud tacitum quàm expressum. Sed ex clausula postea apposita, scilicet, legata, quibus dies non est appositus, volo solui annua, bima, trima die, aliud significatur in tacito, aliud in expresso, quia ex tacito, cui clausula apposita non est, vel dies ex clausula secuta, debentur annua, bima, trima, &c. In expresso, vbi dies est appositus, dicendo præsentis die, ad ipsum legatum prædicta clausula non refertur, quia isti legato dies est appositus. Vbi autem tacite intelligitur, non est appositus, licet idem operaretur, si aliud consequeretur. Item ibi, lego tibi purè, intelligitur si volueris, hoc tamen non facit legatum conditionale, nec impedit transmissionem legati, si legatarius antè moritur, & tamen exprimens hoc in legato dicendo, lego tibi purè si volueris, legatum est conditionale, lege si ita expressum. Digest. de condition. & demonstrationib. Item ibi, filium

filium meum exheredo, intelligitur tacite conditio, si hæres adierit. Sed pone quòd hæc conditio exprimat, dicit text. quòd exhereditatio vitiat. l. si quis. ff. de hæ. inst. Ratio secundum DD. quia aliter intelligitur, & aliter exprimitur. Nam intelligitur quo ad effectum, scilicet vt exhereditatio habeat effectum, si hæres adierit, non autem intelligitur, quòd exhereditatio sit conditionalis, sed quando exprimitur, tunc refertur ad dispositionem. & sic exhereditatio est conditionalis, & ideo vitiat, quia est actus qui non recipit conditionem. per c. actus legitimi, de reg. iur. li. 6. & est ratio diversitatis in legato, & in exhereditatione, quia verisimiliter non videtur testatorem legatum velle facere conditionale per expressionem illius conditionis, si hæres adierit, si apponatur illa: secus in exhereditatione, quam testator videtur velle facere conditionalem, dum apponit conditionem talem, vt magis restringatur. Sed per appositionem conditionis vitiat lege positiva, ideo non valet conditio: ergo expressa ad dispositionem vitiat: sed tacite intellecta ad effectum non vitiat, etiam quando apparet de mente exprimentis: quòd per expressionem vult aliud significare, scilicet facere actum conditionalem, qui non est conditionalis ex tacito intellectu, nunc actus est conditionalis, quia exprimens hoc vult qui ad hoc conditionem exprimit, & sic tunc legatum relictum si hæres adierit, est conditionale: & verisimile est, quòd conditio exprimat, sicut intelligitur ad maiorem declarationem: & sic licet actus non recipiat conditio-

nem, per illam tamen expressionem non debet vitari, quia solum quòd tacite inest, exprimitur, & lex positiva non admittebat conditionem, videtur intelligi de conditione extranea, & non de illa quæ inest, quæ exprimitur ex abundantia. Sic etiam exhereditatio potest esse conditionalis, quando testator sic voluit: sed quia non recipit conditionem, vitiat: Etiam acceptilatio erit conditionalis, propter voluntatem acceptum ferentis: sed quia etiam non recipit conditionem, vitiat. Et ita in his debet attendi mens disponentis, & seruari quòd vult, & propterea vult, nisi vbi lex positiva non impedit. Item vbi iudex dat tutorem pupillo, simpliciter intelligitur tacite quòd minister, si satisfecerit. Sed pone quòd iudex in dando tutore hoc exprimat, dicit text. quòd valet datio, & eo modo intelligitur quo exprimitur. l. mutuo. §. hanc autem. ff. de Tutel. & hæc lex facit pro prædictis. Et est ratio huius legis, quia verisimiliter exprimitur sicut intelligitur in dubio hoc: iuncto quòd si faceret conditionem, actus vitaretur, quòd non est dicendum in dubio, maxime in hoc casu propter periculum, quòd pupillo immineret, si tutoris datio non teneret. Item ibi, promitto decem simpliciter, intelligitur tacite quòd solvam, cum petieris, dicit text. quòd idem significat, nec aliud operatur. l. si cum petieris ff. de Verb. obl. quia etiam intelligitur sicut exprimitur, nec habet aliud significatum quam expressum ex communi modo intelligendi. Sed ibi, lego illi si capitulum ascenderit, hæc conditio taci. è continetur si voluerit, quia volens ascendit & tamen

tamen exprimendo hanc conditionem aliquid operatur, quia legatum vitiat, quod non vitia-  
retur tacite intellecta. l. nonnan-  
quam. ff. de cond. & demonst. Et  
est ratio, quia aliud significat  
conditio si ascenderit, & si vo-  
luerit: nam legando sub conditio-  
ne expressa si voluerit, legatum  
ponitur in sua libera & mera vo-  
luntate: ideo vitiat per legem  
positivam statuentem, quod le-  
gatum non possit poni in libera  
voluntate: secus in illa conditio-  
ne, si ascenderit. quia si ascende-  
rit, sine liberè volens siue non,  
tamen conditio impletur, & sic  
de aliis exemplis.

TALIS, id est, ille. C. de sum. Trin.  
& fide cathol. l. 1.

TALIO, genus erat pœnæ ex lege  
12. tab. quo damnum illatum si-  
mili damno pensabatur. §. pœna.  
Inst. de iniur.

TAMIACA prædia, vide [ prædia  
Tamiaca. ]

TANQUAM, est nota similitudinis,  
c. solitæ. de maior. & obed Ali-  
quando nota veritatis. c. ex par-  
te. de sponsa. De ista dictione  
[ tanquam. ] vide in l. si pater. §.  
qui duos. ff. de Adopt.

TANTISPER, quod significat per  
tantum spatium, siue per tantum  
tempus, ut inquit L. Valla, semper  
ferè desiderat iungi huic particu-  
læ dum, pro donec. Terentius in  
Heautontim [ Ego te meum esse  
dici tantisper volo, dum quod te  
dignam est facias ] Et paulò post:  
[ Deceui tantisper me minus in-  
iuriæ meo gnato facere, dū siam  
miser. ] Livius libr. 1 [ Tantisper  
dum prisca illa tota mente repe-  
to ] Gellius libr. 6. loco dum, æqui-  
valens posuit. quoad: [ tantisper,  
inquit, quoad fieret permutatio ]  
Vlpianus tit. de tutel. l. qui ha-

bet tutorem. [ Dum magis ætati  
quàm dementi tantisper sic con-  
sulendum. ] Aut. Nebr.

TAXARA, est idem quod æstimare.  
TAXATIVA dictiones sunt. [ tan-  
tùm, solùm, dumtaxat, tantummo-  
dò, ] & consimiles.

### De T ante E.

TECTORIUM, opus est quod calce  
aut gypso inciustatum est, & te-  
ctorium substantiivè pro ipsa cal-  
ce siue gypso quod superinduci-  
tur. Varro libr. 3. de re rustica:  
[ Cum villâ, inquit, haberes ope-  
re tectorio spectandam. ] Gel-  
lius libr. 12. [ Villas inexcultas &  
rudes, nec tectorio quidem præ-  
litas esse dicit. ] Per translatio-  
nem quoque de sœmina cerusata  
dixit Inuencialis:

*Tandem aperit vultum, & tecto-  
ria prima reponit.*

Vlpianus tit. de damno infecto. l.  
ex damni. [ Obrectoria, inquit, &  
pieturas. ] Item Proculus tit. de  
Servit. prædiorum urbanorum. l.  
quidam. [ Si parietem demolitus  
sit vicinus, non pluris quàm vul-  
garia tectoria existimari debet. ]  
In alia tamen significatione vi-  
detur accipere Paulus in tit. uti  
possidetis. l. si duo. [ Si vicinus,  
inquit, meus in pariete meo te-  
ctoria habeat, & in pariete suo. ]  
Anton. Nebr.

TEGVLAE, sunt lateres: differunt  
tamen, quia tegulæ dicuntur à te-  
go, quasi tegentes, non sunt co-  
ctæ, sed ligna sub lateribus posita  
pro eorum sustentatione. Sed la-  
teres formantur ex lapidibus &  
argilla, & coquantur.

TELOS Græcè, tributum dicitur  
Latinè. Inde telonarij publicani  
dicuntur & tributorum collecto-

res, seu exactores. Et etiam telonium dicitur locus, in quo tributum exigitur.

**TELUM**, largo quodam modo, quicquid nocere potest, appellatur. Nam apud Virgil. atque alios auctores aliquando pro ense etiam accipitur. Iustitia tamen lib. 4. Institution. tit. de publicis iudiciis. Telum, inquit, ut Caius noster interpretatione legum 12. tab. scriptum reliquit, vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur: sed & omne significat, quod manu cuiusque iacitur: & paulò post dictum ab eo, quod in longum mittitur, à Græca voce telum figuratum. Quæ verba Cuij iterum ponuntur in tit. de Verb. signif. l. si calumniatur. §. telum. Nebr.

**TELUM** non dicitur tantum, quod ab arcu mittitur, sed etiam quod à manu, cò quod in longum mittitur: ergo lapis, lignum, ferum, nomine teli continentur. textus est de public. iud. §. telum autem.

**TEMERITAS** est, cum quid facimus propria voluntate, & sine superioris auctoritate. ita definit Gem. in cap. eum qui §. in super. de præbend. lib. 6. ubi etiam dicit, quòd temeritas est, quando quis facit actum à iure prohibitum, & de temeritate vide Bart. in l. 1. ff. ad Testyl.

**EMPLARI** sunt præceptores vel commendatarij, & personæ religiosæ, ut Clem. de relig. dom. & Cle. cum ex eo. de sct. excom. per Ioan. Andr. in rub. de reg. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de Const. tales deputantur ad administrationem ecclesiasticam. & sic possunt agere & defendere iura ecclesiæ, ut Clem. 1. de rescript. & possunt etiam esse personæ incognitæ &

de longinquis partibus cap. ctm deputati. de iudic. & quandoque eliguntur, & habent ecclesias parochiales, & sic auctoritas diocesani debet interuenire, facit c. vnicum, de capel. monast. lib. 6. & not. in d. Clem. 1. de Rescript. quandoque non habent ecclesias parochiales, & sui maiores debent eos deputare & instituere præter consensum diocesani. Et secundum Innoc. in dignitate comparantur institutoribus. cap. quod quibusdam. de fideiussorib. quia instant negotiis sibi commissis, vel etiam comparantur visitatoribus siue vicariis missis à superioribus ad aliqua officia exercenda.

**TEMPORALIA** res dicitur, quæ ita extruitur, ut ad certum quoddam tempus duret, & non in perpetuum Plinius li. 8. [Temporario, inquit, euripò ostendit.] Idè lib. 36. Theatri, inquit temporarij, & vix vno mense futuri. Senec. li. 9. epistolarum: Hæ sunt, inquit, amicitia, quas temporarias populus appellat. Paulus tit. quibus ex causis. l. ad cognitionem. Exilio, inquit, temporario. Papinianus titul. de pœnis. lege feruus. [Cum feruus per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tempore domino feruum esse reddendum respondi.] Ant. Nebr.

**TEMPVS** continuum, est quod continuè currit diebus feriatis, & non feriatis, siue in præsentia, siue in absentia sit copia iudicis, vel non. Cod. de Præscript. long. temp. l. fin.

**TEMPVS** verò vtile non currit diebus feriatis & absentia, & diebus quibus non est agendi copia. Et istud est multiplex, scilicet continuè vtile & inutile, quo ad sui principi



principiam tantum, non quoad  
progressum, &c. vt in gl. cle. vni-  
ca. & de in integr. rest. vbi gl. re-  
mittit, de concess. præbend. c. 2.  
& c. quia diuersitatem. in fin.

**TENOR** literarum, est idem quod  
sententia literarum. require su-  
pra, sententia literarum: sed ta-  
men tenorem literarum dicimus  
rectè tenorem tex. quamuis titel-  
lis scribatur: vnde tenor dicitur  
ipsa sententia literalis, licet rhe-  
toricè plurima scribantur.

**TEPIDARIUM**, locus erat in balneo  
tepidior, quemadmodum calida-  
rium, calidior, Celsus lib. 1. [Tunc  
inquit, in calidarium transire, vbi  
tepidario paululum insudauit.]  
Idem in eodem: Si est balneum,  
ante omnia in tepidario residere.  
Vitruuius lib. 5. Sudationes, in-  
quit, quæ sunt coniungendæ te-  
pidario. Paulus in tit. de seruituti-  
bus prædiorum vrbano. leg.  
fistulam. [Si talis, inquit, sit vsus  
tepidarij, vt assiduam humorem  
habeat, & id noceat vicino, posse  
prohiberi eum.]

**TEPIDARIUM** est idem quod bal-  
neum, à tepore aquæ nomen tra-  
hens.

**TERGIUERSATOR** dicitur, qui in  
vniuersum ab actione recedit,  
quasi tergum vertens, vt in c. vlt.  
de collu. de teg. in gl. 4 & ibi not.  
Et differunt tergiuersator & præ-  
uaricator, & calumniator vnde  
not. versus:

*Tergiuersator desistit, prauarica-  
tor*

*Verum ipse occultat, profert ca-  
lumnia falsum.*

**TERGIUERSARI** est in totum ab  
actione desistere, & dorsum ver-  
tere Dig. ad Sen. Turpil. in gloss.

præall. in c. vlt. de collu. de teg.

**TERGIUERSATIO** quandoque est  
versutia vel calliditas, qua quis  
inducit alium, vt desistat ab eius  
inquisitione: & sic capitur in cap.  
vlt. in gl. præal. Quandoque etiam  
est frustratio, delusio vel colludiū  
**TERMINVS** dicitur finis vel limes  
distinguens confinia agrorum.  
hinc Virg. l. 2. Æneid.

*Limes agro positus, litem vt dis-  
ce rueret aruis.*

& in c. forus, de Ver. sig.

**TERMINVS** peremptorius obtinere  
debet tantum temporis, quantum  
tria edicta, nisi aliud exigeret iu-  
stitia, vt in cap. dilecti. de dilat. in  
gloss.

**TERRAM** integram Caius vocat, in  
quam dominus adhuc non immi-  
sit pecus pascendi gratia. l. sylua.  
de Ver. sig.

**TERRA** proscissa, in d. l. sylua est,  
quæ primùm ararum experta est,  
grandioribus glebis relicta.

**TERRITORIUM**, est vniuersitas agro-  
rum inter fines cuiuscunque ci-  
uitatis: ab eo dictum, quod magi-  
stratus eiusdem loci intra eos fi-  
nes terrendi, i. amouendi vel sub-  
mouendi ius habet. ff. de Ver. sig.  
leg. pupillus. §. territorium. Alibi  
ponitur pro diuæssi gl. in clem.  
ne Romani de elect.

**TESSERA**, tum pro symbolo, hoc est,  
belli signo accipitur. Virgil. 7.  
Æneid.

*It bello tessera signum.*

tum pro talis, vt vulgò accipiun-  
tur: nam talus aliud est. Mart.

*Hæc mihi bisseño numeratur tesse-  
ra puncto.*

tum

tum pro frumenti quadam mensura, de qua Seruius in illud Virg. I. Georg.

— *Numeros impressit aceruis.*

tesseræ interpretatur, quibus frumento numerus designatur. Iuu.

*Summula ne pereat, qua vilis tessera vesit  
Frumenti.*

Suet. in Aug. [ Ne plebs frumentationum causa frequentius a negotiis auocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseræ dare destinauit. ] Hinc Persius per diminutionem fecit tesserula.

*Scabrosum, inquit, tesserula far  
Possidet.*

Iust. lib. I. C. tit. de frumento Alexandrino. I. diurnos. Tesseræ, inquit, designentur. Paulus de legatis 2. l. mortuo. [ Si Titio tessera frumentaria legata sit. ] Vlp. lib. 5. Dig. de iudiciis. l. sed & si. Si libertis, inquit, suis tesseræ frumentarias emi voluerit. Neor.

**T**ESSERÆ frumentariæ, signa erant frumentaria, quibus exhibitis frumentum à principe dabatur populo Romano, ut hodie quibusdam in locis nummi plumbei vel ærei, vel quid simile, quod pro symbolo sit. Ex quo factum est ut tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur. Vnde ff. de Iudi. l. sed & si suscepit. ita legitur, [ Si libertis suis tesseræ frumentarias emi voluerit. ]

**T**ESTAMENTVM est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. Dig. co. tit. l. 1. Et additur cum

inst. hæredis. Inst. de l. §. ante hæredis, & hoc de vniuerso patrimonio, ut excludatur singulare relictum & codicillus. Et dicitur testamentum, quasi testatio mentis, vel vltimum elogium, seu vltima voluntas, qua quis de rebus suis disponit legatario legata assignando. Et diuiditur: quia aliud est testamentum nuncupatum, quod consistit in sola nuncupatione testatoris, non in solennitate scripturæ: tamen septem testes necessarij sunt, & hæredum nominatio. Inst. eod. tit. §. fin. Aliud est in scriptis conditum quod similiter exigit numerum testium, subscriptiones & signacula septem testium. Antiquitus autem tria genera testamentorum in usu fuere, de quib. infra in ver. [ test. surreptitium. ] Item testamenti aliam diuisionem ponit Isid. li. 5. sc. testamentorum aliud iuris ciuilibus, aliud iuris prætorij.

**T**ESTAMENTVM iuris ciuilibus, est testamentum septem testium sigillis signatum, subscriptione firmatum, quod apud ciues fit, & inde dicitur ciuile.

**T**ESTAMENTVM iuris prætorij, est septem testium signis signatum. Et dicitur sic, quia fit apud prætores, secundum Isid. ibid.

**T**ESTAMENTVM holographum, est manu auctoris totum conscriptum & subscriptum, vnde & nomen accepit ab ὅλον, i. totum, & γραφή, scriptura vel litera, quasi tota litera, secundum Isid.

**T**ESTAMENTVM inofficiosum, est quod frustra liberis ex hæredatis sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est, secundum Isid. lib. 5.

**T**ESTAMENTVM IRRITVM, est si ille, qui testatus est, capite diminutus est, vel captiuitate detentus,

rentus, aut si non rite vel contra legem factum est, secundum Isidorum.

**TESTAMENTVM** ruptum, ideo vocatum est, quia nascenti posthumo neque ex hæredato, neque hærede nominato, dirumpitur, secundum Isid.

**TESTAMENTVM** subrepticium, est quod in fraudem hæredum seu legatariorum, & libertorum, non palam prolatum est: quod si non laetæ dictis personis non proinde suppressum videtur: Erant autem olim tres aliæ species, quæ hodie in usu esse desierunt. Quoddam erat pacificum testamentum, & appellabatur calatiscomicus, à καλός, quod est bonum, & comicus pax, quia in bona pace fiebat, vel à calatis comitiis, hoc est bonis conuentibus, à καλός bonum, & comitia conuentus vel conuentiones sapientum. Bonæ enim conuentiones erant quæ in pace fiebant: nam fiebant testamenta diebus feriatis propter penuriam hominum, quia aliis diebus non feriatis erant homines diuersis negotiis occupati: quare testes non poterant inueniri. Vel dicitur καλός, id est, uoco, quia personarum uocatio fiebat. Aliud erat bellicum, quod procinctum dicebatur, eo quod tempore præliorum cum in prælium exituri essent homines, in procinctu fiebant. Postea accessit tertia species, sc. testamentum per æs & libram, quod per emancipationem, id est, imaginariam quandam venditionem sub quinque testibus agebatur, & libripende, id est, æstimatore, qui libripendebat, id est, æstimabat familiam, id est, hæreditatem, & emptore qui erat loco hæredis, ciuibus Romanis, id est, liberis hominibus & puberibus.

Voc. Iur.

bus præsentibus. Prima duo illorum testamentorum penitus abolerunt. Tertium uero partim remansit in usu, sc. quoad numerum testium, uidelicet septenarium. Erant enim quinque testes libripens, & emptor. Et prædicta nomina testamentorum ad ius civile referbantur, quia ius civile inuenit illa.

**TESTES** sunt quos ante iudicium quisque sibi placitat & allegat, ne post sit liberum aut dissimulare, aut subtrahere se. Unde etiam legati appellantur. Item testis, est rei gestæ probator. Sed testis cogendus, est qui ad testimonium faciendum cogitur. Dicuntur ergo testes, quia testimonium adhibere solent, sicut signatores qui testamentum signant, secundum Isidorum libro 6. Item antiquitus superstites dicebantur, eo quod super statu causæ proferebantur, nunc parte nominis ablata per aphæresin testes dicuntur: & considerantur conditione, natura, & uita, sic in c. forus. de Verborum significatione ad fin. Testes etiam continentur sub nomine instrumentorum. cap. peruenit. de testi. cog. Et qualiter testis examineatur, uide cap. constitutus. de fideiussio.

**TEXTASTERIUM** dicitur, quod quarto quoque anno instauratur. *Bad in l. Septilia. ff. de pollicit.*

**TEXTRINVM**, locus ubi textitur. *leg. qui textrini. Codice de murileg. lib. II.*

### De T ante H.

**THEATRVM**, est locus in ciuitate communis & publicus ad spectacula, & dicitur à theorando, id est, inspiciendo, ut in fo-

ro vel palatio communi, sicut in arena Veronensi, Instit. in gl. de re. diui. ver. theatra. §. vniuersitatis.

**THEATRALIS** liberalitas, est quod dari consuevit ad ludum theatri. Codice de præd. curia leg. vlt. in gl. ff.

**THERIACANA**, non tyriaca, vt nonnulli medicorum corrupè habent, antidotum est notissimum contra venena, de cuius compositione duo extant Galeni opera: alterum ad Casarem, alterum ad Pamphilum. Dicta theriaca, à *θηρ* quod est fera, hoc est vipera. Plinius libro 29. [Fiunt, inquit, ex vipera patilli, qui theriaci vocantur Græcis.] Hieronymus in Iouianum, libro 2. Vipera, inquit, carnes, vnde theriaca conficitur, quæ tuis rebus aptæ sunt, norunt Medici.] de fundo instructo. lege quaesitum. [Theriacam, inquit, & cetera medicamenta, non tyriacam.] Nébrisensis.

**THESAVRVS** proprie dicitur pecunia abscondita sub terra, cuius non est memoria. l. nunquam. §. thesaurus ff. de Acq. Ter. do. Quandoque improprie dicitur, vt ff. de acq. poss. l. peregre. in princ. & ff. ad exh. l. thesaurus.

**THLASIÆ** dicuntur spadones, quibus testes fracti sunt. Thlibiæ vero, qui attritos eos habent.

**THYMELICVS**, interpretatur histrio, quoniam thymelæ, es, est pulpitum siue scena. Apuleius pro magia. Si choragium, inquit, thymelicum, num argumentatere, vt etiam me Gragidij sylvate histriionis.] Augustinus libro 6. de ciuitate Dei Quæ sunt, inquit, illa sacra, quibus agendis tales elegit sanctitas, quales nec thymelica in se admittit obscenitas. Vitr. l. 3.

Ex eo, inquit, scenici & thymelici separatim nominantur. Vlpianus libro 3. titulo de his qui not. in fama. l. athletas. Neque thymelici, inquit, qui certaminibus hericis deteruiunt, ignominiosi habentur. Item de consecrat. dist. can. non oportet. S. d. vtrobius thymelici corruptè legitur. Ant. Nerriss.

**THYMELICI**, sunt fidicines, citharistæ, lyristæ, tibicines, qui in orchestra actiones suas peragebant, sicut histriones in scena, vt Macrobius. Vtriuus est auctor.

**THLASIÆ** siue thlibiæ, quod idem est, latine dicitur qui habent testiculos a trito: appellati sic à *θηρ* quod est irango, siue *θηρ*, quod idem significat. Vlpianus titulo de Verborum significatione, leg. §. adonum, Thlibiæ, inquit, & thlasia, sed & si quod & aliud genus spadonum est. Item Paulus ad legem Corneliam de sicariis, leg. si quoque ij, qui thlibiæ factum, ex constitutione cœui Hadriani in ea sunt causa, qui ij qui castrant. Vtrobius mendon sunt codices recentiores. Accursius tota errat via, nunc dicens esse ferramentum castratorium, nunc venas quæ inciduntur, nunc quod verissimum est, n. f. ire le. quid thlasia aut thlibia sit, cum sit non castratus siue excæcus, sed qui, vt dicimus, attritos habet testiculos, de quo Dominus per Moysen scribit in Deuteronomio, cap. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscesso veretro, Ecclesiam Domini.

**TIBERIVS** Cæsar, Liuij Drusi ex Liuia Drusilla filius, Augusti deinde priuignus, ab illo ea lege est adoptatus, vt ipse Germanicum Drusi Neronis fratris sui filium

hum adoptaret. Ex Suetonio in vita Augusti, Tiberij, & Caij Caesarum. Iustin lib. 1. titulo de adoptionibus. § pe. Augustus, inquit, non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptasset, ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. Accurs. Imperator, inquit, volebat adoptare quendam nomine Germanicum, & hic Germanicus nolebat consentire. Vnde Augustus callidè suavitè cuiusdam nomine Tiberio, ut illum Germanicum adoptaret, quod fecit. Quis talia historiarum portenta fingeret, nisi Accursus, aut Accursij admiratores? De Tiberio verò tanquam de persona ignota & obscura dixit cuidam Tiberio: cum successerit Augusto in imperio. Quod si historias seculares nunquam legit, nunquàmne audiuit illud ex Evangelio Lucæ 3. Anno decimoquinto Tiberij Caesaris, &c?

**TYBIA** s, aliàs thibias, instrumentum est ad abscindendum virilia, vel aliter, ut not. in l. hi quoq; ff. ad legem Cornel. de sicar. Imo thibiz legendum est.

**TYBIALIA** apud Paul. l. pe. de remil. dicuntur arma quibus crura muniuntur.

**TIGNVS**, vel tignum, dicitur esse omne genus materiæ lignæ, ut in l. 12. Tab. & Azo. in Sum. cod. tit. & Instit. de rer. diuis. Vnde tignarij dicuntur omnes qui ædificant.

**TIGNVS iniunctus**. Require supra Actio

**TIGVLI** dicuntur foramina, quibus exit fumus.

**TYMPANIVM**, margaritarum genus est, ex altera parte sphaericum, atque ex altera planum:

quasi in tympani effigiem formatum Plin. l. 9. vbi de margaritis & vnionibus. Quibus, inquit, vna tantùm facies est, & ab ea rotunditas, & auersis planicies, tympania nominantur. De auro & arg. le. l. pediculis [Cum quædam, inquit, ornamenta mamillarum ex cylindris triginta quatuor, & tympanis & margaritis detraxisset.

**TYRVS**, colonia Syriæ Phœnicis insula quondam, sed ab Alexandro in continentem translata, vnde Lucanus in 3.

*Et Tyros instabilis pretiosa que murice Sidon.*

Tyriorum coloniæ meminit Iuriscons. in tit. de censib. l. vlt.

**TITUBATIO** est, cum ego hinc inde duo contraria scio, nec tamen alicui eorum (quia dubito) credulitatem meam applico. Vnde titubare dicitur quis, quando suspicionem habet super eo de quo contenditur, ut c. in nostra. in præsentia. de Procur. in gloss. in Verb. titubasset. etiam titubare est defectuosè loqui vel ignoranter, vnde titubans pro ignorante habendus est C. de condi. indeb. l. vlt. & ff. de li. ho. exhi. l. 3. § is qui arg. c. dominus. de secund. nupt. vbi gloss. pro & contra, & c. proposuit. de coniug. seru. in gloss.

**TITVLVS** quandoque signum dicitur, quandoque causa acquirèdi dominij quandoque ipsa ecclesia, ut titulus sancti Petri: quandoque clericatus, quandoque canonicatus in aliqua ecclesia: Vnde dicitur quis intulari, id est, clericari vel canonicari. Itè quandoque capitur pro causa mobili ad dominij translationem, ut pro loca

catione, vt c. ecclesia sancta. 2. vt lite penden. Item titulus est iusta causa possidendi quod nostrum est, & sic exigitur iustus titulus in vsucapione & p̄scriptione. c. si diligenti. de p̄scrip. & glos. Sum. 15. q. 2. Etiā titulus possessori causam tribuit p̄scribendi vt c. 1. de p̄scri. lib. 6. & est vnum de principalibus requisitis ad p̄scriptionem. Dicitur etiam titulus quilibet ordo ecclesiasticus, quzlibet dignitas vel p̄latio: & sic dicitur quis intitulari in aliqua ecclesia, id est, ordinari, secundum Ber. in c. dudum. de elect. super verbo intitularum. & ff. si cert. pet. in rub.

**TITVLVS** nonnunquam accipitur pro rubrica, vt l. 1. ff. si cer. pet.

**TITVLVS** possessionis vel possidendi, est initium possessionis, & causa quare quis possideat: vt emptio, venditio, donatio, permutatio: quia per emptionem & similia incipimus possidere.

### De T ante O.

**T O C H I** secundum Azo. dicuntur sustentatores pauperum

**P T O C H I** scribendum est.

**T O G A** p̄textā, dicebatur apud Romanos, qua utebantur pueri vsque in annum octauum decimum: tunc enim sumebant togam virilem, quæ libera dicebatur. Seneca in epi. [Tenes memoria cum p̄textā posita sumpsisti virilem togam] Pueri quoque in ea ætate p̄textati appellabatur. Iuue.

— *Et p̄textatus adulter.*

Hinc Festus Pomp. ait: [P̄textatis nefas erat obsceno verbo vti, ideoque p̄textatum appellabant sermonem, qui nihil obscenitatis habebat.] Vlpian. de Auro & argen. leg. 1. vestis. [P̄-

textata sunt veluti toga. p̄textā, aliculā. chlamydes, & pallia quæ filiis nostris comparamus.] P̄textā verò appellata est quoniam purpura vesti intertexebatur. Nebr.

**T O G A T O S** dicimus aduocatos à toga veste nominatos, quam habebant olim aduocati, diuictam à cæteris, vt per hoc cognoscerentur.

**T O L E R A R E**, pro sustentare dixit Alphe. in l. in lege. de Verb. signific.

**T O M E N T V M**, est quicquid puluillo aut culcitrae inferitur, siue illud sic lana, siue pluma, siue stramentum, siue carices, & iunci concisi, quod tomentum circense appellatur, id est, vulgare, triuiale, & pauperibus commune, dictum à circo Romano, vbi eiusmodi tomenta vendebantur. Martial.

*Tomentum concisa palus circense vocatur.*

concisam appellat paludem, carices, & iuncos, qui ad tomentum concidebantur, quod à *τέμνω* quod est incido, dicitur, non vt indocti putant, ab eo quod rum erat. Seneca de vita beata: [Si super circense tomentum per fascias veteris lintei effluens incubabo.] Suet. in Tiberio: [Druso, inquit, adeo alimenta subducta, vt cogeretur è culcitra tomentum mandere.] Varro quoque de lingua Latina, [Quod in culcitra tomentum aliudve quid calcabunt, ab inculcando culcitra dicta] Vlp. de leg. 3. si cui lana. [Lana, inquit, appellatione, tomentum non continebitur.] Expone ru, id est, lana quæ culcitrae inculcata est: nam ea poterat in dubitationem venire. Quod verò Accursius pu-  
cat

tar genus esse vestis, vel cooper-  
torium de lana factum, quis non  
iure possit ridere? Nam, vt in ea-  
dem lege habetur, si lanæ appel-  
lacio catenus extenditur quo ad  
telam peruenierit, hoc est, vt idē  
Accursius interpretatur, vt solum  
restet texere, nondum tamen est  
in tutela posita, quomodo vestis  
siue cooperitorium ex lana factū,  
debet lanæ appellatione cōtine-  
ri? Quia quod Paulus in eodem  
titulo expressē dicit: Lana lega-  
ta, vestem, quæ ex ea facta sit, de-  
beri non placet. Ant Neb.

**TOPIARIUS**, est operis topiarij ar-  
tifex. Opus verò topiarium dicitur,  
quod in viridijs topiarij  
faciunt, exprimentes varias fi-  
guras animalium aliarumque re-  
rum ex myrto, citro, buxo, he-  
dera, aliisque arbusculis, fru-  
ticibus, & herbis, quarum na-  
tura flexibilis est. Plinius lib. 15.  
[Satiuarum, inquit, myrtorum  
genera topiarij faciunt.] Idem  
libr. 12. [Ficum Indicam ad opus  
topiarium dicit pertinere.] Et  
libro 21. de chamædaphne. [To-  
piaria, inquit, herba inogiam florum  
aliquando supplet.] Idem  
l. 22. [acathon, herbam appellat  
topiariā, quia topiario operi ac-  
commodari potest.] Cicero ad  
Quintum fratrem: [Topiarium  
laudauit, ita omnia conuestiuit  
hedera.] atque ibidem: [Vt deni-  
que illis palliati topiariam facere  
videantur.] Vlp. tit. de fun. inst.  
l. instrumenta. [Si viridaria, in-  
quit, sunt, topiaria accedunt in-  
strumento fundi.] Et in eodem  
tit. l. quæsitum. [Hostiarij, inquit,  
vel topiarij, & diætarij.] Aphri-  
canus tit. de legatis tertio. l. cum  
quæreretur. 60. §. 3. [prædijs le-  
gatis, & quæ eorum prædiorum  
causa emptæ essent, neq; topiariū,

neque saltuarium legatum videri  
ait: topiarium enim ordinandi,  
saltuarium autem tuendi & cu-  
stodiendi fundi, magis quam co-  
lendi causa paratum videri.] Ac-  
cursius cuiusmodi ornatus esset  
topiarij, nesciuit, cum dicit illius  
officium esse, purgare agrum spi-  
nis & vepribus, & fossas.  
Imò vt eiusmodi serui legato  
cederentur, cum necessario ager  
purgari debeat spinis, & fossæ at-  
que elices deducendæ sint, atque  
ad culturam pertineant. Nebr.

**TOPIARIUS** est qui prædium or-  
nat, saltuarium qui custodit. l. cum  
quæreretur. 60. §. 3. ff. de le. 3.

**TORSURA** in clerico: vide glo. in  
Clem. quoniam. de vita & ho-  
nest. cler. & 23. dist. cap. probi-  
bente. cap. clerici. cap. si quis ex  
clericis. c. non liceat cuilibet, &  
12. q. 1. duo sunt.

**TORAL**, mappa est quæ toro, id est,  
mensæ, imponitur. Varro de lin-  
gua Latina, [Toral, inquit, quod  
ante torum.] Horat. 1. Epist.

*Ne turpe toral, ne sordida map-  
pa.*

Florētinus de supellectili legata  
l. de tapetis. [Sicut toralia, in-  
quit, quæ stragulorum non sunt.]  
In eodem tit. l. supellectili vt di-  
ximus in verbo mappa. [oralia]  
pro [toralia] legitur. Nebr.

**TORMENTVM** dicitur, quasi tor-  
quens mentem, à torqueo, tor-  
ques. Quæstio verò est verita-  
tis indagatio per tormentum seu  
torturam, & potest appellari  
quæstio à quærendo, quia iudex  
per tormentum inquirat verita-  
tem. Panor in c. cum in contem-  
platione. de reg. iur.

**TORNEAMENTA** dicuntur  
quædam nundinæ vel feriz, in  
quibus

quibus milites ex edicto conuenire solent, & ad ostensionem virium suarum & audaciæ, temerè congregari vel congregari. vt cap. 1. de torneâ.

**TORRENS**, est aqua in imbre cum impetu, quæ in ætate torrefcit, id est, arefcit: secundum glo. in Clem. dudum. de Sepult.

Vide n. de Aumin. l. 1. §. 2. & de aqua plu. arc. l. in summa. y. p. 10.

**TOTA**, id est, omnis. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. vers. idè dicimus.

### De T ante R.

**TRABEA** est vestis consularis, vt C. de consul. l. 1. lib. 12. qua veste etiam utebatur Imperator, etiam se consulem vocabat: vt in authent. de consulib.

**TRACTATORII**, erant viri qui tractabant & contrectabant, id est, manibus contingebant & palpabant animalia publica, & equos sacro vsui deputatos. Vel dicuntur tractatoria litteræ impetratæ pro licentia vehendi animalia, vel litteræ datæ licentiæ ad tractandum & puniendum criminolos, secundum Accurs. Cod. eo tit. in rubr.

**TRACTATORES** Alciatus. scribit appellari eos, qui habent tractatorias, id est, licentiam adducendi equos in cursu publico: quam Plin. in epist. & Iurisconsulti vocant diploma.

**TRADERE**, duplicem habet significationem: vno modo est rem suam in alterum transerre. Corporalis enim res tradi potest, & a domino tradita alienatur: hoc patet per etymologiam dictionis. Dicitur enim trado quasi transfero dominium, & sic bene dicitur in instrumentis venditionis, iure proprio tradidit. i. transferens tradidit seu dedit. Alio

modo tradere capitur pro inducere in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei, vt cum dicitur possessionem tradidit, vel ipsum equum per frustum, vel librum in manibus.

**TRADUCERE** vsus est Paulus, in l. si duo. vii. possid. pro facere traduces. Traduces autem in vitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati sunt.

**TRAHNA**, est instrumentum rusticum, quod æquandis cæspitibus vel feno colligendo aptatur,

**TRAIANOPOLIS**, ciuitas Sicilia, a Traiano Cæsare cognominata, vt ex verbis Iurisconsulti colligimus, in tit. de censu. l. vlt. [In Sicilia inquit, Selinus & Traianopolis.] Sed cum Traianopolis oppidum sit Misia maioris, atque alerum eiusdem nominis in Piceno Italia, interpungenda sunt legis verba, aut Selinus sit in Sicilia, & Traianopolis altera ex illis duabus. Ant. Nebr.

**TRAIECTITIA** pecunia, dicitur, vt Modestinus libro 21. Digest. tit. de nautico fœnore, scribit, quæ trans mare vehitur, & ibidem sæpè. Aphricanus quoque in tit. de actionibus & oblig. l. traiectionis pecuniæ. Item Cod. de Veter. iur. enue. le. tanta. Dicta est autem traiectionis, a traiciendo, hoc est, transmittendo, vnde est frequenter apud historicos, [traicere montem, & traicere mare, & traicere flumen, & traicere exercitum, traicere mercem, traicere pecunias.] Atque vtrumque simul, traicere exercitum, mare, flumen. Quare traiectionis pecuniæ nomine venie ea, quæ permutatur, & transuehitur ultra montes & maria. Nebriss.

**TRAIICERE**, est mare transire. Vnde



Vade dicitur: [Si pontonibus mare t auiciatur, id est, transeat: Inde traiectu n. est per mare transitus.] Etiam alio modo est nomen ciuitatis.

**TRAIECTITIA** dicitur pecunia quae locatur vel permittitur alicui per mare ad quemcunque locum transuehenda vel deportanda ff. de Actio. & obligatio. leg. traiecitiz.

**TRANSACTIO**, est de re dubia, & lite incerta nondum finita, dato aliquo promisso, vel retento non gratuita pactio, vt in cap. 1. per eod. tit. de transact. Et est idem quod compositio inter aduersarios: & litem intelligo presentem vel futuram quia ante litem contestatam potest fieri transactio, vt ff. de Condit. indeb. leg. eleganter §. si quis post. Item litem iudicio iustam vel iniustam: vt C. eod. tit. leg. 1. & si quis quando agit, credit se habere iustam causam, alias contrarium, vt ff. de Condit. indeb. in §. m. vt tamen inter insistentem & resistentem: vt si actor per calumniam insitat, nulla sit transactio: sed si reus per calumniam resistat, valeat transactio quantum ad eum. Codice eod. tit. leg. sub praetextu. licet per aliam viam, hoc est per actionem de dolo, vel replicationem doli consulatur actori, vt ibidem dicitur, quando dolo reus induxit actorem ad transigendum. Et dicitur in descriptione, non gratuita pactio: ideo quia fieri non potest gratis, imo expedit quod is, cui fit transactio, aliquid det vel dare promittat transigenti, vnde fieri debet aliquo dato retento vel promisso, alioquin transactio non procedit. Et in eo quod dicitur, aliquo, intelligitur etiam de modico: quia si questio erat de re

valente centum, potest fieri transactio pro decem vel pro minori: nec potest dicere transigens se deceptum, qui transigit super incerto. Item in eo quod dicitur de re dubia & lite incerta, intransitive ponitur, vt sit sensus, de re qua dubia & incerta est lite, id est, propter litem, quia lis quando pendet, facit rem dubiam & incertam. Nam euentus litis & iudiciorum incertus est, leg. quod debetur ff. de Pec. vnde super eo quod in questione vertitur, lite pendente potest fieri transactio: & ideo dicitur, lite nondum finita. Nam si iudicatum esset, nec appellari potest, nec aliquo remedio sententia retractari, ita quod de sententia non dubitaretur, certe transactio non valeret, vt si quis condemnatus ad decem, dicat, verum est me tibi condemnatum esse ad decem, & verum est quod debeo, sed si vis esse contentus, quinque, dabo incontingenti, tunc transactio nulla esset: & si iudicatum negaret, adeo tamen liquida foret probatio, vt non sufficeret negare, adhuc est idem: vt Codice de Peri. leg. qui sententiam. Dicitur enim transactio, quasi actionis in amicitiam seu amicabilem compositionem transigere: transeunt enim a lite & ab actione. qui componunt inter se paciscentes, cum tamen gratis non remittitur actio: secus si gratis remittitur: quo casu non fit transactio, sed simplex per donationem pactio: qui enim transigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit, id est, componit, vt in capite super, eodem titulo in glossa 3. & sic transigit ab actione qui transigit, & is qui agit, pro-

priè dicitur transigere, vt Cod.  
 cod. tit. leg. 2. præalleg. reus au-  
 tem impropiè. Item in spiritualibus  
 non valet transactio proprio  
 nomine dicta. cap. si quando ele-  
 rici. de Offic. deleg. & cap. super  
 eo præalleg. & est tex. in cap. con-  
 stitutus. & cap. præterea cod. tit.  
 Ratio, quia transactio in spiritualibus  
 continet speciem simoniæ: verbi gratia, duo litigant super  
aliquo beneficio ecclesiastico,  
 puta ecclesia vel præbenda, &  
 etiam super iure præsentandi: ta-  
 lis transactio cum sit super re sa-  
 cra, non valet quando alter illo-  
 rum dat alteri 10. vel 20. annua-  
 tum vt cesset à lite, & alter obti-  
 neat ecclesiam seu præbendam  
 seu ius præsentandi cum sit an-  
 nexum spirituali: ergo species simo-  
 niæ est, vbi aliquid datur vel pro-  
 mittitur siue retinetur in talibus,  
 vt possideatur: aliàs procederet in  
 spiritualibus nullo dato retento  
 vel promisso, sed tunc propriè  
 non est transactio, sed in tempo-  
 ralibus valet transactio tali modo  
 sumpta. Sumitur autem aliter &  
 largo modo transactio, prout est  
 amabilis compositio, & si potest  
 fieri in spiritualibus, vt in cap.  
 statuimus, de transactionibus. arg.  
 cap. nisi essent. de præben. & cap.  
 vlt. de rer. permut. Et hoc dum ex  
 vtraque parte datur spirituale,  
 auctoritate tamen superioris. Vt  
 aliqui litigent super ecclesiis, &  
 episcopus vel archiepisc. compon-  
 nat eos iure. Item non valet  
 transactio in subiectione spiri-  
 tuali c. præterea 2. cod. tit. Sub-  
 iectio enim est spirituale quid, &  
 ideo aliquo dato vel promisso si-  
 ue retento remitti non potest.  
 Verbi gratia, iste subiectus est ta-  
 li abbatiæ, scilicet Ecclesiæ sancti  
 Petri, modo vult transigere, id est,

dare triginta solidos, vel aliud in  
 certo censu, vt sit exemptus ab  
 abbatiæ subiectione, qui census  
 est, licet esset recognitio debitiæ  
 subiectionis. cap. omnis anima de  
 censu, tamen non valet talis trans-  
 actio propter subiectionem. Sed  
 si gratis vellet quis aliquam ec-  
 clesiam eximere subiectam, siue  
 posset ex ea annuatim aliquid ac-  
 cipere, nec esset simonia. c. con-  
 stitutus. de religio. domi. vel sibi  
 constituere soluendum censum  
 in recognitionem dominij, vt in  
 cap. omnis præallegato, vel ad in-  
 ducium perceptæ libertatis, vt in  
 cap. recepimus, de priuileg. Item  
 in matrimonio compositio vel  
 transactio non valet. cap. fin. de  
 transact. Et nota duas regulas.  
 Prima est affirmatiua, quod in  
 omni causa criminali vel in om-  
 ni crimine pro quo venit impo-  
 nenda pœna sanguinis, licitum est  
 transigere, excepto crimine adul-  
 terij. Ratio huius regulæ, quia  
 unicuique licet redimere sangui-  
 nem suum. Sed ratio exceptionis  
 est frequentia criminis adulterij.  
 32. q. 7. quid in omnibus. & de  
 iudi. cap. at si clerici. §. de adu-  
 lteriis. Secunda regula negatiua est,  
 quod in aliis criminibus, in qui-  
 bus non venit pœna sanguinis,  
 non est licitum transigere, excep-  
 to crimine falsi, in quo potest  
 transigi: ratio regulæ est, ne deli-  
 cta maneant impunita. Ratio ve-  
 rò exceptionis, quia non potest  
 maius crimen imponi quam falsi-  
 tatis, quod adimit omnem hono-  
 rem. Et hæc dicta procedunt de  
 iure ciuili. Iure namque canoni-  
 co hic non licet transigere, ibi  
 sic quia ibi non venit pœna san-  
 guinis imponenda. Item transigi  
 non potest super alimentis, nisi  
 auctore prætoro. ff. de transact. l.

cum hi. in sum. Ergo not. quod quædam sunt in quibus nec compositio, nec dispensatio, nec transactio locum habet. Quomodo enim posset fieri per amicabilem compositionem, dispositionem, vel per transactionem, ut vir dimissa vxore aliam superinduceret? vel ut monachus talis existens proprium haberet? de Statu monachorum. cum ad monasterium, vel ut subiectes in subiectione perdurans, domino non obediret, scilicet in licitis & honestis? in his ergo cum similibus transactio locum non habet, ut in cap. fin. eodem titulo. Effectus autem transactionis est, ut omnia instrumenta ad causam spectantia, super qua transactum est, & quicquid aliud est quod opem partibus ferre poterat, hoc sit vacuum, & omni virtute cassatum, & sola transactio validum perpetuumque robur obtineat, ut in cap. 1. eodem titulo secundum Goffr. in summa, de transactione.

**TRANSCRIBERE**, præter illam significationem, quæ omnibus est notissima, modo significat iure cesso tradere, ut in lege si vir vxori de præscriptione ver. modò transferre, ut in rationibus fit, cum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transferretur, & nomen meum à rationibus eximitur. l. Aliquando ad Senatusconsultum Velleianum. Budæus.

**TRANSVAGA** dicitur qui transit ad hostes.

**TRANSLATA** legata dicuntur, quæ testator vni legatario ademit, & alij legauit: nam sic transfert testator auferendo ab eo cui primum legauerit, & alij dando.

**TRANSLATIO**, est de sede ad sedem facta commutatio, ut cum

Epi scopus de vna sede ad aliam transfertur, vnde quod hæc appellatur translatio, alibi dicitur mutatio, ut 7. quæst. 1. mutationes. vel sic: Est ab vna Ecclesia ad aliam regulariter facta transitio. Potest enim aliquis de minori Ecclesia ad maiorem transferri, nam qui prouehitur, de minore ad maius prouehitur 93. distinct. legimus in fine, & hoc maxime de translatione episcoporum. Vnde translationum duæ sunt causæ. Prima utilitas, scilicet in sua Ecclesia infructuosus est. Secunda necessitas, ut cum persecutionem patitur, & hostilitatem. Et sunt tres causæ transitus. Prima leuitas. Secunda cupiditas. Tertia humiditas, de hoc Goffr. in sum. eod. tit.

**TRANSLATIVVS** significat segniter, & nota accurate. l. 1. §. præuaricatorem ad senatusc. Tur. & leg. 1. de iure pa.

**TRANSLATITIVVS** edictum vide in ver. Edictum.

**TRANSMIGRARE**, est de loco ad locum transire.

**TRANSVECTIONEM**, ut inquit Bud. in l. 2. de in ius voc. hodie, licet barbarè, monstam vocamus. cum scilicet equites solemniter recensentur.

**TRANSVERSALES** dicuntur, qui ex transuerso sine à latere coniuncti sunt, ut fratres, sorores, & eorum earumque liberi.

**TRAPETVM** siue trapetus, ut inquit Seruius in illud Virg. 2. Georg.

*Venit hyems, teritur sicyonia bacca trapetis.*

Olearia mola est Martialis:  
*Nec tarresiacis cedat tua sylvæ trapetis.*

Distum à Tero, teris, vt Varro de lingua latina tradit, vel (vt alij) a *πῆμο*, quod est verto, quia mola oleariae vertuntur, vel a *πῆμο*, quod est premo. Ad priorem eymologiam alludit Virg. cum dixit,

*-teritur Sicyonia bacca trapetis.*

Ad alteram, vel potius ad vtranque, Plinius lib. 15. [Mox, inquit, trapetis fracta oliuæ premeantur.] Vlp. tit. locati & conducti. l. sed addes. 19. §. illud. 2. [Trapeta, inquit, instructa funibus.] Accursius instrumentum tantum esse dicit, sed non cuiusmodi, aut ad quos usus. Quod verò in tit. de Supellectili. leg. l. de trapetis bis scriptum est trapetum, expuncta r. littera, tapetum est legendum, quod nemo dubitat in genere stragulorum esse. N

TRAPETUM, est mola olearia. l. sed addes 19 §. illud. 2 ff. locati.

TRAPEZITA, id est campsor vel mercator. 23. distinct. in nomine Domini.

TRAPEZOPHORVM, theca erat in qua pretiosiores mensæ deferbantur: nam trapeza interpretatur mensa & *φορεῖον* vel *φορεσκειον*, quod est fero. Florentinus de supellect. lega l. supellectili. [Trapezophora, inquit, Delphica & subsellia.] Cicero tamen ad Fabium Gellium pro statua siue signo quod ferebat mensam posuit. [Trapezophonon, inquit, si te delectata habebit] Neb.

TRAPEZOPHORAB ERANT mensæ ornatu maximo elaboratæ, quæ effictis imaginibus sustinebantur. Trapezophorum mentio fit in l. 3. de supellect. legat.

TREMIS species erat pecuniæ signatæ, sic dictæ à tertia parte aurei quam pendebat, vt docet Bud. in

l. qua vulgò. de Edil. edil

TRAVGA, est securitas præstita portionis & re. us ad tempus, dictoria nondum finita, vt de treu & pa. cap. 1. sed pax. require supra in lit. P.

TREVG A ad tempus facta potest appellari: i. pax cap. nouit. ve. postremo, & ibi ad hoc not. Pan. in peno de iud.

TRIBUNAL secundum Goffr. est locus maiorum iudicium, qui habent merum imperium, secundum Azo. in sum C. de Iur. om. iudi. vel est locus vbi iudex pro tribunali sedet, qui alias forus vocatur. extra. de Verb. sig. forus. & est gl. in c. 1. de re iud. lib. 6.

TRIBUNVS plebis est plebeius magistratus sic dictus, quia populus Romanus olim erat diuisus in tres partes, & ex singulis singuli tribuni creabantur, vel quia tribuum suffragio constituebantur.

TRIBUNVS Quirinum, id est militum, erat Rege exacto, ante dictatores. qui præfuit equitibus postquam partim ex plebe, & partim ex patribus militum creati sunt Tribuni consulari potestate.

TRIBUNI id est, primicerij. leg. 2. & ibi gl. Cod. de Offic. primi. & qui dicantur Tribuni, vide l. officium. ff. de re mili.

TRIBUTVM est census qui præstatur ratione soli proprii à possidentibus. Dicitur autè tributum ideo, quia militibus tribuebatur, qui expeditioni publicæ vacabant, vnde & stipendium appellatur, vt ff. de Verborum significatione leg. ager. & ff. de Publ. & vect. l. 1. §. hic titulus. super ver. pendant. in gloss.

TRIBUTARIJ dicuntur à tributo, quod à tributione derivatur.

TRIBUTARIA actio. Require supra de actionibus.

**TRICENNIVM**, est tempus 30. ann. inde tricēnalis præscriptio, vt in c. vigilanti. de Præsc. in antiq.

**TRICLINIVM**, erat locus tribus contratus lectis, ad discumbendum.

**TRICLINARIA** vestimenta, sunt illa quibus vsitur in cubiculo. l. apud Aufidium. ff. de opt. legat.

**TRIENNIVM**, est tempus trium annorum, vt in c. 1. de Præscript. Et inde dicitur triennalis præscriptio, quæ communiter currit in vsucapione.

**TRIENS**, est tertia pars assis, quatuor continens uncias.

**TRIERARCHVS**, interpretatur nauis princeps: nam trieris est nauis habens triplicem ordinem remorum, quæ trieris dicitur. Hieronym. Ezech. cap. 30. [Egredientur nunciij à facie mea in trieribus.] Ad senatusconsultum Trebellianum. l. Scius. [Fiduciarium, inquit, reliquit heredem trierarchum.] Item de bonorum possessione. l. 1. [Nauarchos, inquit, & trierarchos classiam.] N.

**TRIERARCHVS** interpretatur princeps nauis: trieris enim nauis dicitur triplici remorum ordine instructa. l. Scius. ad Senatuscons. Treb.

**TRIBETRICVS**, a, um, est illud quod tertio quoque anno contingit, à *tribez*, quod est tres, & *tribos* annus. Virgil. 4. Æneid.

*Referunt trieterica Bacchi Orgia.*

Quid. 2. de remed.

*Ibat ut Ædonio referens trieterica Baccho.*

Apuleius pro magia: [Crotalum, inquit, ad trieterica Orgia.] Modestinus lib. 10. ff. tit. de pollicitationibus. l. Septicia. [Agonem, inquit, constituat trietericum.]

**TRIBETRICVM**, quod tertio quoque anno contingit. l. septicia. de pollicit.

**TRINI**, a, a, nomen est distributiuum, quale illud, bini, & quini, & deni, significatque cuiuslibet competere tria. Iungiturque vt alia eiusmodi nomina nominibus pluraliter declinatis. Martialis:

*Transferint bina forsitan trinave calenda.*

Silius lib. 15. Punic.

*Qui sua nunc trinis deducunt agmina castris.*

Martianus lib. 50. de leg. l. sciendum [Præcipitur, inquit, edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quam ternos legatos mittant.] Accursius in erroribus pertinax est. nā qui binos exposuit pro quatuor, quinos pro decem, denos pro viginti, hoc in loco trinos pro sex exponit: cum exponendum fuerit trinos, id est, quilibet ciuitas tres. Sed quæritur iam non ab illo, sed ab illius amatoribus, an recte dictum sit, quod omnes ciuitates non amplius mittere debeant quam sex legatos? significaretur; namque quod omnes ciuitates simul sumptæ non amplius essent missuræ quam sex legatos: quod est perquam ridiculum. Nebr.

**TRIPPLICATIO** est, quæ duplicatio. nem infirmat & adiuuat actorem. Et sic deinceps quadruplicatio. Requirit supra duplicatio.

**TRIPONDIVS**, est as triplicatus, scilicet 36. uncias.

**TRYPHVS** potest interpretari delicatus: nam tryphe, es, est deliciū, & *τρυφία*, deliciarum. Vlp. tit. de Ædili edict. l. idem Offilius. §. 5. [vt balbus, inquit, & blæsus & tryphus, & que quitarsus loquitur.] Vbi tryphum

tryphum pro traulo, hoc est, blaso, posuit, & qui quodammodo ex deliciis sic loquitur Quintilianus lib. 1. [Ilforum delicias reprehēdi, qui s litterā malè proferunt.] Legendum a trypus.

TRIVMVIRI capitales dicuntur, qui carceris habebant custodiam, quorum interuentu animaduertendum erat in quosque homines facinorosos, quos etiam dicimus stratores, à stringendo, quia in carcere custodiendos & reos damnatos puniebant.

TRIVMVIRI monetales, dicuntur, videlicet auri & argenti vel auri confectores.

TROCHLEA, instrumentum est cum orbiculis ad elevanda & deprimenda onera. Cato de re rustica. [Trochleas Græcicas binis sinibus sparteis.] Vitruvius lib. 10. c. 2. & 3. de trochleis multa dicta à τροχῶν, quod est curro. Vl. ti. locati. l. sed addes. 19. [Tympanum, inquit, & trochleas, quibus elevatur prælum.] Neb.

TROCHLEAM, instrumentum fuisse antiquitè, quo prælum releveretur, ostendit Iuriscons. in l. sed addes. 19. ff. locat.

TROPHIMA, merces nutricum.

TROXIMVS, Græcè maturus siue comestibilis interpretatur. Vnde vna quæ esui adseruatur, & quæ non est apta vino, troximos à Iurisconsulto appellatur. In tit. de Verb. sign. l. qui fundam. [Qui fundam, inquit, vendidit, pomum excepit, nuces, ficos & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci troximos appellant, excepta videri.] Ant. Neb.

TRULLA, vas est quo è culina in lauatinam aquam fundunt, atque ad alia eiusmodi ministeria

comparatum. Horatius 2. Serm. pro vale potorio viliori posuit, dicens:

*Qui Veientanum festis potare diebus*

*Campana solitus trulla. Iunen.*  
*Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.*

Pomponius de Auro & arg. leg. 1. & si. [Veluti paropsidas, inquit, tabulas, trullas.] Paulus de fundo instructo. l. tabernæ. [Trullæ, inquit, quæ circa cœnam solent traici.] Nebr.

TRULLA instrumentum est, quod vernaculæ linguæ allusione satis intelligitur. Eo enim liniendis muris, & arenato gypso quoque inducendis vtuntur, & inde trullizatio ex gypso inductio & liniatio. Sed apud Iuriscons. ff. de Aur. & arg. leg. 1. & si non sunt. §. argento factio, accipitur vel pro vase potorio, vel pro vase, in quo ventris onus excipitur: & aliter apud Papin ff. de fund. instr. l. tabernæ, cum, inquit, trullæ quæ circa cœnam solent traici.

### De T ante V.

TVBVS, bi, siue sit fistilis, siue ex alia materia, est fistula, per quam aqua deducitur, imò verò aqueductus ipse tubulis pyxidatis constat. Hispani [araronas] appellant. Columella lib. 1. [Aqua, inquit, sic habetur eximia, si fistilibus tubis in contestam cisternam deducitur.] Plinius lib. 31. [Aquam è fonte duci fistilibus tubis vtilissimū est.] Seneca lib. 14. epist. [Suspensuras balneorum & impressos parietibus.] Vlp. ti. de cloacis. l. 1. Cloacæ appellatio, & tubus & fistulæ continentur. Et per diminutionē tubulus

in eadem significatione. Plin. lib. 33. pro cuniculo subterraneo posuit. [Hi colores, inquit, in eisdem tubulis inueniuntur.] Proculus in titulo de Seruitutibus urbanorum prædiorum. l. quidam [Non licet, inquit, tubulos habere admotos ad parietem communem.] Hinc Accursius tribulos pro tubulis legit, interpretaturque esse vasa lapidea. In superiori lege tubum putat esse foramen cloacæ. Nebr.

**TUBI**, & per diminutionem tubuli, sunt canales fictiles, per quos sumus vltra parietem conducitur, de quibus memiuit Iuriconsultus in l. quidam Hyberus. ff. de ser. urban. præd. dum dicit non licere tubulos habere admotos ad parietem communem. Iidem dicuntur fenestræ, quibus calor balnei euaporat.

**TUGURIUM** dicitur esse testum quod rebus urbanis vel rusticis, custodiendis est deputatum, vel dicitur omne ædificium, quod magis competit rusticis, quam urbanis ædibus, & dicitur quasi tegurium, eò quòd tegat. ff. de Verb. sign. l. tugurij.

**TUNC** significat extremitatem temporis. l. si iis legatum. §. si ita scriptum. ff. de cond. & demonstr. hoc facit ad quæstionem notandam. Si quis ita testatur: Si Imperator non venerit in Italiam intra quinquennium, hæres meus tunc decem det Titio. Imperator moritur primo anno, an Titius potest petere decem? Solutio certe non, nisi post quinquennium. ad hoc semper allegatur tex. præalleg. & hoc quando tempus opponitur in conditione potestatiua. Si verò in conditione casuali apponitur, si deficiat, non expectatur. l. hoc iure. ff. de Verb. obl.

Fallit nisi addatur dictio, tunc, & hinc exceptum est. de elect. commissa. lib. 6. vbi de hoc.

**TVRBA** constat decem hominibus. l. prætor. 2. ff. vi bon. rapt. & sic differt à rixa, quam etiam duo constituunt, vt ibi dicitur.

**TVRPIA** verba, id est, diffamatoria.

**TVRPIVM** personarum appellatione continentur meretrices. l. 3. ff. si quis à par. fuerit manum.

**TUTELA** secundum Azon. in sum. est vis & potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se tueri nequit, iure ciuili data ac permessa, vt Inst. de tut. §. est autem. Vis autem dico de factio, & potestas de iure, vt talis sit tutor qui propria imbecillitate non impediatur, nec à iurisdictione repellatur, quales sunt pupillus, furiosus, & qui perpetuo morbo laborant: illi enim propter imbecillitatem corporis vel animi tutores esse non possunt. Sed femina, quamuis sciant res administrare pupillares, & ad id expediendum vires habeant, tamen à iure institutionum non admittuntur.

**TUTELA** testamentaria, est quando pater dat filio tutorem in testamento.

**TUTELA** datiuæ est, quando nullus datus est tutor filio in testamento, & non extantibus consanguineis idoneis ad tutelam, iudex ex officio suo dat tutorem.

**TUTELA** legitima est, quæ defertur à lege, secundum quam quando nullus datus est tutor filio in testamento, qui primo loco deberet ei succedere ab intestato, tenetur suscipere tutelam huius.

**TUTELAE** actio directa & contraria. Require supra, Actio.

**TUTOR**, est qui pupillum vel pupil

pupillam morte patris vel emancipatione sui iuris factam vel factam tuetur. Differt autem a curatore, quia tutor datur impuberi, curator vero puberi, vel adulto, sic furioso, prodigo, surdo, muto, & similibus, qui rebus suis præesse non possunt. Item tutor quandoque datur a iudice, quandoque a testatore. Datur enim a testatore, & confirmatur decreto iudicis vel præsidis. Etiam datur invito. Sed curator non nisi volenti, præterquam ad libram. Item tutor non datur certæ rei vel causæ, secus in curatore: imò tutor principaliter datur personæ, & secundariò rebus. Sed curator primò & principaliter datur rebus, & secundariò personæ. Et not. quòd quidam est tutor legitimus, quidam fiduciarius, quidam testamentarius, quidam honorarius. Tutor fiduciarius est, qui pupilli emancipari, cuius pater, qui eum emancipavit, tutor erat legitimus, pro patre mortuo tutelam accipit, cum mortis tempore erat in patri potestate Verbi gratia, Titius duos filios habuit: Seium & Mæuium: Seius fuit maior annis. Mæuius fuit pupillus: Seium habuit in potestate, & Mæuium emancipavit, & ipse tutor eius erat & mortuus est eo patre mortuo. Seius frater Mæuij pupilli fiduciarius tutor est, emancipatione enim pertinet ius agnationis, ne fratris sui frater legitimus tutor esse possit, tanquam proximus agnatus, sed fiduciarius bene: & sic tutor fiduciarius est frater fratris sui emancipati, ut patuit. Sed si pater emancipet vnum de filiis suis impuberem, eius est legitimus tutor, & mortuo patre filius alter maior fiduciarius tutor appellatur: & dicuntur tutores quasi

tutores atque defensores. Inst. de tutel. §. tutores. & iste tutor non potest dari nisi libero, licet sic casus, vbi seruo non datur tutor, vt Dig. de tutel. & cur. da. ab iis. leg. si impuberi. i. respons. tutores a quibus iudicibus dantur, vide gloss. Inst. de curator. in princ. in verb. magistratibus.

**TUTOR legitimus est, qui lege præcipiente pupilli nanciscitur tutelam, quales sunt proximi, agnati, & cognati Regulariter enim traditum est secundum leges, vt ad quem spectat emolumentum hæreditatis alicuius pupilli, ad eundem pertineat & onus tutelæ eius, nisi fortè sit mulier, quæ bene vocatur ad hæreditatem morientis, non tamen ad tutelam superstitis, quia tutrix esse non potest.**

**TUTOR honorarius est, qui datur pupillo, vt ipsum defendat a vexationibus aliorum, vel datur notitia gratia, vt alios tutores instruat. c. venerabilem. de elect. in gl. super verb. curabit Vel honorarius dicitur datus causa honoris, non administrationis. Et tales non habent onus, vt reges, principes, comites, barones, quibus committuntur filij causa honoris: adeo illorum tutela vacationem non præstat. Inst. de Exceptat. tutor. vel curat. §. item tria onera.**

**TUTOR testamentarius dicitur, qui testamento tutor filio a patre pupilli datur, scilicet qui actor in testamento nominatur & assignatur.**

**TUTOR suspectus secundum Azonem in Sum. C. eod. tit. dicitur ille qui moribus talis est, vt suspectus sit, non enim facultas & paupertas, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillari**



pillaribus suspectum tutorem commendat.

### De T ante Y.

**TYMPANVM**, est instrumentum ad faciendum oleum l. sed ad aes. 19. §. illud nobis. 2. ff. lo. at.

**TYMPANIVM** (inqu. t. Neur. in Lexico iuris) margaritæ genis ex altera parte sphericum, ex altera planum. pediculis. ad fin. de Aur. & arg. leg.

**TYRO**, est novus miles, vt C de tyron. lib. 7.

**TYROCINIVM** animi, in leg. vlt. de Edil. edict. Venuleius eleganter pro simplicitate, & rudimento posuit, vt ibi attestatur Bud.

**TYRVS**, est serpens venenosissimus, de quo fit tyriaca magna.

**TYRIACAM** scribunt alij.

**TYRANNICA** potestas est, cum quosdam fauoris gratia sublinat, quosdam odio vel inuidia humiliat, & leuis suspicionis aura condemnat. 5. q. 7. c. 1.

### De V ante A.

**VACANS** possessio: Require supra possessio.

**VACANTIA** bona dicuntur ea, quæ dominium non habent, vel quæ fito vel dominio alicuius applicantur. Quod contingit multis modis. Quandoque si quis intestatus decedit, vel qui testari non potest, vel faciat propter quod hæres suus succedere non potest, vel etiam vbi alijs de consuetudine bona alicuius domino applicantur, tunc dicuntur vacare bona.

**VACILLARE** quid sit, vide extra de Procurat. in nostra & de caupon. cum Ecclesia, & de testibus, cap.

præterea per Innoc. & alios.

**VACILLARE** dicitur, qui dubitando & tremendo loquitur, & qui variè loquitur Card. Zabarell. in c. præterea. circa fin. de Testib. cog.

**VACVAM** pecuniam dixit Iuri in l. Quintus deposit. pro ociosa, & reposita & ex qua quis lucrum non facit.

**VADIMONIUM** accipitur pro ea sponthone, quæ datur in causâ grauiori, pura criminali: dictum vadimonium à vadibus, hoc est, sponthoribus, quos qui dederit in iudicio vadere, i. decedere potest quocunque libuerit. Auctores s. ut Acron & Porphyrio in illud Horatij in 1. Sermon.

*Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem est.*

Iuuenal.

-*Differt vadimonia Prætor.*

Et Pl. n. in proæmio naturalis historiz, [Propter quod, inquit, vadimonium differri possit.] Neb.

**VAGABUNDVS** est, qui non habet domicilium, sed hodie hic est, cras alibi. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. Sed quasi vagabundus est, qui habet domicilium, sed raro moratur in eo, & vagatur huc illuc. Quomodo conueniantur isti, habetur in c. fin. de foro compet. in gl. i. & ibi not.

**VALESII** apud antiquiores dicebantur, qui postea, sc. litera (vt in plerisque alijs) in r litteram mutata, Valerij sunt appellati. Fuit autem Valeriorum familia Romæ dicta à Valesio viro præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, qui postea Manius Valerius Terentinus cognominatus est, à Terento loco cuidam Diti patris sacro, Romæ in campo Martio, in quo ara illi dicatam ab

anti

antiquis primus omnium mon-  
strauit. Quintilianus lib. 1. Vt Va-  
lesij, inquit, & Fusij, in Valerios  
& Furius venerunt, ita arborum gra-  
tis fuit, idem quoque Festus Pom-  
peius scribit in dictione Aurelia  
familia Pomponius in tit de ori-  
gine iuris. l. necessarium. auctor  
est, Appium Claudium Cœcum  
fuisse auctorem, vt in illis nomi-  
nibus, littera in r transiret. Ap-  
pius, inquit, Claudius inuenit, vt  
pro Valesijs Valerij, & pro Fusijs  
Furij essent. Hinc est lib. 1. Insti-  
tutionum titulus de lege Fofia  
Caninia, pro eo quod est Furia  
Caninia.

**VALETUDO** & valetudinarius, &  
nunquam valetudo & valetudina-  
rius legendum est in libris Dige.  
quoniam sic scriptum esse ani-  
maduertit Ludouicus Bonogni-  
nus in Pandectis Florentinis, at-  
que apud antiquos hæc nomina  
sic proferebantur.

**VALETUDO** dicitur infirmitas in  
vno significato. cap. quoniam fre-  
quenter. vt lit. non cont. per In-  
nocent & Hostiens. cap. fin. de te-  
stib. l. 2. §. si quis in iudicio ff. si  
quis cautio. & lege vnica. C. qui,  
morb se excus.

**VALETUDINARI** dicuntur infirmi  
qui frequenter ægrotant, vel qui  
laborant per dilucida interualla,  
vt qui modo sani sunt, post horam  
infirmi.

Valetudinarij qui dicantur, vide  
Panorm. in c. quoniam frequen-  
ter, versic. quartò quæro. Vt lice  
non contestata.

**VARI** secundum Bud. in leg. 1. de  
Ædil. edict. sunt qui pedes incur-  
uos & in se contractos habent.

**VARIARE** dicitur, qui primò dicit  
vnum, deinde contrarium, nulla  
assignata causa variationis, Con-  
tradictio verò dicitur, qui simul

dicit duo incompatibilia, vt in-  
terfuisse contractui, & se eadem  
die fuisse alibi in loco incompati-  
bili. Card. Zabarel. in cap. præ-  
terea circa finem, de Testibus.

**VARICOSVS** dicitur curuus, à varice  
neruo contracto, quia neruus in  
senectute reddit hominem vari-  
cosum & curuum, vel est qui mo-  
do huc, modo illuc vadit vt stul-  
tus, l. varicosus. ff. de Ædil. edict.  
Melius est interpretari varicosos,  
pro iis qui laborant varicibus,  
quæ sunt noxiæ venulæ in cruci-  
bus, quæ propter atram bilem  
turgescunt, & ferro adustioneque  
curantur.

**VARIE**, aliquando exponitur, id est,  
varius in locis. §. hæc consideran-  
tes. in auth. vt omnes obed. iudic.

**VARVS**, varicus & varicosus, quid  
significent, non est in promptu.  
Est autem varus qui habet crura  
obtorta, pedesque introrsus fi-  
gens: quæ eademmodum è diuerso  
dicuntur variæ, qui extrorsum  
crura habent, iidemque Vatinij,  
vacieni. [Plinius: Hinc, inquit,  
cognomina inuenta, Pſauci, Pan-  
ſæ, Scauri, sicut à cruribus Vari,  
Vacæ, & Vacieni, & Vatinij.]  
Horatius l. Sermon. [Hunc, in-  
quit, Varum distortis cruribus]  
Et Persius per translationem.

*Vel cum fallit pede regula varo.*

Inde varicus pro eo qui ex di-  
stortione pedum inæqualiter am-  
bulat. Ouid. in 3. de arte.

*Ingentes varica fertque refert-  
que gradus.*

Vlp. tit. de Ædilitio edicto. l. idem  
Offilius. [Varus, inquit, & Vari-  
cus an sanus sit, & opinor eos  
sanos esse.] Accursius nomina es-  
se dicit illorum qui non pos-  
sunt

funere & pronunciare. Varicosus qui à tumentibus & intortis varicibus dicitur, vitium est longe diuersum. Iuuenalis,

*Varicosus fiat aruspex.*

Et Persius.

*Dixeris hac inter varicosos centuriones.*

Vlpianus in eod. tit. l. varicosus. [Varicosus, inquit, sanus nō est.] Neque est qui vt insipiens modò huc, modò illuc vadit, quod Accursius somniat, sed, vt diximus, qui ex nimio labore venas habet crurum intortas & conglobatas, quas Hippocrates appellat cirfas, Aristoteles ixias. Ant. Nebr.

VASALLAGIUM secundum Speculatorem in rit. de feud. idem est quod homagium. Quod enim in Francia dicitur homagium, in Italia dicitur vasallagium.

VASALLVS est, feudatarius. Secundum vulgare prouincialium, nobiles feudatarij vasalli dicuntur, plebeius verò homo medius nuncupatur, secundum Spec.

VASA si cui legata sint, quæ vasa veniant in legatum, diffusè tractat Iurisconsultus in l. et si. §. sed si cui. de auro & argento legato, nam vasorum appellatio generalis est, vt ibi dicitur.

VASA iræ sunt omnes peccatores, vt 33. q. 4. Nabuchodonosor. vbi dicitur, [Vasis iræ nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum.]

VASA vinaria, require in verbo Vinaria.

VASCULARIS, est qui vasa facit aurea & argentea. Budæus in l. apud Labeonem. de Præscriptis verbis.

Voc. Iur.

VATES, modò sacerdotem, modò prophetam, modò poetam significat. 21. distin. clericos.

### De V ante B.

VBALDINI, sunt homines certi, & signanter clerici, vel canonici terræ vel ecclesiæ alterius, de quibus in l. i. C. de col. illicit. vbi dicitur quòd collegium Vbaldinorum non potest constitui syndicum.

### De V ante E.

VB pro &, ponitur interdum, vt in l. si fundum sub conditione. §. his verbis ff. de Leg. 1.

VB in compositione significat priuationem, vt vecors & vesanus, qui sine corde, aut sine sanitate est. l. malum. ff. de verb. sign.

VECTIGAL, est tributum quod præstat de rebus quæ vehuntur, vel omnibus negotiis manuum, à vehendis mercibus dictum. Idem est quod naulum, vt ff. de Public. & vectic. l. i. §. hic titulus, & secundum Azor. in summa, Cod. eodem tit. vide supra.

VECTIGALES agri appellantur, qui ciuitatum sunt, & mancipibus ita locantur, vt certum vectigal rei pub. pendant.

VECTOR, est portitor qui vehit. Et vectores sunt non solum qui vehunt, sed etiam qui vehuntur in naui. secundum Azon. in sum. C. eod. tit. & ff. ad l. Rhod. de iact.

VECTORES possunt dici siue habent mercem, siue non, dum tamen operas suas magistro navis exhibeant ad nauigandum Et sunt quinque nomina quæ præstant ætatem & passionem, vt hospes, zelotypus, &c. Require supra A.

B.

VES,

**VECTURA**, id est, vectigal, siue nau-  
lum.

**VEGETARI** pro recreari. l. i Cod de  
cust. reo.

**VENICVLVM** secundum legem  
12. tab. est, via quæ habet octo pe-  
des in porrectum, & ex transuer-  
so in anfractum sedecim, quod est  
etiam necessarium in actu. Ius  
trahendi ligna lapidesue permit-  
titur habenti actum, sed non ha-  
benti viam, nisi specialiter con-  
uenisset. De hoc supra, in verb.  
actus, & infra in verb. via.

**VEL** etiam ponitur pro [ & , ] inter-  
dum. vt in l. sæpe. ff. de ver. signif.  
& l. cum quidam. C. de ver. signif.  
etiam ponitur alternatiuè, vt in  
c. inter cæteras, de rescri.

**VELVM** est quadruplex, scilicet,  
consecrationis, ordinationis,  
prælationis, & professionis. Pro-  
fessionis suscipitur à Virgine vel  
corrupta cum præfiteatur de altari  
vel de manu, in 20. anno ad  
minus. 20. q. 1. cau. 1. & ea. c. q. 2.  
puella, consecrationis imponitur  
in 25. anno, vt ead. cau. quæ. leg.  
placuit, & 77. dist. placuit. Potest  
autem consecratio virginum fie-  
ri in die epiphaniarum, in albis  
paschalibus, id est, tota septima-  
na paschali, in Apostolorum na-  
talibus: nisi sint graui languore  
derentæ, tunc enim aliis tempo-  
ribus possunt, imo etiam aliis  
præcipuis festiuitatibus & die-  
bus dominicis, vt in c. 1. de temp.  
& qual. ord. Viduas autem nullus  
pontificum velare præsumat. 20.  
q. 1. deuotis, in fine, sed ipsæmet  
velum suscipiant de altari. 27. q.  
1. viduas, quæ capitibus suis im-  
ponant, cap. perlatum, de his quæ  
vi metusve cau. sunt. velum au-  
tem religionis, vel vestem reli-  
giosam de manu presbyteri su-  
mere possunt. 20. q. 1. viduas. Se-

cus de velo consecrationis, quod  
solemniter à solo episcopo soli  
virgini solemnibus diebus impo-  
nitur. Tertium est velum ordina-  
tionis, quod olim dabatur diacon-  
nissis in 40. an. 20. q. 1. sanctimo-  
niales 27. q. 1. diaconissam. Quar-  
tum est velum prælationis, quod  
olim dabatur abbatissis in 40. an.  
10. q. 1. iuenculas.

**VENALICIARIVS**, est seruorum  
mango. Quintilianus: [ Adoles-  
centem, inquit, apud venalicia-  
rium repertum. ] Et iterum, [ Di-  
dit libertus pecuniam venalicia-  
rio. ] Idem & venalicij dicitur.  
Cicero in oratore ad Brutum:  
[ Africano, & Lælios multi ven-  
naliciarij mercatoresque super-  
runt: Caius tit. de ædilitio edito.  
l. iustissimè. ] Venaliciarij inquit,  
ira societatem coeunt, vt quid-  
quid agunt &c. [ Vlpianus quo-  
que. ] Quia venaliciarij, inquit,  
sciunt decurri ad nouitiorum  
emptionem. ] Item Africana  
de verborum significatione, leg.  
mercis appellatione. 207. Mella  
mangones, non mercatores, sed  
venaliciarios appellari ait.

**VENALITIARIJ**, sunt qui  
quæstus causa venalitarum re-  
rum negotiationem exercent,  
quos vulgò appellamus reuendi-  
tores. In iure autem venaliciarij  
intelliguntur fere semper mago-  
nes, quia venalitia, i. seruos ve-  
nales expositos, ipsi emere præ-  
occupant, vt carius vendant. leg.  
mercis. 207. de verb. signific. vbi  
Alciat.

**VENALITIAR** res sunt, quæ in vsum  
indigentium venales propo-  
nuntur.

**VENATIO** quid sit, habes secun-  
dum Goffred. in Sum. tit. de cle-  
uena. Est triplex, scilicet oppres-  
sua, arenaria, & salenosa. Op-  
pressima

pressiva est hominum, de qua dicitur, [Cœpit Nembroth esse robustus venator coram Domino,] id est, extrinctor, & oppressor. Et sic venator, est hominum exactor & oppressor, qui aliquem venatu opprimit. Arenaria est, quæ fit in arena, ut cum quis locat operas suas ut pugnet in arena cum aliqua bestia dentata: hanc qui exercet, peccat graviter, nisi exerceat gratia vitium experiendarum, ut ff. de postu. l. 1. §. item senatus. & 3. quæst. 6. tria. versic. infames. circa princ. & de hac loquitur 86. distinct. qui venatoribus. cum duobus c. seq. Saluosa est quæ fit in sylvis & saltibus ad capiendas feras, & hæc est licita, sed illicita ex tempore & persona: Ex tempore, ut in quadragesima & sabbathinis noctibus. 36. distinct. amputatis. Ex persona, ut in clericis in quo tamen distinguendum est, quoniam episcopo semper est illicita. 33. distinct. quorundam. Aliis vero clericis licita est causa necessitatis, utilitatis & recreationis, cum rebus, laqueis & canibus, dum fit cum silentio & modestia: nam etiam monacho licet texere ligna pro piscibus capiendis, ut de conse. distinctione 5. nunquam. vide Goff. in sum. de cleric. venat.

**VENDERE**, est rem pro certo pretio dare.

**VENDITIONIS** verbum sæpè invenire est positum pro emptione, sicut & ex contrario emptio pro venditione. Veteres, de contra. emp. Imo in leg. 12. tab. appellatione emptionis & venditionis continebatur omnis alienatio. l. Statuliberi. de statulibe.

**VENDITIO** in assen apud Modest. in l. filius quib. mod. pig. vel

hypo. solui. accipitur pro insolutum datione, cum quis tantum rem pignora verit quanti vendi poterat, & ideo eam dat creditori insolutum imaginaria venditione, quæ per assen seu assen. & libram fiebat, auctor Alciat. in Parer. lib. 2. e. 33.

**VENDITI** actio, require supra, Actio venditi.

**VENDICARE**, est coram indice dicere vel intèdere rem esse suam, vel allegare, ut quædo quis dicit, hæc res est mea, & est idem quod intentare, scilicet ad hoc solum intendere ut res. sua declaratur, & sibi dominium applicetur.

**VENEFICVS**, non simpliciter est qui venenum necandi alterius gratia porrigit, sed qui adhibitis incantationibus quibusdam vitur, qui & maleficus dicitur. Ouid. 7. Metamorphos. de Medea.

*Validosque venefica succos  
Mergit in are cano.*

Lucanus in 7.

*Pollutas cantu diroque venefica  
succo.*

Hinc apud Iuriconsultos titulus est de sicariis & veneficiis. Idem & venerarius dicitur. Iulius Firmicus libro 2. [Si Mars Mercurium de diametro aut de quadrato respexerit, faciet venerarios & maleficos,] Callistratus titulo de Pœnis. l. capitalium. ] Venerarij inquit, capite puniendi sunt. ] Nebris.

**VENENARIJ** secundum Alciat. lib. 4. de Verb. sign. sunt qui aliquem veneno neci dederunt, eiusque criminis sunt rei.

**VENENI** appellatione continentur quæ non solum nocent, sed etiam medicamenta salubria, & ideo

mentionem faciens veneni, ad iudicandum debet, vtrum bonum sit an malum. l. qui venenum. de Verb. sign.

**VENIA** aetatis dicitur beneficium seu permissio, vt qui minor est habeatur pro maiore, & talis indulgentia datur mulieri in decimo octauo anno, viro autem in 20. l. omnes. Cod. de iis qui ven. aet. impert.

**VENIRE**, id est vendi, vt in l. Falcinus. §. si in idē. ff. Qui. ex cau. in poss. ea. cum simi. est enim verbū neutropassiuū, seu voce neutrali significans passionem, vnde Exulo, &c. Et differt venire à venio, & venire à veneo. Vnde,

*Si vis venire debes eras mane venire.*

**VENIRE** diem debiti, est posse pecuniam petere.

**VENISSE** ad aliquem id solū intelligitur, quod remanet deductis oner. l. venisse. de Verb. sig.

**VENTER**, require supra, Mittere in possessionem nomine ventris.

**VEPRES** dicuntur spinæ quæ apprehendunt & lacerant carnes & vestes, secundum Ioan. Andr. in clem. dudum. de sepul.

**VERBUM** in larga significatione ponitur in iure pro qualibet parte orationis, à verberando dictū, eo quod aërem verberat vt dicendo in gloss. super ver. institutio. super ver. velociter. & super ver. infra. &c. Non ergo capitur hic verbum, sicut in Ioan. c. 1. [ In principio erat Verbum ] & sicut in Donato, [ Verbum est pars orationis, ] prout est distincta ab aliis partibus orationis, sed significat dictionem cuiuscumque partis orationis.

**VERBIS** dicitur obligatio contracti per stipulationem, vt Instit. de

Verb. obligat. in princip.

**VERBIS** coniuñcti qui dicantur, require supra in verbo [ complexus. ]

**VERNA**, est seruus ex ancilla in domo natus, inde dicitur vernaculus, & est paruus seruus, diminutiuum. ff. de Leg. tertio. l. seruis. §. si. Cod. de Rei vendic. leg. cum super.

**VERO** quandoque stat inceptiuè, quādo non præcedit materia cui iungatur sequens, vt de Elect. super eo verbo. Quandoque aduersatiuè, de hoc in Auth. de hæred. & Fal in princ. coll. 1.

**VERSCOLOR** vestis, inquit Valla, non tam dicitur illa quæ colorem natium mutauit, puta in rubrum, pallidum, aut nigrum, quā illa quæ varium habet colorem. Gellius lib. 6. [ Tunica inquit, longa muliebri indutus & versicolori pallio. ] Cicero 3. de finibus, [ Plumæ, inquit, versicolores columbis. ] Plinius libro 35. [ Capita earum mitris versicoloribus operuit. ] Vlpian. de legatis tertio, lege, si cui lana. [ De versicoloribus, inquit, videndum est. ] [ Paulus de Auro & argento legato. l. pediculis. §. Titia. [ Vestem, inquit, tam coloriam, quam versicoloriam. ] Nebriss.

**VERSCOLORES** appellat Vlpianus in leg. si cui. §. 1. de Leg. 3. lanæ quæ natiam colorem mutant, siue cocco, siue purpura, siue quo alio colore infectæ sint.

**VERSYM** in rem alicuius quid dicatur, perspicuè apparet ex l. 3. ff. de in rem vers. & ex §. præterea. Instit. quod cum eo.

**VERVEX** dicitur ab inuersis testiculis: est enim mas inter oues cui inuersi seu adæpti sunt testiculi.

Iuuenalis Satyra 3.

*Sutor & elixi veruecis labra comedit.*

de quo meminit Vlpian. in l. r. §. i. ff. de Abige. licet quidam verbicem legant, & male.

**VERVM** vsurpari pro iusto, not. gl. in §. semel. Instit. ex quib. cau. manu. non lic.

**VBSANVS** dicitur qui sine sanitate est, sicut vecors sine corde, vt ff. de Verb. fig. l. malum.

**VEPERTILIONES** appellari in iure Alcia. ait, qui ne creditoribus satisfaciant, latitant. & vespere tantum exeunt, vel qui rationes conturbauerunt.

**VEPILONES** & vespæ, vt inquit Festus, dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volueribus, sed quia repentino tempore eos efferunt, qui funebri pompa propter inopiam nequeunt. Suetonius in Domitiano: [Cadauer, inquit, eius populari sandapila per vespilones exportatū.] Apuleius libro Floridorum 4. [Vespilonum manibus extortum velut ab inferis postliminio domum retulit.] Martialis.

*Chirurgus fuerat, nunc est vespilo Diolus.*

Martianus in titulo de solutionibus, lege qui decem. [Num ergo & si vespilonem aut aliàs turpem dederit hominem:] pro quo mēdosè legitur vespertilionem. Item Vlpianus titulo ad Senatufconsultum Trebellianum, lege sed sciendum. [Vel nomen quidem vespilonis testatoris ferre.] Hic Accurs. non minus insanit, quàm in superiori lege fecerat. Nam utrobique vespilonem intelligendum ait esse nomen infamæ, vt si cognominare-

tur carnifex. vt apud Martial.

*Postquam triste caput fastidia vespilonum,*

*Et miseri meruit tadia carnificis*  
Anton. Nebr.

**VESTIARIVM**, pro loco vbi reponuntur vestes, vt apud Plinium lib. 15. [Vestiarium, inquit, contra teredines ad noxia animalia amurea aspergi.] Aliàs vestiarium pro ipsis vestibus, sicut ministerium pro ministris, cibaria pro cibis, Seneca libro de vitæ tranquillitate: [Familia vestiarium petit visumque] Scæuola tit. de annuis legatis. l. annua. [Ac per hoc, inquit, neque vestiaria, neque cibaria his debeantur.] Iabolenus tit. solut. matrimonio. l. in his. [seruis, inquit, vxoris vir nummos vt vestiarium dederat.] Nebr.

**VESTIARI** sunt, qui vestium exercent negotiationem.

**VESTARIVM**, quod pro vestitu impenditur vel datur.

**VESTIBVLVM** secundum Azon. est locus ante ostium vtriusque domus, vel primus aditus seu introitus vel porticus, &c. & restum erat, quo vt vestimento tegitur homo: vel dicitur ab aue, id est, salutatione quæ fiebat ibidem stantibus.

**VESTIGATORES**, venatores, sic dicitur à vestigiis ferarum sequendis. l. quæsitum. de fun. instr.

**VESTIMENTVM** dicitur omne illud quod induimus.

**VESTIMENTA** interpolata, dicuntur veteres vestes iterum politæ.

**VESTIS**, idem quod vestimentum. l. vestis. de Auro & arg. leg.

**VESTIS** virgata vel partita, & de caligis scalatis habetur in Clem. 2. de vita & honest. cleric.

**VBTRANA** mancipia, sunt quæ

anno seruiertint l.vlt. de publ.

**VETERANI** sunt milites emeriti, id est, extra militiam propter sua merita positi. Cod. de vet. in rub. Et in legenda S. Martini, vbi dicitur quod Imperator præcepit quod veteranorum filij scientiis militaribus implerentur.

**VETRATOR**, seruus is dicitur qui diu seruiuit, & qui ex vetustate callidus est, quemadmodum è diuerso nouitius, qui nouus est in seruitio. Festus: [Veteratores, inquit, callidi dicti à multa rerum gerendarum vetustate.] Donatus in illud Terentij in Andria:

*Quidnã hic vult veterator sibi.*

[Veterator, inquit, est vetus in astutia.] Vlpian. titulo de Ædilitio edicto. l. præcipiunt. [Præcipiunt ædiles, ne veterator pro nouitio vaneat.] Atque ibidem: [Quia venaliciarij sciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores.] Nebr.

**VETERINARIUS**, est veterinarum medicus. Est autem veterina iumentum vel à vehendo dictum, vt putauit Cato, referente Festo Pompeio, vel, vt Opilius, veterinam dici voluit, quasi vterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat. inde veterinaria, medicatua iumentorum ars. Columella lib. 8. [Veterinariae medicinæ prudens esse debet pectoris magister.] Callistratus titulo de iure immunitatis. l. quibusdam. Accursius: [Qui fodiunt, inquit, aurum & argentum, aut qui faciunt vitra, sed hoc diuinare est. Nebr.]

**VETVS** & veteranum quid intelligantur, vide extra, de Elect. c. generali. lib. 6. & Albe. super ver. sunc videamus, quanto. C. Quæ

fit longa consuet.

**VETERATORES** serui, qui seruiertint, & iam in ea conditione quasi callum fecerunt, & ita crebrius sumitur in iure. nonnunquam tamen & aliter accipiuntur, vt annotauit doctissimus Alciat. l. 4. de Verb. sign.

**VETVS** ius, require supra, ius.

**VETVS** vinum, dicitur quod non est nonum, & anni prioris vinum appellatione vini veteris continetur. l. vetus. de Triti. vino, & oleo legato.

### De V ante I.

**VIA**, est ius eundi, ambulandi, vehendi, vehiculum & iumentum ducendi. Ita ille cui competit ius viæ, potest illa facere: & differt ab actu. quia plus continet viam quam actus. Nam via, iter & actus in se continet. Item eo contentus est actus, vt iumentum agat quis, etsi non vehiculum: plus enim vehiculum occupat quam iumentum. In via necessarium est vtramq; posse agere. Item via habet ius trahendi lapides, ligna vel trabes, & ferendi erectam hastam, quod non habet actus, nisi de hoc specialiter conuenissent, licet à tergo ducere vellent, non in collo, quod potius videtur rigorosum quam æquum. Item viæ latitudo ad vehendum vehiculum, si latior vel angustior non designetur per contrahentes, leg. 12. tab. definitur, scilicet octo pedibus per rectam vbi via est recta, non torruosa, sed in anfractu 12. pedum, i. vbi reflexa est, quod in actu non oportet, vide supra vehiculum. Viarum autem quædam sunt publicæ, quædam priuatæ, quædam vicinales, vt eleganter persequitur Iuriconsu. in leg. 2. Ne quid in loc. publ. & in lege vlti



ultima, de lo. & itin. pub.

**VIAM** aperire, est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere. l. 1. de Via pub.

**VIATICUM**, ci, est pecunia illa quæ ad Viæ sumptus alicui datur. Cicero de senectû. [Quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere.] Plinius Cæcilius de Martiale: [Prosequutus, inquit, eram viatico sedentem.] Inde Viaticulum, paruum viaticum Apuleius lib. 7. de asino: [Viaticulum, inquit, mihi corrafi.] Vlp. lib. 5. tit. de iudiciis. l. si longius [Egestate, inquit, Romæ laboraret viaticulo suo non recepto quod ad sumptus pater ei destinauerit.] Accursius ignorans quod viaticum sit, quod propter impensas, inquit, in scholis datur: quia supra dixerat, studiorum causa. Neb.

**VIATICUM**, est merces itineris, leg. Titio. ff. ad Munic. Item expensæ studiorum, l. si longius. §. ff. filius. ff. de Iudi. Aliquando sumitur pro corpore Christi. c. quod in te. extrâ, de pœn. & remis. & c. qui reducant. 26. q. 6.

**VIATORES**, inquit Festus, appellabantur qui magistratibus parebant, eo quod plerunque ex agris homines euocabantur à magistratibus & frequens erat, eorum ab agris in urbem via. Plinius lib. 18. [Cincinnatiato viator attulit dictaturam.] Tales tunc viatores erant, quibus id ipsum nomen inditum est, subinde ex agris senatum ducesque accerferentibus. Vlpianus tit. de Rebus eorum qui sub tutela l. magis. [Dari, inquit, viatorem qui ei renuntiet.] Neb.

**VIATORES** erant, qui magistratibus præstò erant §. tripli. 24. Instit. de actio. & l. magis. §. ne tamen. de Reb. eor. qui sub tut.

**VI bonorum raptorum**, vide supra,

actio vi bonorum raptorum.

**VICARIUS** seruus, dicitur ille quem Atrienfis seruus substituit. Itaque vicarius dicitur seruus seruus. Martialis.

*Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse.*

Plautus in Asinar. [Sticho, inquit, vicario ipsi tuo, cui Leonidas Atrienfis responderet.] Mihi scio vicarium esse. Vlpianus titulo de legatis tertio. leg. seruos. [Vicarios seruorum suorum numero non contineri.] Idem in titulo de peculio legato, lege si peculium legetur. Rectè igitur atque Latine Pontifices appellant se vicarios, hoc est, seruos serui Petri, qui se appellat seruum Iesu Christi in suis canonicis, sed Petrus non vicarius Christi, quia non est seruus serui.

**VICARIUS** secundum Goff. est quæ vices alicuius gerit, siue in officio contentioso, siue non contentioso, vt C. de Offi. eius qui vi algerit, per tot. & de offic. vic. per tot. & de offic. Arch. 1. & de offic. archie. c. 1. in fi. Et sciendû quod illi vicarij, de quibus in legibus sub illa rubr. positus tractatur, sût non delegati, sed subdelegati vel ordinarij iudices. Nã eligebantur in certum tempus quod ordinariis erat præfixum, vt ipsi vices ordinariorû præsentium & viuentium supplerent. Erant alij quæ gerebant vices mortuorum & absentium, qui & suffraganei appellabantur: hi omnia poterat agere quæ pertinebant ad iurisdictionem præter vltimum supplicium & membri abscissionem: vt C. de Off. vica. 1. 2. & vicarius Ecclesiæ est presbyter, qui vice principalis

reſtoris deſeruit eccleſiæ. Et ſunt quatuor ſpecies vicariorũ. Quidam ſunt perpetui ad parrochiales Eccleſias conſtituti. vt in cap. G. perpetuus de ſid. inſtr. & cap. extirpandæ. de præb. Quidam non perpetui, ſed ad aliquos actus conſtituti vt temporales, de quib. in cap. peruenit. de appella. Et iſti dicuntur mercenarij. 7. q. 1. nihil. Quidam ſunt ſpeciales non ad curam, ſed ad certum locum, articulum, vel actum conſtituti: de quibus ca. tua. de offi. vic. Quidam nec perpetui, nec ad curam, nec ad eorum actum, ſed generaliter dantur ad omnia, vt vicarius in curiis epiſcoporum, de hoc gloſſ. optima in cle. quæ de eccleſiis. de offic. vica. & vide in lecturâ Innoc. Item vicarij dicuntur illi qui vt cuiuſcunque vicem compleant vel gerant, ſunt conſtituti, vnde vicarius dicitur quaſi vicem gerens.

**VICARIUS** ſeruus, vide ſeruus vicarius.

**VICECOMES**, ſecundũ Spec. eod. tit. dicitur ille, cui dominus temporalis committit executionem iuriſdictionis ſuæ in aliquibus caſtris, & ſic talem vocant vulgariter Lombardi, & aliqui in patrimonio beati Petri.

**VICEDOMINVS** ſecundũ Spec. eod. tit. propriè ſecundũ iura eſt qui præſt rebus epiſcopalibus. 79. diſt. colonus.

**VICINI** ſecundũ Bart. in leg. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcend. dicuntur quouſque vox hominis exclamantis audiri poteſt. leg. 1. §. eodem autem teſto. ff. ad Syll. Et intelligitur de voce communi, non nimis gracili, nec nimis tubali, ſicut vox tauri. Etiam dum clamans medio modo ſit, nec in teſto, nec in apice tur-

ris, nec in cellario.

**VICTIMARI** (inquit Bub. in l. vltim. de iu. immu.) in comitatu caſtrenſi erant ob hoſtias, quæ in ſacrificiis cedebantur.

**VICTORES** ſeruſ ſuar, quos quis habet victus parandi gratia.

**VICTVS** nomine intelligitur omne illud quod neceſſe eſt homini ad viuendum.

**VESTIS** vicem habet victus. ff. de vrborum ſignific. l. victus. & leg. quos 234. §. 2.

**VIDETVR**, eſt verbum ſiſtionis, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. deieciſſe, & per Bart. in leg. ſi is qui. ff. de vſuca & gloſſ. in verbo habere videtur. cap. non minus. de immu. eccleſi.

**VIDETVR**, interdum eſt ſignum veritatis, non ſiſtionis. leg. ſeruum filij §. ſi quis rem ff. de leg. 1. Et quandoque videtur ſignificare ſententiam diſſinitiuam, vt capi. præterea requiſiti. de Appell. & reſpondetur de iure per ipſum. vt c. 1. de iud. lib. 6.;

**VIDVA**, eſt non ſolũ illa quæ deſiit eſſe nupta, vt in cap. vidua. 34. diſt. verum & proprie, eſt illa, quæ nunquam fuit nupta: vel quæ non habuit virum. l. malum. de verb. ſig. Et dicitur vidua quæ ſi viro priuata, vel ſine dualitate dicitur etiã vidua, quæ maritum habet inutilem, id eſt, dånatum ad perpetuos carceres. gl. ſolemnis & ſing in l. ſin. in verbo orbirates. Co. ad l. Fla. de pla. per quam nov. ibidem Bal. quod priuilegia data viduis, dantur inutiliter nuptis, quod verbum dicit dom. Iaſon in leg. ſi is qui pro emptore verſ adde Io. de Ligna. ff. de vſuca, & confirmari poteſt ex tex. in ca. 2 §. ſed neque illud, extra, de tranſlat. epiſc. vbi pontifex dicit, quod ſecundum communem

munem vsam loquendi ecclesia dicitur esse viduata sponso, quæ habet episcopum inutilem & gl. in cap. admonere. in gl. i. vbi dicitur.

*Si re priueris, nec nomen habere mereris.*

**VIENNA**, ciuitas est Allobrogum in Gallia Narbonensi, cuius meminit Iurifconsult. tit. de censibus. l. ult. Nebr.

**VILLA**, est locus ruralis: inde in villa natus dicitur villanus. l. is qui. ff. de verb. signifi. & differt villa à vico. l. urbana prædia. ff. eod. tit.

**VILLAR** dicuntur ædificia rustica: & villa ponitur pro ciuitate. de cens. venerabili.

**VILLICI** dicuntur vel sunt qui ad villam mittuntur: vel sunt qui in villis morantur. Item villicus est gubernator villæ, vel qui præest toti rei rusticæ: vt inquit Paul. in l. si cum villico. ff. de Inst. act.

**VINACIUM**, vel vinacius, propriè acini semen est. Acinus autem granum vuz. Cato tamen in lib. de re rustica, pro acinis musto exhaustis vinacium posuit. [Dolia, inquit, quibus vinacios condat decem habeat.] Vlpian. quodque tit. de fur. leg. si quis vxori. [Vuarum, inquit, & musti & vinaciorum nomine furti agere potest.] Neb.

**VINACEA** in l. si quis vxori. de fur. pro granis vuarum, cum ex eis vinum expressum est.

**VINARIA** propriè sunt torcularia seu dolia, vel certa vasa vini, quæ etiam ad alium vsam transferri possunt, & tandiu vinaria dicuntur quandiu vinum habent: vt ff. de verb. sig. l. vinaria.

**VINARIA** dicuntur ebriosi. Etiam

vinartus est hortus vbi crescit vinum. l. ædiles. §. Pedius. ff. de Ædil. edicto.

**VINEA** locus vitibus confitus. leg. certo, vbi gloss. de ser. rust. præ.

**VINARI** horti, qui vineas habeat. l. urbana prædia de ver. sig.

**VINCTVS** propriè non dicitur qui detinetur in carcere, nisi & vincula eius corpori adhibita sint. l. verum. 216. de verb. sig.

**VINCULORVM** appellatione tam publica, quàm priuata vincula significantur. l. vinculorum. 224. de ver. sig. & propriè loquendo nemo in vinculis esse dicitur, nisi cuius corpori vincula sunt adhibita. d. l. verum 216. de ver. sig. licet late & per interpretationem etiam simpliciter inclusi in aliquo loco pro eo habeantur, ac si in vinculis coërcerentur. l. succurritur. ff. Ex quibus cau. maio.

**VINDICIAE** dicebantur ius possessionis, quæ disceptabantur, pèdente iudicio penes quæ ex litigantibus res quæ vindicabatur deberet remanere, interprete Alci.

**VINDICTA**, virga prætoris erat, quæ seruo imposita illum faciebat liberum. Persius.

*Vindicta postquam meus à Prætoris recessi.*

Vnde per metonymiam, vindicta pro libertate aliquando. Ouid. de remedio.

*Vindicta quisque fauete sua.*

Et ibidem:

*Optima vindicta proxima quaque dies.*

Dicta est autem vindicta à vendicando, hoc est, in libertatem ascendendo, vel à Vindicio seruo Vitelliorum, qui coniurationem de reddenda vrbe Tarquinii patefecit, de quo Liu. lib. 2. & Pomp. de ori. iur. l. necessarium. Titulus

est præterea in libris Digestorum, de manumissis vindicta Neb.

**VINDICTA** dicitur modus manumittendi, & dicitur à vindicta prætoris virga, qua ipse caput serui tangebatur, hæc verba solennia dicens.

*Aio te liberum more Quiritum.*

Vnde Persius,

*Vindicta postquam meus à prætoris recessi.*

**VINDICTA**, secundum alios, est ipsa libertas quæ apud iudicem datur seruis à vindicio seruo Vitelliorum, qui vindicauit ciuitatem Romanam coniurationem dominorum suorum contra rem publicam factam deregendo: propter quod apud consilium libertatem consecutus est, siue libertate à populo donatus: & in postmodum obtentum est, ut omnis illa libertas quæ à populo datur, vel à magistratu qui vicem populi gerit, dicatur vindicta. Hæc Azo. in Sum. Cod. de vin. li. & apud consi. manumissione.

**VINI** appellatione quid contineatur, satis superque liquet ex tit. de Tri. vi & oleo leg.

**VINITOR**, rusticus vinearum cultor appellatur, & de eo loquitur Vlp. in l. instrumenta fundi. ff. de fundo instructo licet aliqui mendosè legant Monitor.

**VINUM** absynthiacum, est cum melle & absynthio confectum.

**VINUM** picenum & tyriacum dicitur à locis. l. 4. q. 3. plerique.

**VIOLATOR** ecclesiæ dicitur qui cumq; ipsam ecclesiã, frangendo ostia, capiendos res sacras & inuadendo, priuilegia sua non custodiendo vel corrupendo, offendit.

**VIR** & **vxor** illi dicuntur, qui matrimonium contraxerunt per verba de præsentibus, de futuro

sponsalia, require supra Sponsalia, quandoque tamen dictio viri refertur ad omnes masculos, licet non duxerint uxorem cuiuscunque ætatis sint, ut no. Bar. in l. seruus de l. 3. vbi vide.

**VIR** bonus dicitur iudex, gl. not. in c. potuit, in ver. celeri. ad fi. de lo. l. cōtinuus. §. cū ita, ff. de ver. obl.

**VIRGINITAS**, est in carne corruptibili perpetua corruptionis euitatio.

**VIRILIS** portio intelligitur æqualis, quandoque tamen completitur totum, & ideo Titium & Sesium hæredes institui in viriles partes, alter autem eorum non possit succedere, alter capax habebit totum. l. virilis. de verb. sig.

**VIRIOLE** inter mulierum ornamenta enumerantur, in l. argumento §. muliebri. ff. de Aur. & arg. l. iuncta l. fi. §. fi. eo tit. & est diminutivum à viris, quæ minores annulos, quos vulgus corrupto vocabulo vergetas nūcupat, significat.

**VIRTUS**, secundum Philosophum 2. Ethic. est quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit, & dicitur quasi virum tuens, à vitis præseruans, de pœ. dist. 2. illa anima, & c. seq. & no. Io. And. in clem. 1. de Sum Tri. & fid. catho.

**VIRTUTES** theologicæ sunt tres, fides, spes, & charitas. c. quia passus, de consecr. dist. 2.

**VISITATIO** quomodo & quando fiat per archiepiscopum, & quæ crimina puniendæ sint, & in quibus procuratio fiat, vide c. 1. de cens. lib. 6.

**VIS**, est rei maioris impetus, qui resisti non potest, vel cui resisti non potest, supple. commodè. ff. quod vi metusve cau. l. 1. & 2. & quot mod. sum. & quot actiones vel interdita introducat, not. in cap. ad audientiam. eo tit. in gl. 2. Cuius gl. effectus infra patebit.

Et generalis quandoque, vnde secundum Goff. & Azon. eod. tit.  
**Vis** est quintuplex, scilicet, impulsiva, ablativa, expulsiva, & turbativa, & inquietiva, vide infra.  
**Vis** ablativa est rerum mobilium: & hæc inducit actionem vi bonorum raptorum in rebus mobilibus: est enim circa mobilia tantum, vt ff. de vi & vi arm. l. 1. §. si fundus. §. 2. & Inst. vi bon. rapt. §. sed nedum talia. per illam enim alicui bona sua vel res suæ violenter rapiuntur.  
**Vis** compulsiva est, per quam compellitur quis ad faciendum illud quod non faceret, si esset liberi arbitrij, nec compelleretur, quæ imponit necessitatem contrariam voluntati spontaneæ, & ex hac vi oritur actio quod met. caus. ff. eod. tit. l. 1. in fin.  
**Vis** expulsiva est, quando quis eiicitur de possessione sua: & secundum istam inducitur interdictum vnde vi, & est tantum rerum immobilium, vel de his quæ immobilibus cohærent.  
**Vis** turbativa est, quando quis turbatur in possessione sua, quæ inducit interdictum vti possidetis in rebus soli, sed in rebus immobilibus inducit interdictum vtrobi, cum duo se possidere contendunt eandem rem.  
**Vis** inquietativa, est quæ introducit interdictum quod vi aut clam. Et dicitur inquietativa, quia non finit vti aliud re sua quiete, vt arare vel aliquid facere, vel quando alter vult alio invito aliquid ædificare in suo solo, vel fortè iã ædificauit. Nã distinguitur in hoc interdicto an iuste vel iniuste fecerit, vt si quis à me prohibitus vel putas se prohibendum quid in meo faciat, siue ius faciendi habuerit, siue non, vt ff.

quod vi aut clam. l. 1. Et dico secundum Azon. in rubrica, quod metus causa. quod accipitur hæc vis pro vt nullo modo potest ei resisti, sed in rub. de his quæ vi metusve caus. fiut. accipitur pro vt potest resisti, licet cum periculo, & est compulsiva, hæc ibi. Itẽ est quædam vis publica, quæ fit cum armis, quædam priuata sine armis, de ordine cognationum, cum dilect. in gl. 7. Item vis maior dicitur impetus rei, cui resisti non potest, vt supra dictum est de his, quæ vi metusve causa fiunt. ad audientiam. in gl. 2.  
**Vis** maior quæ dicenda fit, cuius meminit Caius in l. si merces. §. vis maior, pulchrè Bud in leg. ex conducto. §. sed & si labes. ff. locati & cond.  
**Vis** negatiua, est quando res alicuius inquietatur.  
**Vis** publica est, quæ fit cum armis; sed priuata quæ fit sine armis. Inst. de publ. iud. circa fi. in §. item lex Iul. de vi priuat. Vnde,  
*Vis priuata reum deponit ab ordine rerum.*  
 id est, multabit in tertia parte bonorum.  
*Sed deportatur, cum vis armata probatur.*  
 vt in gl. 1. c. 2. de ord. cognit.  
**Vis** siue metus cadens in constantem virum, est metus pænæ, vel cruciatus siue amissionis omnium bonorum, & ista excusat nisi postea consenserit, vt in c. de illis. 2. de spons. Alia est vis vbi metus non excusans, quæ non cadit in constantem virum, vt in c. veniens. &c. consultat. eo. tit. Et not. quod potest quis vim vi repellere, vt c. significasti. de hom. & c. si verò, de sent. excom. & dist. 1. ius naturale. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi arm.

arm. l. sciētiā. §. qui cūm aliter. ff. ad l. Aquil. Et hoc vetum si repulsio fiat in continenti, non ex interuallo. vt l. idem est. §. cūm igitur. ff. de vi & vi arm. Dicitur autē sic fieri in continenti, quādo fit in flagranti crimine, hoc est donec animus continuus durat, & non diuertit ad alios actus. vt §. vim vi præal. Secūdo debet fieri causa defensionis, non offensionis vel vlciscendi, vt §. pen. in leg. scientiam. præal. Tertio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. vnde vi. l. 1. & c. vt famæ. §. vltim. de sent. excom. Et datur ibi talis conclusio, quod ista defensio est vera & iusta quæ fit tantum & tunc, quantum, & quando est opportunum, vt in gloss. 1. Cod. vnde vi præal. tamen si defendens modum excedat non ex proposito, non tenetur. 23. q. 3 non inferenda. Alanus & Ioan distinguunt, aut vis sit personæ, aut rebus de hoc vide gl. in c. significasti. præal. & c. dilecto filio. de sent. excom. libro 6. & in cap. significauit. de pœ. & re. vbi consideratis circumstantiis imponitur pœnitentia arbitraria illi qui defendendo modum excessit. Quarto potest fieri quando habet iustum gremorem offensæ, puta per minas alicuius qui minas exequi solebat, aut per occursum: non enim oportet expectare quousque detur primus ictus, quia talis posset esse lethalis.

**VITAE** hominis tempus longissimum est spatium centum annorum. l. fin. & las. in 7. not. Cod. de sacrosanct. eccles. Adde quod homo potest viuere centum & 20. annis, vt est text. in §. 1. & ibi no. Ang. in auth. de monach. ponit do. las. in d. l. fin. in fine.

**VITIS** centurionis gestamen erat ad fustigandos milites pigre munerata sua obeantes, de qua in verbo, Centurio, multa diximus. Nebrissenf.

**VITIVM**, est perpetuum corporis impedimentum l. inter stuprum. de Verb. sig. vbi ponitur differentia inter morbum & vitium: sed Sabinus in l. 1. de ædil. edic. vitiū etiam ad animum retulit.

**VIUARIUM** dicitur indagatio vbi ferae sunt inclusæ, vel dicitur locus in quo pisces seruantur, vt ibi viuant, secundum Ioan. And. in Clem. ne in agro. de sta. monac. Et differunt viuarium, saltus, foresta, garena insula, &c.

**VIX** quandoque denotat affirmationem: nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit, vt c. 2. de cognat. spir. l. 9. ff. de iudic. l. & certis ex causis. & 15. quæst. 1. merito queritur. Quandoque etiam significat negationem, id est, nullo modo, vt ff. de Leg. 1. si feruus legatus. §. qui quinque. Sic etiam dicitur, [ Vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ] 61. distinct. miramur.

### De V ante L.

**VLTRA** aliquando ponitur temporaliter 32. quæst. 5. si Paulus. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondit. Aliquando notat modicum tempus, extra, de dila. c. litteræ. Aliquando includit C. de non nume. pec. l. cūm vltra. de vsur. l. eos. & l. cūm alleg. de col. filiam. & de inoffic. test. l. 2. Aliquando statat. C. de Iudic. prope randum. circa princ. Item adde quid vltra importet, in testamento, Bar. in l. Celsus. ff. de vsur.

**VLTROCITROQUE** perinde valet quasi dicas, vtrinq; sine hinc

hinc atque illinc. l. Lab. de Verbor. signific.

### De V ante N.

**VNANIMITER**, vide extrà, de causa poss. cùm ecclesia. de Elect. cùm dilectus, & c. in causis. & de concess. præbend. post electionē. & de postul. præl. c. vlt. Idē adde quod vnanimiter factū dici potest, quod factum est à maiori parte capituli seu collegij aliquib. contradicentib. Ita colligit Dn. Anton. in c. ad aures. extrà, quod caus. adde etiam Barb. post alios in c. cùm ecclesia Surtina. de caus. posses. & propriet.

**VNCIA** est duodecima pars assis, vt nati ex concubinis in domo, succedunt in duabus vnciis: id est, in duabus partibus duodecim partium assis, si alij legitimi non supersunt. Cætera nomina assis, require supra, As.

**VNCIA** ex octo drachmis constituitur, vt not. per gl. in l. i. C. de metallis & metalla. lib. ii.

**VND** agnati, & vnde vir & vxor. Require supra, bonorū possessio.

**VNGVENTA** appellantur, non solum quibus vngimur causa voluptatis, sed etiam valetudinis l. in argento. de Aur. & arg. leg.

**VNIONES**, id est margaritæ. l. si quid. §. i. ff. de furt. & ibi not. l. apud Celsum. §. item quæritur. ff. de Dom. except.

**VNIVERSITAS** secundum Azon. in summa, quod cuiusque vniuers. nomin. est plurisū corporum inter se distantium vno nomine specialiter eis deputato collectio. Adde, quod triplex est vniuersitas: quædam est vniuersitas solius facti seu corporum, vt grex, chorus, familia: quædam iuris & facti simul, vt peculium,

dos, patrimonium, quædã folius iuris, vt hæreditas, ea enim feruat nomen, etiam si nulla addint corpora hæreditaria. l. hæred. de petit. hæred. & de nomine vniuersitatis, vide Bart. in l. aut facta §. vlt. de pœn.

**VNIONES** dicuntur margaritæ grandiores, dicti ab eo, vt Plin. l. 9. scribit, quod nulli duo reperiantur indiscreti: [vnde nomen, vnionem, inquit, Romanæ imposuere deliciæ,] de Auro & argento legato. l. Scia. [Legauit, inquit, vnionem cum hyacinthis, & postea vnionem soluit.]

**VRINATORES**, dicuntur qui subter aqua natantes tempore multo continent spiritum, ab eo quod est vrino, vrinas, vel vrinor, vrinaris. Varro de lingua Latina, l. 4. [Vrnæ, inquit, dicuntur quod vrinant in aqua hauriēda.] vt vrinatur. Vrinari enim est in aqua mergi. Plin. l. 2. [Vrinantibus in quamlibet profundam aquatum altitudinem.] Idem l. 9. [Has, inquit, vrinantium cura capi.] Idem lib. ii. [Eadem est causa, quare sub aqua diu ranæ & diu Phocæ vrinentur.] Callistratus ad legem Rhodiam de iactu. lege nauis. [Merces per vrinatores extractæ.] Audi somnium Accursij: [Qui ita, inquit, subtiliter perpendunt & vident sub aqua, sicut medicus per vrinam perpendit ægritudinem.] Nebris.

**VNO** contextu fieri aliquid, est fieri nullo alieno actu interposito nisi fiat ex necessitate & actu naturæ, vt superflui ponderis depositio, vel medicinæ acceptio, vel breuis languor, vt Cod. de testam. l. cùm antiquitas. Hæc Azon. & Gof. eod. tit.

**VNVS QVRSQVE** est verbum  
vaj

vniversalē: ff. de Hæred. inst. leg. hoc artic. & habetur hæc dictio Cod. de sacros. eccl. l. 1. Aliquando indistinctè sumitur. C. de patria. pot. l. vnusquisque.

### De V ante O.

**VOCARE** in ius, est vocare ad eum, qui ius dicturus est §. vlt. Inst. de pœna temerè litig.

**VOLVO**, hoc verbum significat propterea eius significatum, vel quodlibet adiunctum, vel quodlibet circumstantia significare dicitur. Nam quando simpliciter profertur, significat motum animi ad aliquid prosequendum. Et cum nihil adiungitur, seu non apparet id, ad quod refertur, in iure nullus est effectus. Etiam non disponit, per Bart. in l. si quis, in princ. de leg. 3. & etiam C. de sum. Trin. & fid. cath. l. 1. Et not. in l. qui te patris, C. vnde liberi. quod volo & nolo non sunt opposita, quia volo ad omne tempus refertur, vt dicendo, Volo adire hæreditatem, sed nolo ad presens tempus tantum refertur: dicendo, nolo adire, intelligitur nunc, licet postea velim. Et ideo facit orationem ambiguum: de qua ambiguitate de verbo nolo not. Ant. de But. in c. ex litteris. 1. de spon. Sed ibi, si ille, cui relicta est electio dicit, volo eligere hærem, significatum illorum verborum est ambiguum, quia potest intelligi dupliciter. Vno modo, id est, primus motus meus fertur in hanc rem, non tamen deliberatè. Secundo modo pro ipso actu acceptionis, id est, accepto hanc rem. Si ergo queris, in quo istorum sit retinendum, respondetur si est traditus terminus ad eli-

gendum seu deliberandum, & in fine termini respondens, volo eligere hanc rem, tunc significatur electio. facit l. sed si alio. 2. resp. ff. ad Treb. cum dicit. post deliberationis tempus, & sic deliberationis dat significatum. facit lex omnes qui. ff. eod. tit. Item si ad interrogationem eius, cuius interest, eodem modo respondet, scilicet volo eligere hanc rem, significato sumpto ex verbis pro certo, maxime cum dicit, pro certo volo eligere hanc rem. Si autem non est aliud, vnde recipiatur significatum, nisi ex ipsis verbis, tunc non significatur electio, imò recipitur primo, id est, primus motus finitur in hanc rem. Item ibi legatarius, cui relicta est electio, dicit, volo hanc rem, significatur electio. leg. 2. ff. de Opt. leg. quia motus cum significatur per verbum volo, refertur immediatè ad rem, per quod significatur acceptatio rei. Et idè si hæres institutus diceret, Volo hanc hæreditatem, quia per hoc significatur aditio: secus si diceret, volo eligere, volo adire, quia tunc non significaretur acceptatio & aditio: quia motus animi non fit immediatè ad rem, sed ad actum eligendi vel ad eundem: Item ibi institutus dicit, Volo esse hæres, significatur aditio, lege, iam dubitari. Dig. de hæredib. instituendis. Et sic aliud est dicere, volo adire, & aliud, volo esse hæres, quia per secunda verba significatur simpliciter aditio, sed per prima non. Et idè est dicere volo esse hæres, & volo hanc hæreditatem. Item ibi, volo relinquere, significat, id est, relinquo, vt in l. Pamphilo. §. propositum. Dig. de leg. tertio. Et sumitur significatum ex natura vltimè voluntarij



luntatis, cuius est providere in futurum, etiam favore eius ut valeat dispositio. Item dicendo, volo per talem geri negotia mea, significatur mandatum, ff. mandati. l. 1. Item si vendere volens dicat, volo vendere decem, & emens dicit, volo emere decem significatur emptio & venditio, quia per verbum presentis temporis significatur consensus de presenti. Secus dicendo, vellem vendere, & vellem emere.

**VOLUNTAS** coacta etiam est voluntas. 15 q. 1. merito. ff. quod metus cau. leg. si mulier. §. si dos, & §. si metu. Sed hoc intelligitur sic, quod non est libera voluntas.

**VOLUNTARIUM** exilium, vide Exilium.

**VOLUNTARIA** iurisdictio, vide Iurisdictio.

**VOLUPTARIAE** impensae, vide Impensae.

**VOTUM**, est alicuius boni cum deliberatione facta promissio vel Deo facta pollicitatio, 27. q. 1. de viduis secundo. Et dicitur boni, quia de malo, nec etiam de re bona sine deliberatione non procedit obligatio. nam de malo quis non obligatur, quia in male promisso rescinde fidem, & in turpi voto. Ita decretum, 22. q. 4. in malis. Dicitur cum deliberatione, quia votum, quod facilitate animi potius, quam arbitrio discretionis emittitur, non est usquequaque obligatorium, ut cap. veniens. eod. tit. Et est triplex votum. Primum necessitatis, quod quis necessario in baptismo promittit, ut abrenunciare diabolo & pompis eius, tenere fidem, servare decalogum. de Conf. dist. 5. cap. 1. Secundum est voluntatis, quod quis voluntarie mittit super his, ad quae ante

votum non tenetur, ut continentiae, abstinenciae, &c. Tertium est votum mixtum ex his duobus, scilicet partim necessitatis, & partim voluntatis. Sed votum voluntarium subdividitur in votum solemne & simplex, unde simplex est, cui nulla solennitas adhibetur. Solum autem votum continentiae solennizatur. Quae autem vota redimi & commutari possunt, vide Gos. in sum. eod. tit. Item votum obligat aliquem Deo, cum dicitur, [vovete & reddite,] ut c. & si Christus, & c. debitorum. de Iureiur. &c. magna. de vot. post princip. vel describitur sic. [Votum est animi conceptum deliberatione firmatum.]

### De V ante R.

**VRBS** simpliciter prolata, populi Romani civitatem significat antonomastice, Instit. de iur. nat. §. sed quoties. Urbis autem appellatio, muris, aut continentibus aedificiis finitur, ut c. significavit, de poen. & remiss. ff. de verb. signifi. l. 2. & appellatur ab vrvo, id est, aratro, quia aratrum in vrbe condenda adhiberi solebat, l. pupilus, §. vrbs, ff. eod.

**VRBANA** mancipia non loco, sed genere vsus cognoscuntur, & a mancipiis rusticis distinguuntur, leg. quemadmodum, de suppell. leg. l. vrbana familia. de verbor. signif. leg. seruis vrbans. de leg. tertio.

**VRBANA** praedia omnia aedificia accipimus, non solum ea, quae sunt in civitatibus vel oppidis constituta, sed etiam in rure, nisi forte stabula sint, quia locus non facit praedia vrbana, sed materia. ff. de Verb. sign. leg. vrbana praedia, vide supra Praedium.

**VRBANORVM** prædiorum seruitutes, require supra Seruitutes.

**VRBDO** est morbus herbarum, frugum, & arborum, in vitibus, & alio nomine carbunculus appellari potest. l. ex conducto. § 1. ff. loca. & de frigore procedit, nam & frigus vrit. Virg.

*Aut borea penetrabile frigus adurit.*

Aliquando ponitur pro pruritu, ut apud Plinium de vitica pisce, (Tacta, (inquit,) vredinem immitit.)

**VRPHOTROPHIVM** dictio Græca est, locum significans ad infantes nutriendos paratum, vrephon enim Græci infantem dicunt, l. illud, §. 1. C. de sacrosanct. eccl. licet in aliquibus codicibus mendose legatur.

**VRINATORRES** appellantur natatores subaquatiles, l. naus ad leg. Rhod. de iact.

### *De V ante S.*

**VSIAM** pro substantia dixit Vlp. l. in venditionibus, de contrah. empr.

**VSI O**, idem quod vsus, l. Quintus, §. si factum, de Aur. & arg. leg.

**VSQVE** stat quandoque inclusivè, ut ff. de senat. l. fin. & in c. 1. de Or. ab episc. qui re. quandoque etiam exclusivè, ut cum dilectis, de fid. instr. est ergo dictio vsque, significatiua ultimi termini ad quem, sicut à vel ab, primi termini à quo.

**VSVS** est ius vtendi rebus alienis salva rerum substantia, proprietate, & dominio: & quomodo accipiatur, vide Archid. de offic. deleg. c. quamuis. lib. 6.

**VSVARI V**, est qui alicuius rei

vsus habet, ut si tu qui es dominus huius serui, concesseris tunc concesseris mihi vti ministerio eius salva proprietate & dominio, unde vsuarij dici possunt clerici, qui non possunt vendere, vel testari, siue donare de bonis ecclesiæ, sed victu tantum & vestitu debent esse contenti. 10. quæst. 2. episcopus habeat, &c. cum constet de pignoribus secundum Ber. Competit ergo vsuario ius & vsus, sed non potest vendere, locare, vel alienare, sed solum ad vsus suum & familiarum suarum potest vti seruitute tali, ut in hortis, fundis, & similibus, si quis habeat in seruitutem vsus.

**VSVCAPIO**, est acquisitio dominij utilis directa rei alienæ per continuationem possessionis temporis lege definiti, id est, per spatium temporis à lege definitum, ff. eodem titulo, leg. 3. verbi gratia: Emi rem mobilem à non domino bona fide, purans rem esse vendentis, & per continuum triennium possideo sine interruptione: ipso iure efficior dominus illius rei. Directum autem dominium habet vetus & principalis dominus rei. Sed utile dominium dicitur, quando quis in veritate non est dominus, sed habet utilitatem rei, ac si esset dominus feudatarius, vasallus, & similes. Et dicitur vsucapio, quia vsu quodam & consuetudine possidendi cepi & acquisivi dominium. Secundò, in rebus mobilibus vel se mouentibus: nam immobilia non dicuntur vsucapi proptiè, sed potius præscribi. In immobilibus enim præscriptio locum habet. Tempus enim à lege definitum est triennium in vsucapione, sed in præscriptione

statuitur decennium inter præsentēs, & vicennium inter absentes, vt Instit. de vsuca Et datur vsucapio, ne dominia rerum sint in incerto, pro publico bono introducta. leg. 1. ff. de vsuca. contra æquitatem naturalem. ff. de Neg. gest. l. 1. in fi. & de Cond. indeb. l. nam hoc natura. Nam locupletari non debet quis cum alicuius damno, secundum regulam locupletari. de Reg. iur. leg. 6. & sic aliud est æquum, & aliud bonum, vt C. de Pac. conven. l. hac lege. Et quando opponitur, æquitas scripta præferitur rigori scripto. Solu. verum est idum vtrumque scriptum est in specie, sed in præal. l. nam hoc natura æquitas est scripta in genere, & hic rigor in specie, ergo præferitur rigori. Etiam in vsucapione vel præscriptione versatur quædam æquitas naturalis, quæ suadet quod postquam quis iusto titulo bona fide certo temporis spatio rem tenuerit, dominium acquirere debeat, & imputetur domino qui negligens est tanto tempore rem suam querere & custodire. Et sic nemo debet locupletari, &c. nisi sub sit causa, vt hic, propter communem omnium utilitatem, & vt aliquando sit litium finis. leg. fin. ff. pro suo. vbi datur hæc ratio, ideo exceptio præscriptionis est exceptio litis finitæ, & opponitur sicut alia litis finitæ exceptiones.

**VSUFRUCTUARIUS**, est qui fruatur & utatur rebus alienis, vel qui res suas nemini furatur.

**VSUFRUCTUS**, est ius vtendi fruendi alienis rebus salva substantia rerum: vt ff. de vsufu. l. 1. & Inst. de vsufu. in prin. Et est ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est: destructa enim domo,

Voc. Iur.

destruitur & vsusfr. qui habetur in ea, vt ff. eo tit. l. 2. & not. secundum Azo. in sum. C. eo tit. quod vsusfr. formalis dicitur ius, id est, seruitus: sed vsusfr. causalis secundum quem aliquis habet causam dominij, non dicitur seruitus, & ponitur hic fruendi, & non in diffinitione vsus, quia differunt ius vtendi & fruendi, vt infra patebit, & vtendi dicitur ad differentiam creditoris, qui habet ius in pignore, non tamē potest eo uti, imo factum committit si eo utitur: sed secundum ponitur ad differentiam vtilis dominij, quod habetur in rebus alienis, sicut emphyteuta & feudatarius habent. Sed fruendi secundum Accur. & Ber. dicitur ad differentiam nudi vsus, quia minus est in vsu, quam in fructu. Dicitur in rebus alienis, quia sua res nemini seruit. Salua rerum substantia dicitur ad differentiam sup. fideiarij & emphyteutæ, qui non tenentur reficere ædes, sed vsufructuarius tenetur & etiam tenetur ad tributum, quia ad eum pertinet fructus. Vnde Ber. exponit salua rerum substantia, i. ne pereat in toto substantia Accur. exponit salua substantia, quia tandiu durat vsusfructus, quandiu durat substantia. Et not. differentiam inter eum qui habet seruitutem vsus, & eum qui habet seruitutem vsusfr. quia is qui habet solum seruitutem nudi vsus, ita utitur quod fructus non percipit, sicut possum uti equa tua, ita quod fructus inde nō percipiam, sic quod partus non sit meus: sic similiter qui habet vsu tantum alicuius fundi, non potest uti pomis, oleribus, & ceteris fructibus ad vsu suum quotidianum: ille autem cui competit seruitus

Q vsus

vsusfr. potest hæc omnia facere.  
**VSVRA**, sicut communiter dicitur, est iuciquid præter vsum sorti accidit vel accedit, secundum Goff. 14. q. 3. plerique. Et addit ipse, intentione vel facto præcedente. Sola enim spe vel expectatione, vitium vsuarium contrahitur, vt c. 1. & c. consuluit. de vsur. & 14. q. 3. si fœneraueris. Et hoc cum principaliter habetur spes & expectatio lucri: aliàs si ob charitatem moueatur quis ad mutuandum, & secundario speret de aliqua retributione, non putatur viciosum. arg. ad hoc 87. dist. in singulis. 61. dist. quid prodierit. secundum Goff. Item vsura est, vbi plus recipitur quàm datum est, & definitur secundum Azon. C. eod. tit. sic, Vsura est in summa, quæ propter vsum rei concessa datur. Concessa, id est, data vel mutua, vnde vsura dicitur ab vsu, & æs æris, quasi vsu æra. i. vsu æris data, s. pecunia, cum nomine pecuniæ quicquid homines habeant contineatur. 1. q. 3. totum. & no. quod omnis vsura præstatur super facta dilatione ad annum, vnde quædam vsura vocatur centesima, illa, s. quæ infra annum æquiparatur sorti: quædam vocatur sextupla (aliàs seiscupla) à sex. quod est totum, & plica, id est, pars vel medietas, quæ etiam alio nomine dicitur hemiolon, ab *ἡμι*, quod est medium, & *ολον*; quod est totum, & est illa vsura quæ totum continet & medietatem totius: quædam verò est triens, s. quæ præstatur vsque ad tertiam partem centesimæ vel sortis: quædam semis quæ præstatur ad medietatem sortis: quædam bes, quæ præstatur ad duas partes sortis. Item quædam vsura est fœnus sortis: &

quædam fœnus fœnoris. Nam vsura dicitur quæ ultra sortem recipitur, vt c. si 14. q. 3. sed fœnus dicitur lucrium de vsura sumptum, vel vsura vbi ad mutuum restituum non fuit certum tempus determinatum, & fœnus vbi determinatum. Est tamen distinguendum inter vsuram & rem illam in qua vsura committitur, nam quæ ab vsuario exigitur, propriè est lucrum quod ultra sortem exigitur, s. lucrum restituendum. Sed res in qua vsura committitur, est mutuum de quo lucrum prædictum gignitur.

**VSVARIUS** manifestus quis dicitur, vide cap. 1. & 2. de vsur. libro 6. Et ultra hoc dicitur Matt. quod sit ille qui vsurarius ex libris suis conuincitur. alleg. Cle. 1. de vsur. & c. qui syncera 45 distinct. c. sine. 24. q. 2. & l. 1. §. editiones. ff. de Edendo. Secundò ille qui confitetur coram sacerdote se esse vsurarium, quia vsurarij iudex est sacerdos, & sic confessus coram suo iudice erit manifestus, vt cap. quem pœnitet. de pœni. distin. 1. Ioan. And. dicit hoc verum si adsint testes, vt cap. quantum, de vsur. libro 6. Idem sequitur Ioan. de Lign. quia iudicium fori pœnitentialis non inducit illos effectus, quos iudicium fori contentiosi, quod ideo sit manifestus, qui confitetur coram iudice animæ, nisi adsint testes. Tertio dicitur ille vsurarius manifestus, qui habet altare paratum. Sunt ergo vsuarij triplices. Primi notorij qui habent altare continue paratum, semper mutuantes. Secundi non notorij, sed manifesti, qui non habent altare continue paratum, sed interdum mutuantes. Tertij per famam tantum manifesti sunt.

**VSRPARE**, est aliquem contra rationem, ius, vsum vel consuetudinem capere, inuadere, vel presumere. Vide Albericum de Rosa. in dictio suo. in ver. vsurpatione. ubi plenè.

**VSRPATIO**, est interruptio vsurpationis, vt in l. 2. & in rubric. ff. de vsurpatione. & dicit ibi textus, quòd oratores vsurpationem frequentem vsum vocant.

### De V ante T.

**T**, hæc dictio modum facit, sicut si conditionem, & cum causam facit. C. de Cond. quæ sub mo. l. 1. & ibi not. & vide ff. de Manumif. l. causam. §. fin. & de legatis 2. l. si ita relictum. & de contrahen. emptio. l. cum ab eo. 41. & de manum testa l. Mæuia. 44. Aliquando facit conditionem, vt l. cum tale. circa finem. ff. de condit. & demonstr. Aliquando vt, exponitur, id est [ sicut ] C. de Sepulc. viol. l. si quis ff. de acquiren. rer. domi. l. in laqueum. in fin. Aliquando vt, id est [ secundum. ] C. de his qui parent. vel liber. occid. l. 1. Aliquando ponitur causatiuè & consecutiuè. ff. de donat. cau. mor. l. senatus. Causatiuè ponitur, 47. distinct. sicut. ff. de leg. 1. l. si quis. in princip. Consecutiuè ponitur, C. de obse. patr. præst. l. si manumissoris. de episcopis & clericis. l. in ecclesiis. ff. de seruit. & aqua. l. 1. & l. q. 1. cum liqueat. & cap. venditio. Aliquando ponitur aduersatiuè, pro [ sed ] C. de appel. l. cum post. Aliquando est aduerbium temporis, vt, id est, [ postquam. ] ff. de pignor. l. 1. §. Aliquidem quæsit. Aliquando ponitur vt, pro [ &, ] in authenti. de testi. §. si verò deducens. ibi, non

tamen per longum inreruallum, vt, & c. Aliquando, vt id est [ tanquam. ] C. de legi. l. leges. Aliquando est aduerbium qualitatis, vel quantitatis, vt, id est, [ quantum, ] vel optandi, vt pro [ vtinam, ] Aliquando est exemplificatiuum, vt cum dicitur nomen appellatiuum vt homo, & not. ff. de inter. l. 1. §. interdicta. de pactis. leg. iurisdictionum §. quinimo. Aliquando vt, id est [ quamuis. ] de nego. gest. l. sed an vltro. §. fin. C. de Serui & aqua. l. 1. Aliquando vt, exponitur, id est [ quando. ] ff. de arb. leg. si cum dies §. si arbiter. Aliquando abundat. ff. ad l. Pompeiam, de parricidis l. 1. & ibi in gloss. Aliquando est aduerbium ordinis. vt id est [ postea. ] Aliquando est coniunctio adiunctiua, vt, volo vt, tu legas. Aliquando causalis, vt, id est [ quia. ] vnde versus:

*Qualiter & quantum notat, discernit, & optat,*

*Ordinat, exemplat, simulat, vtrumque requirit.*

*Dat comitem, dat quoque sequens, sic dat duodena.*

Et de significato huius dictionis, vt, vide extrà, de priuileg. ex ore. de Confir. vt. vel inuti. cap. examinata. de verborum significatio. c. abbate. Idem de effectu huius dictionis, vt, vide extrà de Condi. appo. verum. in Clem. de æta. & qualit. c. 1.

**VTER**, dictio est distributina, & verificatur in altero tantum. Bar. in leg. pe. C. de impu. & aliis substitit.

**VTERRINVS**, vide in dictione Fratres.

**VTERRIBET**, alter ex duobus, quem

capere libet, l. arbor. §. de vesti-  
bulo. cōm. diui.

**VTERQUE**, aliquando ponitur  
coniunctiue ff. de leg. l. 2 si quis  
duobus. & de legat. 3. l. Titius. &  
ff. de cond. indeb. l. si non fortem.  
§. si. de eue. l. si duos. Aliquando  
ponitur diuisiue, vt ff. de rei ven.  
l. Pomponius. communia præd. l.  
binas. & de act. emp. l. si ea res. §.  
fin. Aliquando dicitur de tribus,  
secundum vnam expositionem.  
glo. Inst. per quas perso. no. ac-  
quir. §. nō solum. Item adde quo-  
modo vterque attribuit actum, &  
in quo verificetur. Bartol. in l.  
hoc articulo. ff. de hæc. Insti. Item  
quæ sit eius natura, vide eundem  
Bart. in l. cum quidam. C. de im-  
pub. & aliis subst.

**VTI & frui**, differant, sic, quia vti  
dicitur ille, qui ita vtitur re, quod  
fructus non percipit, sicut possum  
vti ad vsum quotidianum & mi-  
nisterium equa tua, ita quod fru-  
ctum non percipiam, quod scili-  
cet partus non sit meus, sed is  
qui alicuius fundi vsum habet,  
pomis & oleribus vti potest ad  
vsum quotidianum, non tamē do-  
nare vel vèdere potest. Frui verò  
dicitur ille, qui fructus percipit:  
& sic vsuarius habet vsum rei, vt  
cui dominus nemoris constituit  
vsum nemoris ad necessitatem  
seam & familiæ suæ, vt accipiat  
ligna, olera, poma, flores, &c. quæ  
nascuntur in nemore pro se &  
suis conuiuis, non tamen vendere  
permittit ipsum, aliàs frueretur,  
quare clerici dici possunt vsua-  
rij, supra dictum est.

**VUTILIS actio**, vide supra, Actio di-  
recta.

**VUTILIS impensæ**, vide impensæ.

**VUTILITAS publica** quot modis  
consideretur, tradit Barrol. in l. 1.  
solutio matrimonio.

**VTI possidetis**, est quoddam inter-  
dictum cum possessor inquietat-  
ur à non possidente, vt iudex pro  
ipso det sententiam. Si vnus fue-  
rit, tunc pronunciare debet in  
singulari numero, vt ita possi-  
deat vt possides. Si autem plures  
tunc debet pronunciare in plu-  
rali numero, vt vti possidetis ita  
possideatis. hæc Azo in sum eod.  
tit. & vide gl. ante p. in c. licet de  
proba.

**VTPOTE**, pro quia. auth. ingressi. de  
sacrof. eccl.

**VTRIQUE**, id est, certè. ff. de Rei ven.  
l. vti que. Aliquando ponitur con-  
tinuatiue. ff. de Dam. infect. l. vti-  
que. Aliquando, id est, ita de-  
mum. ff. de Nego. gestis. l. diuor-  
tio. §. sed nec. Aliquando, id est,  
sicut. ff. de Act. emp. sicut. Ali-  
quando, id est, tantum. ff. ad Mu-  
nicip. l. non vti que. Aliquando,  
id est, vsque adeo. de Capit. de-  
min. l. amissione. §. 1. Aliquando  
vtriq; sunt duæ partes, scilicet, vti,  
id est, siut, & [que] pro [&], vt  
not. ff. de Edil. edic. l. ædiles.

**VTRO**, id est, altero. C. de agric. &  
censi. l. desinimus lib. 11.

**VTROBI** componitur ex vtrum  
& vbi, pro ad, quasi dicat. apud  
quem est possessio. apud illum sit.  
no. per Host. extra, de prob. c. li-  
cet. in fin. & vide C. & ff. in titul.  
vtrubi. & Inst. de Interdictis. §.  
vtrubi.

**VTRORVE iure**, id est, in spirituali-  
bus & temporalibus. extra, de  
priuileg. quoniam. Aliquando  
ponitur simulatiue, ff. de pact. l.  
rescriptum. §. si pacto de reb. dub.  
l. si is qui ducenta. §. vtrum.

### De V ante V.

**VVLGARIS**, hæc dictio quot  
modis capiatur, docet Bar. in l. 1.  
ff. de

ff. de vulg. & pupil. substituitur.

VULGARIS persona dicitur minus honesta. l. legitimos. ff. de legit. tut.

VULGARIS substitutio dicitur, cum quis loco instituti vel eius cui aliàs, puta ab intestato, est ius adeundi, in casu hæreditatis non adita apponitur seu subrogatur. Vnde conditio est semper, si hæreditas non adeatur. Et dicitur vulgaris, quia in hunc casum seu euentum fieri potest à quolibet qui testari potest, & quilibet qui ius adeundi habet ex testamento vel ab intestato, quia voluntas talis disponentis simpliciter admittitur iure ciuili: secus in pupillari & aliis substitutionibus, vbi non simpliciter admittitur, imò restringitur & limitatur. Et quandoque penitus non admittitur iure ciuili scripto. Et nota quòd conditio ibi apposita [ si hæreditas non adeatur, ] potest dupliciter intelligi, secundum quod non adire dupliciter contingit, scilicet, vel propter nolle adire, vel propter non posse. Et istud non posse, multis modis potest contingere, vel quia euenit furor, vel deportatio, vel quia bonorum acquisitio interdicatur. Vulgaris enim substitutio semper continet conditionem de euentu non aditæ hæreditatis, licet iam vnum casum vel plures vel omnes continere possit. Cætera vide supra, de substitutionibus.

VULGÒ concepti, dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, nati ex meretrice quæ plures admisit. l. vulgò concepti. de Stat. homin.

VULVA, secundum Archid. 14. q. 3. plerique. quandoque illud est quod extra nascitur, vel est venter porci, vel vber, farcimen, vel

ilia, scilicet saltitia.

VULPIANVS an Vlpianus dici debeat Iurisconsultissimus Alexandri, Cæsarius ille assessor, multi dubitant: quæ ambiguitas ex Pandectarum Florentinarum lectione tollitur, in quibus semper Vulpianus per duplex u, alteram consonantem, alteram vocalem, scribitur. Nebr.

### De V ante X.

VXOR iusta, vt scribit Alcibiades lib. 4 Parad. dicitur quæ verè vxor & perquam solemniter ducta est, non quæ simplici sponcione vxor est, tametsi legitima sit. l. si vxor. de adult.

### De X ante E.

XENIVM interpretatur munus quod hospitibus datur. Nam Xenos, interpretatur hospes. Vitruuius lib. 6. [ Primò, inquit, die Græci hospites inuitabant ad cenam: postero, mittebant pullos, ova olera, poma, reliquasque res agrestes. Ideo pictores qui ea quæ mittebantur hospitibus, picturis imicabantur, xenia appellarunt. ] Martialis.

*Omnia in hoc gracili xeniorum turba libello. & sequitur.*

*Hæc licet hospitibus pro munere disticoa mittas.*

Inde per deminutionem xeniolæ. Apuleius lib. 2. de asino [ Mittit Byrrhena mihi xeniola, porcum optimum & quinque gallinulas. ] Vlpianus lib. 1. Dig. tit. de officio proconsul. l. solenti [ Non inquit, in totum xenias abstinere debet proconsul. ] & paulò post:

Q 3

Quantum

[Quantum ad xenia, inquit. pertinet, verus proverbum est. &c.]  
Nebriſſ.

**XENIA** dicuntur, munuscula quædam quæ dantur, esculenta & poculenta, quæ vulgo dicuntur appensationes: cæterarum verò rerum, quæ vsum edulium excedunt, magis propriè dicuntur munera. dicitur enim fieri xenium de pomis cum quis habet hospites, secundum Archid. 14. q. 3. plerique. in fin.

**XENODOCHIUM**, interpretatur hospitium, quod hospitibus & peregrinis publicitus siue priuatim patet. Hieron. in quadam epistola ad Pammachium: [Audio te Xenodochium in portu fecisse Romano.] In Codice Iustiniano, tit. de sacros. ecclesiis. l. illud. l. sancimus. l. si quis. Item de episc. & cler. tum xenodochium tum xenon appellatur. Neb.

**XENODOCHVS**, est qui xenonem alicuius ciuitatis procurat.

**XENON**, est domus in qua ægrotantes recipiuntur, curantur & alimentis sustentantur: vt C. de epi. & cler. per totum.

**XENODOCHIUM**, est domus ad hospitium peregrinantium deputata, vt quidam dicunt. Sed tamen xenon & xenodochium eadem domus dici potest, scilicet in qua valetudinarij & senes, id est, infirmi recipiuntur & aluntur. Prædictam autè differentiam faciētes, xenon per z. litteram, & xenodochium dicunt esse scribendum per s, vide c. 3. de Relig. do. & varia nomina talium locorum habes 14. quæst. vlt. sancimus. vbi de hoc, & l. quæst. 7. si quis hominem. ad fin. in Auth. de non alie. aut permutand. §. hzc ergo. & de Eccles. tit. 5. fin. & est gl. in Cle. per litteras. de præb.

**XENOPAROCIVS** is est, qui publicè munera hospitibus contribuit, quia ξενος hospes interpretatur, & parochus tributor. Arcadius libr. 50. tit. de muner. & hon. l. munerum. [Tabularij, inquit, vel xenoparochus, & vt in quibusdam ciuitatibus.] Ant. Nebriſſ.

**XELOROPHYM**, locus erat celebris Byzantij, quæ Constantinopolis postea cognominata est. Priscianus libr. 1. de octo partibus orationis: [Epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in xeloropho Byzantij scriptus.] Idem libr. 6. [Ostendunt, inquit, epigrammata vetustissima, quæ & litteris vetustissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli in loco quem Xelorophon vocant.] Iustinianus libr. 4. Institutionum, tit. de publicis iudiciis. Quod nos, inquit, telum appellamus, illi telos appellant. admovent, inquit, nos epigrammata in Xeloropho scripta, apud Iustinianum lege Theoph. Xenophori.

**XENOPAROCII**, quorum meminit l. vlt. ff. de Mune. & hon. appellantur qui præbendis hospitibus præsumt, auctore Alcia. in l. pupillus. de verb. sig.

**XELOROPHON**, locus erat Constantinopoli celebris § item lex Cornelia. Institur. de public. iudic.

Christus est rex regum, dominus dominantium: vt in Cle. pastoralis de re iudic.

**CHRISTE** eleison, vide de consecra. dist. 1. hoc quoque. & distinct. 2. can. re vera.

**CHRISTIANORVM** nomen primò ortu est apud Antiochiam, vbi



vbi Ignatius fuit episcopus. 7. q. 1. mutationes. Nam prius omnes fideles dicti fuerunt discipuli vel fratres. Sed postquam apostoli fecerant Concilium Antiochenum, tunc dicti sunt Christiani: vt est gloss. 22. distinct. sacrosancta. & ibi text.

**XYSTICI**, Athletæ sunt, de quibus meminit Iuris. in leg. athletas. ff. de his qui not. inf. licet ibidem corruptè legatur sexustici. Sunt autem illi qui pugnabant in porticu amplissima. Suetonio [Nectamen eo minus xyfticorum concertationes aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper egit.] Græci enim xyftum porticum vocant ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Has & paradromidas Græci appellant, & nostræ ambulationes dicuntur. Vel, secundum aliquos, xyftus habet originem à xyftos, quod hastam seu telum spiculūve denotat.

**XYSRICI**, dicuntur athletæ, dicti à xyfto, qui, vt ait Vitruuius libro 6. est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercebantur. Suetonius in Augusto: [Xyfticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper egit.] idem in Galba. [Si quid scenici aut xyftici donatum olim vendidissent.] Vlpianus tit. de iis qui notantur infamia. lege athletas. pro eo quod esse debuit, [xyftici,] refustici corruptè legitur. Ant. Nebr.

### De Z ante A.

**ZABARELLA**, nomen est vnius Iurisconsulti, qui fecit vtilem

lecturam super Clementinas, & tractatum de horis canonicis: pro funere suo fertur orasse Pogius Florentinus. Sepultus est Constantiæ apud Minores.

**ZELOTYPIA** est suspicio vel furor. 2. q. 5. §. hoc autem sub. c. confuisti.

**ZELOTES** idem est quod zelans & vlciscens, vt in cap. nisi cum pridem de renun. §. personæ vero vbi dicitur, Ego sum (inquit Deus) zelotes, id est, requisitor & exactor castitatis. 1. quæst. 3. §. hæc vltra 23. quæst. 1. §. 1. id est, visitans peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem in his qui oderunt me, id est, contra me paternum odium imitantur. Et sunt verba Domini ad Moysen, Exod. 20. cap.

**ZELVS** quandoque exponitur, id est inuidia, vt 23. quæstione 3. capite qui peccat. & ibi dicit text. Dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi est connexum testimonium scripturæ dicentis, [Zelus domus tuæ comedit me.] ibi glossa exponit zelus, id est, amor quem habui ad templum comedit me, id est, fuit mihi causa inuidiæ propter quam occiderunt me. Aliquando zelus exponitur, id est, feruor dilectionis, exera, de reg. capite 2. libro 6. per Ioannem Andr. in hoc significato magistri nostri dicuntur viri zelosi non zelotypi. Aliquando sumitur in bonam partem, aliquando in malam pro odio, vt not. per Ber. extra, de offic. cust. cap. 2. Aliquando ponitur pro ira 23. quæstione 8. legi aliquando pro seueritate. 28. quæstione 8. h. i. ergo.

**ZENOTAPHIVM**, quid sit, vide Q. 4. ff. de

ff. de rerum diui in tantum § fin. Cenotaphium scribendum est, quod imaginarium sepulchrum significat à Græcavoce *κενοτάφειον*, id est, inanis & *τάφος*, sepulchrum.

**ZEVGMA**, est figura Grammaticalis, ff. de petitione hæreditatis. l. si quis libertatem. in glossa per *zeugnam*.

**ZBLEVCYS**, est proprium nomen cuiusdam iudicis, qui (vt est apud Valerium Maximum, lib. 6. hist. 12.) lata lege de adulteris exoculandis, filium in adulterio reperiunt exoculare parabat, sed precibus populi victus, filium vno, se altero priuauit.

**ZYGOSTATEM** Alciatus interpretatur, pro eo qui ponderum & statererum rationem peroptimè calleat.

**ZYTHVM**, potus est, quem è frugibus excogitauit Ægyptus.

**ZIZANIA**, est seges vel herba peruersa scilicet lolium 6. distinct. c. nasci. 32 q. 1. c. quod militare. & quandoque ponitur pro sorde omnium segetum. gloss bona in Cle. dudum. de sepul & licet de Ele. & ita Saluator dicit ad volentes eradicare zizaniam. 11. q. 3. c. nolite. 1. post princ. & 23. q. 1. §. 1. Matth. 12.

**Zozomenus**, est proprium nomen viri Græci genere, qui composuit 9. libros historiarum ecclesiasticarum, exordiens à consulatu Crispi & Constantini Cæsarium vsque ad tempora Theodosij iunioris. Sozomenus scribi debet.

**ZONA**, *zōna*, vocabulum interpretatur tibi Calderinus in hoc Martialis Apophoreto.

*Longa satis nunc sum, dulci si pondere Venter*

*Iniuriam, siam tunc tibi zona breuis.*

Et clericus coniugatus deserens zonam bicolorem perdit priuilegium clericale. Aufr. in add. ad q. Ca. Thol. 232. cum appellatione vestis continetur zona, allegat l. vestis de Auro & Arg. l. Bar. in l. diuus ff. de bo. dam.

**ZONA**, non tantum pro cingulo accipienda est, sed aliquando etiam pro marsupio & loculis numorum referri accipitur. Apuleius lib. 7. de asino: [Plotina, inquit, pretiosissimis moniliis & auro monetalis zonis referri incingit.] Suet. quoque scribit Vitellium zonam se aureorum plenam circumdedisse. Spartianus etiam Pescennium Nigrum Imp. iussisse, ne milites in zonis nummos aureos vel argenteos portarent ad bellum. Lampridius quoque Alexandrum Cæsarem dicere solitum ait, [Miles non timet nisi vestitus, calceatus, & satur, & aliquid in zonula habens.] Et ferè hæc est consuetudo Hispanorum, vt in cingulo bursam escariam applicent, in qua portent numos. Itaque Saluator noster discipulis interminatur ne portent zonam. In hoc significato accepit Vlpia. in tit. de Bonis damnatorum leg. diuus. [Neque si zonam, inquit, circa se habuerit, procius aliquis sibi vendicare debet.] Accursi. putauit zonam esse cingulum magni pretij. Nebr.

**ZYTHVM**, potus est quem è frugibus excogitauit Ægyptus, vnde à Columella Pelusiacum cognominatur in horto, cum dicit,

*Et Pelusiaci priorites pocula zythi.*

Vlpianus titulo de Tritico & vino legato. l. si quis. [Zythum, inquit, &c. pro hominum affectione.] Ant. Neb.



E X

OBSERVATIONIBVS  
ÆLII ANTONII  
NEBRISSENSIS,  
In Libros iuris ciuilis.

*De Glaucō & Diomede Accurf. ſomnium.*



ST in præfatione Digeforum peroratio Iuftiniani Imperatoris in hæc verba, *Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos inuenimus, quatenus fiant optimi iuftitia & reipublica miniſtri, & vos maximum decus in omne æuum fequatur. Quia veſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt, diſſimilia permutantes.* & ſubdit carmina Homeri ſumpta ex 7. Iliad. libro, vbi narrat quo pacto in obſidione Troiana Diomedes cum Glaucō Hippolochi filio congreſſus cœpit ab illo quærere quis eſſet, quibusque maioribus ortus. Cui Glaucus ſe Bellerophontis nepotem Hippolochique filium eſſe reſpondit. Cumque Diomedes vetus hoſpitiū Oenei Bellerophontisque vtriuſque auorum fuiſſe intelligeret, pugna abſtinuit, atque ita communis armis digreſſi ſunt, quaſi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autem Glauci arma aurea centum bobus æſtimata, Diomedis ærea nouem bouum. Quod Accurf. nescio quibus furiis agitated exponens, ait, Diomedes cū rediret per mare à Troiana victoria, indigebat vino, & inuenit Glauc. iuxta mare abundantem vino,

Q 5

&amp; ca

& carentem equis: at ipse multos equos, quos in prælio habuerat, & ita dedit illi de equis inutilibus pro vino necessario & utili sibi, & Glau. dedit vinum superfluum, & accepit equos necessarios, & sic nos fecimus permutationem de inutili modo legendi ad utilem. Hucusque Accursus. Omitto corruptissimum, & mille acyrologiis deprauatum dicendi genus. Vbi legit ille bonus vir hæc historiarum portentosa: aut quis illum docuit in rebus, quarum ignoratione tenebatur, diuinare? Aliud est enim, vt D. Hieron. scribit, esse vatem, aliud interpretem: illic spiritus neutra prædicat, hîc eruditio & verborum copia quæ intelligit interpretatur. Quod si fuisset Accursio mixtum cum pudore iudicium, aut omnino tacuisset iis de rebus quas ignorabat: aut ea scriberet quæ de Glauco & Diomede ab auctoribus memoriæ prodita sunt: Homero præsertim, quem Iustinianus citat testem. Quod si Accurs. Græcas litteras ignorabat, didicisset saltem Latinas, in quibus lib. 1. serm. Horatij legeret.

*Aut si disparibus bellum incidit, aut Diomedi  
Cum Licio Glauco, discedat pigrior, ultro  
Muneribus missis.*

Atque apud Martialem libro 9. epigrammaton,  
*Tam stupidus nunquam nec tu iusto Glauce fuisti,  
Chalcea donanti chrysea qui dederas.*

iuris libros interp retabatur: illud saltem quod Arist. lib. 5. Ethic. cum de iustitia & iure differeret, scripsit Volenti, inquit, non fit iniuria, sed qui sua donat, vt Homerus de Glauco scribit, dedisse eum Diomedij arma aurea pro ferreis, centeni pretij pro noueni, huic iniuria non fit. Aut imitaretur saltem pudorem S. Thomæ, qui locum illum exponens, nihil tale somniat quale Accurs. sed tantum ab ignorantia interpretis deceptus, dixit accepisse Diomedem centum boues pro nouem, cum Homerus dicat arma æstimata pretio centum bouum, pro armis nouem bouum, quod & Plin. lib. 33. affert. Quamquam Homerus, inquit, admiratus aurum, æstimaciones rerum ita fecit, vt centum bouum arma permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem bouum, & hoc est quod Iustinianus

nus dicebat talem permutationem legum antiquarum pro nouis esse factam, qualis fuit Glauci & Diomedis, hoc est, centeni pretij.

## DE LEGATIS ATHENAS

*missis, Somn. Accurs.*

POMPONIVS lib. 1. Dig. sub titulo qui est de origine iuris: *Placuit, inquit, publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, ut ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis perscriptas pro rostris composuerunt.* Audite nunc obsecro vos ægrotantis Accursij somnia vana: Antè, inquit, quàm hoc fieret, miserunt Græci Romam quendam sapientem ut exploraret, an digni essent Romani legibus: qui cum Romam venisset, Romani cogitantes quid poterat fieri, quendam stultum ad disputandum cum Græco posuerunt, ut si perderet, tantum derisio esset. Græcus nutu disputare cepit, & eleuauit vnum digitum, vnum Deum significans. Stultus credens, quod vellet eum vno oculo decæcare, eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiam pollicem, sicut naturaliter euenit, quasi cæcare eum vellet de ytroque. Græcus autem credidit quod Trinitatem ostenderet. Item Græcus apertam manum ostendit, ut ostenderet omnia nuda & aperta Deo. Stultus autem timens maxillatam sibi dati, pugnum clausum quasi repercussurus leuauit. Græcus intellexit, quod Deus omnia clauderet palma: & sic credens Romanos dignos legibus, recessit. O miserrimam sæculi conditionem, qui hæc audiimus & patimur! Ecquis vnquam talia deliramèta nisi à mulierculis lanificio intentis audiuit? & non videt homo perditus non habita ratione temporum & personarum sibiipsis repugnanda dicere? Quod si tanta erat illi in historia mériedi libido, at debuit saltè aliquid dicere, quod nos falleret. Nunc verò ea per crapulam ructat, quæ nec credet pueri, qui nondum ære leuantur. Nã, si quod hoc in loco Pomp. scribit, constat esse factum 300. altero anno ab vrbe condita, hoc est, ante natalè Christianum

ANNOS

annos circiter quadringentos quinquaginta, quo pacto Græcus & Romanus de Trinitate personarum atque vnitæ substantiæ in diuinis disputare poterant? hoc ne errans quidem fecisset doctissimus illa tempestate legis interpret, nedum homines in falsa deorum gentilium religione occupati. Aut si tam diligens in historia esse volebat, illud potius annotare debuit, Romanarum rerum scriptores, non quod Pomponius scribit creatos esse Decemuiros, quos leges paterentur, sed cum prius de ferendis legibus inter Romanos conueniret, de latore tantum disceptarent, missos esse tres legatos Athenas, iussosque inclytas Solonis leges describere, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta morésque pernoscere. Postea verò quàm illi redierunt, creatos Decemuiros condendarum legum, & iuris dicundi causa. Quòd verò Pomponius scribit tabulas fuisse eburneas, Dionysius Halicarnassæus, diligentissimus antiquitat. Romanarum scriptor, lib. 9. æreas fuisse memoriæ prodidit. Quòdque idem auctor scribit, tabulas in foro positas, non est diuersum ab eo, quod Pomponius tradit positas esse pro rostris: nam Rostra templum erat in foro Romano, quod placuit exornari rostris nauium, quas ab Antiatis acceperant, non vt Accursius delirat, piratarum. Illud verò perquam ridiculum, quòd in re manifesta dubitans pro rostris exponit ante oculos & ora hominum. Ab Hispano, opinor, aliquod id didicerat, quoniam Hispanè facies rostro appellatur.

---

### MUTIUS PRO FABIVS.

IDEM Pomponius in cod. tit. de orig. iur. Q. inquit, Mutius, qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent dua tessera posita, una pacis, & altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet referre Romam, vtramque sustulit, & ait, Carthaginienses petere debere vtram mallent accipere. Atqui non Q. Mutius, sed Q. Fabius fuit, qui cum Valer. Flacco missus est Carthaginè legatus, vt nisi Hannibal violator fœderis dederetur, bellum

bellum Carthaginensibus indiceret. Hic Fabius, Pamphilus cognominatus est, ad differentiam illius Fabij, qui in eodem secundo bello Punico singularem operam Reip. nauavit, atque tum Maximus, tum Verrucosus, tum Quicula dictus est. Atque ea prope modum Fabium Pamphilum fecisse coram Carthaginensibus quæ Pomponius refert, auctores sunt Polybius, Liuius, Plutarch. Silius præterea lib. 2. Pun.

*Non ultra patiens Fabius texisse dolorem,  
Concilium exposcit properè, patribusque vocatis,  
Bellum se gestare sinu pacemque profatus,  
Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis  
Imperat. At sauo neutrum renuente senatu,  
Ceu clausas acies, gremioque effunderet arma,  
Accipit infaustum Libya, euentuque priori  
Par, inquit, bellum, & laxos effudit amictus.*

Tam insigne mendum non debuit Accursius dissimulare, atq; intactum relinquere, vbi non in parte, sed in toto error committitur. nam quid habet simile Mutius & Fabius? nempe quod Thais & Hermione.

---

## COLVMNARIVM, PRO Colum niuarium.

POMPONIUS Iurifcons. in lib. Dig. 34. tit. de Auro & argento leg. [ In argento, inquit, potorio, vtrum id dumtaxat sit, in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti columnarium & vrceoli. ] Quod vasis genus columnarium sit, nullus vnquam scripsit, sed neque legit, præter vnum Philippum Beroaldum, virum alioqui singulari eruditione, qui ex huius legis deceptus lectione putauit esse poculi genus, & Accursium, qui anglisteriam interpretatur, ( sic Itali vulgò appellant ampullam vitream longioris colli. ) Ego verò cum columnarium esse nihili verbum pro comperto haberem, cœpi mecum recogitare quid columnarij loco substituerem, cum subito fuit mihi præstò Martialis Poëtæ distichon, cuius lemma est, Colum niuarium. Cùmque adhuc subdubitarem, an pro columnario  
colum

colum niuarium reponerem, legi sequens distichon, cuius index est, Vrceoli ministratorij. Exilui præ nimia lætitia, atque cœpi mihi ipsi gratulari, quòd locum aliis incognitum atque intactum mea diligentia restitui. Quid verò colum niuarium fuerit, reliquum est, vt ostédamus. Fuit consuetudo apud maiores nostros non modò colare vina, vt essent molliora defæcatoraque, verùm etiam aquam per niues transmittere, quo fieret gustui suauior. Instrumenta verò ad percolandum erant cola minutissimis viminibus contexta, aut ex sacco lineo siue cilicino. Virg. 2. Geo.

*Tu spisso vimine qualos,*

*Colaque pralorum fumosis diripe tectis.*

De colatorio sacco Martialis in disticho cuius lemma est, saccus niuarius :

*Attenuare niues norunt & lintea nostra :*

*Frigidior color non salit vnda tuo.* Plin. 14.

Vtilissimum omnibus sacco viribus fractis. Idem 19. Inueterari vina saccisque cast rari. & 23. lib. Vt plus, inquit, capiamus, sacco frangimus vires. Atque iterum Martialis,

*Turbida sollicito transmittere cecuba sacco.*

& Horatius 2. Sermonum,

*Integrum perdunt lino vitiata saporem.*

Quod Porphyrius exponit sacco percolata. Cùm itaque Martialis duo disticha continuata scripserit, alterum de colo niuatio, alterum de sacco niuario, subdideritque statim vrceolos ministratorios, quis non videt apud Pomponium legendum esse colum niuarium, cùm præsertim euestigio se quatur & vrceoli? Quid, quod sensus pulchrè coit, atque satisfacit ei, quod venire potuit in dubitatione, an videlicet vasorum poteriorum appellatione veniant vasa, quibus non bibimus, sed præparantur ordinanturque ad id quod bibendum est, vt colum & saccus, per quæ colantur vina niuesque, atque præter ea vrceoli, quibus vinum & aqua discumbentibus ministratur. Non quod Accursius & Philippus putabant esse vasa potoria. Effet namque sensus legis ridiculus, si dixeris appellatione vasorum poteriorum vasa potoria contineri.





# COMPIIATIO

## IURIS CIVILIS.



**E**RVUM quia supra in tertio consilio  
 dato dictum fuit, quod discipuli de-  
 bent amare præceptores, vt habetur  
 etiam apud Quintil. lib. 2. Institut.  
 orator. vbi dicit, Discipulos moneo,  
 vt præceptores suos non minus  
 quam ipsa studia ament, eosque parentes existiment,  
 non quidem corporum, sed mentium: plurimum hæc  
 pietas discipulis proderit: nam ita & libenter audient  
 & dictis credent, & similes fieri concupiscent: sicut  
 læti & alacres in conuentu aliorum emendati non  
 irascantur, laudati gaudeant: nam vt illorum offi-  
 cium est docere, sic horum præbere se dociles. Do-  
 ctрина enim coalescere nequit, nisi sociata tradentis  
 atque accipientis concordia. Cùm sim vtilitatis ve-  
 stræ auidus, & optem quod per vos facta sint bona  
 fundamenta, & ab origine causisque primis intelli-  
 gatis, vt dicitur in lege i. ff. de iust. & iur. visum est  
 in signum mei in vos animi aliqua præmittere  
 acuentia ingenium, quæ non reperietis alibi tradita,  
 & paucis sunt nota, & quæ ignorare est lata culpa,  
 scire plurimum affert decoris, ne illotis manibus  
 templum sacratissimū iustitiæ, opus Cod. & ff. ingre-  
 diamini, vt in leg. i. ff. de orig. iur. iuncta leg. i. §. has  
 itaque. Cod. de vet. iur. enucl. Videamus ergo quæ sit  
 causa efficiens: materialis & finalis libri Cod. & ff. in  
 hac scientia legali. Quidam (vt Azo) dixere, quod  
 causa efficiens lib. Cod. cum ff. Iustinianus est Imper.  
 Alij dixerunt, quod fuit ipse Deus, cuius minister  
 fuit Iustinianus: & hoc not. in auth. de hæ. & Falc. in  
 rub. hoc probari videtur ex eo, quia lex est inuentio  
 & donum

*Discipuli  
 præceptores  
 ament.*

*Causa efficiens  
 iuris.*

& donum Dei. l. 2. ff. de leg. Item leges fuere per ora principum diuinitus promulgatae, vt leg. 2. Codice de vet. iur. enuc. & leg. fin. Cod. de præscr. long. temp. & hoc tenebat antiquus D. Iac. de Ranignei Lotharingus glossator. Vester Accurs. breuiter se expedit, dicens, vna cum Azone, quod causa efficiens fuit Imperator Iustinianus, vt not. in rubr. ff. de iureiur. Tertij quidam nituntur conciliare, dicentes, quod causa efficiens potest considerari tripliciter: sc. prima, remota, magis remota. Causa efficiens proxima primi voluminis C. Iustin. fuerunt illi decem illustres compilatores, qui numerantur in 1. & 2. const. Cod. scil. Ioannes, Leontius, Phocas, Basilides, Thomas, Tribonianus, Constantinus, Theophilus, Dioscorus & Præsentinus. Isti commissione Dn. Iustiniani compilauerunt primum Codicem. Iustin. Commissio eis data patet in prima Constit. Cod. Confirmatio verò d. C. ab illis compilati patet in secunda Const. illius voluminis. Causa verò efficiens proxima Cod. emendati, id est, Codicis repetitæ prælectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinque illustres viri ab eodem Iustiniano electi, scil. Tribonianus, Dorotheus, Menna, Constantinus, & Ioannes, vt patet in constitutione, quæ incipit cordi. Cod. de emend. Iust. Cod. Causa efficiens remota fuit Iustinianus Imperator, cuius auctoritate compilatio facta fuit, & qui post compilationem confirmauit, vt patet in d. 1. constitut. & 2. & 3. & in lege 2. constit. omnia enim. C. de vet. iur. enuc. Iste Iustinianus Imperator fuit XIV. in Oriente. Cucurrerunt ab vrbe condita vsque ad tempora sui imperij, secundum computationem quam puto veriolem, mille & quadringenti pene anni, vt exprimitur in lege 1. §. cūque hæc materia, & 2. in princ. vers. erat enim mirabile Cod. de vet. iur. enuc. Ab vrbe verò condita vsque ad aduentum Christi cucurrerunt anni septingenti quinquaginta, vt patet in Chronicis, quas veriores puto. Ab aduentu verò Christi vsque ad tempora imperij Iustiniani prædicti cucurrerunt anni sexcenti quadraginta septem vel circa. Assumpsit Imperium præfatus Iust. die Aprilis

anno

*Triplicis causa efficiens.*

*Decem compilatores Cod.*

*Iustinianus.*

*Iust. imperium assumpsit.*

anno Domini nostri Iesu Christi DC. XLVII. indict.  
 v. vt probatur in auth. vt præpon. nomē Imp. §. si qua  
 verò. & ibi not. iuncta data, de qua in secunda &  
 tertia constit. Cod. & l. secunda, de vet. iur. euac. si re-  
 cte inspiciantur. Imperavit autem annis triginta no-  
 uem. Fuit iste Iustinianus p̄situs in catalogo sancto-  
 rum, vt refert Bart. in 1. rub. C. & in proce. ff. ver. su-  
 per 1. rub. Ceterum insignis doct. dominus Ioan. Fa-  
 bri Aquitanicus, super rub. proce. Institut. dicit se vi-  
 disse nomen Iustiniani scriptum in catalogo sancto-  
 rum Kalend. Aug. Gennadius etiam, qui persecutus  
 fuit libellum Hieronymi de viris illustribus eccle-  
 siasticis, ponit Iustinianum inter illos. Quod ad sa-  
 cras leges attinet, notandum quod Iustinianus Im-  
 perator, in primordio sui imperij, commisit præfatis  
 decem illustribus viris, vt visis antiquis Codicibus,  
 Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, multis  
 constitutionibus extrauagantibus à Theodosio Im-  
 peratore & successoribus factis, nouum Cod. Iust.  
 ederent: & hoc patet in 1. constitut. sub rub. de nouo  
 Cod. fac. & colligitur ex constitutione 3. quæ incipit  
 corbi. ibi, Primordio nostro. Supradicti decem illu-  
 stres compilatores Codicem Iustin. ediderunt illum  
 anno tertio imperij domini Iustin. tempore consula-  
 tus Decij, anno Domini nostri Iesu Christi DC. LXX.  
 indictione 7. Et eo anno, v. idus April. id est ix. die  
 April. dominus Iustinian. illum Codicem confirma-  
 uit, vt probatur in tit. C. de Iust. Cod. confir. in fi. con-  
 stitutionis ibi posito, iunctis his quæ præmissa sunt.  
 Post hæc Iustin. Imp. vertens animum ad enucleanda  
 infinita & immensa prudentiæ veteris volumina,  
 commisit sex illustribus viris, videlicet Triboniano,  
 Constantino, Theophilo, Dorotheo, Anatolio, & Cra-  
 tino, vt vnâ cum aliis vndecim doctissimis viris, ex-  
 cellentissimis causarum patronis, apud partes Orien-  
 tales, videlicet Stephano, Menna, Prodocio, Entalino,  
 Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Con-  
 stantino, & Ioanne legerent immensa prudentiæ ve-  
 teris volumina, & sub compendio redigerent in  
 vnum Codicem distinguendum in quinquaginta

*Iustinianus,**Decem con-  
pilatores Co-  
dicis**Quo tempore  
Codex com-  
pilatus est.**Libri ff. com-  
pilati.**Nomina  
compilato-  
rum ff.*

R libros,

libros, communem Romanam sanctionem continentes, quæ ab vrbe condita & à Romuleis descendit temporibus, iam confusam per tanti temporis lapsum, & tot auctorum dispersa volumina, vno codice indita ostenderent, fuitque his data à Iustiniano amplissima auctoritas corrigendi ac diminuendi, vt probatur in l. 1. C. de iure auth. Tandem iste Tribonianus magister huius operis legitimi, vnà cum aliis sexdecim prænominatis compilarunt, enuclearunt ex immensis Patrum voluminibus Pandectas seu Digesta, videlicet quinquaginta libros digestor. quos habemus. Quod opus, velut sacratissimum templum consecratum Domino, Iustinianus approbavit & confirmavit anno octauo sui imperij, & tertio consulatus sui anno, Domini sexcentesimo quinquagesimo quarto, indiēt. 12. tertio Kal. Ian. id est, penultimo die Decembris, vt ipse Iustin. attestatur in l. tanta. C. de vet. iur. enuc. §. leges autem. Hic notandum, quod idem semper Tribonianus præfuit vt magister legitimo operi prædicto, tum quia, vltra legum peritiam, experientia rerum decoratus erat, tum quia antiquæ sapientiæ librorum copiam ipse maximè præbuit, in quibus multi fuerunt etiam ipsis eruditissimis hominibus incogniti, vt dicit text. in d. §. 3. præsentis autem. Estque hic singulariter admittendum ad vnum, quòd dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit quòd continebat dicta veterum immensa volumina penetricies centena millia versuum, & duo millia librorum, vt d. l. 2. & in proœ. Instit. & ff. vet. Digesta noua, quæ hodie habemus iuris enucleati, continent pene centum quinquaginta millia versuum & quinquaginta libros, vt d. l. 2. & in aliis locis præalleg. Vellent scire quidam hoc dictum: Accursius glossator, qui omne verbum ff. glossauit, illud exponit versuum, id est, legum, seu paragraphorum, aut responsorum, quasi senserit, quod hodie Digesta quæ habemus, contineant centum quinquaginta millia legum, vel paragraphorum, vel responsorum. Aduerte, quia Accurs. noster, qui affirmavit se succurrisse tenebris iuris civilis, vt dicit in l. facta. §. si in danda

danda, ff. ad Trebell. in hoc passu adduxit tenebras. Hoc tibi demonstrabo ad oculum; volui aliàs numerare omnes leges ff. quæ habemus, videlicet ff. veteris, Infortiati, & ff. noui: competique quod in ff. veteri sunt duo millia noningentæ decem & octo. In Infortiato sunt duo millia ducentæ triginta quatuor. In ff. nouo duo millia noningentæ octoginta tres. Et in summa leges digesti, videlicet omnium quinquaginta librorum, sunt octo millia centum triginta quinque. Vnde patet manifestissimè quod Accursius noster in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incautè glossam super hoc faciens. Cogitabam aliàs quod exponi debuisset versuum, id est, linearum: feci periculum & numerum linearum Digesti veteris, Infortiati, & Digesti noui, reperi hoc esse verissimum: nam secundum computum meorum textuum reperi Digestum vetus constare ex quinquaginta millibus versuum id est, linearum; Infortiatum constare ex triginta nouem millibus & quingentis viginti lineis. Digestum verò nouum ex quadraginta quatuor millibus linearum. Vnde ipsi omnes quinquaginta digestorum librorum constant, secundum volumina mea, ex centum triginta nouem millibus versuum, id est, linearum, & quingentis viginti. Opinor quod si quis computaret numerum linearum pandectarum, quæ sunt Florentiæ, quod facile fieret per numerationem quinternorum & numerum chartarum, & per lineas vnius lateris, inueniret illas constare ex centum quinquaginta penè millibus versuum, id est, linearum: ad hoc neminem reperi ante hæc aduertisse. Sed accuratiùs inuestigando quæro à te quid vult dicere text. dū dicit quod olim erant tricies centena millia versuum, hodie verò centum quinquaginta? Diceres fortasse quod olim erant tercentena, id est, tercenta millia versuum, hodie verò centum quinquaginta. Cogita quod dicas: nam cum olim essent duo millia librorum, hodie verò quinquaginta libri, & sic fit quadagesima pars respectiue ad computum libro. ergo respectiue ad numerum versuum erit dimidia pars, & ideo expone tricies, id est, triginties, sicut vicies, id

*Numerus legum.*

*Tricies centena millia vers.*

est, viginties : nam sciendum quòd omnia quæ sunt suprà cum centum syncopantur, vt tercenii, id est, tercentum, duceni, id est, ducèri, quadrigeni, id est, quadringenti : intra centum verò non syncopantur, vt quinquies, decies, septies decies, centies, ducenties, trecenties, millies, vicies millies, & ita deinceps. Cæterùm ita reperiri exposita illa verba tricies & vicies à Prisciano in opusculo de numeris, similiter exponit eloquentissimus vir Laurent. Valentinus Romanus in libro tertio de elegantissimæ linguæ Latinæ, sub rub. de numeris. Olim ergo erant tricies scentena millia versuum, hodie centum quinquaginta millia, & consequenter ex viginti partibus vna est compendium Digestorum, quæ habemus quo ad linearum numerum : quòd singulariter notabis, quia non reperiri hoc expositum ab aliquo iurista, de quo plurimum miror.

*Institutiones*

HIS incidenter intermixtis quæ non sunt extra rem, sed ex re, vt not. in lege 1. super verbo benè. ff. si cer. per. respondeo ad rem, & dico quòd Iustinianus cùm edidisset codicem sui nominis, & deinde Digesta, vt prædixi, componi fecit Institutiones, quas habemus à Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, ex Institutionibus veterum, & commisit inseri in illo libro Institutionum ea quæ per constitutiones Iustiniani emendata essent : & ita factum est. Fuit autem consummata dicta ordinatio Romani Iuris tribus annis, vt dicta lege 2. §. omnia igitur. Post hæc ad vnum aduertens Iustinianum quòd anno tertio sui Imperij ediderat Codicem, & demum Digesta, & Institutiones anno octauo sui Imperij, vt prædictum est, eundem codicem, quem fecerat primò componi à decem illustribus viris prænominatis, fecit relegi, & iterum edidit propter aliquas constitutiones de nouo factas super quinquaginta decisiones quas iussit inseri. Et hanc secundam editionem Co. quæ dicitur reperita prælectio, commisit quinque illustribus viris : videlicet Triboniano, Dorotheo, Mennæ, Constantino, & Ioanni, & facta fuit dicta secunda editio, id est, codex emenda

*Codex emendatus.*

datus domini Iustinian. repetitæ prælectionis quem  
 habemus. item confirmatus à Iust. prædicto imperij  
 sui anno decimo, & tempore sui quarti consulatus,  
 & etiam Paulini, anno Domini sexcentesimo quin-  
 quagesimo sexto, indictione 14. Calend. Ianuarij,  
 id est, vigesimo octavo die Decemb. vt probatur C.  
 de emendando Iust. Cod. in constitutione, cordi iun-  
 ctis præmissis. Et hunc Cod. iussit appellari, Cod. do-  
 mini Iustiniani, repetitæ prælectionis, vt in dicta cõ-  
 stitutione, cordi. Et ita dicta est prima rubri. C. Ideo  
 autem dicitur Codex repetitæ prælectionis: nã apud  
 veteres, quando post primam editionem fiebat secun-  
 da editio, appellabatur à veteribus repetita præle-  
 ctio, vt colligitur ex lib. Vlpian. ad Sabinum, & ex-  
 primitur in dicta constitutione cordi ver. in antiquis  
 etenim. Et idè dicitur repetitæ prælectionis, id est  
 secundæ editionis, quia præcedens lectio, id est, pri-  
 ma editio fuit repetita. Protestatus etiam fuit Iusti-  
 nianus, quòd si postea nouas constitutiones ipsum  
 facere contingeret, illas congregabit in libro qui  
 appellabitur liber Nouellarum constitutionum, vt  
 patet in eadem constitutione, ver. hoc etenim Sua-  
 dente postea varia rerum natura, Iustinianus multas  
 constitutiones nouas fecit, numero centum vel cir-  
 ca, quas hodie insertas habemus in libro auther.  
 quæ factæ fuerunt ab eo (vt opinor) anno vndecimo  
 sui imperij, anno Domini sexcentesimo quinquage-  
 simo septimo, iudict. 15. vt colligitur ex tex. in auth.  
 vt præp. nomen Imp. 6. si quæ verò, iunctis aliis præ-  
 missis. Hoc notandum, quòd ex eo quo imperator (vt  
 paulò antè dicebatur) dixerat quòd appellaret li-  
 brum Nouellarum constit. scilicet quem postea ederet,  
 quòd Irnerius dicebat librum authent. quem habe-  
 mus, non fuisse Iusti. quia non appellatur Nouella-  
 rum, sed Auth. adducebat Irnerius rationes quas ponit  
 glo. in dicta constitutione cordi. super verbo cõgre-  
 gationes, & idem dicebat Placentinus, vt refert Bal.  
 in l. humanum. C. de leg. 10a. verò antiquus glossator  
 dicebat contrarium, per text. in dicta constitutione  
 cordi scilicet quòd liber authenticorum fuit Iustinia-

*Codex repe-  
 titæ prælect.*

*Liber auth.  
 Nouella con-  
 stitutiones.*

di, & cum hoc transire videtur gloss. ibi, & in d. l.  
 humanum. C. de leg. & Bald. in d. l. Cor. & Cynus &  
 Bald. in d. l. humanum. Et ita tenendo proculdubio  
 patet ex superscriptionibus cuiusque tit. & ex data  
 in multis titulis, & nomina ipsū in tit. vt præpona-  
 tur nomen Imp. & in tit. vt iud. sine quoq; suff. & tit.  
 iusur. quod præst. ab his. & miror quòd de hoc ali-  
 quis vnquā dubitauerit. Ratio tamē dubitādi potuit  
 oriri ex eo, quia fertur reperiri quendā librū qui di-  
 citur l. Nouellarū, quem dicūt continere eadē constit.  
 quas continet lib. auth. licet in aliquibus sit variās, de  
 quo lib. nouellarum mentionē facit glo. in auth. hoc  
 amplius. C. de fidei doct. in auth. res quæ. C. commu.  
 d. de leg. vnde egregius commēta. Alb. de Rosa. Bergo-  
 mensis, quem refert Do. Rapha. Fulg. in authent. hoc  
 amplius. C. de fideicom. dicit quòd liber auth. quem  
 habemus, excerptus sit ex li. Nouellarum vt compē-  
 diosior fieret. Vnde dicit, quòd liber Nouellarum  
 erat multūm prolixus. Dicit Do. Raph. se nunquam  
 vidisse dictum librum Nouellarū. Do. Paul. de Cast.  
 in d. auth. hoc amplius. dicit, quòd liber Nouellarum  
 fuit extractus de lib. auth. per breuiora verba & ma-  
 gis apta. Itē Do. Pap. in d. auth. res quæ. dicit nō esse  
 standū illi tit. Nouellarū, quando textui auth. con-  
 tradicit, quia de fide illius operis dubitatur. Bal. etiā  
 in d. auth. hoc amplius. dicit quòd præualet tit. auth.  
 eo quòd ille liber Nouellarū non legitur in scholis.  
 sed ibi reliqui nos incertos, qui liber corrigat aliū,  
 vel liber Nouel. vel liber auth. Ego semper credidi, &  
 semper credam (donec cōstet de contrario) quòd lib.  
 Nouel. tanquam de cuius fide dubitatur, & qui per  
 studia vniuersalia nō versatur, sit respuendus, & quòd  
 li. auth. sit liber constitutionū à Iustiniano editus, &  
 ideo illum glossauit Accursius, & etiam super illo  
 fecit summam Io. Basianus Cremonensis, & Azo: &  
 illum studia receperunt, & plerique illustres com-  
 mentatores commentauerunt, vt Ia. de Beluisio,  
 Bartolus, & Angelus. Nec obstat lex humanum Co-  
 dice, de leg. nam illa lex fuit Imperatoris Valentini,  
 non Iustiniani, vt patet ex superscriptione. ideo glo.



ibi somnauit. Nec curandum de varietate styli, quod non ipse, sed illi quibus committebat, componebant, qui erant alij ab ipsis præmissis compositionibus Codicis. Adde prædictis, quod egregius Doctor Odofr. in authent. cass. Codice de sacrosanct. eccles. sic ait: Vnum sciatis quod authenticum quod fuit compositum à Iustiniano, habet nouem collationes. Postea quando venit Federi. minor, misit has constitutiones ad ciuitatem istam, scilicet Bon. vt Doct. legum adaptarent eas singulis legibus sub congruentibus titul. Doct. conuenerunt in sancto Petro, & adaptauerunt. Postea quid fecerunt? Do. Vgo post nonam collationem posuit librum feudorum, & omnes constitutiones. Fede. antiqui & minoris, & aliquas leges Corradi Imperatoris, & vocatur decima collatio, licet pauci sunt qui habeant ita ordinatum in libris suis. Odofr. hæc refert, & eum sequitur Baldus in præludiis feud. in versiculo porro aduertant ignorantes, & moderentur sibi labia reprehensores veritatis, quia ego vidi Odofr. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, quod ante authenticas quæ sunt insertæ Cod. solet esse scriptum, Constitut. no. id est. constitutio noua. Patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit factus lib. auth. & qualiter fuerit factus à Iustin. Item auth. quæ sunt in C. fuerunt insertæ de mandato Fede. II. qui regnabat anno Dom. MCCXV. tempore Honorij III. item & tempore Greg. IX. qui Greg. IX. decessit an. Dom. MCCXI. de mense Iulij, & deinde regnauit ipse Inn. III. qui fuit assumptus an. CCXLI II. die I. mensis Iulij, vt attestatur Rosfr. in lib. iur. can. in tit. ne sede vac. & Io. An. eo tit. in add. Iste Innoc. III. Fredericum ecclesiam persequentem deposuit, & imperiali dignitate priuauit an. Dom. M. CCXLI III. in Conc. Lugd. de qua dispositione habetur in cap. ad apostolicæ. de re iud. lib. 2. Est etiam notandum, quod cum multa bella fuissent inter imperium & quasdam ciuitates Lombardiæ tempore Henrici VI. & deinde Federici II. minoris, iste Federicus II. fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Constantiæ, quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegantur à

*Auth. adaptata ad Cod.*

*Decima collatio.*

*Const. noua. Feder. secundus.*

*Greg. IX.*

*Innoc. III.*

*De pace Constantiæ facta.*

docto in leg. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. & alibi. Bald. super dicta pace, in verb. volumus, dicit ipsam per legem allegari, & consuevit allegari hoc modo, vt in extrauaganti de pace Constantiæ, quam glossauit & commentauit Odof. deinde Bald. etiam solenniter commentauit, reperto in archiuo Bononiensi apparere dictam pacem registratam, & dicitur conclusa anno Domini M. cclxxiiij. indict. prima, anno xxij. d. sui Imperij, regni verò anno tricesimo secundo, vij. Kalend. Iulij. Hæc ideo feci te scribere, quia Baldus in fine dicti commenti dicit istam pacem fuisse factam post depositionem Federici, & tamen concludit pro lege debere seruari, vt ibi videndum. Ista pax deberet esse situata in fine lib. seu post alias constitutiones eiusdem Federici secundi, in illo libro insertas. Vidisti quòd liber authenticus est diuisus magistraliter in nouem collationes. & postea superuenit liber feud. quem decimam collationem vocamus, vt supra dicebant Odofred, & Barto. ponit Bartolus super rubr. extrauagantis ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt constitutiones ad reprimendum, & constitutiones, quoniam nuper ab Imperatore Henrico sepcimo, anno Domini M. c. c. c. vij. quas Bartolus super rubr. appellat vndecimam collat. & glossauit illas tempore Caroli quarti, seu Ludouici cum fuisset donatus pluribus insignibus & priuilegiis à præfato Henrico: dicta Bartoli super dictis extrauagantibus, puto maioris auctoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi: quia magis digeste edidit tanquam glossa. Sed dicit aliquis, quomodo tibi constat de tempore approbationis Codicis, Digestorum, Institutionum, & compilationis authenticorum, & aliorum prædictorum, quo anno Domini, quo anno Imperij domini Iustiniani hæc acta sunt, quo Consulatu, & qua indictione? Respondeo quod hæc collegi ex numeratione annorum ab vrbe condita, ad tempora Imperij Iustiniani. Item ab vrbe condita ad aduentum Christi. Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secunda const. & in tertia constit. voluminis Cod.

*Constitutio  
ad reprimendum.*

& in lege 2. de veter. iu. enucl. & ex tempore aperte  
 posito in authent. vt præponatur, & ex computatione  
 chronicorum. Item dicit aliquis, Tu notas tempora  
 consulatus Iustiniani Imperatoris. Si Imperator,  
 quomodo consul? Si consul, quomodo Imperator?  
 Respondeo quod Imperator aliquando assumebat si-  
 bi consulatum, vt quidam extraneus, & hoc erat  
 quando sibi placebat, vt est rex. in auth. de consulib.  
 §. fin. ibi, aduenit autem cum ipse annuerit, & not. gl.  
 in proœm. fforum, in fin. gl. Iterum dicit aliquis, tu  
 dicis quod Romana sanctio fuit triennio consumma-  
 ta, vt d. §. omni. imò videtur quòd v. anni sunt lapsi:  
 nam codex primus fuit 3. anno imperij Iustiniani: li-  
 ber verò fforum ann. 8. vt supra est dictum. Gloss. ad-  
 uertens ad hæc in secunda constitur. Cod. §. fin. super  
 verbo, optime dicit quòd aliqui opinantur quod duo  
 anni fuerunt interpositi post compositionem primi  
 codicis ante inchoationem fforum. Alij verò opinan-  
 tur quod immediata post compositionem Codicis  
 fuerit inchoata compositio fforum, & cum triennio  
 consummata esset, biennio fuit superessum antequam  
 publicarentur. Huius rei habetur certitudo. Credo  
 ergo quod voluminis causa magis remota fuit ipse  
 Deus, à quo lex & omnis scientia; vt supra dicebatur.  
 Sequeretur videre quæ fuerit causa materialis lega-  
 lis sapientiæ: Azo super hoc in sum. Cod. in princ. multa  
 verba dicit satis obscure loquens, ad cuius dicta  
 in hoc omnes refugiunt: verum quia aliqui mor-  
 dent dicta Azo. si volueritis ista videre, videre per  
 Bart. in proœm. ff. præsertim in lect. antiq. quæ di-  
 cuntur lect. Padua. Videre etiam Bald. ibid. & leg. 1.  
 ff. de iusti. & iu. & per Io. Fab. in proœ. Instit. Tertiò  
 videndum esset quæ sit causa formalis librorum iu-  
 ris ciuil. Doct. consueuerunt dicere, quod duplex est  
 causa formalis: nam ex parte tractatus est diuisio  
 operis in libros, librorum in titulos, titulorum in le-  
 ges, legum in §§. Horum in versic. opus enim constitit.  
 imperialium; de quibus supra dictum est. in 12. lib.  
 gestum est & conclusum, vt dicit text. in leg. 2. vers.  
 omnia. Cod. de veteri iu. enucleando. Horum 12. li-

*Causa mate-  
 rialis legum.*

*Causa for-  
 malis*

brorum nouem sunt inserti in volumine codicis quem habemus: tres verò reliqui sunt inserti in libro qui appellatur volumen: Constat autem totum ius constitutionum & decisionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim libros, in rubricas ccc lvi i. leges quatuor milia quingentas sexaginta duas. Codex verò quem habemus, habet rubricas ccc xxxi. leges verò tria millia & sexcenta octo. Illi verò tres libri Codicis, de quibus in volumine, habent ccc xi i. rubricas, leges verò nongentas lvi i. ff. ff. noui, rub. & uetus habet rubricas clv. leges verò duo millia nongentas xxvi i. Infortiarum habet rubr. cl. leges verò duo millia ducentas triginta quatuor. Digestum habet rubr. clxxi i. leges verò duo millia nongentas octoginta tres. Summa rub. ff. ccc cxxxvi i. leges ff. octo millia centum triginta quinque. rubr. Inst. xcix. non computato proœmio rub. auth. xcix. rubr. feud. lxxxv i. §. c. feudorum, quæ habentur cxxxii. Summa legum ff. octo millia centum quinquaginta quinque, legum verò C. xii. librorum quatuor millia quingentas sexaginta duas.

*Summa omnium rubr. & legum.*

SYMMA omnium legum, ff. C. & voluminis ponendo quemlibet titulum Institutionum & authent. pro vna lege, xii. millia xxvi i. & istud est mare per quod nauigas. Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi, qui multiplex est, diuisionis, ordinis, & exemplorum, positionis, & regularum traditionis, vt per Azonem loco præalleg. Quarto loco esset videndum quæ sit causa finalis, & super hoc dicas vt per Azonem loco præalleg. & Doct. in dicto proœmio ff. veter. Quinto loco esset videndum, cui parti philosophiæ supponatur iuris scientia, & dicendum est ethicæ eidem morali philosophiæ. Tractat enim de moribus, vt dicit text. in l. i. ff. de iust. & iur. Reliqua considerate per vos, & studio inuigiletis, vt tandem consequamini quod communiter optamus, quod vobis concedat Altissimus Deus. Amen.

*Causa finalis.*

*Cui parti Philosophiæ subiiciatur iuris scientia.*



## L E G V M

 R O M A N A R V M A D  
 L I T E R A R V M S E R I E M  
 A C C O M M O D A T A R V M  
 E N U M E R A T I O .

*Leges autem duntaxat, quæ de iure publico sunt, non etiam  
 quæ de privato, hoc est, singulis hominibus, fuerunt,  
 ( quæ privilegia dicebantur ) in hunc ordi-  
 nem relatæ sunt.*



**A**CILIA MINV-  
 TIA de pace Car-  
 thaginiensiu Tul-  
 lere M. Acilius &  
 Q. Minutius Tri-  
 bun. pleb. Cornelio,  
 Elio, Coss.

Ann. ab vrbe condita 10 LII.  
 VELLENT NE IUBERENT NE  
 SENATVM DECERNERE vt cum  
 Carthaginiensibus pax fieret? &  
 quem eam pacem dare, quemque  
 ex Africa exercitus deportare  
 iuberent? De pace, vti rogas, om-  
 nes Tribus iusserunt pacem dare,  
 P. Scipionem, eundem exercitus  
 deportare. Linius lib. 30.

**A**CILIA DE COLONIIS  
 DEDUCENDIS. Tulit C. Acilius  
 Trib. plebis, Cornelio, Minu-  
 tio Coss. Anno ab vrbe con-  
 dita DLVI. vt quinque Coloniarum  
 in oram maritimam deducerentur.

Dux ad ostia fluminum Vulturni, Liternique: Vna Puteolos, Vna ad castrum Salerni. His Buxentum est adiectum, tricenarum familiarum in singulas Colonias mitti iubeantur. Liu. lib. 32.

**A**CILIA repetundarum. Tulit M. Acilius Glabrio, vt repetundarum causa, vna actione absolueretur, hoc est, vt neque reum comperendinari. neque causam ampliari liceret. Item vt qui accusatores constituti essent, potestatem haberent litteras & publicas & priuatas conquirendi, obsequandi, deportandi, de qua Cicero 2. in Verr. §. 51. & Asconius Pedianus in 2. Verrinam.

**Æ**BYTIA de legibus. Tulit Æbucius Tribunus Plebis, vt 12. Tabularum capita, quæ Reipub. propter antiquitatem obsolescere res essent inutilia, abrogarentur.

Sola

Solæ legis Actiones centumuirium causarum manerent. A. Gel. lib. 16 c. 10. Noct. Artic.

**ÆBVTIA** Licinia. vide Licinia Æbutia.

**ÆLIA** de coloniis deducendis, Tulit Q. Ælius Tubero Trib. ple. Cornelio, Sempronio, Consulib. ann. ab vrbe condita DLVIII. Vt Latinæ colonix duæ, vna in Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur. Titus Liuius lib. 34.

**ÆLIA** de coloniis deducendis, Tulit idem Q. Ælius Tubero, vt in agrum Latinum Thurinum Colonix deducerentur. Liuius lib. 35.

**ÆLIA** de comitiis. Tulit Q. Ælius Consul cum M. Iunio, anno conditæ Romanæ vrbis DXXVI. vt quoties cum populo ageretur, augures de cælo seruarent, & magistratus & obnunciandi, id est, denunciandi agi per Iouem non licere. & legislationi intercedendi potestatem haberent. Cùm enim lex ferretur, Augures de cælo seruabant, Magistratus si quid obseruatum erat quo impediri comitia possent, nunciabant. Cicero in Pisonem centum ante Pisonis & Gabinij consulatam annis latam hanc fuisse legem scribit. Vide quæ de hac lege in Apparatu Ciceroniano secundis à nobis curis emendato diximus.

**ÆLIA** Sentia, quæ nominatur in Topicis Ciceronis, inducenda est auctoribus antiquis libris, sententiæque ipsa & historiæ veritate postulante, idque iam pridem interpretum nonnulli docuerunt.

**ÆLIA** Sentia de manumissionibus. Sextus Ælius, C. Sentius Consules. Anno Romanæ vrbis

extrudæ DCELVI. Vt qui serui pœnæ causa vindicti à domino, quibusque iniustæ notæ fuerant, quive propter noxam torti nocentesve inuenti, quive traditi ve ferro aut cum bestiis depugarent, quive in custodia fuissent, ij si manmitterentur, non ciues Romani, sed dedititiõrum numero essent, id est, vt ne connubium neque commercium, neque testamenti factionem haberent. Vt, minorem triginta annorum seruum vindicta aut testamento, nisi causa apud consilium probata, manumittere non liceret. Ne dominus annis viginti minor, seruum, nisi causa apud consilium probata, manumitteret, vt seruus ab eo domino, qui soluendo non est, testamento liber esse iussus, & hæres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa vt dedititius fieri debeat, ciuis Romanus & hæres sit, si tamen alius ex eo testamento nemo hæres sit. Quod si duo vel plures liberi, hæredesve esse missi sunt, primo loco scriptus liber & hæres sit. Vt si patronus libertum inopem non aluerit, præmiis libertatis causa impositis, tam ipse, quam is, ad quem ea res pertinebit, mulsetur: deir ipsius hæreditate, tum ipse, tum ipsius liberi priuentur, nisi hæres institutus sit, postremo à bonorum possessione remoueat, præterquam secundum tabulas. Ne dominus in manumittendo seruo, seruave lege de cõtrahendo matrimonio quæ ciuis Rom. libertatem imminuat, imponat si secus faxit, ad eius legitimam hæreditatem ne admittatur. Vlpianus, & Iustinianus in Institutionibus. Item Iulianus, leg. qui soluendo 42. Paulus, l. si is qui, 55. l.

- Si is qui, 57 l. qui soluendo. 60 l. si non lex. 83 Dig. de hær. institutione. l. sciendum 70. ff. de Verb. significat. l. 1. Codic. qui manumittere non possunt. leg. 3. §. 2. Dig. de suis & legit. l. si patronus. 33. Digest. de bon. lib.
- ELIA** de Statilio. Tulit C. Aelius Tribunus plebis, qua damnatus est Stænius Statilius Lucanus, quod Thurinos infestasset. Plin. l. 34. c. 6.
- EMILIA** cibaria. Tulit M. Aemilius Lepidus Coss. cum Q. Luctatio Catulo, anno vr̄bis DCLXXV. Hac non sumptus cœnatum, sed ciborum genus & modus præfinitus. Aul. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrobius lib. 3. cap. 17.
- ALIENA** de terminis. Tulit . . . . Eius hoc caput legitur in libro de agrorum conditionibus valdè corruptum, sed ex Roscia, quam infrà suo loco describemus, sic castigauimus: Quæ Colonia hac lege deducta, quodve municipium constitutum erit, qui limites decumani, quæcunque fossæ in eo agro erunt: qui ager hac lege datus assignatus erit, ne quis eos limites decumanos obsepito, néve quod in eis immolatum, néve quid ibi positum habeto, néve eos arato, néve eas fossas obturato, néve quis sepito, quominus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis aduersus ea quid fecerit, in res singulas quotiescumque fecerit [ ] IIII. colonis municipibusve iis, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto, pecuniz qui volet petitio hac lege esto.
- AMPIA** Labiena de Cu. Pompeio. Tulere T. Ampius, T. Labienus, Tribuni plebis Metello
- & Afranio Coss. Anno DCCXIII. vt Cn. Pompeius victor ex Asia ludis Circensibus corona aurea & omni cultu triumphantium vteretur. Scenicis autem prætexta coronaque aurea. Velleius lib. 2.
- ANNARIA** LEX dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi. Festus. vide Villia.
- ANTIA** sumptuaria. Tulit Aulus Restio. De sumptu in conuiuia, & vt qui magistratus esset, magistratumve capturus esset, ne quod ad cœnam, nisi ad certas personas itaret. Aul. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrobius lib. 3. c. 17.
- ANTISTIA** de Satricanis. Tulit Marc. Antistius Tribunus plebis, Fossio (vt opinor) & Plautio Coss. Anno vr̄bis Romanæ DCCXXXV. Vti Senatui de Satricanis ciuibus Roman. sententiæ ferendæ ius esset. Linius lib. 26.
- ANTONIA** iudiciaria. Tulit M. Antonius Coss. cum Cn. Iulio, Anno DCCIX. Vt tertia iudicum decuria è centurionibus, antesignanis, alaudis, manipularibus fieret. Cicero 1. in Antonium, & Suet.
- ANTONIA** de suffragiis populari. Tulit Lucius Antonius. Cicero 7. in Antonium, sic de ea lege scribit. Poteritis igitur in ciuitate exploratam habere pacem, cum in ciuitate Antonium videatis, vel potius Antonios? nisi fortè contemnitis Lucium. Ego ne Caium quidem. Sed vt video, dominabitur Lucius. Est enim patronus trigintaquinque tribuum, quarum sua lege, qua cum Cn. Casare magistratum partitus est, suffragium sustulit,
- patro

patronus centuriarum equitum, quas idem sine suffragio esse voluit.

**ANTONIA** de dictatura. Tulit idem Triumvir R. P. C. ut auctor est Appianus. Ne quis ullam ob causam de Dictatore creando referret, né de dictaturam oblatam acciperet. Necare eum qui secus fecerit ius falsque esset.

**ANTONIA** de nomine mensis Iulij. Tulit idem, Ut qui mensis antea Quintilis vocabatur, quod à Martio, qui priscis temporibus primus fuerat, quintus esset, is à Cn. Iulij Caesaris nomine Iulius deinceps diceretur: quod hoc mense ad quartum Idus Quinti. Iulius natus esset. Macrobi. libr. Sat. 2. c. 12.

**ANTONIA** de sacerdotiis. Tulit idem, Ut ius cooptandorum sacerdotum à populo ad illorum collegium iterum transferretur. Dio lib. 37.

**APVLEIA** de coloniis. Tulit L. Apuleius Tribunus plebis, C. Mario V. I. L. Valerio Coss. Anno DCLIII. Ut in singulas colonias ternos ciues Rom. C. Marius facere posset. Cicero pro Balbo.

**APVLEIA** Agraria. Tulit idem, eodem anno. Ut quem agrum C. Marius Cos. in Gallia pulsus Cimbris, in ditionem populi Rom. redegisset, is populo Roman. diuideretur, & si ita lex sciuisset, intra diem quintum à singulis senatoribus in eam intraretur: qui non iurasset, ei multa pena esset. Appianus libro De bellis ciuil. 1.

**APVLEIA** maiestatis. Tulit idem. Meminit Cicero libro de oratore 2. vbi de causa Norbani loquitur, quem maiestatis Apuleia lege postulatam defendit

Antonius.

**APVLEIA** de Metello. Tulit idem, Vti Q. Metello Numidico Consuli, quod legi ipsius Agraria, quæ intra quintum diem iurari in eam iubebat, non paruisset, aqua & igni interdiceretur. Appianus libro de bello ciuili. Cicero pro Sextio, & pro domo.

**AQVILIA** de damno iniuria dato. Tulit C. Aquilius Gallus Tribunus pleb. ut scribit Vlp. l. 1. ad legem Aquiliam, ex quo plebiscitum verius appellatur. Eius tria capita fuere, quorum primum & tertium his extat verbis: Qui seruum seruamve, alienum alienamve, quadrupedemve pecudem iniuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod visserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto. Aduersus insipientem in duplum æsio esto.

Non dubitavi autem QVA. DRVPEDEMVE PECVDEM, pro, VEL, restituere: quod mendum mirum est, tam multorum eruditorum oculos aspexitumque fugisse. Hanc autem puto esse legem, de qua Cicero in Bruto sic loquitur. Atque eodem tempore accusator de plebe L. Cæsidænus fuit, quem ego audiui iam senem, quam ab L. Sabello multam lege Aquilia de iustitia petiisset. Opinor enim legendum Domini iniuria: qua de formula diximus in Orat. pro Comædo. & multam intelligi, quanti plurimi æstimationem.

Animad



Animaduertendum etiam aliud præerea huiusce legis caput fuisse, vt si feruus sciente domino noxam nocuisset, dominus suo nomine eius rei causateneretur. l. 2. ff. de noxal. act.

**TARPEIA** Tarpeia de multa. Tulere Sp. Tarpeius, Aul. Aterius Coss. Anno cxcviii. Vt omnibus magistratibus multæ dicendæ ius esset, quàm antea solis consulis id liceret: ita tamen ne vel duos boues, vel triginta oues excederet. Vt quàm multa pecoris armentiq; à magistratibus diceretur, bos centusis, ouis decussis, æstimaretur. Dionysius lib. 10 Gellius lib. 2. c. 1. & Festus lib. 14. in voce Peculatus.

**ATIÀ** de Sacerdotiis. Tulit T. Atius Labienus Tribunus plebis, L. Iulio, C. Marcio Coss. anno dccciv. Vt populus sacerdotia (quemadmodum olim) lege Domitia mandaret, quàm antea sacerdotes lege Cornelia è Pontificum collegio crearentur. Dio lib. 37.

**ATILIA** de diuitiis. Tulit L. Atilius Tribunus plebis, Claudio, Valerio Coss. Anno dcliii. Omnes Campani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani, Fulvio Proconsuli, quæque vnà secum dediderunt, agrum urbemque, diuina humanaque, vtensiliæque, siue quid aliud dederunt: de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs sic iussit, Quòd Senatus maxima pars censcat, qui assideris, id volumus iubemusque. Hæc Liuius lib. 26.

**ATILIA** Martia de Tribunis militum. Tulere L. Ælius, Caius Martius Tribuni plebis, Iunio,

Æmilio Coss. Anno cdvlii. Vt Tribuni militum seni deni in quatuor legiones à populo crearentur. Quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulum ferme fuerant beneficia. Liuius lib. 9.

**ATILIA** de tutelis. Tulit, vt mulieribus pupillisve tutores non habentibus, à Prætorè & maiore Tribunorum plebis parte darentur. Vlpianus cap. Institut. 12. Imperator, de Attiliano tutore Liuius lib. 39.

**ATINIA** de vsucapionibus. Tulit, vt quod surreptum esset, eius rei æterna auctoritas esset, nisi in eius, cui surreptum esset, potestatem reuertisset, Gellius lib. 17. c. 7 Paulus leg. 4. §. 4. De vsurp. Iulianus leg. 33. eiusdem tituli, Cic. Verrin. 3.

**ATILIA** de Trib. pleb. Tulit, Vt qui Trib. pleb. esset, idem senator esset: dicendæque in senatu sententiæ ius haberet. Gell. lib. 14. cap. vlt.

**AURELIA** de Tribun. pleb. Tulit Cod. Aurelius Cotta Coss. cum L. Octauiò, anno dclxxviii. Vt Tribunis pleb. liceret postea alios magistratus capere: quod lege Sullæ iis erat ademptum. Pedianus Cornelia, & Verrina. Liuius libro 97. Velleius libro 2.

**AURELIA** iudiciaria. Tulit C. Aurelius Cotta Prætor, M. Crasso, Cn. Pompeio primùm Coss. anno dclxxxiii. Vt iudicia quæ penes solos senatores erant, inter senatores & equestrem ordinem, & Tribunus ætariis communicarentur. Cicer. in Verrinis sæpe. Alconius in eadem, in Orat. pro Cornelio, & in Pisonem. Florus verò Epitome 97. Vel

97. Velleius lib. 2 vbi tamen Tribunos ararios non nominat.

## B

**BÆBIA** de prætoribus. Tulit vt alternis annis quaterni Prætores crearentur. Lilius lib. 40. Festus nominat lib. 16. in voce Rogat.

## C

**CÆCILIA** de fullonibus Tulit Cæcilius Metellus: C. Flaminus. L. Æmilius CENS. dedere ad populum ferendam Plin. ibi. 35. cap. 17.

**CÆCILIA** Didia de legibus. Tulerunt Q. Cæcilius Metellus, T. Didius, Coss. anno DC LV. Ne multis de rebus coniunctim vna rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in coniunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare. Item, vt in legibus promulgandis trinundinum seruaretur. Cicero Philip. 5. pro domo sua, & ad Attic. epist. 1.

**CÆCILIA** de censoribus. Tulit Q. Cæcilius, Q. F. Metellus Pius. Scip. Cos. cum Pompeio, anno DC CI. Vt censoria potestas, quam P. Clodius Tribun. pleb. imminuerat, restitueretur, Dio.

**CÆCILIA** repetundarum Tulit Nominatur à Valerio Max. lib. 6. cap. 11.

**CÆCILIA** de iure Italiz. Tulit Q. Cæcilius Metellus Nepos, Prætor, L. Afranio, Q. Metello Celere Coss. anno DCCXVI. Vt Italia à vectigalibus immunis esset. Dio lib. 37.

**CÆLIA** de suffragiis. Tulit Cælius Tribunus plebis. Q. Cælio, T. Flaminio Coss. Anno DXXXC. Vt etiam in perduellionis iudicio, quod Cassia lege Tabellaria exceptum erat, populus non voce, sed tabella sententiam ferret. Cic. lib. De leg. 3.

**CADYCARIA**. Vide Iulia Caducaria.

**CALLIDIA** de Metello reuocando. Tulit Q. Callidius Tribunus plebis, vt Q. Metellus, qui quod in Saturnini legem iurare noluerat, exilio damnatus erat, in ciuitatem reuocaretur. Valerius Max. lib. 5. cap. 2. Cicero pro Plancio.

**CALPURNIA** repetundarum. Tulit L. Calpurnius Piso. Trib. plebis, L. Marcio, M. Manilio Coss. Anno DC IV. nulla antea quàm fuisset: Vt quibus in prouinciis magistratus populi Rom. eorumve comites pecunias contra leges cepissent, earum prouinciarum homines iudicio Romæ constituto suas pecunias repeterent. Cic. de offic. 2. in Bruto, & Verrina 5.

**CALPURNIA**, de ambitu. Tulit C. Calpurnius Piso Coss. cum M. Glabrione, anno DC LXXVI. Vt ambitus damnati omni honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia multarentur. Dio lib. 26. Cic. pro Muræna, pro Cornel. & in eam Ascon.

**CALPURNIA** de ciuitate Siffenna historia, lib. 4. Milites vt lex Calpurnia concesserat, ergo ciuitate donari. Hæc Nonius in voce Ergo.

**CANVLBIA**, de patrum connubiis. Tulit C. Canuleius Tribun. plebis, M. Genutio & Curtio Coss. Anno C C C IX. Vt plebi cum patribus connubiorum ius esset, vt Tribuni militum consulari

Jari potestate promiscuè ex patribus ac plebe crearentur. Augustinus libro de ciuitate Dei 3. c. 17. Liuius lib. 4.

**CASSIA Agraria.** Tulit Sp. Cassius Consul cum Virginio. Anno CCLXVII. Vt ex agro Hernicis, quibus cum fœdus ictum erat, adempto, dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur. Lex tamen non tenuit. Liuius libr. 2. Valerius lib. 5. cap. 8.

**CASSIA de senatu.** Hanc tulit L. Cassius L. F. Longinus, Tribunus ple. C. Maior, L. Flacco COSS. Anno DCLIII. Vt quem populus damnasset, cuiue imperium abrogasset, in senatu ne esset, Afcon. in Cornel.

**CASSIA de suffragiis.** Tulit L. Cassius Tribunus plebis, Lepido & Mancino COSS. anno DCXVI. vt Iudices sententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent: in his etiam populus ipse, duntaxat quum de multis iudicaret, non de capite: nimirum in perduellionis iudicio. Cicero in Lælio, vbi hæc legem biennio post Gabiniam latam scribit: item in Bruto, & lib. de leg. 3. Item Afconius in Cornelianam, & Verrinam II.

**CASSIA de Pauli triumpho.** Tulit Qu. Cassius Prætor, Helio, Iunio COSS. Anno DLXXVI. Vt Paulo, Ancio, & Octauio ex bello Macedonico cum victoria redeuntibus, quo die urbem triumphantes inueherentur, imperium esset. Liuius lib. 45.

**CASSIA de senatu supplendo.** Tulit C. Cassius Prætor, Dictatore Iulio Cæsare. Vt in numerum Patriciorum qui Senatui deessent alij sublegerentur. Tacitus l. 11. Suetonius autem in Iulio Cæsare scribit eum Senatui suppleuisse, patricios allegisse, Prætorum, Adj. Voc. Iur.

Ium, Quæstorum, inuorū etiam Magistratum numerū ampliassse. Vtrum autem illa Cassia lege, an alia incertum est.

**CINCIA de donis & muneribus.** Tulit M. Cincius Tribun. plebis, Cornelio, Sempronio COSS. Anno DXLIX. Vt ne plus ducentis aureis donare liceret: extrâ quàm si coniunctis personis donaretur, quod eo amplius donatū esset, ratū non esset. ar. 1. sancimus. C. de donat. VI. c. Inst. 1. 1. 4. & 1. 5. C. Th. de donationib. Vt in donatione quibuscūq; personis facta mancipatio traditione adhiberetur. d. 1. 4. & 1. 5. Ne quis ob causã orãdã donū munūve caperet. Liu. l. 34. Tacit. l. 13. Cic. in Catone, ad Atticum 1. & de Orat. 2. Fest. hæc munerale à Plauto vocari scribit,

*Neque muneralem legem, neque lenoniam,*

*Rogata fuerit necno, flocci estimo.*

**CLODIA de liberali causã:** Tulit Ap. Claudius Decemuir, cū collegis Anno CCCII. vt quū quis in seruitutem affereretur, vindiciz secundum libertatem darentur. Liuius lib. 13. Dion. lib. 10.

**CLAUDIA de senatorum quæstu.** Tulit Qu. Claudius Trib. pleb. P. Cornelio, T. Sæpronio COSS. Anno DXXXV. Ne quis Senator, quiue Senatoris pater fuisset, maritimã nauẽ, quæ plus quã trecentarum amphorarū esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vestandos: quæstus omnis patribus indecorus visus est Liuius l. 22. & Cic. Ver. 7. Cogitãdum etiã ecquid ad hanc Claudiam pertineat quod Pedian. scribit in Cornelianã, his verbis: Antonius redemptas habebat ab ærario vestigales quadrigas, quã redẽptionẽ Senatori habere hæc per legem.

**CLAVDIA** de scribaturum negotiatione Videtur proxima Clavdia pars fuisse. Sueton. in Domitiano, Scribas quæstorios negociantes ex consuetudine, sed contra Clavdiam legem, venta in præteritum donavit. Aliud ea de lege nihil reperio.

**CLAVDIA** de annonâ. Tulit P. Clavdius Trib. ple. Pisone, Gabinio coss. an. DCCXV Vt frumentum populo, quod antea senis aris ac tridentibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, & Sex. Clavdio frumentaria procuratio mandaretur. Ascon. in Pisonianam, Cicero. pro Sestio, in Pisonem, & pro Domo.

**CLODIA** de comitiis. Tulit idem, Ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruatet. Vt omnibus festis legem ferri liceret: qua de causa legem Eliam & Fusiam à Clodio sublata toties Cicero queritur: in Sextiana, Pisoniana, & in hanc Asconius, & Dio lib. 38.

**CLODIA** de iniuriis publicis: Tulit idem. sed de ea nihil me legisse puto, præter hæc Ciceronis in ea pro Domo: At tu etiam legem de iniuriis publicis tulisti. Anagnino nescio cui Menule per gratiam, qui ob eam legem statutam in meis ædibus posuit, ut locus ipse in tua tanta iniuria legem & inscriptionem statuae reselleret.

**CLODIA** de vi Tulit idem: Vt de iis qui ciues Rom. sine iudicio populi indictaque causa necassent, questio haberetur. Tulit autem ob Ciceronem, & alios, à quibus necati erant Catilinarij, quàmvis nominatim de Cicerone nullam fecerit mentionem. Velleius lib. 2. Dio 38. Cicero ad Attic. 3.

**CLODIA** de M. Tullio. Tulit idem Vt M. Tullio Ciceroni, quod sal-

sum s. c. retulisset, quod ciues Rom. indemnatos necasset, aqua & igni interdictum esset, neve ei intra quingenta passuum nullia liceret esse, ne quis de ipsius redata ad tenatum referret, ne quis sententiam diceret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, ne scribendo adisset. Pro domo sua, Post reditum in senat. & lib. Art. 3. & Dio lib. 38.

**CLODIA** de provinciis. Tulit idem, ut Gabinio Syria, Babylon, Persis: Pisoni Macedonia, Achæa. Thessalia, Græcia, omnisque Bæotia proconsulari imperio mandaretur: iisque cum exercitu in eas provincias iturus pecunia ex aulario attribueretur. Cicero Pro domo, & in Sextiana.

**CLODIA** de intercessione. Tulit idem Clodius Vt libera & soluta in ferendis legibus Tribunorum plebis potestas esset, neque intercessione impediretur. Cicero in Sextiana. Nouem enim Tribunis vnus obistere poterat. Dio l. 38.

**CLODIA** de collegiis. Tulit idem, Vt collegia, id est, conuentus artificum à Noma instituti, & magna ex parte partim legibus partim Senatusconsultis sublatis restituerentur, multique alij constituerentur. Cic. in Sextiana, Pisoniana, pro domo sua, Pedianus in Cornel. & Dio lib. 38.

**CLODIA** de regno Cyprî. Tulit idem, Vt Cyprus insula in provinciam formam redigeretur, ut Ptolemaeus rex Cyprî sedens cum purpura & sceptro, & illis insignibus regis præconi publico subiceretur, & cum bonis omnibus publicis caretur. Vt M. C. Quæstor com iure pratorio, adiecto etiam Quæstore mitteretur in insulam Cyprum, & regie gaze vendenda,

- & pecuniæ deportandæ præficeretur. Vt qui Byzantiæ rerum capitalium damnati exularent, populi Rom. nomine in eam ciuitatem reducerentur. Cicero pro Domo sua. pro Sex. De prou. cōs. Velleius lib. 2. Plutarch in Vitis.
- CLODIA** de Pessinuntio sacerdotio. Tulit idem, Vt Pessinuntius Matris magnæ sacerdos, suo sacerdotio spoliaretur, fanumque illud Brogiraro Gallogræco attribueretur. Pro Sextio, De arusp. c. resp.
- CLODIA** de cēforibus. Tulit idem, Ne quem Cēsores in legendo præterirent, néve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & vtriusque Cēsaris sententia damnatus esset. Ascon. in Pisonianam, Cicero in eadem, in Miloniana & Sextiana.
- CLODIA** de sociis ac nōminis Latini. Tulit C. Claudius cōs. cum T. Sépronio, Anno DLXXXVI. Qui socij ac nōminis Latini censj essent. vt omnes in suam quisque ciuitatem ante Kalen. Nouemb. redirent. Vt dictator, Consul, Interrex, Cēfor, Prætor, qua nūc esset apud forū, darēt operā, vt qui manumitteretur, in libertatē vindicaretur: iusturandū varet qui cū manumitteret, ciuitatis mutandæ causa manu non mittere: qui id non iuraret, eum manumittendū non censuerunt. Liu. li. 41. qui tamen locus corruptus est: legendū fortasse, ab eo manumittendum.
- CLAVDIA** de comitiis. Tulit M. Clodius Marcellus cōs. cum Ser. Sulpicio, An. DCCII. Ne in magistratuum comitiis absentiu ratio haberetur. Sueton. in Cæsare.
- CLAVDIA** de Colonia Nouicom. Tulit idem M. Marcellus, Vt colonis, quos rogatione Vatinia Nouicomum Cæsar deduxisset, ciuitas adimeretur: quod per ambitionem, & vltra præscriptū data esset. Sueton. in Cæsare.
- CLAVDIA** de sēnore. Tulit Claudius Cæsar ne creditores in mortem partum pecunias filijs familiarū sēnori darēt. Tacitus lib. 11. vbi aperte legem la. a. affirmat.
- CLAVDIA** de re numaria. Tulit. Vt victoriatus numus, qui ex Illyrico a Iuētus mercis loco habebatur, Romæ periretetur: & eadem victoriæ nota obsignaretur. Plin. lib. 33. c. 3.
- CLAVDIA** de tutelis. Tulit, Vt agnati mulierum tutelam legitimam recipere cogentur. Vlpian. tit. 11. & Imp. leg. 3. C. de legitur.
- CORNELIA** de patricijs. Tulit cum collegis Sext. Cornel. tribu. milit. Ann. CCCLXX. Ne quis patricius in Arce aut Capitolio habitaret. Liu. lib. 6. Dionys. lib. 4.
- CORNELIA** de bello Antiochi. Tulit P. Cornel. cōs. cum M. Acilio, Ann. DLXII. Vellent iuberentne cum Antiocho Rege, qui que sectam eius secuti essent, bellum iniiri. Liu. lib. 36.
- CORNELIA** Bæbia de ambitu. Tulit P. Cornel. M. Bæbius cōs. Ann. DLXXII. Lilius li. 40. Florus præterea epit. XLVII. legem de ambitu latam testatur.
- CORNELIA** de C. Mario. Tulit L. Cornelius Cinna cōs. cum Cn. Octauiō, Anno DCLXVI. Vt C. Marius, qui à L. Sylla oppressus profugerat, in urbem reciperetur. Velleius lib. 2. App.
- CORNELIA** iudiciaria. Tulit L. Corn. Sulla Dictator & cōs. cum Q. Metello: Ann. DCLXXIII. Vt iudicia equestri ordini adempta, in solum ordinē Senatorū transferrentur. Ita quadrat annorum ratio ab Asconio tradita, quā ait.

Equites à lege Sēpronia ad hanc legē annos quadraginta iudicasse, quā Cice. oratorio more dicat quinquaginta Flo. epit. LXXXIX. Alco. in Dium. & Cic. in eadē. Huius eiusdē fuisse pars videtur, caput illud quod Cice. Ver. III. cōmemorat, ne cui extra ordinē Senatorium reiiciendi amplius quā a trium iudiciū potestas esset.

**CORNELIA** repetundarū. Tulit idē, Vt in repetundarum iudicio reus omnino comperendinaretur, nec vna actione ea causa absolueretur. Vt certi dies prouincialib⁹ magistratibus, quibus successum esset, discedendi causa præstituti essent. Vt Legatis sumptus præferberetur. Vt accusatori liceret omnib. testimonium denunciare, præterquam defensori: itē omnia clausa rei obsignare, & litteras omnes tū publicas tum priuatas quibus, instrui posset accusatio præter litteras publicanorū Romanum deportare liceret Cic. Verr. III. & IIII. pro Posth. lib. epi. 1. 9. & lib. 1. epist. 6. & 10 Item Verrin. IIII. & in eam Asconius.

**CORNELIA** Agraria Tulit idem, Vt proscriptorum agri publici essent Cicer. contra Rullum. Sallustius in Catilin.

**CORNELIA** sumptuaria. Tulit idē. Vt Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum & feriis quibusdam solēnib. n̄ s. triēnos in cōnā infamere ius potestāsq; esset. ceteris aut aliis dieb. omnib. non amplius ternos. sunt & minora pretia reb. impos. Gel. 1. 2. c. 24. Mac. I. Satur. 3. c. 17. & Plut. in Sylla.

**CORNELIA** de municipiis. Tulit idem, Vt municipiis omnib. ius ciuitatis agrique adimeretur. Ci. Pro domo sua, pro Cæcin. Appianus belli ciuilib. lib. 2.

**CORNELIA** de magistratib. Tu-

lit. opūor. idē, vt qui cū imperio in prouinciā profectus esset tamdiu illud imperiū retineret, quoad in urbē reuersus esset: quā antea certō & præfinito tēpore imperiū illud terminaretur & si successor nō mitteretur, noua rogatione ad imperiū prorogandum opus esset Item vt triginta tantū dies postq; a successor missus esset, magistratui ad decedendum cōcederentur. Cic. ep. 9. ad Legatulum & lib. 3. ad App. epist. 6.

**CORNELIA** de sumptibus funerum. Tulit idem, Plut. in eius vita.

**CORNELIA** de Trib. pleb. Tulit idem, Ne Trib. pl. ferendarum legū concionandive ius esset. néve ad eos prouocatio esset, vt ne iis intercedere liceret: néve iis qui Tribuni ple. fuissent, alios postea magistratus capere liceret. Cic. De legib. 3. Casar comment. Gal. lib. 1. Plutarchus in vita Florus in Epit. Appian. De bello ciuili. Alcon in 3. Verrin.

**CORNELIA** de prouinciis. Tulit idem: Ne quis plus anno prouinciaz præffet. C. ad Appium lib. Fam. 5. Item vt Senatus quasdam prouincias decerneret.

**CORNELIA** de magistratibus. Tulit idem, Vt iis qui suas partes in ciuili bello secuti essent, honores ante tempus capere ius esset. Vt si quis magistratum peteret, quē ante gessisset, nisi decennū interiectum esset, eius ratio non haberetur Appian. de bell. ciuil. Vt proscriptorum liberi horum petendorum potestate priuarentur. Plin. lib. 7. Quintil. I. I. c. 1. Cic. o in Pisonian. Dio lib. 41

**CORNELIA** de sacerdotiis. Tulit idem, Vt ius creandorum sacerdotum à populo (cuius hac legē Domitia potestas erat) ad collegia sacerdotum transferretur.

lique ex veteri more tributis com-  
mittis cooptarentur. Dio lib. 37.  
Et Asconius in Diuinis.

**CORNELIA** de Quæstoribus. Tulit  
idem, Ut viginti Quæstores sup-  
plendo senatui crearentur, cui  
iudicia tradiderat. Tacitus lib. 11.

**CORNELIA** de proscriptis. vide  
Valeria.

**CORNELIA** maiestatis. Tulit idem  
Ne qui cum imperio prouincias  
obtinerent, populi senatusve in-  
iussu exercitum de prouincia de-  
portarent, bellumve sua sponte  
gererent. Cicer. in Pison. Aliæ  
capita fuerunt, quæ Pédianus in  
Corneliana significat. Fuit & il-  
lud, ut à quæstionibus vel cruen-  
tis nullius dignitas exiperetur.  
Aram Marcel. lib. 19.

**CORNELIA** de ficiariis & veneficis.  
Tulit idem, Vti qui hominem oc-  
ciderit, cuiusq; dolo incendium  
factum erit, quive homini occiden-  
di furtive faciendæ causa cum telo  
ambulauerit iudicio publico dæ-  
netur. Martia. li. 1. D. ad l. Cor. de  
fiscar. quo sub titulo multa huius  
legis capita enumerantur. Ea le-  
ge excepti erant, qui proscriptio-  
ne Syllana obrelata ciuium Ro.  
capita pecuniâ ex arario acceper-  
rât. Suet. in Cæsare. Eiusdem etiam  
hoc caput fuit, ut cum in consilium  
iri oporteret, Quæstor à reo quæ-  
reret, clam an palam de se senten-  
tiâ ferri vellet. Ci. in Cluétiana.  
Item, Ut si quis domi suæ neca-  
tus erit, ei qui seruos qui ante  
quæstionem fugerint, peruestigarit,  
& indicarit, in singulos seruos  
quos eius cædis conuicerit quinos  
aureos ex bonis occisi, aut si inde  
redigi ea quantitas non possit, ex  
publico accipiat. Ut de his qui  
ante quæstionem habitam fugerint,  
si aperto testamento liberi scripti  
inueniantur, iudicium inter fisci-

rios fiat, ita, ut ex vinculis cau-  
sam dicant, & conuicti perinde  
ac serui puniantur, & qui conui-  
cerit, deni aurei præmij nomine  
dentur ex bonis damnati. Caius  
l. 25. D. ad S. C. Syllanian.

**CORNELIA** de iniuriis. Tulit idem,  
ut Venuleius testator in l. hos  
accusare. 12. in fi. De accusat. Ut  
in eos quia quempiam pulsassent,  
verberassent, domumve alienam vi  
introissent, iudicium daretur. Ut in  
eo iudicio non esset, qui ei qui  
ageret gener, socer, vitricus, pri-  
uignus, sobrinus ve esset, propius-  
ve eorum quemquam ea cognitione  
affinitate attingeret, quive eo-  
rum cuius, parentisve cuius eo-  
rum patronus esset. Ut filiusfam.  
ex omni causa iniuriarum agat,  
ut actori iusiurandum deferre li-  
ceat reo, an iniuriam fecerit. Si  
quis librum ad infamiam alicuius  
scripserit, composuerit, ediderit,  
dolo ve malo fecerit, quo quid  
eorum fieret: etiam si alterius nomi-  
ne ediderit, vel sine nomine: uti  
de ea re agere liceret, ut si codæ-  
na sit, qui id fecit, intestabilis ex  
lege esse iubet. Vlp l. 5. ff. de in-

**CORNELIA** de falso. Tulit idem De  
omni falsitatum genere, quæ in  
nomis, testamētis, partibus, iudi-  
cis, tabulis publicis, aliisque rebus  
commissæ, publici iudicij poenam  
mererentur, de quibus Iuriscon-  
sulti copiose sub tit. Ad lag. Cor.  
De fals. crimina enim ferè sūt in-  
numera, quibus quod poena esset  
constituta nulla, huius legis poe-  
na partim senatusconsultis, par-  
tim principum rescriptis, partim et  
Iurisconsultorum responsis attribu-  
ta est. Meminit Ci. Ver. 3. De nar.  
deo 2 & Suet. in Aug. Pon l. 2. De  
ori. ier. Pau. Sent. 4. c. 7 & li. 5. c.  
24. Neq; verisimile esse quid quid-  
dam putant, id solum falsum hac

le. coërceri, quòd in testamentis commissum esset: patet ex l. 9. D. de falsis.

**CORNELIA** de testamentis. Tulit idem, Vt eorum testamenta qui in hostium potestate essent, perinde rata essent, ac si hi qui ea fecissent in hostium potestatem non peruenissent: & hereditas ex his eodè modo ad vnumquè-que pertineret. Iulianus. l. 12. D. Qui test. fac. pos. Vlp. ca. Instit. 23. Iauoleus in l. 15. De iniust. rup. Atque ex hac inducitur fictio est, Vt qui captus apud hostes decederet, mortuus eodenti momento quo captus esset putaretur. Eiusdem legis ca. opinor illud fuisse quod in edicto Verris significatur, apud Cic. lib. Accusat. 1. Non minus multis signis quàm è lege oporteat. cautumque de numero testium quos in testamentis adhiberi oporteret fuisse.

**CORNELIA** de lusu. Tulit. Ne quis in pecuniã luderet, sponsonemve in ludo, nisi qui corporis exercendi causa susceptus esset, faceret, veluti hasta pilòve iaciendo, currendo, saltando, luctando, pugnando. Marcia. l. 3. D. De aleator.

**CORNELIA** de iis qui legibus solvuntur. Tulit C. Cornelius trib. ple. C. Pisonem. M. Glabrione coss. Ann. DCLXXXVI. Ne quis in senatu legibus solueretur; nisi CC. affuissent, nève quis intercederet quò de ea re ad populũ ferretur. Ascon. in Cornelianam, quod cò pertinebat, vt esset quidem in senatus potestate dare extra ordinem imperia legibũque solvere, sed ita vt pòst ad populũ veteri more de ea referretur. Dio l. 36.

**CORNELIA** de iurisdictione pratorum. Hanc idè etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen inuitis tulit, vt eodem loco scribit

Asconius: Vt Prætores ex edictis suis perpetratis ius dicerent: quare tunc gratiam ambitiosis Prætoribus, qui variè ius dicere assueverant sustulit. Dio lib. 26.

**CORNELIA** de natali Urbis. Tulit P. Cornel. Dolabella coss. statim post Cæsaris necem, Vt deinceps is dies natalis V bis haberetur. Appianus lib. De bello ciuil. 2.

**CORNELIA** de M. Tul. Cic. Tulit centuriatis comitiis P. Cornelius Lentulus Conf. cum Q. Metello, Anno DCCXVII. & cum omnibus magistratibus proter vnum prator em App. Claudum, P. Clodij fratrem, & duos Trib. pleb. Sext. Attilius Serranũ, & Numerium Quintium, priore Non. Sextiles, Vt M. Tullio Ciceroni redire in ciuitatem, venireque in Senatum liceret. Pro domo, pro Sextio, in Pisonem, in Epist. fam. & alibi.

**CORNELIA** de limitibus. Tulit Vt per actuarios limites populo sicut per viam publicam itineris faciendi ius esset. Hyginus in libello, De limitibus constit.

**CVRIA** de patrum auctoritate. Tulit M. Cur. Trib. ple. M. Fulvius, T. Manlio coss. Ann. CDLV. Vt ante comitia magistratum patres auctores fierent. Liuius lib. 10. Cic. De claris orat. Probus De viris illust. idem lege Publilia cautum de comitiis legum fuit.

**CVRIATA** lex dicebatur olim, quæ in curiatis comitiis de eorum imperio ferebatur, qui in prouincias mittebantur: videlicet quid cuique imperij atque ornamentij attribui placeret. Postea vero nõ ab vniverso populo, sed à 30. licitoribus ad speciem atq; usurpationem veruſtatis, hoc est, ad triginta veteres curias representandas constitutis iubebatur. Liuius lib. 9. Cic. 2. Agraria in Rullum.



## D

**D**ECIMVIRALIS de 12. tab. Tulit. App. C. aud. decemur cum collegis, Anno cccc. i. Ut leges 10. tabularum rata essent, eisque populus pareret. His etiam duas eodem anno tabulas addiderunt. Dio lib. 10. & Liu lib. 3.

**D**ECI ADE duumiris naualibus Tulit M. Decius Trib. pleb. Iunio Emilio Cos. Anno cdxlii. Ut duumiros nauales classis ornandæ reficiendæque causa populus haberet. Liu. lib. 9.

**D**IDIA sumptuaria. Tulit App. Claudio, Q. Metello. Cos. Anno dxx. Ut vniuersa Italia, non sola vrbs, Fannia sumptuaria teneretur. Ut non soli qui p. andia conatve maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atque omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur. Macro. lib. 3. c. 17.

**D**OMITIA de sacerdotiis. Tulit Cn. Domitius Anobardus Tr. ple. C. Matio iiii. L. Aurelio coss. Ann. dcl. Ut non sacerdotum collegia, ut antea, quem vellent cooptarent, sed populi id beneficium esset. Cum autem populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, rogauit ut minor pars populi, i. tribus septemdecim vocarentur, ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Suet. Nerone, Velleius lib. 2. Cic. in Agraria 2. epist. 5. ad Brutum, & pro Cornelio, & Alcon. in eandem. Dio lib. 37.

**D**VILIA de magistratibus. Tulit M. Duilius Trib. plebis, Valerio Horatio coss. An. ccciiii. Ut qui plebem sine tribunis pleb. reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset, tergo, & capite puniretur. Lib. 3. Dionys. lib. 10.

**D**VILIA Mania de coitionibus. Tu-

lere de collegijsent. M. Duilius. L. Manius trib. pleb. Martio Manlio coss. Ann. cccxcvi. Ne quis postea populum seuoicaret: qui hoc faxit, capitale esset. Liu lib. 7.

**D**VILIA Mania de senore. Tulere iidem, ut senus ne maius vnciarior exerceretur, Liu. lib. 7.

## F

**F**ABIA de ambitu. Tulit, ut certus numerus sectatorum esset, i. eorum qui candidatos in campum deducerent, Cic. in Muraniana.

**F**ABIA de plagiaris. Tulit, ut qui hominem ingenuum vel libertinum inuitum celauerit, vinculum habuerit, emerit sciens dolo malo: quive in earum qua re locius erit, quique seruo alieno, seruaue persuaserit, ut à domino dominave fugiat, vel eum campu inuiso vel inicente domino dominave celauerit, vinculum habuerit, emerit sciens dolo malo, quive in ea re socius erit, iudicio pœnaque pecuniaria damnetur. l. pe. & vlt. D. ad leg. Fab. Item ne seruus qui plagium admisit, pro quo dominus pœnam inulit, intra decem annos manumittatur. l. 12. D. de manumif. Cic. pro C. Rabirio, an de seruis alienis contra. Fabiam retentis, plura dicenda sunt? Et Iurisconsulti in pandect. item Paulus Sen. 5. c. 7.

**F**ABIA lex, pro formula dicitur apud Paulum lib. Sen. 3. c. 3. in proprie, quum ea lex non fuerit, sed ætatis formula. Similiter autem Cic. Manilianas venalium vendendorum leges dixit, in lib. De orat. 1. pro Cautiones.

**F**ABIA de terminis. Ea legitur in libro de agrorum conditionibus, his serè verbis, quæ paucis quibusdam locis correximus, qui hac lege coloniam duxerit, municipium, præfecturam,

forum, conciliabulum constitue-  
rit in eo agro, qui ager intra fines  
eius coloniarum, municipij, fori, con-  
ciliabuli, præfecturæ erit limites  
decumani ut siq̄ terminique sta-  
tuantur, curato quique fines ita  
statuerit, hi fines eorum sunt, dum  
ne extra agrum colonicum terri-  
torium fines ducat: quique termi-  
ni hac lege statuti erunt, ne quis  
quem eorum eiecit, neue com-  
moueto, sciens dolo malo: si quis  
aduersus ea fecerit, in terminos  
singulos quos eiecerit, locove  
mouerit sciens dolo malo [ ] xxv.  
in publicum eorum, quorum in-  
tra fines is ager erit, dare damnas  
esto, deque ea re curatoris, qui hac  
lege erit, iurisdictione recupera-  
tionemque datio addictio esto. Si  
curator hac lege non erit tunc  
quicumque magistratus in ea co-  
lonia, municipio, præfectura, fo-  
ro, conciliabulo iuridicando præ-  
erit, magistratus de ea re iurisdic-  
tio iudicijque datio addictio  
esto, inque eam rem is qui hac le-  
ge iudicium dederit, testibus pu-  
blice duntaxat in res singulas 10.  
denunciandi potestatem facito,  
ita ut è Repub. fideque sua vide-  
bitur. Et si is unde ea pecunia pe-  
tita erit, condemnatus erit, eam  
pecuniam ab eo de bonis eius,  
primo quoque die exigit, eius-  
que quod receptum erit partem  
dimidiam, eius cuius vnus opera  
maxime is condemnatus erit, par-  
tem dimidiam in publicum redi-  
gito. Quo ex loco terminus abie-  
rit, si quis in eum locum termi-  
num restituere volet, sine sua  
fraude licet facere: neque quid cui  
is ob eam rem hac lege damnas  
esto.

**FALCIDIA** de testamentis. Tulit P.  
Falcidius Trib. pleb. Domitio, Asi-  
nio coss. Ann. DCCXIV. Eius hæc

quatuor capita memorantur. Quæ  
cives R. sunt, qui eorum post hanc  
leg. rogatam testamentum facere  
volet, ei quem pecuniam quasque  
res quibusque dare legare volet,  
ius potestaque esto, ut hac lege  
licebit. Quicumque civis R. post  
hanc leg. rogatam testamentum  
faciet, is quantum cuique civi  
Ro. pecuniâ iure publico dare le-  
gare volet, ius potestaque esto,  
dum ita detur legetur, ut ne mi-  
nus quam quartam partem hære-  
ditatis ex eo testamento hæredes  
capiant. Eis quibus ita datum le-  
gatum erit, eam pecuniam sine  
fraude sua capere liceto: isque  
hæres, qui eam pecuniam dare ius-  
sus damnatusve erit eam pecu-  
niam debeto dare, quam damna-  
tus est. Si quis aliter quam hac l.  
liceat, pecuniam dederit, legau-  
erit, hæredi quartam partem eius  
pecuniæ quæ data legata erit, ex  
eo testamento retinere liceto,  
Pau. leg. 1. D ad l. Falc. Euteb. in  
Chron. Dio verò lib. 48. hoc mo-  
do ut hæres quartam partem bo-  
norum sibi relictorum, si grauiter  
oneratus sit legatis, accipiat: cetera  
legatariis relinquat.

**FANNIA** sumptuaria. Tulit C. Fan-  
nius coss. cum M. Messalla. Anno  
DCCXII. ut ludis Rom. plebeiis Sa-  
turnalibus, & aliis quibusdam  
diebus centenos æris in singulos  
dies impendere liceret, decem-  
que aliis diebus in singulis men-  
sibus, tricenos, cæteris autem om-  
nibus diebus, denos. Ne quid vo-  
lucrum poneretur, præter vnâ  
gallinam quæ non esset atulis.  
Plin. lib. 10. c. 50. Gel. lib. 2. c. 24.  
Mar. lib. 3. c. 17. Athenæus autem  
lib. 6. extremo eiusdem, legem sic  
exponit: ἐκέλευε δ' οἰόμενος, πρὶν  
μὴν πλείους τῆς ἑκάστης αἰτίας μὴ ὑπερ-  
δὲχεσθαι, κατὰ ἀγορῶν δὲ τῆς πεντήκοντο  
δραχμῶν

δῆτρις τῶ μινδὸς ἐγένετο. ὁ φανεῖν δὲ πλεονὸς ἢ τοῦ δουρὶ δραχμῶν κὶ ἡμισίαι, ἢ ἐπέτρεπε. κρείως δὲ κελπίστῃ δεικνύοντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸ ἐνιαυτὸν ἐπέχῳρει κὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα κὶ ἐσπρίων ἐφήμιστα.

**FABIA** de terminis. Vide Fabia.

**FLAMINIA** Agraria. Tulit C. Flaminius Trib. pleb. Emilio, Publicio coss. An. DXXI. Vt ea regio Galliz, quæ Picenum vocatur, vnde Senones expulsi fuerant, militibus Romanis diuideretur. Poly. lib. 2.

**FLAVIA** de Tusculanis. Tulit M. Flavius Trib. pleb. Sulpitio, Emilio coss. An. CDXXX. Vt in Tusculanos animaduertèretur, quorum ope ac consilio Veliterni, Prineratesque populo Rom. bellum fecissent. Lilius lib. 8. Antiquitat. ibid.

**FURIA** de Ædilibus ex patribus creandis. Tulit M. Furius Camillus Dict. Ann. CCCXXV. Vt duo Ædiles ex patribus crearentur, Liu. lib. 6. in fin.

**FURIA** de iure Campanorum. Dedit Campanis L. Furius Prætor, Follio & Plautio coss. An. CDXXXV. quum primùm Capua in deditionem recepta Præfecti eò missi sunt Liu. lib. 9.

**FURIA** Attilia de Mancino. Tulere L. Furius & Sex. Attilius Tri. ple. An. Vt C. Mancinus quod sine Senatus auctoritate pacem cum Numantinis fecisset, iis dederetur, Cic. lib. 3. Offic. Epitome 56.

**FURIA** de testamentis. Tulit C. Furius Trib. ple. Ne cui, nisi manumissoris cognato, certisque aliis personis supra mille asses legare, mortisve causa donare liceret: quod si quis maiorem summam sibi legatam accepisset, quadruplum eius quo plus quàm licebat accepisset, redderet. Lata est autem (vt ait Iust.) legis 12. tab. coëf.

causæ causæ: qua vti quisque legasset suæ rei, ita ius erat. Cicero pro Balbo, & Ver. 3. Iust. de l. Falc. Vlp. c. Inst. 1. & 28.

**FURIA** Caninia de manumissione. Tulere opinor, P. Furius Camillus, C. Caninius Gallus coss. An. DCCLII vt in testamento ex tribus seruis non plures quàm duos manumittere liceat, vsque ad decem, dimidiam partem: à decimo ad triginta tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsque ad centum, quartam partem, æquè vt decem ex priore numero liberari possint: à centum vsque ad quingentos partem quintam similiter, vt ex antecedenti num. 25. possint fieri liberi: eademque præcipit ne plures numero quam 100. ex cuiusquam testamento liberi fiant. Eadem lex cauet, vt libertates seruis testamento nominatim dentur. Hæc ex Inst. Vlp. tit. 1. Paulo Sententia 4. Caij. Inst.

**FURIA** de comitiis. Tulit P. Furius, siue Fusius Consul cum Sexto Atilio, An. DCXVII. Vt certis diebus, qui tamen facti essent, ageretur cum populo non liceret. Cic. in Sextiana, in operat. post reditum, de prouin. conf. & alibi frequentissimè. Lata in illo tempore Cic. Pisoniana testatur, qui centum an. dixit, pro circiter 100. annos.

**FURIA** de comitiis. Tulit Q. Fufius Calen. Prætor C. Casare M. Bibulo coss. An. DCCXIV. Quum in tribus comitiis omnium simul suffragia confunderentur, itaque fieret, vt singula genera de suffragiorum euentu sic inter se contenterent, vt quod recte statutum esset, id suo suffragio factum dicerent, quod secus. in alios reicerent. Tulit vt singula genera suf-

fragiorum seorsim ferrent, quo sententia internosci possent Hoc modd singulorum generum suffragia seorsim renunciabantur. Dio lib. 38.

## G

- GABINIA** de nocturnis cœtibus. Tulit, vt qui conciones vllas clandestinas in vrbe conflauisset, more maiorum capitali supplicio multaretur. Ex orat. Porc. Latronis in Catil.
- GABINIA** de suffragiis. Tulit A. Gabinus Trib. pleb. Pisone, Popilio coss. Ann. DCXIV. Vt comitiis quibus magistratus crearentur populus non voce, sed tabella suffragium ferret. Et quo id liberius esset cautum est, Ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret, ita ab omni parte liberum iudicium suum in magistratibus creandis populus haberet. Cicc. de leg lib 3 Et in lib. de amicis.
- GABINIA** de piratis persequendis. Tulit A. Gabinus Tri. ple. Metello, Marcio coss. An. DCLXXV. vt bellum aduersus piratas Cn. Pompeio, in triennium ita manderetur, vt in toto mari quod est intra colunas Herculis, & in maritimis prouinciis vsq; ad quadringentesimum à mari stadium potestatem haberet imperandi regibus, præsilibus, ciuitatibus, vt se rebus omnibus ad eius belli administrationem necessariis iuaret. Pedian. in Corne. Velleius lib. 2. Dio lib. 38. Plut. in Pompeio, & Cic. de L. Manilia, & in orat. post redi. in Senat. Appian. in Mitrid.
- GABINIA** de Senatu habendo. Tulit, vt ex Cal Febr. ad Cal. Mart. quotidie Senatus cogeretur, & legatis exterarum nationum daretur. Cicero in epist. ad Q. Frat. lib. II. epist. II.
- GABINIA** de vsuris. Tulit ne ius

diceretur de iis pecuniis, quæ versura facta essent sumptæ, ne sc. prouinciales homines à Roma exhaurirentur, ne grauior vsura quàm centesima exigeretur, sed & præter amissam sortem certam pœnam sanciebat. Cic. lib. epist. ad Att. 6.

- GELLIA & Cornelia** de ciuitate. Tulere L. Gellius Publicola, Cn. Cornelius Lentulus coss. Ann. DCLXXXI. Vti ciues Rom. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia singulatim ciuitate donauerit. Cicero pro Balbo.
- GENVTIA Æmilia** de clauo pangendo. Tulere ex s.c. Cn. Genutius, L. Æmil. coss. Ann. CCXCV. vt qui Prætor maximus sit, Idibus Septemb. clauum pangat. Liu. lib. 7. vbi addit, Legem ætate sua fuisse prisca litteris verbisq; scriptam, clauumque quia raræ per ea tempora litteræ erant, notam numeri annorum fuisse, eoque Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus à Minerva inuentus sit.
- GENVTIA** de fenore. Tulit L. Genutius Tri. ple. C. Martio IV. Q. Seruilio coss. Ann. CDXI. Ne fenore liceret. Liu. lib. 7.
- GENVTIA** de magistratibus. Tulit idem Martio, Seruilio coss. Ann. CDXI. Ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus vno anno gereret, vtique liceret, Consules ambos Plebeios creati. Liu. lib. 7.
- GLITIA** de testamentis. Citatur Caius ad legem Glitiam in lib. 4. D. de inoff. testa. Mendosè meo iudicio, quum Glitia non nomē, sed cognomen sit, vt ex Fastis intelligitur. Videndum igitur an Titia rectius legeretur, quæ de pupillorum rationibus lata est, quo Caij sententia pertinet.

## H

**H**IRCIA, de Pompeianis. Tulit  
H. Hircius, ut Pompeiani ad di-  
gnitates non admitterentur. Ex  
epist. Anton. Philip. 13.

**H**ORATIA Valeria de plebiscitis.  
Tulere L. Valerius, M. Horatius  
Coss. Ann. ccciv. Ut quod tri-  
butum plebs iussisset, populus ten-  
eret. Liu. lib. 3. Dio 11. quod  
postea lege Hortensia, & Publi-  
lia confirmatum est.

**H**ORATIA de magistratibus sacro-  
sanctis. Tulit idem, ut qui Tri-  
pleb. Aedilibus, iudicibus nocuis-  
set, eius caput Ioui sacrum esset,  
familia ad ædem Cereris, Liberi,  
Liberæque venum iret. Liu. lib. 3.  
D. O. lib. 5.

**H**ORATIA de Caia Tarratia virgine  
Vestali. Tulit, ut certi honores ei  
tribuantur, in his ut testabilis es-  
set, ut si quadraginta ann. nata  
sacerdotio abire, ac nubere volu-  
isset, ius ei potestatisque exau-  
gurandi atque nubendi esset, muni-  
ficentiæ & beneficij gratia quod  
campum Tiberinū siue Martium  
populo Rom. condonasset. Gell.  
lib. 6. c. 7. Plutar. in Publicola, ubi  
eam Tarquiniam appellat.

**H**ORTENSIA de nundinis Tulit, ut  
nundinae, quæ prius erant feriæ,  
factæ essent: uti rustici, qui nun-  
dinandi causa in urbem venie-  
bant, lites componeret. Macro-  
b. lib. Satur. 1. c. 16.

**H**ORTENSIA de plebiscitis. Tulit  
Q. Hortensius, Dictator seditio-  
nis sedandæ causa creatus, Ann.  
cclxvii. Ut eo in re quod plebs  
statuisset omnes Quirites tenerentur:  
quum antea Patrij non tenerentur.  
Gell. li. 15. c. 27. Flor. Epist. 9.  
Pli. li. 16. c. 10. August. li. 3. de  
ciuita. Dei, c. 17. quod postea lege  
Publija confirmatum est.

**H**OSTILIA de furtis. Tulit A. Ho-

stilius Consul cum A. Atilio, An.  
DLXXXIII. Ut furti agere lice-  
ret eorum nomine, qui apud ho-  
stes essent, aut Reip. causa abes-  
sent, quæve in eorum cuius tute-  
la essent. Instit. de iis per quos  
ag. pos. Hinc illæ Hostilianæ  
actiones, i. formulæ apud Cic.  
lib. de orat. 1. ubi de militis testa-  
mento agit.

## I

**I**CILIA de Aventino. Tulit L. Ici-  
lius Trib. ple. Valerio, Sp. Virgi-  
nio Coss. An. cccxvii. Ut Aven-  
tinus mons plebi ad ædificia cō-  
cederetur. *ὅσα μὲν ἰδιωτῶν πρὸς εἴ-  
χην ἐκ δικαίου κτισθέντα, ταῦτα τὸς  
κυρίως κατέχουσιν. ὅσα δὲ βλάβη τῆς  
πλῆθους ἢ κλοπῆ λαβόντες ἀποδύμεσθαι  
κομισσάμενους τὰς ἀετιὰς αἰ ἀπο-  
διαιτητῶν γῆσιν τῶ δῆμῳ παρεδίδω-  
ται τα δὲ ἄλλα ὅσα ἐν ἡ δημοσίαις  
χωρεῖ ὡς τῶν δῆμων παρελαβόμενα  
δυσκρίσται. i. quæ privati quidam  
iure quaesita possidebant, ea pro  
domino possiderent, quæ verò  
vel vi, vel clam accepta ædificiis  
occuparant, ea recuperatis im-  
pensis quas arbitri statuissent, po-  
pulo redderent, cetera verò, quæ  
publica essent, ea populum siue  
precio recipere, & inter se diui-  
dere Dion. lib. 10. & Liu. lib. 3.*

**I**CILIA de Trib. ple tulit Sp. Icilius  
trib. ple. T. Geganius P. Minucius  
Coss. Ann. cclxi. *ἡμάρχη γῆ-  
μιῶ ἀγορεύοντες ἐν δῆμῳ μὲν εἰς ἀ-  
γορῶν μὲν ἀναπτόν, μὲν δὲ μεσοκλα-  
βῆναι τὸν λόγον ἐὰν δὲ π. ἑξῆς  
ταῦτα ποιῆσιν. δίδωται τοῖς δημο-  
χοῖ ἐξ ἑστῆτος αἰτίαι εἰς ἐκρησιν ἢ  
ἐν αὐτῶ ὅτι δῶσι ζημίας ὁ δὲ μὴ δι-  
δούς ἐξ ἑστῆτος, διακρίτω ζημιουμένῳ,  
καὶ τὰ ζημιώματα αὐτῶ ἰεραῖς εἶσω. ἢ  
ἀμοιβοῦσι πύργων πρὸς ταῦτας τὰς ζη-  
μίας αἰ κρίσεις εἶσωσαν ὅτι τὰ δῆμῳ.  
i. tribuio ad populum concio-  
nauti*

nanti, ne quis contradicito, néve eum interpellato. Qui contrá faxit, præde Tribunis dato se multam quam ipsi irrogabunt soluturum: qui prædes non dederit, capital esto: familiæque eius sacra esto. Si quid ei in multis controverfiæ, populi iudicium esto. Dio. lib. 7.

**IULIA** de civitate. Tulit Sext. Iul. Cæsar Coss. cum L. Martio, ann. DCXII. Ut civitas sociis & Latinis omnibus qui arma deponerent, daretur. nam Italici belli restinguendi causa lata est.

Additur in Orat. pro Balbo, Qui fundi facti essent. Gel. lib. 4. c. 4 Appianus lib. de bell. ciuil. I. Eutrop.

**IULIA** de provinciis. Tulit C. Iulius Cæsar consul cum Bibule, DEXCV. ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent, neque in iis magistratibus pop. Rom. ius dicere liceret. Cic. pro domo sua, in Pison. & de prou. consul. Item ut Magistratibus transeuntibus, eorumq; comitibus fœnum aliâque ab oppidis & vicis subministraretur. Ad Att. li. 5. & in Pison. Item duabus in civitatibus provinciæ suæ Magistratus decedentes rationes suas relinquerent: easdemque totidem verbis ad ærarium referrent. Cic. Epist. fam. lib. 5. ep. 20. in Pison. Item, Ne coronariû aurum iis qui provincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret, nisi decreto triumpho. Cic. in Pisô. Ne quis aut de provincia exercit<sup>9</sup> deduceret, aut bellû sua spôte iniussu populi, aut Senatus gereret. in Pison.

**IULIA** Agraria. Tulit idem eodem tempore, ut æger Stellas, maioribus consecratus, item Campanus ad subsidia Reip. vestigialis reliquus, plebi dividerentur. Divisit extra sortem viginti millibus ci-

uium, quibus terni pluresq; liberi essent. Velleius li. 2. Pluracch. in Pomp. & in Cæsar. & in Cat. Vtic. Dio 38. Aliam in præterea Callistratus commemorat in l. 3 D. ter. mot. Ut qui terminos statutos extra suum gradû finésve dolo malo mouerint, in singulos terminos quos eiecerint, locove mouerint, quinquaginta aureos dare in publicum damnentur, eiusq; rei actio petitio ei, qui volet, detur.

**IULIA** de vi. Tulit idem, Ut ei qui de vi damnatus esset aqua & igni interdiceretur, Cic. Philip. 1.

**IULIA** maiestatis. Tulit idem, Ut ei qui maiestatis damnatus esset, aqua & igni interdiceretur, Cic. Philip. 1.

**IULIA** iudiciaria Tulit idem, ut iudicia ad duo genera iudicium redigerentur, equestri ordinis & Senatorij. Tribuni verò ærarij, quod erat te tium, tollerentur. Suetonius in Cæfare. Meminit Gellius lib. 14. c. 2. Dio lib. 43.

**IULIA** de sacerdotiis. Tulit idem, ut in cooptandis sacerdotibus etiâ absentium ratio haberetur. Patet ex lib. 1. epist. ad Brutum.

**IULIA** repetundarum. Tulit idem, ut ex Vatiniana & Sextiana intelligitur, Ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere conciliare liceret, extra quam si ad templû monimentumq; capiat. Cic. epist. 1. ad Q. frat. & epist. 1. l. 6. ad Atti. ut ab iis exigeretur pecunia, ad quos ea, quâ is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit, ut transeuntibus magistratibus eorumque comitib<sup>9</sup> fœnum aliâque ab oppidis & vicis subministrarentur: ut iidem quum de provincia decederent, rationes provinciæ duabus civitatibus quæ ipsis maxime viderentur, relinquerent, &

totidem verbis, ad ararium referrent Ne qui cum imperio essent, iniussu populi aut senat<sup>9</sup> de provincia exirent, exercitum educent, bellum sua sponte gererent, in regnum alienum accederent. Cic. pro posth. In epist. li 5 epist. 20 & in Pisoniana. Itē, Ne quis in magistratu, potestate, curatione, rogatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico, quive ex cohorte cuius eorū est, pecuniam ob iudicandum, decernendumve accipiat, vel quo magis aut minus quid ex officio suo faciat: ne quis ob militem legendum, mittendumve, as accipiat: ne quis ob sententiam in senatu consiliove publico dicendam, pecuniam accipiat, vel ob accusandum, vel non accusandum, utque urbani magistratus ab omni sordē se abstineant: ne quis plus doni, muneris in anno accipiant, quam quod sit aureorū 100. ne quis ob iudicem, arbitrumve dandū, mutandum, iubendumve ut iudicet: ne quis ob non dandū, non mutandum, non iubendum, ut iudicet: ne quis ob hominem in vincula publica coniciendum, vincendum, vinciturve iubendum exve vinculis dimittendum s ne quis ob hominem condemnandum, absolvendumve: ne quis ob litem æstimandam, iudiciumve capitis pecunie, ve faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat, ne quis in acceptū feratur opus publicum, frumentū publicē dandum, præbendum, approbandū, facta tecta tuenda, antequā perfecta, probata, præstita lege erant, ut veditioes, locationes eius rei cau' a pluris minorisve factæ, irritæ sint, ne quis vfucapi ea res possit, priusquā in potestate eius, a quo profecta sit, hæredisve eius veniat. Hæc ex Pādect.

**IULIA** de sacerdotiis: Tulit idem, ut absentis haberi rationem liceret. Cic. epist. 5. ad Brutum.

**IULIA** de provinciis. Tulit idē Dictator, Ne provinciæ prætoris plus quā annuum, neu plus quā biennium Consulares obtinerentur. Cic. Phil. 1. & 3. & 8. itē Dio l. 43

**IULIA** de legibus Cæsaris. Tulit idem, ut ei qui in suas leges non iurasset, capitale esset. Appianus De bell. ciuil. 2.

**IULIA** de senore. Tulit idem, ut disiecta novarum tabularum expectatione, quæ crebrō mouebatur, debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: quia cōditione quarta ferē, crediti deperibat. Suet. in C. Cæsare, Cæsar lib. 3. de bel. ciuil. Eadem de modo credendi possidendiq; intra Italiam cauebatur, Tacitus lib 5.

**IULIA** de colonis. Tulit idem, ut ager Campanus viginti millibus ciuium extra sortem diuideretur, eoque coloniæ deducerentur, Sueton. Iulio & Augusto.

**IULIA** de vi publica & priuata Tulit C. Iul. Octavius Aug. In eos qui vim armis aut sine armis fecissent. Hoc enim est vim publicam aut priuatam admittere. Florus Epit. 120. Suet. in eius vita. Hæc legem Iuliam publicorū & Iuliam priuatorū appellat Vlp. in l. si præses. 32. D. de pœn. & l. 1. D. vnde vi. Eadē præterea. l. cauebatur, ne rem vi possessam vsucapere liceret. l. 33. §. 2. D. de vsur.

**IULIA** maiestatis. Tulit idem. Qua tenetur is cuius opera dolo malo consilium initum erit, qua obstdes iniussu principis intercede-

rent: qua armati homines cum telis lapidibusve in vrbe sint, conueniantve aduersus Remp. locave occupentur vel templa, quave cætus conuentusve fiat, hominesve ad seditionem conuocentur: cuiusve opera, consilio, dolo malo consilium intum erit, quo quis magistratus populi Rom. quive imperium potestatemve habet, occidatur, quave quis contra Remp. arma ferat: quive hostibus populi Rom. nancium literasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo, quo hostes populi Rom. consilio iuentur aduersus Remp. quive milites sollicitauerit consideraueritve, quo seditio tumultusve aduersus rempubl. fiat. Quive de prouincia, cum ei successum esset, non discessit, aut qui exercitum deseruit, vel priuatus ad hostes perfugit, quive scientiam factam concripsit, vel recitauerit in tabulis publicis: nam & hoc c. i. leg. maiestatis enumeratur. Quive in bellis cesserit aut arcem tenuerit, aut castra concesserit, quive iniussu principis bellum gesserit, delictumve habuerit exercitum comparauerit, quive, cum ei in prouincia successum esset, exercitum successori non tradidit: quive imperium exercitumve populi Rom. deseruerit: quive p. idatus pro potestate magistratusve quid sciens dolo malo gesserit: quive quid eorum, quæ supra scripta sunt, facere curauerit. Cuiusque dolo malo i. reiuuando quis adactus est, quo aduersus Remp. faciat, cuiusve dolo malo exercitus populi Rom. in insidias deductus, hostibusve proditus erit: factumve dolo malo cuius dicitur, quominus hostes in potestate pop. Rom. ueniant: cuiusve opera dolo malo

hostes pop. Rom. com meatu, armis, telis, equis, pecunia, al. aue quare adiuti erit, utve ex amicis hostes pop. Ro. siat: cuiusve dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis pop. Ro. minus obtineat: cuiusve opera dolo malo factum erit quo magis obsoles, pecunia, iumenta hostibus pop. Rom. dentur aduersus remp. Item qui cõseisum in iudicio reu & propter hoc in vincula coniectum emiserit.

**IULIA** de ambitu. Tulit idem, Ut qui petiturus magistratum, vel prouinciã, vel sacerdotum turbam suffragiorum causa cõduxerit seruos aduocauerit, aliamve quam multitudinem cõduxerit, cõuictus ut vis publicæ reus in insulam deportetur. Sue in Au. Pau. Sen. 8. c. 32. & in Iur. Pa. Diversum tamẽ Dio tradit. l. 56. Ut qui magistratum ambissent, quinque annis a magistratibus arcerentur. quod ipsum Zonaras l. 11. secutus est.

**IULIA** de maritandis ordinibus. Tulit idem, Ne cõlibes, nisi qui genere essent proximi, quicquam ex testamento ciuis Ro. caperet: neve orbis plusquam dimidium eorum quæ relicta essent. Hoc ex Eusebio Niceph. & Sozom. & l. 1. C. de infir. pæn. cæli. Ne coniux coniugis testamentum nisi decimam relictorum partem caperet, fiscus reliquis noue. Vlp. c. Inst. l. 5. l. 1. C. de his qui se def. l. 10. l. 2. C. de infir. pæn. cæli. Formis, inquit Vl. lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem a diuortio 6. mensium, lex autem Papia, a morte viri, triennij, a repudio an. & 6. mensium. Vlp. c. 14. Sue. in Aug. Ut priori ex consulis. fasces sumendi potestas sit, qui plures liberos quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amissis: sed si par utriusque numerus liberorum esset, maritus, aut qui in numero maritorum est, præferatur: si verò



ambo & mariti & patres toridē liberorū sunt, tū ille prius. honos instauretur, & qui maior natus est, prior factus sumat. Gel. lib. 2. c. 15. Vt si liberta ab inuito patrono diuerteret, alij nubere inuito patrono nō posset. Vt iusiurandū quod liberto impositū est, ne vxorem ducat, ei remittatur. l. 6. §. 3. De iure pat. l. 1. D. vnde vir & vxor Ne senatores eorūve liberi, libertinas, & quæ ipse. quarūve pater ma. ēve arte iudiciā fecerit, itē ex n. corpore questū faciētium vxorē ducāt. Ceteri autē ingenui prohibētur ducere lenā, a lenone lenāve manumissā, & in adulterio deprehensā & iudicio publico dānatā, & quæ artē iudiciā fecerit. Pau. l. 44. D. de rit. nup. Marcia autē in l. 19. eo. scribit, c. 15. fuisse, Vt qui liberos quos habet in potestate, iniuria prohibuerint vxores ducere, vel nubere, a magistratibus cogantur in matrimoniū collocare, & dotare. Vt patriciis liceret libertinas vxores ducere: præterquam si senatores senatorūve liberi essēt. ne qua spōsalia rata essēt, nisi statim exacto biēnio nuptiæ fierēt, h. e. ne puellæ 10. an. minores, quarū annus ætatis 12. maturus cōiugio habebatur. Zonaras l. 11. Hæc autē lex in libris nostris interdum Iulia tantū, interdum Pappia interdum Iulia Pappia, interdum Pappia Poppea dicitur.

**IULIA** de vicefima. Tulit idē, Vt qui hæreditates, legata & donationes mortis causa ad alienos, aut locupletes peruenirēt, earū pars vicefima ad fiscū pertineret. Vt testamenta in municipiis, colonis, oppidis, præfectura, vico castello, cōciliabulo facta, in foro vel basilica, præsentib. testib. vel honestis viris inter horā 2. & 10. dici recit-

tetur, exemplōq; sublato ab isdē rursus magistratibus obfignato, quorū præsentia cōstat apertum. Vt testamentum statim post mortē testatoris aperiat, hoc est, a præsentib. intra tridū vel quinque dies ab absentib. quoque intra eos dies, cum superuenerint. Vt testes vel maxima pars eorūm adhibeāt, qui signauerint testamentū, ita vt agnitis signis, rupto lino aperiat & recitetur, atque ita de cribedi exempli fiat potestas, ac de. n. de signo publico obfignatū in archiuum red. gatur, vt si quando exemplum eius intercederit, sic vnde peti possit. Dio lib. 38. & Paul. Sent. 4. tit. 6.

**IULIA** de iudiciis. Tulit idē, qua formam iudiciorū cum publicorum tum priuatorum præscripsit. Gel. l. 14. c. 2. Vt qui nomē alicuius deferrent, lectū, an. & mens. quo crimen admisū erit, designent l. 3. de accus. Ne eorū corpore, de duob. reis quis quereretur, nisi suarū iniurarū causa. l. 12. eo. Ne inuito denunciatur, vt testimoniū dicat aduersus socerū, generū, vitricū, priuignū, sobrinū, sobrinā, sobrino natū, eorūve qui priore gradu sint. Itē ne liberto ipsius liberorum eius, parentum, viri, vxoris: item patroni, patronæ: & vt ne patroni patronæ aduersus libertos, neque liberti aduersus patronum cogantur testimoniū dicere. l. 4. D. De testib. Vt inter priuos qui in iudicē consensissent, iuris dicendi ei iudici potestas esset. l. 3. §. 1. D. De iud. Ne qui iudex sit, arbitriū recipere eius rei, de qua iudex est, in se promitti iubeat. l. 9. de arbit. Ne minor annis viginti iudicare cogatur. l. cum leg. 41. D. De arbit. Vt saturnalibus triduo feriat. Martuantentur. Macrobi. li. 1. c. 10. Tandē etiam

- etiam latum opinor, vt certus patronorum numerus esset. Meminit Asconius in argumento pro Stauro Et si quis reus vel accusator domū iudicis ingrediatur, per legem Iuliā iudiciariam in legē ambitus cōmittit. l. i. D. de amb. Itē ne iudices suo anno in alienas aedes ingrediātur. Dio. li. 54.
- IULIA Caducaria.** Tulit, opinor, idem, & eiusdem legis hęc duo frere capita, Vt si nemo sit, ad quos bonorū possessio pertinere possit: aut sit quidem, sed ius suū amiserit bona publicētur. Vlp. c. Inst. 28. Idem l. 4 §. eodem D. De fideic. lib. Quare & si caducariis legibus bona delata sint, idem erit probandum Sic enim locum hunc nobis restituit Iacob Cuiacius, vir acri ingenio, eximiāque doctrina pręditus. Eandem legem Iuliam significat Iulianus l. 96. §. 1. De legat. & fid. lib. 1.
- IULIA de adulteriis.** Tulit idem, Si quis stuprum adulteriumque faceret, sciens dolo malo. Suet. in Aug. & Iuriconsulti tit. Ad legē Iuliam de adulte. Cornelius Tacitus lib. 2. Huius caput etiam hoc fuit, Ne maritus dotale prędium inuita vxore alienet: nēve id etiam eius voluntate oppigneret. Paulus lib. Sent. 2. c. 22 & Iustin. sub tit. Quib. alien. licet.
- IULIA Theatralis.** Tulit idem, Vt equitibus Rom. quibus ipsis parentibusve equester census vnuquam fuisset, in quatuordecim ordinibus lege Roscia Theatrali constitutis cōsistere liceret. Suet. Augusto. Plin. lib. 33. cap. 2.
- IULIA iumptuaria.** Tulit idem, Vt profectis diebus ducentos numos in conuiuiis consumere liceret: Calendis, Idibus, Nonis, & aliis quibusdam festiuis trecentos, iumptiis autem & repotiis n. s.
- millies. Gellius libr. 2. cap. 24.
- IULIA de manumissionibus.** Tulit idem, Vt Imperator, cū seruum manumittit, non vindictam imponat, sed simpliciter liberum esse iubeat. Paulus l. apud eū 14. D. manumiss. Qua lege tam manumissoris, quam manumissi aetatem definiuit, iurāque, quibus patroni aduersus libertos vterentur, constituit. Dio lib. 55.
- IULIA de veneno.** Nominaturā Sueton in Nerone.
- IULIA peculatus.** Tulit idem, Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicāve auferat, nēve intercipiat, nēve in rem suā vertat: nēve faciat quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat: nisi cui vtique lege licebit: nēve quis in aurum, argentum, æs publicū quid indet, nēve immisceat: nēve quo quid indatur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id peius fiat. Vlp. l. 1. D. eo.
- IULIA de residuis.** Tulit idem, Ne quis eam pecuniam quę in vsum publicum erogari, vel in ararium inferri debuit, priuatim retineat. l. 2. D. ad leg. Iu. pecul.
- IULIA Titia de tutoribus.** Tulere, Vt prouinciarum pręsides mulieribus pupillisve, tutores non habentibus, tutores darent. Iustin. De Attil. tut. & Vlp. c. Inst. 11.
- IULIA de cessione bonorum.** Tulit, Vt qui sine dolo suo malo ari alieno satisfacere non posset, bonis suis cedendo liberaretur. l. 4. C. Qui bon. ced. poss. & in Cod. Theodosiano, lib. 4. tit. Qui bonis ex lege Iulia ceder. poss.
- IULIA Miscella de testamentis.** Tulere, vt coniugi superstiti legatum sibi a demortuo ea lege ne iturum nuberet, ita capere ius esset, si intra anuum iuraret se liberorum quarendorum causa velle



Latinam vxorem duxerit, testatione interposita, quod liberorum quærendorum causa vxorem duxerit, postea filio filiave nato, natave, & anniculo facto possit apud prætorem vel præsidem prouinciæ causam probare, & ficti ciuis Romanus, tam ipse quàm filius filiave eius & vxor, si & ipsa Latina sit. Vt Latinorum legitima successiones nullæ prorsus essent, sed eorum bona manumissores tanquam seruorum peculia sibi haberent. Vt liberti ius ciuitatis Romanæ non ante haberent, quàm ius aureorum anulorum, aut natalium restitutionem à principe impetrassent. Vlp. in Instit. tit. 3. Iustinian. §. 5. de Success. lib. & Nouell. 78.

**LABIENA** de Sacerdotiis Tulit T. Labienus Trib. pleb. Cic. & Antonio coss. anno urb. 1035. Vt ius creandorum sacerdotum penes collegia esset ex vetere lege Domicia, quam lex Cornelia abrogarat. Dio lib. 37.

**LABTORIA** de minoribus. Tulit, vt iis, qui furiosi vel prodigi essent, curatores darentur: qui eos circumseripsissent, iudicio publico tenerentur. Cic. 3. Offic. & 3. de Nat. Deor. quibus tamen locis, alij denique Plebtoria legere malunt, & Capit. in Anton. philos. Ne à minoribus viginquinque annis stipulari liceret, hoc est. ne stipulatione obligari possent. Suet. in quarto prætorum, apud Priscian. lib. 8. Et hoc illius caput meo iudicio Plantus significat in Pseudolo, vbi Callidorum adolescentulum sic introducit disilentem, Act. 1.

*Nimis miser sum, nummam inquam reperire argentique.*

*Ita miser & amore perco & inopia argentaria.*

Et infra statim.

*Perij, annon tam lex me perdis quinauicenaria?*

*Metuum c redere omnes.*

Profertur in eandem sententiam à Constantino in l. 2. Cod. Theol. de Donationibus.

**LICINIA** & Mutia de peregrinis. Tulere L. Licinius Crassus & Qu. Mutius Scauola coss. anno urbis 655. Vt socij Latini Romana ciuitatis iure priuati suas in ciuitates redigerentur. Cicero de Clar. orator. 3. Offic. 2. de Orat. pro

Cornel. Balb. pro Sextio, Asconius in orat. pro Cornel. Appian. lib. 1. **LICINIA** de Sodalitiis. Vt in Sodalitiis iudices ab accusatore ex tribubus ederentur. Cic. pro Plancio, & 8. Famil.

**LICINIA** Abutia, de legumlatoribus. Tulere, vt ne ei qui legem de curatione potestateve aliquatulerit eiusque collegis, cognatis, affinibus, ea potestas curatione mandaretur. Cicero 1. cont. a. Rul. & pro domo tua ad Pontifices.

**LICINIA** Rogatio de Sacerdotiis. Promulgauit Quintus Licinius Crassus: vt sacerdotum cooptatio ab ipsorum collegio ad populum transferretur. Cicero de amicitia.

**LICINIA** de Fænore. Tulit C. Licinius Stolo Tribus. pleb. Furio Clælio, &c. Tribun. milit. Anno urbis ccc. lxxvi. vt deducto eod. capite, quod vsuris pernumera-

tatum

- ratum esset, triennio æquis portionibus persolveretur. *Liuius lib. 6.*
- LICINIA** de magistratibus è plebe creandis. Tulit idem, Ne *Tribunorum militum comitia fierent*, sed *consulum*, & utique alter ex plebe crearetur. *Liuius lib. 6.*
- LICINIA Agraria.** Tulit idem, *Æmilio, Valerio, &c. Trib. milit. Anno cccclxxvi.* Ne quis plus quingenta iugera agri, centum pecoris maioris capita, quingenta minoris possideret. *Varro libro 1. de re Rustica, Colam li 1. c. 3. Liui. lib. 6. Appian. lib. 1. Bell. ciuil. A. Geti libro 20. cap. 1. Valer. lib. 8. c. 6. Plin. lib. 18. c. 3. Velleius lib. 2. Plutarch. In Camillo & in Gracchis. Videtur de septem iuguris viritim diuidendis cauiffe. Nam Columella lib. 1. Post exactos, inquit, reges Liciniana illa septem iugera, quæ plebis Trib. viritim diuiserant, maiores quæstus antiquis retulere, quàm nunc nobis amplissima uernacta.*
- LICINIA Sumptuaria.** Tulit *P. Licinius Crassus Diues coss. cum Cn. Lentulo, anno dclvi.* ut *Kal. Nonis, Nundinis Romanis*, cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causa consumere liceret. *Naptiis duccenos, cæteris uero diebus, qui excepti non essent tricenos: cum & carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libram concederet. Macrobius lib. 3. cap. 17. A. Gellius lib. 2. cap. 24. Cicer. 7. famil. Et festus, Centenariæ penæ dicebantur in quas lege Licinia non plus centussibus præter terræ nata inpendebatur. id est, centum assibus, qui breues nummi erant ex ære.*
- LICINIA Cassia, de bello Persei.** Tulere *Licinius, Cassius coss. anno conditæ Romanæ urbis 582.* Ut quod *Perseus Philippi filius Macedonum Rex aduersus fœdus cum patre Philippo ictum, & secum post mortem eius renouatum, sociis populi Rom. arma intulisset, agros vastasset, urbemque occupasset: quodque belli parandi aduersus popul. Rom. concilia inisset, arma, milites, classem eius rei causa comparasset: ut nisi de iis rebus satisfecisset, bellum cum eo iniretur. Liuius lib. 42.*
- LICINIA de Iudis Apollinaribus.** Tulit *P. Licinius Varus prætor Urban. Claudio, Quintio coss. Anno 10xlv.* Ut *Iudi Apollinares, qui die incerta fiebant, in perpetuum in statam diem uouerentur.* Itaque ipse primus ita uouit, fecitque ante diem tertium *Nonas Quintiles, is dies deinde Solennis seruatus. Liuius lib. 27.*
- LICINIA Cassia, de tribunis militum.** Tulere *Licinius, Cassius coss. Anno 582.* ne *tribunus militum eo anno suffragiis crearentur: sed consulum prætorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque esset. Liuius lib. 24.*
- LICINIA Iunia de legibus, uide Iunia Licinia, lib. 42.**
- LIVIA de sociis Latini nominis.** Tulit idem, Ne quem *Latini nominis uirgis in exercitu cædi liceret. Plut. ibid.*
- LIVIA de uestigialibus.** Tulit idem, Ut *pauperibus quibus agri diuiderentur, uestigal quod ex lege Sempronia pendebant, remitteretur. Plut. ibidem.*
- LIVIA de re numaria.** Tulit idem

idem, Vt octava æris pars argento misceretur. Plinius libro 33. cap. 3.

**LIVIA** iudiciaria. Tulit M. Livius Drusus Trib. ple. L. Martio, Sex. Iulio Coss. Anno DCLXII. Vt æqua ex parte iudicia penes Senatium & equestrem ordinem essent. Alcon. in Cornelianam. Cicer. de ora. 3. Florus in epist. 70. Appian. autem rem sic explicat: τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς εἰσὶς τὸ τε ὄντων μολὴς αὐτοῖς τὴν παρακοσίαν, τὸ σὺς δὲ ἔπερς αὐτοῖς ὀδοῖ τῶν ἰππέων ἐστὴν γείτο ἀέρις ἰδίου παρακαλαλεργῆσαι, καὶ ἐκ τῆς δὲ πάντων ἐς τὸ μάλλον εἰ παιδικασήρια, εὐθὺς τὰ ἐπὶ κωτῶ γενεῶν δωροδοκίας προσεζήρασι, ἀγκλήματος ἰσα δὴ καὶ ἀγνομήρια, διὰ τὸ εἶδος, τὴν δωροδοκίας, καὶ ἰδίου ὄντι παρακίσεως. Quum per id tempus propter superiores seditiones vix trecenti senatores essent, totidē ex equestri ordine, arbitrato bonorum virorū delectos ipsis adiunxit, vti deinceps ex hæc omnibus iudices legerentur: vtiq; de pecunia ob rem iudicandam accepta causam dicere cogerētur: quod crimen cōsuetudine iam pro nulla numerabatur, quum largitiones sine vilo pudore increbuisse. Hæc ille lib. De bell. civilibus 1.

**LIVIA** agraria Tulit idem, vt Sempronij legis de agris populo dividendis valeret.

**LIVIA** frumentaria. Tulit idem vt Sempronij lex de frumento plebi, ex publico vitum dando, valeret.

**LIVIA** de coloniis deducendis. Tulit idem, anno DCCXXXI. Vt lex Sempronij ea de re valeret.

**LIVIA** de sociis. Tulit idem, Vt sociis omnibus ius civitatis Romanæ daretur: quod ante ipsum M. Fulvius Coss. tentarat. Li-

uius tamen in perferenda lege occisus est. Appian. De bellis civil. 1. Florus, & Cicero de legibus. 3.

**LVATIA** de vi publica. Tulit Qu. Lutatius Catalus Coss. cum C. Mario, anno DCLII. vt de seditionis, consceleratisq; civibus, qui armati Senatium obsederint, magistratib. vim attulerint, magistratibus oppugnarint, quotidie etiam diebus festis ludisque publicis quæreretur. Cicero pro Cælio.

## M.

**MAMILIA** de limitibus. Eius aliquot locis mētio fit in li. de agrorum conditionibus, constatque ex Aggeno Urbico & libr. Cice. de legib. 2. eam in finibus agrorum quinque aut sex pedum latitudinem præscripsisse, quos vsucapi vetaret. In libello verò Variorum auctorum eidem volumini subiecto, Mamilia, Roscia, Peducea, Aliena, Fauia, nominantur, sed capita trium duntaxat postremarū legum referuntur: quia neque de quinque pedum præscriptione mentio vlla fit: & hæ notæ, K. L. 3. item 4. & 5. caput legis tertie, quartæ, & quintæ subscribi tantum significant: quas suum in locum referemus. Ex Cicerone autem apparet, hanc legem finibus regundis singulos arbitros constituisse. Tulit C. Mamilius Trib. pl. qui propterea Limitanus dictus est. Sallust. in Iugurth. hunc C. Mamillum Trib. pleb. nominat.

**MAMILIA** de senatoribus à Iugurtha corruptis. Tulit C. Mamilius Limitanus Trib. pl. Sp. Postumio, Qu. Minucio Coss. anno DCLXIII. Vti quæreretur in eos quorum consilio Iugurtha Senatus

- ens decreta neglexisset, quique ab eo in Legationibus aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos, quique per fugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Sall. Jugurth.
- MANIA**, Vide Menia.
- MANILIA** de bello Mithridatico. Tulit C. Manilius Tribun. pl. M. Lepido, L. Volcatio coss. Anno DCCCXVII. ut belli Mithridatici administratio Cn. Pompeio mandaretur. Ut prouincia vniuersa, cui Lucullus præfuerat, omnéque ipsius imperium, exercitus, & copiæ Pompeio darentur: & hoc ampliùs Bithynia adiungeretur, cui Glabrio præerat: classis item & copiæ omnes maritimæ, quas ipse initio belli Piratici habuerat: omnes præterea prouinciæ, quibus solis Lege Gabinia non præfuerat, Phrygia, Lycæonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis superior, & Armenia. Cicer. pro lege Manilia, Plutarchus in Pompeio, Appian. in Mithridat. Florus Epist. 100. Dio lib. 26.
- MANILIAE** leges venalium vendendorum, ab Antonio dicuntur in lib. De orat. 1. pro Cautiones. ut apud Catonem, Lex vini vendendi, oleæ faciendæ.
- MANLIA** de vicesima. Tulit Cn. Manlius coss. cum C. Martio, anno CCCXCVI. Ut ij qui manumitterentur, foruncarum suarum vicesimam ærario darent. Liuius libro 7.
- MANLIA** de sacerdotiis. Tulit P. Manlius Trib. pleb. L. Furio, M. Marcello coss. anno DLVII. Ut propter sacrificiorum multitudinem Tresuiri Epulenes crearentur: quum essent ipsi à Numa, ut etiam ludorum illud epulare sacrificium facerent, instituti Ins præterea togæ prætextæ habendæ, idem ut Pontifici, eisdem esset. Cicero de orat. 3. Liuius 33. Vbi tamen T. Romuleius legitur: quod Car. Sigonius, vir eruditissimus, & de literis optimè meritus, ex coniectura emendauit.
- MANLIA** de C. Mario. Tulit L. Manlius Tri. ple. C. Mario, L. Casfio coss. anno DCXLVI. Ut eisdem C. Mario prouincia Numidia mandaretur.
- MARIA** Porcia de Triumpho. Tulere L. Marius, M. Cato Trib. Ple. Ut ij qui aut hostium in prælio occisorum, aut amissorum ciuium literis senatui numerum retulissent, cum primùm urbem ingressi essent, apud Quæstorem verè de vtroque numero ab iis Senatui scriptum esse iureiurando assererent. Valerius lib. 2. cap. De iure Triumph.
- MARIA** de suffragiis. Tulit C. Marius Trib. pleb. L. Cæcilio, L. Cotta coss. anno Romanæ urbis DCCXXXI. ut pontes per quos suffragia ferebatur angustiores fierent. de hac Cic. 3. de Leg. §. 38.
- MARIA** de re Nummaria. Tulit M. Marius Prætor, L. Sylla Dictatoram gerente, ut nummi cæta cum excogitata ratione probarentur. Cicer. 3. Offic. & Plin 33. c. 9. Hic tamen legem, ille Prætoris editum pro Rosstris appellat.
- MARTIA** Atinia de pace Macedonica. Tulere Q. Martius, C. Atinius Tribuni ple. Furio, Claudio coss. Ann. DLVII. Vellent iubeantne cum Rege Philippo pacè esse? omnes quinque & triginta trib. vti rogatus iusserunt. Liu. 1. 33.
- MARTIA** de magistratibus. Tulit Marrus Censorinus, Ne cui his censuram gerere liceret. Plutarch. in Coriolano.

**MARTIA** de Statellis. Tulere M. Martius Sermo, & Q. Martius Scylla Tribuni plebis, Popilio, Albino Coss. Anno DXXXI. Ut qui ex Statellis Liguriæ populis deditis in libertatem restitutus ante Kalendas Sextiles primas non esset, cuius dolo malo is in seruitutem venisset, ut iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animaduerteretque. Liu. lib. 42.

**MEMMIA** de Iugurtha Romam euocando. Tulit C. Memmius Trib. ple. P. Scipione Nasica, L. Bestia Calpurnio Coss. Anno DCXLII. Ut L. Cassius Prætor ad Iugurtham mitteretur, cumque interposita fide publica Romam duceret, quo facilius iudicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessabant, delicta patefierent. Ballust. De bello Iugurth.

**MEMMIA** de rejs postulandis. Tulit, Ut eorum qui Reipublicæ causa abessent nomina ne in reos reciperentur. Ut calumniatoribus, pœna constituto iudicio imponeretur. Val. Max. lib. 3. cap. 7. Cicero pro Sex. Roscio. Papin. l. 13. de testib. l. 1. §. 1. Ad s. c. Turp. Legitur tamen Remmia.

**MENENIA** Sextia de multa. Tulere T. Menenius, P. Sextius, Coss. anno CCCC. Auctor Festus libr. 14. cuius verba sic, opinor, legenda sunt. Peculatus furtum publicum dici coeptum est à Pecore: quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante æs aut argentum signatum ob delicta pœna grauissima erat duarum ouium, & triginta bouum: quæ pecudes postquam ære signato uti coepit populus Ro. Tarpeia lege cautum est, ut bos centussis, ouis decussis aestimaretur. Eam legem

sanxere T. Menenius Lanatus, & P. Sextius Capitolinus Coss.

**MENIA** de auctoritate Patrum. Nominatur à Cicerone in libr. de claris orat. Eaque videtur esse quæ apud Festum libr. 14. Minia nominatur, in dictione Prorsus & apud Nonium fortasse, in voce Sugillare: ubi ait, Sugillare, occludere. Varro Geminis, contra lex Menia est in pietate, ne filij patribus luci clara sugillent oculos. Alludere videtur ad patrum nomen, quo lex Menia Patritios intelligebat.

**MENSIA** de ciuitate. Tulit, Ut ex alterutro peregrino natus, deterioris parentis conditionem sequatur. Vlp. cap. Instit. 5. Et hanc idem in lex naturæ. 24. De statu hom. specialem legem intelligit.

**MINVTIA.** Meminit Festus libr. 13. in voce, Osi sunt.

**MINVTIA** de Triumuiris mensariis. Tulit Minutius tri. ple. Emilio, Terentio Coss. Ann. CXXXVII. Ut propter penuriam argenti Triumviri mensarij crearentur. Liu. l. 23.

**MVNERALIS** lex vocata est, quæ Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Festus, quæ Plauti versus citat, quos in Cincia retulimus.

**OGVNTIA** de sacerdotiis. Tulere Q. & Cn. Ogulnij tri. pl. M. Valerio, Qu. Apuleio Coss. Anno CDLIV. ut cum quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, quatuor Pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur. Ita deinceps octo Pontifices, nouem Augures fuerunt. Liu. lib. 10.

**OPPIA** de matronarum cultu. Tulit C. Oppius tri. pl. Q. Fabio, T. Sempronio Coss. Anno DXL. Ne quæ mulier



mulier plus femuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur, neu iuncto vehiculo in vrbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa vheretur. Liu. lib. 34. Tacitus lib. 3.

**OPTIMA LEX** quum nominabatur in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellabatur, quam plenissimum posset ius esse significabatur. Vt fuit M. Valerij Marci filij Volusij nepotis, qui primus magister populi creatus est: postquam vero prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, vt optima leg. vt pote imminuto iure priorum magistrorum. Hac Festus. Idem alibi, in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset ius esse significabatur. Postquam vero prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, vt optima lege: vt pote imminuto iure priorum magistrorum. Hætenus Festus.

**ORCHIA** de numero conuiuiarum. Tulit C. Orchius Tribun. pleb. Q. Fabio, M. Claudio, coss. an. DCCX. Macr. lib. 3. c. 17. Festus lib. 13. Obspnitauere.

**OVINIA** lex nominatur à Festo, vbi de præteritis agit Senatoribus: vt Censores ex omni ordine optimum quemque curiatum in senatu legerent: quo factum est, vt qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi.

## P

**PACVIA** de mensis Augusti nomine. Tulit Sex. Pacuuius Trib. pleb. Augusto Imp. vt eui mensis antea Sextilis vocabatur, quod à

Martio, qui primus olim iussuerat, sextus esset: deinceps Augustus ab Augusto Imp. diceretur. Macrobius lib. 2. cap. 12.

**PAGANA** lege in plerisque Italiae prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes, torqueant fufos aut omnino detectos ferant: quoniam aduersetur id omnium spei, præcipueque frugum. Plin. lib. 28. c. 2.

**PAPIA**, vide Pappia.

**PAPIRIA** Iulia de multarum æstimatione. Tulere L. Papirius, L. Iulius coss. an. cccxxi v. Liu. lib. 4. vide Aterja.

**PAPIRIA** de ciuitate Tulit L. Papirius Pr. Vt Acerranis ciuitas sine suffragio daretur. Cornelio, Domitio coss. an. cccxxi. Liu. lib. 19.

**PAPIRIA** de suffragiis. Tulit C. Papirius Carbo Trib. pleb. Popilio, Rupilio coss. an. cccxxi. Vt in iubeadis legibus aut vetandis populus tabella suffragium ferret. Cic. de legib. 3.

**PAPIRIA** de triumuiris capitalibus, aut potius Monetalibus. Tulit L. Papirius Trib. pleb. Vt qui Prætor fieret, qui inter ciues ius diceret, Tresuiros capitales (monetales legendum videtur) populum rogaret: qui sacramenta litigatorum exigent, iudicarentque eodemque iure essent, yti quos ex legibus plebisve scitis exigere iudicare oportet. Hac ex loco Festi corruptissimo in lib. xvii. voce Scertius.

**PAPIRIA** de consecratione Tulit idem, ne iniussu plebis ædes, terram, aram, aliamve rem vllam consecrare liceret. Cic. pro domo sua.

**PAPIRIA** de re numaria. Tulit, quinque idem L. Papias Trib. pleb. Vt asses essent semunciales. Plinius lib. 33. cap. 3.

**PAPPIA** de ciuitate. Tulit C. Pappius Trib. ple. Cotta, Manlio coss. anno DCXXXIX. Vt peregrini vrbe Roma expellerentur. Cicero 3. de offic. pro Balbo, pro Archia. Dio. lib. 37.

**PAPPIA** de vestales capiendi ritu. Tulit, vt Pont. Max. arbitrato virgines è populo 20. legantur, fortitioque in concione ex eo numero fiat. Gellius lib. 1. c. 12.

**PAPPIA** de sociis. Tulit, vt socij Latini in suas ciuitates redigerentur. Vt iudicium sociis & ciuitatibus exteris constitueretur, repetendi eius causa qui in ciuitatis Rom. censum irrepsisset. Valer. l. 3. c. 4. Cic. in Cornelianam.

**PAPPIA** Poppæa de maritandis ordinibus. Tulere M. Pappius Murius, Q. Poppæus Secundus, coss. suff. Augusto Imperatore: vt cõstat ex Dione, apud quem Popilius legitur, pro Poppæus. Vt qui Senator esset, quiue filius, nepos, proneposve ex filio vel ex filia natus, cuius eorum esset, ne quis eorum sponsam vxoremve sciens dolo malo haberet libertinam, aut eam quæ ipsa, cuiusve pater, materve artem ludicram facit, fecitve: neve Senatoris filia, neposive ex filio, proneptisive ex nepote, filio, nato, nata, libertino, eive qui ipse, cuiusve pater, materve, artem ludicram facit, fecitve, sponsa nuptave sciens dolo malo esset. Vt ne quinquaginta annis minor sexagenario nuberet: aut vir hac ætate iunior quinquagenariam sceminam duceret in vxorem Vt patronis qui ius trium liberorum habeant, contra tabulas testamenti liberti, aut ab incestuato contra suos hæredes non naturales, bonorum possessio decur. Vt patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, idem

iuris detur, quod patronis ex edito. Vt liberis ingenuæ trium liberorum iure honorata idem iuris, quod ipsi patronæ tribuatur. Vt omnibus ingenuis, præter Senatores eorumque liberos, vxores libertinas habere liceret. Tacitus lib. 3. Iurisc. sub tit. de ritu nup. de vulg. subst. de iur. pat. & aliis locis innumeris. Vlp. rap. Institutionum 14. & 29. Dio lib. 56. Vide l. Iuliam de mari. ordinibus, vbi plura diximus.

**PAPPIA** de iure patronatus. Tulit idem, vt ex bonis eius qui n. s. centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores quàm tres liberos habebat, siue is testamento factò, siue intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque quum vnum quidem filium hæredem reliquerat libertus perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vilo filio filiave intestatus decessisset; quum verò duos duasve hæredes reliquerat tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. Item, vt libertus qui duos liberos in potestate haberet, operarum obligatione liberaretur. Inst. §. 1. de suc. liber. & in Pan. sub tit. de bon. lib. aliisque locis compluribus.

**PEDIA** de vi. Tulit Q. Pedius coss. cum Augusto Cesare, an. DCCXI. Vt qui C. Cæsaris cædis auctores essent, iudicio constituto rei fierent, & damnatis aqua & igni interdiceretur. Appian. lib. de bello civili. 3. Sue. in Nerone, & Galba. Velleius lib. 2.

**PEDVCA** de incestu. Nominatur à Cic. de Nat. deor. 3.

**PEDVCA** de terminis. Tulit ... In libello variorum auctorum, de agrorum conditionibus, his edita est verbis, quæ tamen ali qua ex parte

parte correximus. Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, si termini in eo agro statuti non erunt, quo in loco terminus non extrahit, in eo loco is cuius is ager erit, terminum destituendum curato: utque rectè factum esse velit, magistratus qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iure dicendo præerit tacito ut fiat.

**PESULIANA** de damno à canibus illato. Tulit, ut si canis pauperem fecerit, damnumve dederit, in dominum actio derur, ut aut damni æstimationem subeat, aut causam noxæ dedat. Pau. Sent. libro 1. cap. 15.

**PETILIA** de peculatu. Tulit Q. Petillius Tribunus pleb. Æ. ilio, Flaminio coss. anno DLXVI. Vellet, iuberent, quærat, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est, quique sub eius imperio fuerunt, quod eius in publicum relatum non est, ut de ea re Ser. Sulpitius Prætor urbis ad Senatum referat. Omnes tribus uti rogas iusserunt. Livi libro 37.

**PETRONIA** de seruis. Tulit, opinor, Petronius Turpilianus coss. cum Cæsonio Pæto, an. DCCXII. Ne dominis potestas esset ad bestias depugnandas suo arbitratu seruos suos tradere. Ut ei qui iure viri delatum adulteriũ non peregisset, nunquam postea referre hoc crimen liceret. Modestinus l. 1. ff. ad leg. Cornelianam de sic. Imp. lib. 15. Cod. ad leg. Iul. de adulter. Ab eodem Petronio & collega Iunio supra Iunia Petronia numerata est.

**PETRONIA** de peregrinis. Tu-

lit, ut peregrini vrbe Romana expellerentur. Cicero libro de officiis. 3. Hanc, opinor, Festus libro 16. in voce Republicas, eo loco significat, ubi nunc P. Ebnij de peregrinis corruptè meo iudicio legitur.

**PINARIA** de ambitu. Tulit L. Pinarius Tribunus militum cum collegis, anno CCCXXI. Ne cui album velimentum addere petitionis causa liceret. Livi libro 4. Lex tamen non tenuit, ut ex omnium temporum consuetudine intelligitur.

**PINATIA** Furia. Tulere L. Pinatius, L. Furius coss. Eam antiquissimam, cui mentio intercalaris adscribitur, in columna ærea incisam fuisse, Varro scribit, teste Macrobio l. 1. cap. 13.

**PLAVTIA** Iudiciaria. Tulit M. Plautius Silvanus Trib. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. Anno DCLXIV. secundo anno belli Italici, quum equester ordo in iudiciis dominaretur. Ut tribus singula ex eo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, ut Senatores quoque in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Cicero in oratione pro Cornelio, & pistola ad Atticum libro. 4. & Asccon Ex quo intelligitur, quum equites soli iudicarent 30. tribus dedisse singulas iudices 15. itaque iudices CCCX. fuerunt, & iudicia inter tres ordines, senatorum, equestrem, & plebeum communicata sunt.

**PLAVTIA** de vi publica. Tulit idem. v. de iis qui vim publicam armatis hominibus fecissent questio constituta recept. Meminit Cicero de Re pont. pro Milone, lib. epist. ad Q. Fratrem 11.

- & ad Attic. 4. Sallust. in Catil. Afcon. in Milon. & Cælius ad Ciceronem lib. epist. 8. Item, ne rem vi possessam vincapere liceret Iul. lib. 33. § 2. D. de vsuc Lex Plautia & Iulia ea demum vetat longa possessione capi, quæ vi possessa fuissent; non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.
- PLAVTIA** Papiria de ciuitate. Tulere M. Plautius Siluanus, Cod. Papirius Carbo Tribuni pleb. Cn. Pompeio, L. Catone coss. anno **DCLXIV.** Vt ciuitas iis daretur, qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissent, si & cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & sexaginta diebus apud Prætozem essent professi. Cicero pro Archia poëta.
- PLAVTORIA**, vide LæTORIA.
- PLAVTORIA** de iure dicundo. Tulit M. Prætorius Tribunus pleb. Prætor vrbanus qui nunc est, qui que posthac fuerit, duos lictores apud se habeto: isque supremum ad solis occasum ius inter ciues dicitur. Censorin. lib. de die nat. cap. 19. Varro lib. de ling. 5. Sed postea Lex PlæTORIA id quoque tempus iubet esse supremum, quo Prætor in comitio supremam pronunciauit populo.
- PLORTIA** de exalibus. Tulit Plotius Tribunus plebis. Vt qui Lepidum civili bello secuti, post neeem Cof. ad Sertorium confugerant, impunè in ciuitatem redirent. Suetonius in Cæsare, Gellius lib. 13. cap. 3.
- PLORTIA** Flauia. Tulere, vt vel agri quos à Senatu locupletes emisissent, reddita possessoribus pecunia plebi diuiderentur: vel si neminem vetere possessione moueri Senatus vellet, alij agri ea pecunia quæ ex nouis vestigalibus per quinquennium reciperentur, emerentur, & plebi quæ agros non haberet, partirentur, Cic. lib. ad Attic. 1.
- PLORTIA** Agraria. Nominatur à Cicerone, lib. epist. ad Attic. 1. epist. Nihil mihi.
- POETELIA** de ambitu prima. Tulit C. Pœtelius Tribunus plebis, C. Fabio & C. Plautio Coss. anno **CCCXCV.** Vt de ambiendi magistratus causa nundinas & conciliabula obire liberet. Liuius lib. 7.
- POETELIA** Papiria de nexu. Tulere C. Pœtelius, L. Papirius Coss. anno **CDXXXVII.** Ne quis nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compedibus, aut in nexu teneretur, pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset, & ne quis in posterum neceretur. Liuius libro 8. Vbi tamen videndum ne pro meruisset, nocuisset sit legendum. Et de eadem lege, Cod. Manlius in epist. ad Q. Marcium Consulem, apud Salust. Catil.
- POMPEIA** de Tribunis plebis. Tulit Cneius Pompeius Consul cum M. Crasso, anno **DCCCXII.** Vt ad Tribunos plebis protocandi ius esset: (quod lege Cornelia prohibitum fuerat) omniaque omnino quæ Tribunis plebis ademerat Sylla, illis restituerentur. Plutarchus in Pompeio, Asconius in Verrin. 1. & 2. & Cæsar lib. de bello civili 1.
- POMPEIA** de prouinciis. Tulit Cn. Pompeius Cof. cum Q. Cæcilio, anno **DCCII.** Vt sibi Hispania prouincia in alterum quinquennium prorogaretur. Dio lib. 38. & Plutarchus in Vit. qui tamen Quadriennium scribit.
- POMPEIA** iudiciaria. Tulit idem Cof. cum M. Crasso iterum, anno **DCCXII.** Vt amplissimo ex

cenſu ex centuriis, aliter quàm antea lecti iudices, ex tribus tamen ordinibus, quibus Aurelia lege communicata erant iudicia. Senatorio ſcilicet, Equeſtri, & Tribuniſ ærarij, res iudicarent. Item ut quinque & ſeptuaginta indices cauſas cognoscereſt. Cic. in Piſonem, & Aſco. in eandem.

**POMPEIA** de parricidis. Tulit idem, Ut qui cognatos vel affines, qui parentum liberorumve nomine continentur, fratremve aut ſororem necaſſerit, ſanguineis virgis verberatus, in culeum intueretur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia, deinde in mare vel profluentem projiceretur. Modestinus libro 9 ad legem Pom. de parrici. Vbi tamen ait more maiorum eam fuiſſe conſtitutam pœnam: quod mihi ſane obſcurum eſt, ſi maiores ab eo tempore reperamus, quo Cice. Sex. Roſciam defendit. neque enim id opinor Ciceronem prætermiſſurum fuiſſe, quum de ſolo culeo loquatur: ac vereor ne quid à Triboniano in eo loco fit commiſſum. Seneca tamen lib de clementia 1. de Caſare Auguſto loquens. Non culeum, inquit, non ſerpentes, non carcerem decrevit. Iuuenalis autem de ſerpente & ſimia etiam loquitur. Conſtantineſ verò in l. 1. C de parrici. canem & gallum gallinaceum adieciſſe videtur: quæ tamen omnia Iuſtinianus legi Pompeiæ in Inſtitutionibus attribuit. Ut ſit, hoc opinor Pompeium inſtituiſſe, ut quum antea Prætor certus ac proprius non eſſet, qui de parricidis ius diceret, ſed lege Cornelia qui inter ſicarios quaereret, de iis quoque quaereret (quemadmodum ex Roſciana intelligitur) deinceps certus iuris

criminis quaſitor eſſet: nam quod ait Vlp. in l. 1. D. de parricid lege Pompeia eandem pœnam parricidis eſſe conſtitutam, quæ lege Cornelia de ſicariis, ſic accipiendum eſt, qua lex Cornelia ad parricidas pertinebat. Alioquin perobſcurus videri locus poſſet. Sanguineas autem virgas rectè in Florentinis libris legi, qui genus illud virgarum notum habent, quas Plinius ita nominat, facile perſpiciunt: ſunt autem ſalignearum non admodum diſſimiles, niſi quòd & graviorẽs ſunt, & ad ſanguinis colorẽ propius accedunt. Videndum præterea, cum ætas Senecæ Ciceroni tam propinqua fuerit, an Pompeius lege ſua de ſimia & vipera, vel etiam de reliquis omnibus legem tulerit.

**POMPEIA** de vi & ambitu. Tulit idem Conſul ſolus creatus, ann. DCCL. Ut priuſquam cauſa de vi ageretur, teſtes per triduum audirentur, dicta eorum iudices conſignarent, quarta die ad eſſe omnes in diem poſterum iuberetur, & coram accuſatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicum inſcripta eſſent, equarentur: dein reſus poſtera die ſortitio fieret vnus & LXXX. qui numerus cum forte obtigiſſet, ipſi protinus ſeſſum irent: tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet, reuſq; illo eodem die iudicaretur: priuſ autẽ quam ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus reiicret: ita ut numerus iudicum relinqueretur qui ſententias ferret quinquaginta & vnus. Aſcon. in Milonianaſ argumento, Dio lib. 40. Cic. li. 4. De ſiniſibus, & ad Art. lib. 10. Caſar de bell. ci. lib. 3.

**POMPEIA** de pecuniis ob rem iudã

- judicandam captis. Tulit idem, eodem anno, Ut de iis, qui à secundo suo Consulatu ad hunc usque diem ob rem iudicandam pecunias cepissent, quaestio constitueretur. Appian. De bello civili, libro 2.
- POMPEIA** iudiciaria. Tulit idem eodem anno, Ne reum in iudicio laudare liceret. Plutarchus in Pomp. & Caton. Utic. Vtlerius lib. 6. c. 2.
- POMPEIA** de Magistratibus. Tulit Cn. Pompeius tertium Cos. cum Q. Cæcilio Auno DOCI. Ne cuius absentis in magistratum comitiis ratio haberetur, vno Cæsare excepto. Dio lib. 48. & Plutar. in Vitis.
- POMPEIA** de Magistratibus Bithyniorum. Tulit idem, Ne quis annis 30. minor magistratum caperet, in senatūve esset. Ut qui magistratum cepissent, eis in senatu esse liceret. Ne Decuriones in curiam à Censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent. Ut Senatores certis de causis à censoribus ordine mouerentur. Ut Bithynicis ciuitatibus, adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis essent alienæ, sed earum quisque ciuitatum quæ essent in Bithynia. Plinius Cæcil. libr. Epist. 10. Epist. 84. & 117.
- POMILIA** de Vestalis capiendæ ritu. Tulit, Ut si quis honesto loco natus adeat Pontificem Maxim. atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius duntaxat, saluis religionum obseruationibus ratio haberi possit, id per se ratum sit. Gell. lib. 1. c. 12.
- PORCIA** de iure ciuitatis. Tulit M. Porcius Cato Tribunus pleb. Valerio, Apuleio Cos s. anno CCLIII. Ne quis magistratus ciuem Romanum virgis caderet, necaretve, sed damnato exilium permetteret, quum ante nudorum ceruix infereretur furcæ, corpus virgis ad necē caderetur. Liuius l. 10. Cic. pro Rabirio perduell. Sallust. in Cati. Suet. in Nerone.
- PUBLICIA** de cereis. Tulit Publicius Tribunus pleb. Ut Saturnalibus cerei non nisi ditioribus mitterentur. Macrobl. lib. 1. c. 7.
- PUBLICIA** de lusu. Tulit, ne quis in pecuniam luderet, sponsonemve in ludo, nisi qui virtutis causa susceptus esset, faceret. Marcianus leg. 3. D De aleator.
- PUBLILIA** de plebeiis magistratibus. Tulit Volero Publilius Philo Trib. pleb. Claudio & Quintio Coss. Anno CC LXXI. Ut plebei magistratus, qui antea curiatis comitiis fiebant, deinceps, remotis patribus tributis comitiis crearentur. Liuius lib. 2. Dion. libr. 9. apud quem tamen *ποπλιες βολέγων* legitur, pro *ποπλίλιος*. nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit: ut non Voleronia, sed Publilia lex dicenda sit. in quo plerique decepti sunt.
- PUBLILIA** de legibus & censoribus. Tulit Q. Publilius Philo dictator, anno CCCXIV. Ut plebiscita omnes Quirites tenerent. Ut legum quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: ut alter utriusque ex plebe, quum eorum ventum sit, ut vtrumque plebeium Consulem fieri liceret, Censor crearetur. Liuius lib. 8.
- PURPIA** de Senatu habendo. Tulit, Ne Senatus à XVIIII. Kalendas Februarias ad vsque Kalendas Februarias haberetur. Ne nisi perfectis, aut reiectis legationibus aliis (de rebus Senatus haberetur. Cic. Epist. ad Lentulum 4. ad Q. Fra

Q Fratrem, lib. 2. Epist. 11. & Cælius 8. Epist. ad Ciceronem. Vbi hac lege solutos, magistratus scribit.

Q.

QVINA vincenaria. Vide Lætoria.

R.

REGIA DE VNIVS imperio. Lara est ineunte regnū Romulo, qua populus omnem ei potestatem in se concessit. Lilius lib. 34. Ex viro tandem genere ea lex esse videtur, quā abrogamus? an vetus Regia lex, simul cum ipsa vrbe nata? Quam autem annis amplius 500. florente populi Rom. libertate, sopita fuisset, postea D. Augusti & Tiberij dominatu, qui soluti sunt excitata, subtiliùs & copiosius quàm antea præscripta est, & quo quisque die successores demortuorum imperium excipiebant, recitari solebat, quem admodum ex his eius, vt opinor, reliquis intelligitur, quæ à me in libr. Epigrammatum Romanorum inuenta dignissimæ visæ sunt, quæ hunc in locum referrentur. Ea verò ad Vespasiani imperium pertinet, quæ vt arbitrator, à Corn. Tacito libr. 20. his significatur verbis, Tum Senatus omnia Principibus solita Vespasiano decreuit, &c. Vidi etiã qui testarentur, Romæ hanc scripturam extare in basilica Lateranensi, in ære incisam. Est autem huiusmodi, Fœdusve cum quibus volet facere liceat, ita vti licuit Diuo August. Tib. Iulio Cæsari Augusto, Tiberiôq; Claudio Cæsari August. Germanico, &c.

VRIQVE ei Senatus habere, relationem facere, remittere, Senatusconsulta per relationem dis-

cessionemque facere liceat, ita vti licuit Diuo August. Tib. Iulio Cæsari August. Tib. Claudio Cæsari Augusto Germanico.

VRIQVE, cum ex voluntate, auctoritate, iussu, mandatuve eius, præsentive ad Senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, seruetur, perinde ac si è lege Senatus editus esset, habereturve.

VRIQVE, quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cuius rei petentes Senatus populoque Romano commendauerit, quibusve suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur.

VRIQVE ei fines pœnerij proferre, promouere cum ex Republica censebit esse. liceat, ita vti licuit Tit. Claudio Cæsari August. Germanico.

VRIQVE quæcunque ex vsu Reipublicæ maiestate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum esse censebit, ei agere, facere, ius potestatisque sit, ita vti D. August. Tiberiôque Iulio, Cæs. Aug. Tiberiôque Claudio Cæs. Aug. Germanico fuit. Vtique quibus legibus plebisve scitis scriptum fuit, ne D. August. Tiberiûsve Iulius Cæsar August. Tiberiûsve Claud Cæsar August. Germanicus teneretur: iis leg. plebisque scitis, Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit: quæque & quaque lege, rogatione Diuum Aug. Tiberiûmve Iulii Cæsarem Aug. Tiberiûmve Claudiû Cæsarem Aug. Germanicû facere oportuit, ea omnia Imper. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat.

VRIQVE quæ ante hanc legem rogata, acta, gesta, decreta, imperata, ab Imperatore Cæsare Vespasiano

Spasiano Augusto iussu mandatū ve, eius à quoquam sunt, ea perinde iusta rataque sint, ac si populi plebīve iussu acta essent.

### SANCTIO.

Si quis huiusce legis ergo aduersus leges rogationes, plebīve scita senatūve consulta fecit, feceritve, siue quod eum ex lege rogatione, plebīve scito, s. v. c. facere oportebit, non fecerit huius legis ergo, id ei ne fraudi esto: nēve quid ob eam rem populo dare debeto, nēve cui de ea re actio nēve iudicatio esto, nēve quis de ea re apud se agi sinito. Hæc ex Epigramatum antiquorū lib. Vlp. autem in l. 1. D. de const. prin. hanc legem significat, quum ita scribit: Quod principi placuit, legis habet vigorem: utpote quum lege Regia quæ de imperio eius lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat. Quod Iustin. eorūdem verbis in tit. De iure nat. & gent. transcripsit. Hanc autem Alexander Imperator legem Imperij appellare videtur in l. 3. C. de testamentis, & à Strabone in fine postremi libri significatur his verbis, vbi de Cesare Aug. loquens *ἰστέ τὸ γδ, ἰνκίτ, ἰ πῶβἰς ἰπεβῆσαν αὐτῶν πλῆ ἄσασταρ τῆς ἠγάμονίας, ἠ πῶλέμῶν, ἠ εἰπλῶν, ἠ ἠῆτῆσιν ἠῆβῆσιν δια βἰα,* &c.

**REGIA** de mortuo inferendo. Tulit, Ne mulier quæ prægnans mortua sit, humetur antequam partus excidatur. qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse videatur. Martianus l. 2. D. de mort. infer. Hæc autem legem superioris partē fuisse, ridiculum est dicere, tamen si eius auctorem nominare difficile

est, quum satis constet Regis verbis cognomē fuisse, non nomen leges autē ex nominibus appellationem sumptisse Existimarem igitur Romuli aut Numæ Pompilij legis alicuius, de qua Martianus antea disputarat, partem hanc fuisse: quum præsertim ad sacra hæc lex pertineat, de quibus quæ leges à Numa constitutæ fuerant, semper obseruatae sunt: ut Iulius quoque Capit. in Antonino Pio testatur. Similem Diodorus apud Ægyptios Græcosque prope omnes legem de mulieribus grauidis rei capitalis damnatis, libr. 2. commemorat, itēque Clemens Alexan. lib. 11. Strom. & Plutarch. de Ægyptiis, lib. De sera num. vind. Ælia. de Atheniensibus li. Var. histor. 5.

**MEMMIA.** Vide Memmia.

**RHODIA** de iactu. Latam opinor, à Rhodiis: & à Caesaribus receptam, ut si leuanda nauis gratia iactus mercium factus est, omnium cōtributione sarcatur, quod pro omnibus datum est. Paulus l. 1. D. de lege Rhodia. Nisi fortē de Rhodiis lata est: & Rhodia sic dicatur, ut Cypria lex (quæ de Cypri rege lata est à Claudio) nominatur in Sextiana & Tribunitia de Tribunorum potestate, in 2. Vet.

**ROMULEIA** de sacerdotiis. Vide MANLIA.

**ROSCIA** Theatralis. Tulit L. Roscius Otho Trib. pleb. L. Metello Q. Martio Coss. ann. DCLXXXII. Ut in Theatro Equitibus Romanis, qui us. quadringenta possiderent, decimusquartus gradus spectandi gratia assignaretur, exceptis iis, qui suo fortunave vitio decessissent. Philip. 2. Acon. in Cornelianam Flor. epitom. 99. Dio lib. 26. Plin. libr. 7. cap. 20.

Juuenal.



Iuuenal. Sat. 14. Et Tacitus lib. 15. qui legem interpretatur hanc habuisse vim, ut equites non ante plebem, ac separatim sed confusè tantum quatuordecim ordines haberent.

**ROSCIA** de terminis. Eius caput in libro variorum Auctorum, de agrorum conditionibus obnotissimum puto: ut in Mamilia lege exposui.

**RUPILIA** de iure Siculorum. Dedit P. Rupilius Consul, cum P. Popilio, anno DCCXI. Dedit autem, Siculis de decem, ut moris erat. Legatorum sententia: bello prædonum ac fugitiuorum a se confecto. Cic. Verrina 4. Alcoa. in eandem, & Valer. Max. lib. 6. cap. 16. apud quem tamen Rucilius peiperam legitur.

**RUTILIA** de Tribun. militum. Tulit C. Rutilius Rufus. Festus, Rutili appellabantur Tribuni militum a Consule facti, non a populo, de quorum iure, quod Rutilias Rufus legem tulerit, Rutili ac post Rutili sunt appellati.

## S.

**SACRATA** militaris Tulit, opinor, Marcus Valerius Corvus Dictator, anno DCCXI. ob militum Capuanorum secessionem. Ne cuius militis scripti nomen nisi ipso volente, deleretur: ne quis vbi Tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. Lilius libro 7.

**SACRATIS** legibus Vestalibus pœna incesti constituta est, ut vini defoderentur. Dionysius libro 1.

**SACRATA** Iulia de Tribunis plebis. Tulit L. Iunius Brutus, Trib. pleb. primus creatus. Cassio, Cominio Cass. anno CCLX. Ut plebi sui ma-

gistratus essent sacrosancti, quibus auxilij læto aduersus Consules esset: neve cui patrum capere eum magistratum liceret. Ut neque privilegium inrogari, neque de capite eius, nisi comitiis centuriatis rogari liberet. Lilius lib. 2 & Cicero pro Sextio, & pro domo. Dion lib. 6. legis verba hæc refert. *Ἄν τις ἄρχηται κοινὰ ὡσπερ ἐνεπιμῶν, μὴδὲ μὴδὲν ἀναγκάζηται δρᾶν, μὴδὲ κερσηχάτω, μὴδὲ διατάττεται μεσηγῆ: ἐτέρω μὴδὲ δοκοπιύτω, μὴδὲ δοκοιενδύ κελύετω. ἐὰν δὲ τις τὴ ἀπιγρημύωντι πο. π. σῆ, ὅσα γέσῃ ἐστὼ, ἢ τα χρομῆτα αὐτῶ δὴ μὴ πῶς ἴερα, ἢ ὁ κίενας πῶς τὰ ταῦτα εἰρησμησῶν φόνε κεδάσῃ ἐστὼ. id est, ne quis Tribunum vi quali priuatum quicquam facere cogito, neve virgis cadito, neve occidito, neve cadi occidite iubeto, qui aduersus ea fecerit, facer esto: bonaque eius Cereri facta sunt: eumque occidere ius fasque esto. Lilius autem lib. 3. hoc è rogatione carmen edit, si Tribunos plebis decem rogabo, si quos minus hodie decem Tribunos plebis fecerit: hi tum quos sibi collegam cooptassint, ita illi legitimi eadem lege Tribuni plebej sint, ut illi quos hodie Tribuni plebej fecerint. Sacratæ autem leges dicebantur, inquit Festus, quibus sancitum erat, ut si quis aduersus eas iecisset, sacer alicui deorum esset. Sunc qui esse dicant Sacratas, quas plebs iurata in monte sacrosancti fuerit. Hæc ille. Cicero pro Cornelio maiestatis reo. Tantæ igitur in illis virtus fuit, ut anno 16. post reges exactos, post nimiam dominationem potentium leges sacratas sibi ipsi construerent, duos Tribunos crearent, montem illum Anienem, qui hodie*

hodie mōns sacer appellatur, in quo armatae considerant, æternæ memoriæ causa consecrarent. Hæc Cicero. Mirari autem satis non possum, vehementerque dubitare me fateor, verum hæc illud fit, quod scribit Diodorus lib. 12. in Auentino fœdere comprehensum hoc fuisse, vti Tribun. plebis exacto sui magistratus anno, mox eorundem alios in annum sequentem designarent: quod si prætermisissent, illico viui comburentur: sin aliquanto diutius eos in designando dissentio tardaret, interea potestas eis prorogaretur, dum alios crearent. Linius libro 7. Lex quoque sacra militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur, &c.

**SATYRA** lex. Festus, Saturæ est cibi genus conditi, & est lex multis alijs conferta legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur, neve per saturam abrogato aut derogato Annus Luscus in ea, quam dixit aduersus Tiberium Gracchum, Imperium quod plebs per saturam dederat, id abrogatum est & C. Latius in ea quam pro se dixit, dein postera die quasi per saturam sententijs exquisitis in deditioem accipitur. Quidam dicunt esse genus carminis, vbi de multis rebus disputatur. Hæc Festus. Sallustius in Iugurth. iisdem verbis. Dein postero die quasi per Satyræ legem sententijs exquisitis in deditioem accipitur. Ego legem Satyræ fuisse puto, in qua coniunctim multis de rebus vna rogatione populus consulabatur. Quod lege Cæcilia & Didia verum fuisse, Cicero in oratione Pro domo sua, testatur. Et sententijs ferri per satyræ, quum ex multis capitibus & si quædam

comprobantur, quædam improbantur, iniicitur tamen tabella VTI ROGAS. Iustinianus in præfatione ad Antecessores, §. 2. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, & quasi per satyræ collectum, & vtile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputatè, id est. Nullo ordine, sed confusè ac perturbatè, dummodo hinc, modo illinc aliquid decerpitur, quam studiorum suorum rationem nostri hoc tempore adulescentes in iuris ciuilibus libris sequuntur.

**SCANTINIA** de pueris impudicis. Iuuenal. Sat. 2. Suet. Domitiano Aufonius, Cic. Philip. 3. Scipio prætores autem decem millium pœna coercerentur. Fabius lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap. 4. Cælius lib. Epist. fam. 8. epist. 12. Damnatum autem quemdam C. Scantinium Tribun. ple. Valerius lib. 6. cap. 1. testatur. Tertullianus lib. De Monogam. Prudentius in Romam.

**SCRIBONIA** varia. Tulit C. Curio trib. pl. Cælius. Epist. fa. lib. 8.

**SCRIBONIA** de seruitutibus, vrbanoꝝ prædiorum. Tulit fortasse idem ille, Ne vrbanoꝝ prædiorum seruitutes vsucapi liceret, vtiq; earum seruitutum libertatem vsucapere ius esset lege 4 in fin. D. de vsurpatione. Ad ciuitatum dignitatem ea lex pertinuit vsque eo, vt etiam sine bona fide & titulo eius libertatis vsucapionem ferret. lege si ædes. 32. D. de seruit. vrb.

**SEMPRONIA** de ære alieno Tulit M. Sempronius Trib. pleb. L. Cornelio, Quint. Minutio coss. Anno DLX. Vt cum socijs ac nomine Latino pecuniæ creditæ ius idem quod cum ciuibus Romanis esset

esset. Livi<sup>us</sup> libro 35. Cicero de Offic. 2.

**SEMPRONIA** agraria. Tulit T. Sempronius Gracchus Trib. pleb. P. Mutio Scæuola, L. Calpurnio coss. anno DCCX. Nequis ex publico agro plus quingenta iugera possideret: quorum tamen dimidium filium habere liceret. Vt si quis latius agrum patefaceret, Triumviri quotannis data opera creati iudicarent, quâ publicas ager, quâ priuatus esset. Appian. lib. Emph. 1. Plut. in Gracchis. Velleius lib. 2. Auctor libri de vir. illust. Cic. in Sextian. & de arusp. respon. Florus epitome 58. & Siculus Flaccus in lib. de condit. agror. apud quem tamen ducenta legimus: cum alij omnes aperte quingenta prodant.

**SEMPRONIA** de Regis Attali hæreditate. Tulit idem, ὁπὸς τοῖ βασιλικὰ κληματα καμίσθεντα, τοῖς ἰσὺ χάριαν διαλαγχάνουσι τῶν πολιτῶν, ὑπαρχοῖ παρὸς κριστικῶν καὶ γεαρτῶν ἀφορμῶν. Vt pecunia Regis Attali, qui populam Romanum hæredem fecerat, iis ciuibus qui sua lege Sempronia agrum sortiti erant, daretur ad comparationem instrumentorum & agriculturæ apparatus. Vt agrij Regij à Censoribus locarentur, vnde vectigial populo penderetur. Plutar. in Gracchis. Cic. Verr. 5. & Florus epist. 58.

**SEMPRONIA** iudiciaria. Tulit C. Sempronius Gracchus Tribunus pleb. 1. Q. Cæcilio, T. Quintio coss. anno DCCXX. Vt iudicia quæ semper antea penes ordinem senatorium fuissent, ad solos Equites transferrentur. App. lib. de bell. ciuil. 1. Asconius in diuinat. Velleius lib. 2. Tacitus lib. 12. Varro de vita P. Rom. apud Marsellum in voce Biceps Plutarch.

autem in Gracchorum vita equites trecentos cum Senatoribus trecentis mixtos tradit, atque inter utrosque communicata iudicia: quod falsum est. Hæc enim Liui<sup>us</sup> lex fuit: vt suo loco docebimus.

**SEMPRONIA** de magistratibus. Tulit idem, vt ex confusis quinque classibus sorte centariæ vocarentur. Sallust. in orat. Cæs. de Rep. Vt cui magistratus abrogatus fuisset, ei magistratum iterum capere ius non esset, qua lege M. Gelanius, cui Ti. Gracchi lege Tribunatus abrogatus fuerat, notabatur. Eam tamen Caius Cornel. matris precibus, post abrogauit. Plutar. ibid. atqj.

**SEMPRONIA** de iure ciuit. Tulit idem, ne de capite ciuis R. iniussu populi iudicaretur, qui indicta causa in ciuem Rom. animaduertisset, de eo populi quæstio constitueretur: quod propter P. Popili<sup>um</sup> latum est. Cic. pro C. Rabirio, pro Cluentio, & de legibus 3. item Plut. in Gracchis. Idem postea leg. Porcia repetitum est. Cic. 7. in Verr. [O nomen dulce libertatis: ô ius eximium nostræ ciuitatis, ô lex Porcia, legesque Semproniæ. Videtur autem exceptum patricium his legibus fuisse: cum in orat. pro Sext. Roscio vetus supplicium commemoretur.

**SEMPRONIA** de suffragiis. Tulit idem, vt sociis Latinis ius suffragij ferendi perinde vt ciuibus Rom. esset. Idem.

**SEMPRONIA** de viis Italiæ. Tulit idem, vt viz in Italia munirentur, sternerentur, lapidibus milliariæ discernentibus notarentur, pontibus instruerentur. Idem.

**SEMPRONIA** de coloniis deducendis. Tulit idem, vt coloniæ extra

Italiam deducerentur, Paterculus lib. 3. Plut. in Gracchis, Appianus in lib. Florus epist. 6.

**SEMPRONIA** de re militari. Tulit idem ne minores annis 17. ad militiam cogerentur. Ut vestes militibus gratuita & præter stipendium darentur. Plut. in Gracchis.

**SEMPRONIA** de provinciis decernendis. Tulit idem. Ut Senatus quotannis ante comitia consularia designandis Consulibus provincias arbitrato suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se fortirentur: quod ante vel post designatos vel post initum Consulatum facere solebat: præterea quum antea Senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deincepsliceret. Cic. pro domo sua, in Vatinius, de provin. conf. Salust. in Jugurthino, Suet.

**SEMPRONIA** frumentaria. Tulit idem iterum Trib. pleb. M. Fulvio, M. Plautio cons. an. DCXXXVIII. Ut semisse, & triente frumentum menstruum plebi ex publico virgum daretur, Appian. l. de bello civili 1. Florus epist. LX. Cic. pro Sextio, Tuscul. 3. in Bruto, Velletius lib. 2. Plut. in viris.

**SEMPRONIA** & Julia de limitibus. Tulit, ut per actuarios limites populo in s. cundi esset, sicut per viam publicam. H. gynus in libello de limitibus constit. Vide, Julia de limitibus.

**SENTIA** de Senatu supplendo. Tulit, opinor, C. Sentius cons. cum Q. Læretio, Augusto imperante an. DCCXXXIII. Ut in numerum patriciorum qui Senatu decessent alij sublegerentur. Tacitus lib. 11. ubi tamen corruptè, in eo iudicio, Sentia legitur pro Sentia.

**SERVILIA** agraria. Tulit P. Servilius Rullus Trib. pleb. Cicero, Antonio cons. an. MCCC. Ut quæ post

C. Marium, C. Carbonem cons. publice, data assignata, vendita, vendita, concessa essent, ea omnia eo iure forent, uti quæ optimo iure priuata sunt: ut decessuri cum famulo imperio crearentur, qui totius Italiae, Syriae, Aethiæ, Libyæ & provinciarum quas nuper Pompeius subegerat, venderent, ex eaque pecunia agros colonis, quos arbitrato suo quò vellent deducerent, mercarentur. Lex Cicerone dissuadente perla a non est. Hoc tamen visum ex illius contra legem orationibus describendum esse.

**SERVILIA** de ciuitate. Tulit C. Servilius Glaucia Trib. pleb. Ut Latinis ius esset ciuitatis assequenda in locum eius, quem accedendo repetundarum damnassent. Alcon. pro Scauro, & Cicero pro Balbo.

**SERVILIA** repetundarum. Tulit idem, ut reus comperendinaretur: quum antea vel iudicari primo posset, vel amplius pronunciari. Cic. Ver. 3. pro Postum. pro Scauro: & in hanc Alcon. Valer. lib. 8. cap. 1.

**SERVILIA** iudiciaria Tulit Quintus Servilius Cæpio cos. cum C. Atilio an. DCXLVII. Ut iudicia quæ lege Sempronia ad solos equites translata erant, ordine Senatorio communicarentur. Tacitus lib. 12. Cic. 1. de arte rhet. 2. de orat. in Bruto, in orat. pro Scauro, & ibidem Alcon. Im. arem autem & minorem fuisse Senatorum numerum ex eo constat, quod lege Livia, quæ proxime insecuta est, ex aqua parte communicata sunt: & opinor hoc esse quod Florus in epist. de trecentis Senatoribus cum sexcentis equitibus commixtis ad legem Semproniam referebat. lib. 60.

**SEXTIA** Licinia de sacerdotiis. Tulere L. Sextius, C. Licinius Trib. pleb. P. Manlio D. Etatore, Anno CCCLXXXV. Ut pro Duumviris sacris faciendis, Decemviri ita crearentur, ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat. Livius lib. 6.

**SEXTIA** de magistratibus. Tulit idem L. Sextius, M. Furio Dictatore V. An. CCCLXXXVI. Ut consul vnus è plebe crearetur, quæ de causa vicissim concessum à plebe nobilitati, ut prætor vnus qui ius in vrbe diceret, ex patribus crearetur. Liv. lib. 6.

**SULPITIA** de iure ciuitatis. Tulit P. Sulpitius Trib. ple. Qu. Pompeio, L. Sylla cons. Anno DCLXV. Ut exules reuocarentur. Noui ciues libertinique distribuerentur in tribus. Florus epit. 77. Plutarc. in Sylla.

**SULPITIA** de C. Pontinio. Tulit Ser. Sulpitius Galba Pr. Anno DCCXC. Ut C. Pontinio proconsuli quo die urbem triumphans ingrederetur, imperium esset. Ci. lib. 4. ad Art. D. o lib. 48.

**SULPITIA** de ære alieno. Tulit idem, *μνηστὴρ συγκαλιπτικὸν ὑπερδραχμίας φραχμῆς ὑπερδραχμῆς*. Ne quis Senator supra duo millia drachmarum deberet. Plutarc. in Sylla.

**SULPITIA** de bello Mithridatico. Tulit idem. Ut Syllæ, cui Asia prouincia obuenerat, ut bellum Mithridaticum administraret, imperium abrogaretur, & C. Mario mandaretur. Velleius lib. 2. Florus epitome 77. Plutarchus in Sylla & Mario, & Appianus De bello civili 1.

**SULPITIA** de bello Macedonico. Tulit P. Sulpitius Consul cum C. Aurelio, Anno DLII. Vellent iuberent Philippo regi Macedonibusque qui sub regno eius essent,

ob iniurias, armæque illata sociis populi Rom. bellum indici. Liv. lib. 31.

**SULPITIA** Sempronia de templis & aris. Tulere ex S. C. P. Sulpit. P. Sempron. cos. Ann. CDXLIX. Ne quis templum aramve iniussu Senatus aut tribunorum pleb. maioris partis dedicaret. Liv. lib. 9.

## T

**TALARIA** de talorum lusu. Nominatur à Plauto in Milice glor.

*Atque adeo ut ne legi fraudem faciam talaria, Accuratore, ut sine talis domi agitent conuiuium.*

Facetè ad legem aliquam de alea veterem alludit. quæ talorum lusus in conuiuiis inperdicabatur: Publiciam fortè aut Titiam. Nam sumptuariæ leges, quibus hanc nonnulli attribuent, de sumptibus, ut opinor, tantummodò cauebat.

**TARPEIA** de multa. Vide Ateria Tarpeia.

**TERENTIA** Cassia frumentaria. Tulere M. Terentius Lucullus, C. Cassius Cos. Anno DCCC. ut frumenti alteræ decumæ à prouinciis cõmerentur pretio in modios H. S. trium constituto: item ut ciuitatibus æqualiter imperaretur pretio in modios singulos H. S. quatuor constituto. Cic. Verrina 5. & 7.

**TERENTIA** de legibus consularis imperij. Tulit C. Teren. Arsa Trib. pleb. Lucretio, Veturio cons. Ann. CCXC. Ut quinqueviri crearentur legibus de imperio Consulari scribendis, ne ipsi libi-

dinem ac licentiam suam pro lege haberent. Dionysius lib. 10. Liuius lib. 3. tamen perlatam non fuisse affirmat. Corruptè autem ante Terentilla vocabatur.

**THORIA** agraria Tulit Sp. Thorius Tri. ple. Ne agri amplius diuiderentur, sed possessoribus in iis relictis, vectigalia pro iis penderentur, eaq; pecunia populo diuideretur. *ἡ δὲ τὴν μὲν πρὸς ἀνεμεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐχόντων, καὶ φόρος ἕως εἰς αὐτῶν τὰς δὴμῶν κατατιθεσθαι καὶ ταῦτα τὰ γῆν κατὰ χωρεῖν ἐς διανομῆς* Hæc Appian. l. De bello ciuil. 1. qui subiungit, non multo post latam fuisse legem qua vectigal illud abrogatum est. At Cic. in Bruto lege Thoria id factum tradit. [Sp. Thorius ait, satis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum vitiosa & inuutili lege, vectigali leuauit. Idem præterea in li. De orat. 2. scribit Lucilium lege Thoria postulatū fuisse, quod ab eius pecore agri publici depasti essent. Corruptè autem apud Appianum Borius legitur pro Thorius: ut alia in hoc genere quàm multa.

**TITIA** de lusa. Tulit, Ne quis in pecuniam luderet, sponsonemve in ludo, nisi qui virtutis causa susceptus esset, faceret. Marcian. l. 3. D. de aleator.

**TITIA** de triumuirata quinquenniali. Tulit P. Titius Trib. ple. Ut Tresuiri Consulari potestate constituenda Reipubl. in quinquennium crearentur, Cæsar, Lepidus, & Antonius. App. de bell. ciu. 4. & Florus Epit. 120.

**TITIA** de donis & muneribus. Tulit L. Titius, Ne ob orandam causam pecuniam domumve patroni acciperent. Tacit. lib. 2. & Aufonius:

*Iurisconsulto cui nubit adultera coniux,*

*Papia lex placuit, Iulia displicuit.*

*Quæritis unde sit hæc distantia, semiuir ipse,*

*Scantiniam metuens, non metuit Titiam.*

Eum notat, qui à clientulis inops nec donum nec munus ab vlllo capiebat.

**TITIA** agraria. Tulit, opinor, Sext. Titius Trib. pleb. M. Antonio, A. Posthumo coss. Anno DCLIV. Ut vectigal agris publicè assignatis impositum Quæstor colligeret. Cic. lib. 2. de orat. pro Mutæna. Valer. lib. cap. 1.

**TREBONIA** de Tribunis pleb. Tulit L. Trebonius. Tri. ple. Herminio, Virginio coss. anno CCCV. ut qui plebem Romanam Tribunos pleb. rogaret, is vsque eò rogaret, dum 10. Tribun. ple. faceret. Qua lege Tribunorum cooptatio collegio adempta in populum R. translata est. Liuius lib. 3. & 5.

**TREBONIA** de Cæsare. Tulit A. Trebonius Tri. pleb. Pompeio & Crasso iterum coss. an. DCCXIII. Ut Cæsari imperium in Gallia in aliud quinquennium quàm quod ei Vatinia lege concessum erat, prorogaretur. Ita Trebonius Senatui successoris mittendi potestatem adimebat. Cæro lib. ad Ant. 7. 8. 9. 10. Item Flor. Epit. 105. Plutarc. in Pomp. & Cat. Uticent. Dio li. 3. 9.

**TREBONIA** de Pompeio. Tulit idem, ut iis Consulibus Syria, & Hispania prouinciæ in quinquennium darentur. Plur. in Pomp.

**TRIBVNITIA** lex dicitur, quæ de tribunorum potestate lata est. Fest. lib.

lib. 17. Homo sacer is est, quem populus iudicauit ob maleficiū, neque fas est eum immolari: sed qui occidit, parricidij non dānatur. Nam lege Tribunitia prima cauetur, si quis eum qui eo plebiscito sacer sit, occiderit parricida ne sit. Quibus verbis Festus Sacratam Iuniam, quam suo loco exposuimus, significat. Alia sententia dixit Cicero in Verrina 11. Vident adhuc post legem Tribunitiam vnum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum. Quibus verbis Pompeiam legem intelligit, de Tribunitia potestate restituenda, nondum tamen latā, sed in concionibus ostentatam.

TRIBUNITIA lex nominatur, à Pomponio dicam, an Tribonia, nō in l. 3. de Orig. iuris, ferè initio. Ex actis deinde Regibus lege Tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt. At lata ea lex est à Iunio Bruto Consule, non Tribuno, vti Liuius testatur. Rursus quod nonnullis placet, à C. Terentio Arsa Tribuno pleb. latam esse Lucretio, Veturio Cos. ann. cccxc. quo anno scribit Liuius latam fuisse legem ab illo, vt quinque viri crearentur legibus de imperio Consulari scribēdis: non satisfacit. disertè namque Liuius perlatam eam legem non fuisse affirmat. Cessit, inquit, Liuius, ad vltimum maiestati Tribun. pleb. & destitit. Videndum ergo vtrum apud Pomp. mendum sit, & legendum LEGE BRVTI IVNIA: an potius Pomponius à Liuiio dissentiat, & à Bruto Celerum Tribuno legem latam existimet, necdum Consulatum adeptus. nam cum Celerum Tribunum fuisse, in eadem l. §. 8. confirmat.

TULLIA de legationibus liberis.

Tulit M. Tullius Cic. Consul cum M. Antonio, ann. Dccc. Ne sicut antea infinitū, sed annuū tempus earum esset. Idem lib. de legi. 2.

TULLIA de ambitu. Tulit idem, Ne quis munus gladiatorium biennio quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet, nisi ex testamento præsstituta die. Vt senatoribus ambitus damnatis aqua & igni ad annos decem interdiceretur. Vt in plebem pœna grauior esset. quàm lege Calpurnia fuisset. Vt reis morbum excusantibus pœna certa esset. Cicero pro Muræna, pro Sextio, in Vatin. Dio lib. 37.

V

VALERIA de prouocatione & libertate populi. Tulit P. Valerius Publicola Cos. solus, Bruto collega mortuo, Anno ccxlii. Vt aduersus omnes magistratus, ad populum prouocatio esset. Ne quis magistratus ciuem Rom. aduersus prouocationem verberare, aut necare, aut pecunia multare vellet. Ne quis Romæ imperium haberet, nisi cui à populo datum esset, sacrūque esset cum bonis caput eius qui regni occupandi consilia inisset. Vt capitale esset, si quis iniussu populi magistratum adisset. Vt quinque boum & duarum ouium multa esset. Vt pecuniæ publicæ in æde Saturni reconderentur, duoque ærarij Quæstores crearentur. Vt plebs à portoriis, & tributis præstandis liberaretur. Liuius lib. 2. Dionys. lib. 5. Plur. in eius vita. Val. Max. lib. 4. c. 1. Pomp. de Orig. iuris.

VALERIA de prouocatione. Tulit L. Valerius Consul cum M. Horatio, ann. ccciv. Ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet: qui creasset, cum

V 9

iisque

iusque sãsq; esse occidi, néve ca-  
 edes capitalis noxã haberetur.  
 Liu. lib. 3 D. 047. 10 Eodem an-  
 no lata fuerat Duillia, qua de  
 Consulibus tantum cauebatur.  
 Vide Horatia.

**VALERIA** de provocacione. Tulit  
 M. Valer. Cos. cum Qu. Apuleio,  
 Anno CDLIII. Ne quis qui pro-  
 vocasset, virgis caderetur, secu-  
 riue necaretur: si quis aduersus  
 ea fecisset, improbè facturum.  
 Liu. li 10 [Diligentiùs, inquit,  
 quàm alia sancta est: terció tum  
 post Reges exactos lata, semper  
 à familia eadem.]

**VALERIA** de ære alieno. Tulit L.  
 Valerius Flaccus Cos. cum C.  
 Cinna in Marij demortui locum  
 succedens, Ann. DCLXVII. Ut cre-  
 ditoribus quadrans solueretur.  
 Parerculus lib. 2.

**VALERIA** de Syllæ dictatura. Tulit  
 L. Valerius Flaccus interrex à Se-  
 natu proditus, destituta Consu-  
 libus ciuitate, Carbone & Mario  
 interfectis, Ut L. Sylla perpetuus  
 dictator Reip. constituendæ cau-  
 sa crearetur, & quæcunq; is aut  
 tanquam Consul, aut tanquam  
 proconsul gessisset, rata essent.  
 Cicero Verrin. 4 in Rullum. Ap-  
 pia. de bello ciuili.

**VALERIA** de proscriptis. Tulit idè,  
 Ut eorum bona veniant qui  
 proscripti sunt, aut eorum qui  
 in aduersariorum præsidis occi-  
 si sunt. Ut proscriptiones vendi-  
 tionèsque ad diem Calen. Iu-  
 niarum fiant. Cicero pro Sext.  
 Roscio, ubi contumeliôsè in Syl-  
 lam, vtrum Valeria an Cornelia  
 dicenda sit, nescire se scribit. In  
 Verrina 3. caput Corneliæ me-  
 moratur, Ne quis testamento  
 proscriptum inuaret. Sed ego ne-  
 que à Valeria, quæ nomine sic  
 dicebatur, cum re ac veritate es-

set Cornelia, id abiudico: neque  
 ad verba, sed sententiam legis  
 id refero: nam si aqua & igni eis  
 interdictum erat, nihilo magis  
 testamento, quàm inter viuos eis  
 largiri licebat.

**VALERIA** de iure ciuitatis Tulit  
 Q. Valerius trib. pleb. Martio,  
 Sex. Iulio Coss. anno DCLXII.  
 Ut de iis qui socios ius ciuitatis  
 appetentes clam palàmve iuuis-  
 sent, questio haberetur. Appian.  
 lib. de Bello ciui. 2.

**VALERIA** de defectione militum.  
 Tulit M. Valerius Coruus dicta-  
 tor, Ann. CDXII. Ne cui militum  
 secessio quam metu supplicij fe-  
 cerant quum se Capua, quæ ipso-  
 rum præsidio commissa erat, oc-  
 cupanda conspirassent, eorum-  
 que consilium deiectum esset,  
 fraudi esset Liu. lib. 7.

**VALERIA** de iure suffragij. Tulit  
 C. Valerius Tappo tri. ple. Va-  
 lerio, Lurio Coss. ann. DLXV. Ut  
 Formianis, Fandanis, Arpinati-  
 bus suffragij latio (nam ante sine  
 suffragio habuerunt ciuitatem)  
 esset. Liu. lib. 38.

**VARIA** maiestatis. Tulit Q. Varius  
 propter obscurum ius ciuitatis  
 Hybrida cognominatus, Tr. ple-  
 b. aduersus intercessionem col-  
 legarum, ut quæreretur de iis  
 quorum opera consiliõe socij  
 contra populum Ro. arma sum-  
 pssissent. Ascon. in Oratio. pro  
 Scauro, & pro Cornelio: & in  
 iisdem Tullius, Val. Max. li. 8. c. 6.  
 Cic. Tuscu. 2. & in Bruto.

**VATINIA** de Cæsaris prouinciis.  
 Tulit P. Vatinius Tr. pleb. C.  
 Cæsare, M. Bibulo Coss. Anno  
 DEXCIII. Ut Cæsari Gallia Ci-  
 salpina cum Illyrico in quin-  
 quennium sine senatus decreto,  
 & extra sortè mandaretur. Ut ij  
 quos in lege nominabat, Legati,  
 sine

Variatio Circa id, in

perminis. Cæsari,

li. 7. c. 1. p. 310



sine Senatus decreto cum Cæsare proficiscerentur. Vt eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribueretur, vt idem coloniam Nouumcomum deduceret Tranquillus in Cæsare. Cic. pro Balbo, & epist. ad Lentulum, Sallust. in Iugurth. Plut. in Vitis, & præsertim Cic. in Vatiniana hoc loco: Eripuerisne Senatus provinciam, &c. quo ex loco coniecturam capio, locum illum in media oratione corruptum esse, vbi sic legitur. Eripuerisne partes illo tempore charissimas, partim à Cæsare, partim à publicanis: legendumque partim à Senatu, vt partes intelligantur iuris ministrantia pecuniarum, cum Senatus ærarij dispensationem haberet, publicani sæpe Rempubl. pecunia iurarent. Mendam ex nota Sen. ortum videtur, pro qua imperitus scriptor Cæsare reposuit.

**VATINIA** de repetundis. Tulit idem vt qui repetundarum reus esset, ei alterna consilia reicere liceret. Cicero in Vatin. ibi commodiorem conditionem reiectionis, pro contentione legendum arbitror.

**VELLEIA** de hæredum institutione, vide Iunia Velleia.

**VILLIA** annalis Tulit L. Villius Trib. pleb. L. Manlio, Q. Fulvio Coss. anno DLXXIV. Quot annos nati, quemque magistratum pererent, caperentque: Linius lib. 40. Villius autem Sigonius doctiss.

reposuit pro Iulius, hanc l. significat Ouidius in Fast. cum ait:

*Iura dabat populo senior, finitæque certis*

*Legibus est atas vnde petatur bonos.*

Annus verò quæsturæ erat xxvij. Tribunatus xxx. Ædilitatis xxxvij. Præturæ xl. Consulatus xliij. Ad militandum verò annus legitimus erat xvij.

**VISELLIA** de libertinis A L. Visellio Varrone Coss. cum C. Fonteio lata anno MDCCCLV. Ne libertinis hominibus, qui ius annulorum aureorum adepti non essent, honores qui ingenuorum proprij sunt, capere liceret. Institut. leg. vnic. C. ad l. Visell. l. i. c. quando prim. act. crim. præiudic. Vlpianus c. 3. inst.

**VINCIARIA** quædam lex à Pompeio Festo citatur... quæ tamen illa fuerit mihi nondum constat.

**VOCONIA** Tulit Q. Voconius Saxa Trib. pleb. Capione & Philippo Coss. anno MDCCCXI. Ne qui census esset, virginem, neve mulierem, supra quadrantem suorum bonorum hæredem institueret, plusve cuiquam legeret, quam ad hæredem hæredesve peruenerit, ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent. Cic. 3. in Ver. Dio lib. 56. A. Gell. lib. 7. cap. 13. & lib. 17. c. 5. Paul. lib. 3. Sententiarum.

*Leges quasdam, quarum incerta sunt nomina fusè in apparatus Latinæ locutionis secundis curis à nobis emendato, explicatas, hinc inserere opera esse inanis arbitratus sum.*

**FINIS.**













